25 §. 1.* Et ſic legitima filiorū, quæ iure. Digeſt. & Codicis erat quarta, relicto dodrante libero. l. Papi. §. quoniam autem quarta. & §. Quarta. ff. de inoffi. teſtam. l. cùm quæritur. C. eo. & quæ iure authēticorū, & partitarū fuit aucta, vt inter quatuor filios aut pauciores ſit triens, inter plures ſemis, relicto beſſe, aut ſemiſſe libero. auth. nouiſsima. & in corpore. C. eo. l. 17. ti. 1. p. 6. Iure Regio nouiori multò plus aucta eſt, & continet quatuor bonorū partes ex quinq; l. 9. tit. 5. l. 1. tit. 6. l. 9. ti. 12. lib. 3. Fori. Et quāuis Iure cōmuni legitima in quarta, triente, aut ſemiſſe eſſet æqualis. vt in. d. auth. nouiſsima. ibi. *Ex æquo, ſcilicet, inter eos diuidendus.* Et in corpore. ibi. *Singulis ex æquo quadriunciū, vel ſexiuncium diuidendū.* Iure tamē iſto vltra quintū parenti conceſſum eſt, vt poſsit tertiū vni filiorū, aut nepotum, aut etiam deſcendentiū iure meliorationis, aſsignare, in quo is cæteris perferatur. vt in dictis. ll. Et quāuis iure authentic. quo maior eſt filiorū numerus, eo ſit maior legitima, vſq; ad ſemiſſem, vt in. d. auth. nouiſsima: Iure Regio ſi vnus tantum extaſſe, cùm ceſſet ius meliorandi, legitima extenſa eſt ad omnia bona, excepto quinto. vt dicemus in. l. 11. infr. gl. 6. in quo voluntaria fuit: ſic tamen ſcripta. l. proſpexit. qui & à quibus.

Quintum

26 Quintum quidem non eſt filiorum legitima, ſed pater in vita vel in morte poteſt libere de eo diſponere, etiam inter extraneos.l.12.infra. Et ſucceſsit loco dodrantis, beſsis aut ſemiſsis de Iure cõmuni, licèt non in omnibus, propter impenſam funeris & libertates, quæ eo Iure ex corpore hæreditatis deducebãtur.l.Papin.§.quarta.de in offic.teſt.l.fi.§.in computatione.C.de iu.delib.Iure Regio, cũ alijs legatis pijs, & gratioſis deducũtur ex quinto, quod pro illis eſt deputatũ.l.fi. infra.

27 Tertium autem eſt, quid anomalum. Nam licèt non ſit propriè legitima reſpectu cuiuslibet filij, reſpectu tamen omnium legitima eſt, cum extraneo relinqui non poſsit. Et quamuis extranei dicantur etiam deſcendentes, vltra primum gradum, quibus non debetur legitima, vt probat Ruin.conſil.8.lib.5. reſpectu tamen tertij, nepotes, aut deſcendentes, quibus non debetur legitima propter parẽtes, aut intermedias perſonas viuas: non ſunt extranei, ſed capaces. vt in.l.2. infr. Et in hoc tertio cadit propriè nomen meliorationis, cum ea bonorum pars, quæ aliàs eſſet inter filios diuidenda, iudicio patris vni ex filijs, aut deſcẽdentibus datur, in qua is cæteris præfertur, & melioratur. Et quamuis quãdo quintum legatur extraneo, ſtantibus filijs, nõ fit melioratio, licet eo nomine impropriè appelletur.l.4.infra: tamẽ quando datur vni ex filijs prælegatum etiam, & meliorationem ſonat, cum is in eo alijs præferatur.

28 Quæ quidem legitimæ forma non ſolùm inter filios legitimos & naturales obſeruabitur, ſed etiam inter legitimatos, non ſtantibus legitimis. Nam cùm legitima debeatur ijs, qui de inofficioſo agere poſſunt. vt auth. de tri. & ſemi.§.1. & ij agant. autho.de mona.§.illud. & de trien. & ſemi. §. hoc quidem obtinet.l.communium.C.de natu.libe.§.quibus de hæred.quæ ab inteſt.in eis eadem forma, quæ inter legitimos, cùm ab eis non differant. autho.quibus mo. natu. effi.ſui. §.illud.tradunt Gomez. nu.66. & Tello.nu.2. in.l.12.Tauri. & Couar. in.4.2. par.c.8.§.8.num.2.

29 In adoptatis autem ſimiliter obſeruabitur, cùm in eis quarta iure Digeſt. & Codi. ſit aucta iure authentico nũ ad trientẽ & ſemiſſem, ſecundũ Salic.in.d.auth.nouiſsima. Quia iure legitimorũ vtuntur.l.ſi cum te.C.de ſuis & legit. hæred.§.fi.inſt.eo. qui de omnibus loquitur, de quibus prædixerat. & iſtis etiam cõpetit querella.§.adoptiui. de exhæred.lib.§.cum autem. in-

ſtituta

ſtituta.de inoffi. Et ſequitur Fabi.in.d.auth.nouiſsima. nu.49.
Qui addit in arrogatis quartã iure Digeſt. l. ſi arrogator. ff. de adopt. §. cum autem. inſtit. eo. §. cum autem. de inoffi. non eſſe auctam iure authenticorum ex. d. auth. nouiſsima. ſecundum gloſ. in auth. de trien. & ſemi. §. 1. verb. in omnibus. Quo iure vtemur etiam Iure Regio.

Legitima parẽtum, quãuis iure etiam Regio aucta ſit, prout
30 & Iure communi fuit aucta ex quarta.l. nã etſi parentibus. ff. de inoſ. teſt. ad trientẽ. ex. d. auth. nouiſsima, & in corpore, vbi not. glo. verb. omnibus. & eſt omnium opinio, vtrobiq; ſecundum Fabi. ibi. num. 40. Non tamen ſeruat formam legitimæ filiorum, ſed ſolum aucta eſt vſque ad duas partes bonorum ex tribus. l. 1. tit. 8. infra. Et illæ diuidũtur æqualiter, non data melioratione, vt dicemus in. l. 10. infra. glo. 2. num. 23. Tertia autem pars libera habet eandem naturam quinti, cum ſit deputata pro anima, & extraneis, vt in. d. l. 1.

Fratrum autem legitima, licet Iure communi ſit aucta ad
31 trientẽ, & ſemiſſem, quãdo turpis perſona eſt inſtituta, ſecundũ glo. in. d. auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. ver. omnibus. per tex. ibi verſic. *Hoc obſeruando in omnibus perſonis*. Prout tradũt Cyn. Salic. & Fabi. num. 41. in. d. auth. nouiſsima. aduerſus gloſ. ibi. Iure tamen Regio hoc non reperitur immutatum. Et quamuis vellemus legitimam augere, non conſtat cui augmento filiorum aut parentum, aſsimilari debeat. Non tamen eſſet incongruum, ſi augeretur ad ſimilitudinem legitimæ parentum, odio fratris, qui excluſo proprio ſanguine, turpem perſonam inſtituit. Quo ſolo caſu debetur legitima. l. fratres. l. fratris. C. de inoffi. teſtam. §. ſoror. inſtit. eo. & quo caſu eſt etiam iure authenticorum aucta, vt dictum eſt.

32 Deducuntur autẽ hæ partes in diuiſione hæreditatis in hũc modum. Primò quidem ex cumulo bonorum deducitur æs alienum. Cùm tertium, & quintum ſint quotæ bonorum, vt in ijs. ll. Bona autem dicantur deducto ære alieno. l. ſub ſignatum. §. bona. de verb. ſignif. l. mulier bona. de iure dotium. Statim & prius deducitur quĩntũ. ex. l. 214. Stilli. quæ vſu Foreſi recepta eſt, cui accumulantur legata gratuita, & funeris impenſa. ex. l. fin. infr. vbi dicemus. Deinde deducitur tertiũ, quando in eo eſt quis melioratus. Et reliqua bona ſunt filiorũ legitima. Et ita practicantur hæ leges, ſecundum Rode. in. l. quopiam

niam in prioribus.in decla.l.Regni.limi.13.verſ. modus practi cādi.Et Gomez.in.l.17.Tauri.nu.2.& Mati.in.l.1.huius tit. gl.1.nu.1.prout & nos infr.in diſcurſu latius explicabimus.

13 Non abs re in propoſito inquiretur, Vtrum melioratio ſeu ius hoc meliorandi vnum ex filijs, eumq; cæteris præferendi, ſit odioſum, aut fauorabile. Quod ſit odioſum, ex eo deducitur, quòd inducat inæqualitatem inter fratres, quibus cum lege naturali bona parentum æqualiter deferantur.l.inter filios.C. fami.herciſ.l.ſcripto.ff. vnde libe.non ſine magna aliorum inui-
14 dia, odioq; vnus eorū melioratur, cæteriſq; præfertur. * Vnde dicebat Bal.in.d.l.inter filios.quòd ſtatuta inæqualiter admittentia liberos ſunt contra naturalem æquitatem. Et Ange.in authen. de nuptijs. §. illud. quod ex filijs non debet eſſe vnus filius, & alter priuignus.& in conſ. 287.inquit, quòd filius faciliùs patitur quòd extraneus etiam inimicus, aliquid & paterna hæreditate habeat, quàm quod alter eorum plus altero
15 habeat vnum iota. * Hinc legi ſemper curæ fuit, ne inter filios ſit inæqualitas. l. pen.in fine. C. commu.diui. & prætor ſummus æquitatis cuſtos. l.quod ſi Epheſi. in fine, de eo quod certo loco.ea de cauſa collationem induxit. l. vt libetis. ibi. *Hoc etiā æquitatis ſtudio*. C. de colla. vbi not. Corn. num. 3. dicens, quòd æqualitas inter filios ſeruanda eſt pro poſſe, quia inæqualitas parit inuidiam, quæ magis cadit inter fratres.l. cum oportet. in prin. ibi. *Vel ad fratres ſuos, quod etiam grauius multis eſſe videtur.* Et in.§. ſin autem res.in fine.ibi. *Ne altercationis cuiuſdam maximè inter fratres oriatur occaſio*. C. de bonis quæ libe. Idem probat.l.4.tit.15.par.6.ver. *E eſto es*. Et plura tradūt Gomez in.l.29.Tauri.num.2. & Tiraq. de Primoge. q.4.nu. 1.
16 & Mic.de Primoge.1.p.q.3.n.9.* Et hinc etiā eſt, ꝙ pater (qui æqualiter filios præſumitur amare.l.iſti quidē.in fi. iuncta gl. ff.de eo quod met.cau.l.nō ſolū.§.de vno.ff.de ritu nup.ibi.*Quia par affectionis cauſa ſupicionem fraudis remouet*.Not. Bart.in.l.cū pater.§.pater pluribus.de lega.2.) in dubio nō cenſetur diſponere quidquā, per quod huic æqualitati noceat, vt in.d. §.pater pluribus.Facit tex.in.l.cū pater.§.rogo.de lega.2.ibi *Vt quiſq; de te meruerit videtur omnibus liberis, & ſi non æqualiter meruerint, fideicommiſſum relictum*. Tex.etiā in auth. de trie. & ſemi.§. illud quoq;. ibi. *Quoniā incertum eſt, ne forſan*. &c. Et in dubio hāc interpretationem eſſe aſſumendam, tradit Socin.in. l. cum auus. nu. 41, de cond,

de cond. & dem. Corn. conſil. 309. lib. 1. Conducunt tradita per Alex. conſ. 76. viſo themate. num. 21. & 24. lib. 4. & Rip. in. l. Lucius. num. 47. de vulg. facit tex. in. d. autho. de nup. §. illud. & in. l. fin. C. commu. vtriſque iudi. Cum igitur æqualitas ſit fauorabilis, per cōtrarium inæqualitas odioſa erit. Cum contrariorū eadem ſit diſciplina, vt in prin. inſtit. de ijs qui ſunt ſui vel ali. iuris. §. illud. iuncta gloſ. inſtit. de ſotie. l. penul. vbi not. Bald. C. de ſolut. l. & ſi contra. in fi. ff. de vulg.

37 Quod aūt meliorādi ius fauorabile ſit, videtur probari, ſi res ab ipſis primordijs deducatur. Etenim cū Iure Cōm. & Partit. legitima filiorū eſſet tā tenuis, & eius quātitas à legis taxatione pendeat, vt ſuprà viſum eſt, cum potuerit augeri & minui, potuit lex hāc mediam viam eligere, vt legitimā augeret cum hac qualitate, vt tertiū eſſet legitima inter filios, non quidē vniuſcuiuſq; in ſpecię, ſed pater haberet facultatē vni ex liberis, cui voluiſſet dare, eumq; prę cæteris in dicto tertio meliorare. In quo lex ſua poteſtate ita moderate vſa eſt, vt in ea diſpoſitione omnium fauori parentum, & filiorum proſpexerit.

Parentum fabor in eo conſiſtit, quòd cum eis inuitis tertiū legitima effici poſſet, eis ius eligendi, vnumq; ex filijs, quē voluerint, cæteris preferendi poteſtas relicta eſt. Quod non caret ſummo honore, & fauore. Vt vel ſic filij, quibus aliâs parentū nomen venerandū ſemper eſſe debet. l. liberto. de obſequijs. l. veluti, de iuſt. & iur. quiq; pactionibus ad paterna obſequia aſtringendi non ſunt. l. ſi quando. §. illud. C. de inoffi. teſt. Spe præmij in parentum obſequio perſiſtant. Ad quod licèt omni iure teneātur, ſumma ratione, iuſteq, meliorationis ſpe allici ū tur. Quia non prætio, cōtra tex. in. l. ſi vnus. §. ſi ob maleficium. ſecundum lecturam Florentinam, quam ibi tenent glo. & cæteri. ff. de pact. l. idemq;. §. 1. ff. de cond. ob turpem cauſam. l. fina. C. eo. Sed ſpe præmij inuitantur. Quod etiam in matrimonio, quod vndequaq; liberum eſſe debet, permittitur. l. Titio centum. §. 1. ff cond. & dem. l. vter ex fratribus. ff. de cōd. inſti. l. 1. & 2. C. de inſti. & ſubſti. Poſſunt etiā parentes filiorum ſeruitia remunerare, & gratificare. Nam licet de rigore ad id non teneantur, negari non poteſt, qualis qualis obligatio, & gratificandi animus erga filium de patre benemeritum. Poſſunt etiā has ſuæ facultatis partes tertium, ſcilicet, & quintum vni filio vinculatas relinquere, quod ex eo capite fauorabile eſſe reſoluit.

Ludo.Moli.lib.1.primog.c.18. quòd in familiarum conſeruationem dirigatur, ſicut & cæteræ maioratus inſtitutiones. In quo ius quodam publicum verſatur, argumento.l.1.§.quamuis, ibi: *Publicè enim intereſt partus non ſubijci, vt ordinum dignitas familiarumq; salua ſit*.ff.de ventre inſpi.de quo latè Molin. ibi. & Tiraquel.de primogen.quęſt.4.

38 Ex parte autem filiorum idem, & maior fauor verſatur, propter augmentum legitimæ, quo ſaltim parentes aſtringuntur, vt tertium extra filios deſcendentes ve non diſtribuant, prout antea poſſent. Qui fauor eſt, vt colligitur ex. d. Authentica de tric.& ſemi.§.1.vbi Impe.legitimam auxit, vſque ad trientem, vel ſemiſſem cũ Iure Digeſtorũ eſſet quarta & filiorũ fauore id ſe induxiſſe teſtatur pluribus, & fauorabilibus verbis ibi poſitis. *Frequentèr* inquit, *mirati ſumus, quomodo legitimis, & beneuolis filijs, quibus agunt gratias parentes, quibuſq; quod relinquitur iam etiã debitum vocant, &c.* & hoc patet euidenter, & not.Cynus, in.d.Auth. nouiſsima, in fine, dum eius deciſionem ad alios deſcendentes, tanquã fauorabilem extendit: prout etiã ibi agnoſcit Fabi. nu. 184.& Alexand conſ.63.num.4.libr.2. Et licet augmentũ inductum fuerit cum illa qualitate, ſeu grauamine, vt vni poſsit integra melioratio aſsignari: nihil hic in filiorum odium inductũ eſt. Quibus nihil ex legitima ſibi antiquitus debita detrahitur, ſed adijcitur. In eo ſaltim, quòd is, qui tertium reportare debet, quiq; meliorandus eſt, ex ipſiſmet futurus eſt, & inter ipſos eligendus. Vel patre non eligẽte, nec meliorante ipſorum legitima aucta in totum reperitur. Quòd conſideratione nõ caret, & ius meliorãdi fauorabile efficit.

39 Quæ omnia licet vera ſint, fueritq; diſpoſitio hęc in ſui creatione fauorabilis, nunc iam in eſſe producta, licet etiam contineat fauorem meliorati, reſpectu tamen aliorum qui excluduntur, non caret odio, inuidia, & indignatione, ex rationibus in principio propoſitis. Vnde leges huius tituli potius tendunt ad conſeruãdas legitimas, & æqualitatẽ filiorũ, quam ad augmentũ meliorati. Quod in dubio parentẽ voluiſſe lex præſumit, vt dictum eſt. Hinc enim.l.7. voluit conſiderari valorẽ bonorum tempore mortis, vt ad illud reducatur melioratio præcedẽs, ne fortè diminutis bonis, melioratio inofficioſa ſubſtineretur. Hinc.l.9. pręcepit, ne melioratio deducatur ex donationibus præcedentibus, vt in quãtum poſſet, reſtringatur ius meliorãdi.

Hinc.l.10.cõputauit in tertium, & quintũ, quãcunque donationem ſimplicem factã filio. Ne vt ipſa exprimit, liceat patri, vltra id eundem, vel alium poſtea meliorare. L. 12. eiuſdẽ intẽtionis eſt interpretando leges Fori, vt de vno tantum quinto liceat patri diſponere. L. fi. imputans in quintũ impenſam funeris eſt ad eundem finem manifeſta. Ne ſcilicet legitima lęderetur duplici via, hinc per quintum, indè per impenſam funeris. Prout etiam dicemus in.l.10.infra gloſſ.4.num.2.

LEX PRIMA.

QVANDO El padre, ò la madre mejorare [1] à alguno de ſus hijos, ò deſcendiẽtes legitimos, enel tercio [2] de ſus bienes, en teſtamento, ò en otra poſtrimera voluntad, ò por otro algun contrato entre biuos, ora el hijo eſte en poder del padre, que fizo la dicha mejora, ò no: haſta la hora de ſu muerte [3], la pueda reuocar quando quiſiere [4]. Saluo, ſi fecha la dicha mejoria por cõtrato entre biuos, ouiere entregado la poſſeſsion [5] de la coſa, y coſas en el dicho tercio contenidas, a la perſona aquien la hiziere, ò aquien ſu poder ouiere, ò le ouiere entregado ante eſcriuano la eſcritura dello [6], ò el dicho contrato ſe ouiere hecho por cauſa onoroſa [7] con otro tercero, anſi como por via de caſamiẽto, ò por otra coſa ſemejãte. Que en eſtos caſos [8] mandamos, que el dicho tercio no ſe pueda reuocar, ſino reſeruarſe el q̃ lo hizo en el miſmo cõtrato el poder para lo reuocar [9], ò por alguna cauſa, q̃ ſegũ leyes de nueſtros Reynos, las donaciones perfetas, y cõ derecho fechas ſe puedẽ reuocar. [10]

GLOS-

GLOSSA PRIMA.

DE Donatione facta filio in poteſtate, & in quibus conueniat, vel diſcordet à donatione inter coniuges, & cauſa mortis, & legatis. De donatione item facta à matre, vel filio emancipato. Et in ijs ius Regium qualitèr diſcordet à Iure Communi. Et an donationes iſtæ præmortuis donatarijs reuocentur.

MEliorатio eſt reuocabilis, niſi interueniat traditio rerum, vel inſtru-
1 menti, vel cauſa onеroſa cum tertio, vel reſeruatio facultatis reuo-
candi, vel caſus, quo alias perfecta donatio reuocatur.
Donatio facta filio in poteſtate de Iure Communi non valebat, tradita vero
2 confirmabatur morte.
Donatio tradita filio in poteſtate, æquiparabatur donationi inter coniuges,
3 & cauſa mortis. Et hæ tres æquiparabantur legatis.
Donatio tradita filio in poteſtate, & donatio inter coniuges, & cauſa mor
4 tis, præmortuis donatarijs fiebant caducæ, quemadmodum & legatum.
Mortuis paritèr donatore, & donatario reuocabili, an reuocetur, vel ſub-
5 ſtineatur donatio. Diſtinguitur inter donationes.
Dominium rei donatæ in donationibus morte confirmatis, tranſit in donata-
6 riũ à tẽpore mortis, prout in legatis, & quid in donatione cauſa mortis.
Donatio facta filio in poteſtate, vel vxori, ſine traditione, non confirmaba-
7 tur morte.
Donatio morte cõfirmata, vtrùm retrotrahatur quoad dominiũ, & fructus.
8 Donatio cauſa mortis facta filio, vel coniugi, etiã non tradita confirmatur
9 Donatio morte confirmata, non confertur, prout legatum. (morte.
10 Falcidia detrahitur ex donationibus morte confirmatis.
11 Ius accreſcẽdi an habeat locum in donationibus morte confirmatis. (tis.
12 Inſinuatio requiritur in donatione morte confirmata, & quid in cauſa mor
13 Donatio facta filio, vel cõiugi nõ inſinuata, an ſit nulla in totũ, an in exceſſu.
14 Donationes morte confirmatæ, non requirunt aditionem hæreditatis.
15 Donationes morte confirmatæ, non veniunt in generali fideicõmiſſo, quam-
16 uis veniant prælegata.
L. ſequens quæſtio. ff. de leg. 2. explicatur, & extẽditur ad donationem in-
17 ter patrẽ, & filiũ, n. 19 & ad donationẽ cauſa mortis nu. 20. (cõmiſſo.
Donatio morte, cõfirmata, an pro parte hæreditaria veniat in generali in fidei-
18 Donationes morte cõfirmatæ, nõ imputãtur in Trebel. nec in Falcid. nu. 22.
21 Donatio facta filio in poteſtate, vel vxori differt à legato, & donatione cau
23 ſa mortis, quoad reuocationem ex delicto.

24 *Differunt etiam in forma reuocandi per pignorationem.*

25 *Donationes morte confirmatæ annomalæ ſunt, & participant de contractu, & vltima voluntate.*

26 *Donatio facta filio emancipato, etiam ſine traditione, ſtatim valebat irreuocabilitèr de Iure Communi.*

27 *Donatio cõfirmatur emancipatione, ſi præcedat, vel etiã ſequatur traditio.*

28 *Obligatio inter patrem & filium in poteſtate non validatur per emancipationem. aduerſus Crotum.*

29 *Donatio facta à matre, de Iure Communi, ſtatim valebat irreuocabelitèr.*

30 *Donatio facta filio in poteſtate, vel emancipato, vel à matre, Iure Regio, quando ſit valida, vel reuocabilis, & an pendeat à morte, & an præmortuo donatario reuocetur, num. 31.*

32 *Donatio cauſa mortis, omnino requirit mentionem mortis.*

33 *Donatio inter viuos præſumitur, vbi non ſit mentio mortis.*

34 *Donatio iudicatur inter viuos, etiam ſi habeat mentionem mortis, vbi facta eſt mentio hæredum.*

35 *Argumentum de tranſmiſsione ad ceſsionem, quando procedat.*

36 *Donatio facta filio, aut coniugi, cum iuramento non reuocatur præmortuo donatario.*

37 *Donatio irreuocabilis facta filio, vel reuocabilis non reuocata, defertur iure hereditario ad hæredes filij premortui in vita donatoris.*

38 *Legitima eſt relinquenda filio, titulo inſtitutionis.*

1 Olliges ex hoc tex. poſſe parẽtes reuocare meliorationẽ tertij factam filio in poteſtate, vel emãcipato, vel à matre, vſque ad mortem. Niſi vel traditio rerũ, vel inſtrumenti donationis intercefſerit, vel donatio fiat ex cauſa onerosa cũ tertio. Nam tunc non reuocatur. Niſi ex ſpeciali reſeruatione, vel in caſibus, in quibus de iure perfecta donatio poteſt reuocari. Et eſt lex ſingularis quondam inter. ll. Tauri. 17 Quoad cu.us priorẽ partẽ, deciſio eſt Iuri Cõmuni in omnibus contraria. * Eo enim iure donatio facta filio in poteſtate erat nulla, nec ex ea aliqua etiam naturalis obligatio oriebatur. l. 2. C. de inoffi. d na. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virũ. l. cũ de bonis. C. de dona. & tradũt Lupus, Caſtillo, Gomez, Tello hîc, poſt Bar. in. l. frater à fratre. q. 6 ff. de cond. indeb. vbi ordinarij, & repetẽtes reddũt rationẽ. Quia ſiue eſſet facta per ſtipulationẽ, vel pactũ erat inutilis. §. itẽ inutilis. de inuti. ſtip. ſiue eſſet facta per traditionẽ, ipſo iure reacquirebatur patri. l. placet. ff. de acquirend. hæred. Eo tamen caſu, ratione traditæ poſſeſ-

Poſſeſsionis,cuius ſaltim(tanquàm quid facti)erat capax filius• cùm ex inutili contractu transferatur. l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acqui.poſſeſſ.donatio cõfirmabatur morte per ſilentium dona
3 toris.d.l.donationes,quas parẽtes.* Et in hoc erat ſimilis donationi inter coniuges,vt ibi. & de vna ad alterã regulariter valet argumentũ.ſecundũ Roma. conſ. 277. incipit. non eſt dubium.& Iaſ.in.l.ſi pacto,quo pœnam.C.de pactis.col.2.Seguram in.d.§.ſi vir vxori.nu.65.Mincha.c.38.cõtro.illuſt.nu.4. Tello hîc. num.92. Erat etiam ſimilis donationi cauſa mortis.ſecundum Vincen.in.l.2.de lega.1.col.10.verſ.limita tu ſio tabiliter.& Tello hîc. nu.118. Et hæ omnes donationes morte confirmabiles æquiparantur legatis,aut fideicommiſsis, cum morte confirmentur,& fiant irreuocabiles, interim autem poſſint reuocari.Prout videmus in donatione cauſa mortis.l. Senatus.§.1.l.non videtur. l. Seia.de donatio.cauſ.mor l.Seia. de dote prælega.§.1.inſt.de donatio.Et in donatione inter patrem & filiũ,maritum & vxorem,de quibus in. d. l. donationes, quas parentes. & in. l. cùm hîc ſtatus. §. ait oratio. ff. eo. Eſt enim in ijs omnibus deambulatoria voluntas vſque ad mortem. vt ibi.

4 Ex qua natura,ſeu qualitate,in qua cùm legatis, & fideicõmiſsis conueniunt,ſolent eis ſimiles eſſe in eo, quòd præmortuis donatarijs fiunt caducæ, & ipſo iure reuocantur. Vt in donatione cauſa mortis,probat tex.in.l. non omnis.ff.ſi cert. peta.§.1.inſt.de dona.Et in donatione inter coniuges probat tex. in. d. l. cùm hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de dona.inter.l. etiam. 2. reſp. C. eo. l. ſi inter virum. ff. de rebus dubijs. l. quod de bonis.§. ex donationibus. ff. ad. l. Falci. Quo argumento idem eſt in donatione inter patrem & filium in poteſtate, quæ vtriq; aſsimilatur, vt dictum eſt. Prout idem videmus in legatario,qui ſi viuo teſtatore moriatur, legatum fit caducum. l.vnica.§.& cùm triplici.&.§.pro ſecundo. C. de cadu. toll. l.ſi Auguſtæ.de lega.2. Ineſt tamen conditio reuocationis in ijs donationibus diuerſimodè.Nam donatio inter virum & vxorem,& donatio cauſa mortis intelliguntur tacitè reuocatæ, ſi donatarius præmoriatur.Donatio verò inter patrem & filiũ in poteſtate,& legatum habent inſitam conditionem, vt tunc valeant, & confirmentur,ſi filius vel legatarius ſuperuiuat patri,aut teſtatoris, nec ſufficit non præmori. Et hoc eſt magnæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

importãtiæ,ſi accideret donatorem, & donatarium eodem caſu belli, ruinæ, aut naufragij ſimul mori. Tunc enim, cum non poſsit conſtare vter eorum priùs deceſſerit, & lex neutrum alteri ſuperuixiſſe præſumat in diſpoſitione hominis, ex doctrina Bart. in. l. quod de paritèr. ff. de rebus dub. ſubſtinebitur donatio inter virum, & vxorem. d. §. ſi ambo. ex verbis ædicti. *Si prior vita deceßerit, qui donatum accipit.* Quæ cõditio, ſub qua reuocatur donatio, nõ dicitur impleta, nec verificata, vtroque ſimul mortuo. Quia licet verum ſit donatarium nõ ſuperuixiſſe: quia tamen ædictum donatarium priorẽ vita decedere requirit, vt donatio reuocetur: & id non fuit verificatum vtroque ſimul mortuo, ideò ſubſtinetur donatio. Idem probat text. in. l. ſi inter virum. ff. de rebus dub. vbi. I.C. idẽ ſtatuit. *Maximè cum donator non ſuperuiuat, qui rem condicere poßit.* Similitèr & ſubſtinebitur donatio cauſa mortis. l. ſi ij qui inuicem. ff. de donat. cauſa mortis. vbi. I.C. aſsignat rationẽ. *Quia neuter alteri ſuperuixit.* Quaſi dicat ad inualidandam donationẽ requiri, ꝙ donator ſuperuiuat, & ad eius valorem ſufficere, quòd donatarius non præmoriatur: quod verificatur vtroq; ſimul mortuo. Quia ex quo non conſtat quis ſuperuixerit: nec etiam conſtat quis ſit præmortuus. Et licèt tex. loquatur in donatione cauſa mortis facta ad inuicem, eadem ratio militat, quando eſſet facta ab vno tantum. At verò in donatione inter patrẽ & filium in poteſtate, & in legato, conditio reuocandi alitèr ineſt: ſi donatarius ſcilicet, non ſuperuiuat. Vnde vtroque ſimul mortuo infirmatur donatio, & legatum. Quia non cõſtat filium, ſeu legatarium ſuperuixiſſe, quod requiritur. In legato quidem manifeſta ratione. Quia pro eſſentia, & valore teſtamenti requiritur mors teſtatoris. Cum aliâs legatarius non poſsit acquirere legatum, niſi ipſo ſuperſtite, teſtamentum ſit morte teſtatoris confirmatũ, ſecundũ Paul. & Soc. in. d. l. quod de paritèr, nu. 3. Couar. lib. 2. var. c. 7. nu. 8. verſi. 3. Donatio verò inter patrem & filium in poteſtate ſequitur in hoc naturam legati, propter impedimentum patriæ poteſtatis. l. placet. de acquir. hæred. l. 3. §. verbũ poteſtatis. ff. de dona. inter. Quę impoſsibilitas erat tollenda, vel per emancipationem, vel per mortem patris, vt filius eſſet capax retinendi. Ideò pro valore donationis requiritur, quòd filius ſuperuiuat, vt perveniat ad eum ſtatum, in quo ſit capax retinẽdi, Cum autem mortuo ſimul patre, & filio, id non

conſtet;

conſtet: meritò infirmatur donatio. Vt explicāt Crotus, in. d. l.frater à fratre.num.39.Decius conſilio.659.num.fin.Coſta, in.l.qui duos.§.cum in bello.Scolio fin.nu.16.ff. de rebus dubijs. Quamuis Decius inuoluat donationem inter coniuges, dicens in ea etiam, prout & in facta filio in poteſtate, ineſſe eandem cōditionem, ſi is cui donatur ſuperuiuat. Quod quamuis in donatione facta filio ſit verum, in facta coniugi eſt falſum, vt dictum eſt, & aduertit Coſta.

6 Ex dicta etiam æquiparatione, & qualitate, quam donationes iſtæ morte confirmatæ à legatis, & fideicōmiſsis mutuantur, prouenit & aliud, quòd in eis, quemadmodum & in legatis, dominium reidonatæ tranſit à tempore mortis donantis, Argumento.l.à Titio.de furtis.l.ſi tibi homo.§.cū ſeruus.de legat.1.Differt autem in hoc donatio cauſa mortis ab alijs. Quia ſi eſſet tradita, ab eo die tranſit dominium, licet reuocabiliter. l.ſi mortis cauſa res donata.l.Senatus.§.fin.ff.de donatio.cauſa mortis. Si autem non eſſet tradita, tranſit à tempore mortis.l. 2.ff.de publi. Et iſta eſt magis communis opinio, vt colligitur ex Alexand.ad Bart.in.l.1.de donatio.cauſa mortis, & in.l.2. num.9.de lega.1.& ibi Iaſ.num.19.& Ripa, num.15.& Lupus, in Rubrica, de donatio.inter virum.§.77.numer.2.& Co-
7 uarru.in Rubrica, de teſtamen.3.parte.num.16.* Donatio verò inter patrem & filium in poteſtate, & inter coniuges, omnino requirebat traditionem ad hoc, vt poſſet morte confirmari. Secundum gloſſam, verbo donationem, in.l.Papinia.ff.de dotio. inter virum. Quæ licet loquatur in donatione coniugis, & ſit in hoc recepta communitèr, vt conſtat ex Socin.in.l.1.§.ſi vir vxori, numer.14 de acquirend.poſſeſſ. Segu.in.l. vnum ex fami.§.ſed ſi fundum, num.124.de legat.2.Lupo in. d. Rub.§. 76.nu.1.Couar.vbi ſupra nu.3.Tiraq.de conſti.1.part.nu.47. Idem tamē erat in donatione filij in poteſtate. Et in hūc etiam ſenſum, illa gloſſa eſt recepta cōmunitèr, ſecundū Iaſ.in.d.l.frater à fratre.2.lectura, nu.44.verſ.in.2.Fallen.ff.de condi.indeb. Et tradūt Ang.in Auth.de hęred. & Falci.in princ.& Alex.in l.2.de lega.1.nu.9.verſ.hoc tamen limitat, & Lupus vbi ſupra, & Gomez hìc, nu.4. Nam cū donatio inter virū, & vxorē, & patrē & filiū in poteſtate eſſent nullę: iſta, propter impedimentū patrię poteſtatis: illa, propter prohibitionē legis.l.1.l.3.§ ſciēdū.ff.de dona.inter.niſi intercesſiſſet traditio, quę nō obſtante

inefficatia donationũ trãſferebat poſſeſsionẽ, nõ erat quidquã, cuius occaſione poſſet fieri confirmatio, vt dicebamus ſuprà in prin. Licèt etiã non deſint, qui citra traditionẽ, has donationes afferant morte cõfirmari: prout tenuerũt, quos refert & ſequitur Tiraq. de cõſti. 1. par. nu. 53. intelligẽtes text. in l. Papin. & tradita à Bart. & Salice. ibi. in promiſsione de donando, non in donatione. Sed in contrarium eſt communis opinio, vt retuli, & in ea loquitur etiam text. in d. l. Papinianus. prout explicuit Mincha. de ſucceſ. progre. §. 1. num. 140. Sufficiebat autem ad eam confirmationem ficta traditio per conſtitutum, traditionem inſtrumentorum, retentionem vſus fructus, aut aliâs. ſecũdum Alex. conſil. 7. col. 1. & conſil. 252. col. lib. 6. & Decium, conſil. 202. Bertran. conſil. 233. lib. 1. & conſil. 238. libr. 3. & Pari. conſil. 60. col. pen. lib. 3. & Lupũ. in d. Rubr. §. 76. & alios quos refert Tiraq. vbi ſupra. num. 49. & Mincha. num. 138.

8 * Facta autem confirmatione per mortem, licèt valor retrotraheretur ad tẽpus traditionis quo ad fructus. vt in d. l. donationes quas parentes. iuncta gloſ. verb. referatur. Non tamen retro trahitur quo ad dominium, prout voluit illa gloſ. & alia ſimilis in l. 2. verb. familiæ. C. de inoffi. donat. & gloſ. verb. vniuerſa. in l. talis ſcriptura. §. fin. de legat. 1. quas ſequutus fuit Bar. in l. ſub conditione. ff. de ſolu. aduerſus gloſ. ibi. & idem Bart. in l. ſequens quæſtio. aduerſus aliam gloſ. ibi. ff. de legat. 2. & opinio Bart. eſt in iſtis locis magis cõmuniter recepta, vt referũt Imo. num. 7. Alex. num. 8. Iaſ. num. 31. in d. l. talis ſcriptura. idem Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 106. ff. de vſucap. Et ratio ſecundum omnes eſt. Quia cùm retrotractio fiat per fictionem. vt in d. l. ſi is qui pro emptore. vbi not. DD. Fictio nõ poteſt habere locum ſuper impoſsibili de iure aut natura. ſecũdum gloſ. in d. l. talis ſcriptura. §. fin. verb. vniuerſa. quæ ad hoc communiter allegatur. ſecundum Iaſ. ibi num. 31. Vnde cum filius in poteſtate, aut vxor ſint incapaces dominij viuo patre, aut marito, licèt eis mortuis fiant capaces: iſtud non poteſt retrotrahi ad tẽpus donationis, ex dicto deffectu. Et iſtam rationẽ ponit gloſ. in d. l. 2. de inoffi. donat. & Bart. in l. cùm hæredes. §. 1. de acquir. poſſeſ. Quæ ratio deficit in fructibus, quos filius vel coniux lucrantur ratione poſſeſsionis, cuius ſaltim ſunt capaces. l. 1. §. ſi vir vxori. l. quod vxor viro. ff. de acquir. poſſeſ. Et licèt circa hoc multum ſe inuoluat Iaſ. in. dict. l. ſi is qui pro

emptore.

emptore.ex num. 106. arguendo retrotractionem iſtam fieri etiam quo ad dominium, communis opinio ſtat in contrarium,
9 vt dixi.* Si autẽ donatio facta filio in poteſtate, vel vxori, eſſet cauſa mortis, etiam ſine traditione confirmaretur morte. Secundum Bald. num. 4. in. l. ſi mortis. C. ad. l. Falci. quem ſequuntur Roman. & Alex. in. l. ſi donatione. C. de colla. Alex. ad Bar. in. l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi. Soci. reg. 103. limi. fin. & in conſil. 91. incipit viſo. verſi. ſed pacto, circa medium. 1. part. & Lupus in Rubr. de donat. §. 77. nu. 2. interim tamẽ etiã ex traditione nõ trãſiret dominiũ, nec cõfirmatio retrotraheretur. l. ſed interim. in princip. & §. 1. ff. de dona. inter virum.
10 Ex eodem fonte prouenit, & alius effectus, quòd cum legata non conferantur. l. à patre. l. nec emãcipati. l. filiam cum fratribus. C. de colla. nec etiam confertur donatio filij morte confirmata Secundum gloſ. in l. datorum. in autht. ex teſtamento. C. de collat. Quàm rationem, & fundamẽtum ſequuntur ibi magis communiter. DD. qui opinionem gloſ. defendunt. vt poteſt videri per Alexan. num. 6. & Iaſ. num. 10. Decium. num. 5. ibi. & Cagnol. in. l. ſi emancipati. eiuſdem tituli. num. 101. Donationes verò, quæ in vita valebant irrebocabilitèr cõferebãtur, prout erat donatio facta emancipato. l. 1. l. vt liberis. §. fin. C. eod. l. 1. in prin. l. 2. §. id quoq; ff. eod. & eſt cõmunis ſecundum Alex. num. 4. Iaſ. num. 14. Decium. num. 8. vbi ſupra. Et idem erat in donatione facta filio in poteſtate in caſibus, quibus valebat irrebocabilitèr, de quibus per gloſ. in. l. 2. C. de inoffi. donat. Soci. reg. 103. Ducñas. reg. 223. ſecundum cõmunem opinionem, de qua per Alex. num. 6. Iaſ. num. 13. Decium. nu. 7. in. d. auth. Cagno. vbi ſupra. num. 116.
11 Inde etiam proueniebat, quòd ex donationibus morte confirmatis detrahitur Falcidia. l. in donationibus. C. ad. l. Falci. l. cum hîc ſtatus. in. princ. ff. de donat. inter virum. Quæ iura loquuntur in donatione inter coniuges, & ex ea trahuntur etiam ad donationem inter patrem, & filium in poteſtate, ſecundum omnes in. d. l. in donationibus. Qui generalitèr. text. illum ſumũt, & intelligunt procedere in omnibus donationibus, quæ morte confirmantur, & ibi hoc expreſſe. not. additio ad Bald. & Rom. conſ. 175. num. 1. Et per conſequens idem erit in donatione cauſa mortis. l. ſi mortis. C. ad. l. Falci. l. 2. C. de donati. cauſa. mor. l. cùm pater. §. eorum. de lega. 2. l. 1. §. ſi quis mortis.

 ff. quorum

ff.quorũ.lega. & ijs locis not. DD. & plenius Bart. & alij in l.1.§.item ſi ita.ff.ad.l.Falci.& probat tex.in.l.1.in fine.& ibi gloſ.tit.11.par.6.Et licèt text. in.d.l.in donationibus.non videatur generaliter probare concluſionem:ſed tunc demũ quãdò donationes fideicommiſsi partibus funguntur: quaſi regulariter non habeant vim fideicommiſsi, nec Falcidia detrahatur: prout intellexit Iaſ.in.l.ſi is qui pro emptore. num. 116. ff. de vſucap. putà quando donationes fuere confirmatæ in teſtamento,quæ aliàs non poſſent morte confirmari. Vt in donatione facta coniugi,vel filio excedente legitimam ſummam, & non inſinuata,quæ teſtamento confirmata valet, vt fideicõmiſſum. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter vir. verſiculo ſi verò ſpecialitèr, vbi notat gloſſ. verb. diſtinctione. Verius eſt, vt ex ijs donationibus, non ſolum teſtamento, ſed etiam ſola morte conformatis, detrahatur Falcidia. Tunc enim licet retrotrahantur, vt ibi, fideicõmiſsi partibus funguntur, vt in.d.l.in donationibus. Quæ interpretanda eſt ſecundum gloſſ. ibi, dum dicit. *Quando*, id eſt *Quia*, Quod colligitur ex.d.l.cũ hîc ſtatus, in fine principij, ibi: *Cui locum ita fore opinor, quaſi ſit teſtamento cõfirmatum, quod donatum eſt.* Vbi not. gloſſ. Bar. Salic. & alij. Et melius ex. l. ex ijs verbis, iuncta gloſſ. fin. C. de dona. inter virum. Vbi ex donatione teſtamento confirmata detrahitur Falcidia, non virtute confirmationis, quæ non immutat naturam donationis, ſed ipſiuſmet morte confirmatæ.

12 Ex hac etiã qualitate harum donationum inferebat Gomez de vltimis voluntatibus.c.10.de iure accreſcendi, num.6. quòd quamuis in contractibus, ex cauſa lucratiua, & merè diuidua, non habeat locum ius accreſcendi.l.ſi mihi, & Titio, de verbor. obli. vbi not. Bar. Imol. Alex. & cæteri, & quotidiè ad hoc allegatur, ſecundum Iaſ. & eſt concluſio communis, ſecundũ Mincha. de ſucce. crea. §. 10. num.117. In donationibus tamẽ morte confirmatis, ex quo habent vim legati, habebit locum ius accreſcendi, quemadmodum in legatis, in quibus portio vacans accreſcit coniuncto.l.re coniuncti.de lega.3.l. ſi duobus.§.fin.l. planè.§.ſi duobus.de lega.1.l.vnica.§.in primo. &.§.pro ſecundo.C.de caduc.tollend.§.ſi eadem inſtit. de lega. cum alijs: prout fieri in donatione cauſa mortis, probat text.in.d.l. vnica.§. fin. C. de caduc. tollend. ibi. *Necnon in mortis cauſa donationibus.* Vbi notant Bart. Salicet. Corne. & alij Idem Bart. num.2. in. d.l.ſi

mihi

mihi & Titio,vbi ſequuntur Paul.Imol. Alexan. & Iaſ.Idem
Bart.in.d.l.re coniuncti. num.69. quem ſequuntur communi-
tèr DD. ſecundum Ripam,nu.232.Crotũ.nu.145.Not.etiam
Bal.num.fin.& Rom.num.22.in.l.vnica. C. quando nõ peten.
partes.Alexand. num.9.& Iaſ.num.20.in.l.2.de lega.1.vbi &
alij.Quo argumento idem putat Gomez in donatione facta fi-
lijs in poteſtate morte confirmabili coniunctim, vt portio ca-
duca vnius accreſcat alteri. Sed deciſio hæc periculoſa eſt, &
contra mentem Bar.in.d.l.re coniuncti,num.65.Qui generali-
tèr nedum in contractibus, ſed & in actibus inter viuos tradit
ceſſare ius accreſcendi. Vbi idem dicit Iaſ. nu.249. & in dicta
l.ſi mihi & Titio.num.1.&,5.A qua regula, licet excipiantur
aliqui caſus, & inter eos donatio cauſa mortis, propter expreſ-
ſam deciſionem text. de quo ſupra:non tamen reperitur dona-
tio facta filijs in poteſtate.Nec eſt ſufficiens ęquiparatio dona-
tionis cauſa mortis. Quia cum in multis diſcordent, non valet
argumentum à ſimili inter ea, in quibus datur inſtantia.§.pa-
uonum, verſiculo *Nec ad rem pertinet*, inſtit. de rerum diuiſ.cap.
cum Marthæ.in princ.vbi not.Abb. de cele. miſſ.c.ſicut vrge-
ri.vbi.gloſ.2.1.q.1. Donatio autẽ facta filijs in poteſtate verè
eſt actus inter viuos,nec dicitur capi ex vltima volũtate, vt ſta
tim dicemus. Et ſic in ea ceſſat fauor vltimarũ voluntatum,cu-
ius occaſione diſtinguntur in hoc teſtamenta à cõtractibus,ſe-
cundum omnes,teſte Ripa,in.d.l.re coniuncti,num.119.Vt in
teſtamentis fiat lata hæc interpretatio.l.in teſtamentis.de reg. 1
iur.vt copulati dicantur tacitè ſubſtituti.l.ſi Titio. & Mæuio.
§.Iulianus, de lega.2. Contra naturam copulæ, quæ inter co-
pulatos ſolet omnimodam diuiſionem inducere. l. reos. §. cum
in tabulis.de duobus reis. l. ſi diuiſa. C. de loca.l.ſi non ſinguli.
C.ſi certum peta. Quod cum proueniat ex tacita voluntate te-
ſtatoris,quæ in vltimis voluntatibus ita attenditur, ſicut ex-
preſſa. l. inter veſtem. ff. de auro,& argento legat. l. in condi-
tionibus. l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtratio. l. gene-
ralitèr.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſtitu.l.cum virum.l.cum
acutiſsimi.C.de fideicõm.cum alijs.Non poteſt id extendi ad
actus inter viuos, in quibus non attenditur voluntas tacita.l.ſi
repetẽdi.C.de condi.ob cauſã.Niſi proueniat ex natura contra
ctus.l.cũ quid,ſi cert.pet.vbi not.Bar.nu.9.& Iaſ.nu.16.Cũ in
dubio fiat ſtricta interpretatio.l.quidquid aſtringẽdę,de verb.

Et

Et ſecundum hanc opinionem reducitur res ad maiorem æqualitatem filiorum, cui in dubio fauendum eſt: vt diximus ſupra in Rub. num. 26. & 30. Quod à fortiori procedet in donatione valida, & irreuocabili, prout agnoſcit Gomez vbi ſupra. Quandò autem melioratio fuit facta duobus in teſtamento coniunctim habebit locum ius accreſcendi, quemadmodum & in legatis. de quo agemus in. l. 2. infra, gloſ. 4. ex num. 3.

13 Ex eodem fonte inferebat Bald. num. 5. in. l. ſi mortis. C. ad l. Falc. quòd licèt donationes excedentes legitimam ſummam requirant inſinuationem. l. pen. verſic. cæteris. C. de d nat. l. 9. tit. 4. part. 5. & aliàs ſint nullæ: tamen donationes iſtæ morte confirmatæ non requirunt inſinuationem. Cùm aſsimilentur legatis, & donationi cauſa mortis, quæ inſinuationem non requirunt. l. fin. C. de donat. cauſa mortis, not. gloſ. verb. ad refectionem, in. d. l. pen. vbi Bart. Salic. Angel. & Guido, dec. ſ. 610. Rubeus conſil. 59. num. 1. Verùm opinio Bald. falſa eſt, & cõtra caſum in. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum. prout aduertit ibidem additio ad Bald. & cum benè reprehendit Gomez de contractı. c. 4. de donatione. num. 17. verſic. Quartò infero. Vt vel ſic appareat quam lubrica ſit harum donationum æquiparatio, vt ſtatim dicemus. Et cùm hoc ita ſe habeat in donatione reuocabili, maiori ratione idem futurum eſt in donatione tradita, & irreuocabili. Licèt Tello contrarium voluerit, ex ratione quam nos improbabimus infra. l.

14 7. gloſ. 1. num. 43. * In eo autem verſatur maxima doctorum contrarietas, vtrum donationes iſtæ morte confirmabiles ita requirant inſinuationem, vt ex eius defectu ſint in totum nullæ, nec morte confirmentur: an verò ſolum vitientur in exceſſu legitimæ ſummæ, intra eam autem morte poſsint confirmari. Nam quòd ſint in totum nullæ tenet Salicet. in. d. l. donationes quas parentes. num. 3. per tex. ibi, in verſic. *Nam amplioris quantitatis.* in quantum ſimplicitèr, & abſolutè loquitur. Et ibi ſentit glo. verb. cõcedimus, in ratione quàm reddit, ſcilicet, quòd donatio, quæ excedit legitimam ſummam caret duobus adminiculis, ratione perſonæ, & ratione rei. Et hãc opinionem defendit Soci. in. l. 1. ff. ſolu. matrim. num. 97. & in. l. ſi inter virum. num. 1. de rebus dub. dicens ita ſe conſuluiſſe, vt apparet ex eius conſil. 115. nu. 5. vol. 4. quod dicit fuiſſe approbatum per collegum Piſanum. idem tenet Pari. conſil. 116. num. 29. & 30.

vol. 2.

vol.2. & Caſſan. conſil.7.num.23.&.24.Ruinus conſil.125. num.3.lib.1.& Alci.in.l.1.§.ſed ſi mihi. de verbor. obligatio. vbi Iaſ.num.7. idem refert, licet non firmet. Contrariam opinionem, quòd ſolum vitietur exceſſus, tenuerunt Odoff.& Albe.in.d.l.donationes.Ioan.Andr.ad Specul.tit.de dona.§.1. Et deffendit Crotus, in.l.frater à fratre, num.49.ff.de cond.indeb. Aret.conſil.17. Et primam opinionem Salic.eſſe communitèr reprobatam teſtatur Bello.conſil. 4. num. 11. & Rube.conſil. 123.num.2.3.&.5. Et hæc etiam placuit Lupo in Rub. de dona.§.81.nu.2.in fine.& Gome.de contracti.c. 4. de donatione. num. 17.verſ.Quarto in fero.Iulio Claro lib.3.§.donatio.q.17. verſic.Sed hîc incidentèr.Ant.Gabri.lib.3.tit.de donatio.conclu.1.nu.57.& Tello in.l.22.Taur.nu.28.Qui in hunc ſenſum accipiunt text.in.d.l.donationes.d.verſic.*Nam amplioris quantitatis donationem minimè inſinuatam, nec per ſilentium eius, qui donauit, confirmari concedimus.* Quaſi ſolum neget confirmari in parte exceſſiua tantum. Non obſtat, quòd donatio tunc careat duobus adminiculis. Nam defectus perſonæ ſuppletur per durationem in eadem voluntate, & confirmationem mortis. Deffectus verò rei non debet in ijs donationibus nocere magis, quàm in alijs, quæ etiam ſi excedant legitimam ſummam, ſolum annulantur in exceſſu, & quoad ſummam permiſſam remanent validæ. l. Sancimus. verſic.quid autem, vbi not.Bald.& Salicet.l. penult. verſiculo.Cæteris. C.de donat. Not.Ioan.Andr. ad Specul.tit. de inſtrumen.ædict.§.porrò. & Bald.in.l.illud.C.de Sacroſan. Eccleſ. Et Alexand.ad Bart.in.l.cum de indebito.§.fin.de proba. & in.l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.21.de verbo.& alij quos citat Ant.Gabr.vbiſupra, nu.56.& probatur in.l.9.ad finem, tit.4 par.5.

Excepta autem licentia, & facultate reuocãdi, in qua donationes iſtæ morte confirmabiles ſequuntur naturam vltimarũ
voluntatum, in reliquo actus inter viuos iudicantur, & eorum
15 naturam ſequũtur.* Et ſic videmus, quòd licet legata, & fideicommiſſa pro ſui valore, non ſolum requirant mortem teſtatoris, ſed etiam aditionem hæreditatis. l. cum quàm. C. de fideicomm.cum alijs: iſtæ tamen donationes ſola morte cõfirmãtur, & fiunt irreuocabiles, non expectata aditione, ſecũdum gloſſ. 1.in fine.in.l.ſi ij cuius.C.famil.hærciſc. Et tenent Bart.Paul. & alij in. l. ſequens quæſtio, de lega. 2. & in donatione cauſa mortis,

mortis, tradit gloſſ. verb. legatario. in l. poſt legatum. §. fin. de ijs, quibus, vt indig. & eſt opinio communitèr recepta per omnes in l. 2. de lega. 1. ſecundum Alex. num. 8. Socin. num. 14. & Ripam, num. 18. ibi. & Couar. in Rubrica de teſtam. 3. par, nu. 22. & Gomez lib. 2. c. 4. nu. 16. verſi. Tertio infertur. Menc. in d. l. eam quam. num. 63. Licet quando donatio cauſa mortis ſit abſenti, requirat aditionem hæreditatis, ſecundum Bald. in l. ſi mortis, nu. 2. C. ad l. Falcid. Pari. ad Bar. in d. l. 2. de lega. 1. Mene. vbi ſupra. num. 65. in fine. Cum tunc ſolum poſsit valere in vim fideicommiſsi. l. miles ad ſororem. de lega. 2. vbi not. glo. Bart. & cæteri, & Ripa in l. 1. §. ſi quis mortis. nu. 8. ff. quorum lega. Rimi. in princ. inſtit. de dona. nu. 488. Gomez vbi ſupra. nu. 18. Quod lege Regia correctum erit, quę ſine aditione cõſeruat legata. l. 1. titulo. 4. ſupra. Similiter conſeruabitur donatio cauſa mortis facta abſenti.

16 Sic etiam videmus, quòd licet pręlegata veniãt reſtituẽda, & compræhẽdantur in generali fideicommiſſo. l. cum virum. C. de fideicomm. Donationes tamẽ quę morte confirmantur, non veniũt, nec compræhẽduntur in fideicommiſſo, quãtumcunq; generali, quod aliàs eſſet aptũ compræhẽdere pręlegata, vt tradit ibi glo. fin. in princ. quam ſequuntur omnes, ſecundum Soc. num. 7. in l. Marcellus. §. quidam liberis, ad Trebel. poſt Bar. & alios ibi. Et probat text. in l. ſequẽs quæſtio. iuncto. §. fin. legis

17 præcedentis. de lega. 2. * Et ſi obijcias fideicõmiſſum ibi, non fuiſſe ita generale, quòd poſſet compræhendere prælegata, cum fuerit relictum per verba, *Quodcunque vxor hæres inſtituta cepiſſet.* Quæ videntur referri ad portionem tantum hęreditariã, quàm capit, vt hæres, titulo ſcilicet hæreditario, & per conſequens, ſi vxor ibi fuiſſet cum alio hęres inſtituta, & haberet iure prælegati, quod habuit iure donationis, fideicommiſſum ſibi per illa verba iniunctum, non videretur compręhendere pręlegatum. l. in fideicõmiſſariam. §. ſi legatum. ff. ad Trebel. Vbi iuſſus reſtituere portionem hæreditariam, non cogitur reſtituere prælegatum. Et ſic nil mirum, ſi ibi fideicõmiſſo non compręhendatur donatio, cum nec prælegata poſſent compręhendi. Quia reſpondeò, quòd licet verum ſit iuſſum reſtituere portionem hęreditariã non teneri reſtituere prælegata, vt in d. §. legatum. Cum contrarium eſſet in grauato reſtituere portionem ſuam vt in d. §. quidã liberis. Vbi conſtituitur hæc differẽtia, quaſi

inuentio

mētio hęreditatis excludat prælegata, quę nō ſolent hæreditatis appellatione cōtineri.l.ſi Titius.ex parte.de leg.3.in caſu tamē tex.in.d.l.ſequēs quæſtio.cū.§.præcedenti, forma fideicommiſsi eſſet ſufficiēs, & apta comprehendere prælegatum, nō obſtantibus verbis illis, *Hæres instituta.* Quæ nec reperiūtur, in Codice Florētino, nec videtur fuiſſe originalia teſtatoris, ſed Iurecōſulti narrantis factū. Et ſic nō videtur in eis vis facięda, ſecundum gloſſ.in.l.vnica. C. quando non pete.partes. Vbi not. Iaſ.nu.22. Et vltra hæc, licet mentio hæreditatis ſoleat reſtringere fideicōmiſſum, illud eſt, quādo nō reperitur aliud ſignum vniuerſale, qđ ſit etiā aptū compræhēdere prçlegata. Prout ibi fuit poſitū. Dixit enim, *Quod ūq; vxor hæres instituta cœpiſſet.* Sub quibus verbis cōprehenderētur prælegata; queadmodū in caſu, tex.in.d.l.cū virū. Vbi fideicōmiſſum fuit relictū per verba, *Quidquid ad te ex hæreditate peruenerit.* Atq; ita in.d.l. ſequēs quæſtio. ſi qđ vxor cœpit iure donationis cœpiſſet iure prçlegati veniret vtiq; in reſtitutione fideicōmiſsi. Non tamen venit, quia captū eſt iure donationis, licet morte confirmatæ.

Huius rei duplicem rationē aſsignat.I.C.ibi. Prima, quia donatio, licet morte confirmata computatur extra cauſam bonorum defuncti. Secunda, quia vxor donationē habitura eſſet, etiā alio hærede exiſtente. Vtraque ratio eſt ita difficilis, vt vix videatur poſſe ſuſtineri. Etenim, quòd donatio morte confirmata dicatur eſſe in bonis defuncti tempore mortis probatur. Primò, quia viuo marito, nō obſtāte donatione, cōpetit pro re donata vendicatio.l.vtilem.ff.de dona.inter.l.1.§.taceat.C. de rei vxori actio.cum alijs citatis à gloſſ.ibi, verb.directam. Ergo dicitur eſſe in bonis.l.bonorum.§.in bonis.de verbo.ſignificatione. Secundò, quia confirmatio donationis, quæ fit per mortem, non retrotrahitur, quoad dominium, vt ſupra dictum eſt: ergo maritus vſq; ad vltimū vitę ſpiritū fuit dns, & ſic res donata nō poteſt dici fuiſſe extra ei⁹ bona tēpore mortis. Tertiò, quia ex talibus donationibus detrahitur Falcidia, vt ſupra dictum eſt, quæ tamē nō detraheretur, ſi donatio nō eſſet in bonis defuncti tēpore mortis.l.in ratione.la.2.in prin.2.reſp.ad.l.Falci.

Gloſſa Bart. Cuman. Imol. in.d.l. ſequens quæſtio. Salicet. Fulg. Pau. Corn. Iaſ. Mene. in.d.l.cum virū.latè examināt iſtas rationes. Omnes ferè reincidūt in rationē Bar. quę videtur magis comuniter recepta, ſecundū Soci.in.d.§.quidā liberis.nu.7.

quod

quòd iſtæ donationes computantur extra bona defuncti, ſcilicet, quæ capiuntur ex eius vltima voluntate. Vnde cum grauatus non teneatur reſtituere, niſi quæ acceperit ex teſtamento. l. vxorem. §. teſtamento. el. 2. iuncta gloſſ. fin. in tertia ratione. ff. de lega. 3. Iſtæ donationes non debent venire in fideicommiſſo, quia non capiuntur ex teſtamento, cum ſola morte, ſine aditione debeantur, vt ſupra dictum eſt. Et hûc videtur tēdere ratio. I.C. qui non dixit ſimplicitèr donationem cōputari extra bona defuncti, propter inconuenientia ſupra relata; ſed dixit computari extra cauſam bonorum. Quaſi dicat, quòd licet generalitèr donatio morte confirmata dicatur in bonis, & dominio defuncti tēpore mortis; in cauſa tamen fideicommiſſi non computatur in bonis, cum non capiatur ex teſtamento. Hûc etiam tendit ratio Cuma. ibi, & Fulgo. in. d. l. cum virum, qui declarabant rationem. I.C. dicētis donationem computari extra cauſam bonorum defuncti, ex ipſius, ſcilicet animo, & deſtinatione. Qui (prout declarat Socin. vbi ſuprà) ex quo donauerat, & tradiderat, ſua opinio erat, quòd talia bona non computarētur inter hæreditaria. Quam teſtantis opinionem ſequitur, & approbat, poſtpoſita ſubtilitate iuris, ſecundum quam eſſet cōtrarium reſpondendum. Cum voluntas teſtatoris ſit in fideicommiſſis maximè attendēda, vt dicitur in. d. l. cum virum. & ſecundum opinionem teſtātis, potius quàm ſecundum rei veritatem declaranda, vt in. l. quo loco. §. 1. vbi not. Bart. & alij. ff. de hæredi. inſti.

Secunda etiam ratio. I.C. minùs ſufficiens videtur. Quoniam militat etiam in prælegato, quod quis poſſet habere, etiam alio hærede exiſtente. l. cum reſponſo. C. de lega. & tamen fideicommiſſo generali continetur, ſupra dictum eſt. Nec ſatisfacit intercit interpretatio Paul. ibi. Qui declarat, quòd quemadmodum ſi alius eſſet ibi hæres inſtitutus, & grauatus, vxor donatoria poſſet retinere donationem: idem poſſit facere inſtituta. Scilicet, vt poſſit tanquam donatoria retinere donationem, non obſtāte, quòd tanquam hæres ſit grauata reſtituere hæreditatem, à qua nullam habet dependentiam donatio, quę morte tantum, non aditione confirmantur, vt dictum eſt. Et enim ratio. I.C. ex hac declaratione, non ſolum non acquirit, ſed imò perdit vigorem. Eſt enim æquiparatio illa inepta, vt quemadmodum ipſa retineret donationem alio hærede ſcripto, ita retineat, ſi ipſa ſit inſti-

inſtituta, & grauata. Nam alio hærede ſcripto, & grauato, nulla ratio excogitari poterat, quę in fideicommiſſo iniuncto hæredi, includeret donationẽ factam vxori. Sed quando ipſa fuit inſtituta, & generalitèr grauata, quæſtio habet grauem dubitandi rationem, propter argumentum prælegati, quod cum includatur in tali generali fideicommiſſo, per conſequens videbatur etiam includenda donatio morte confirmata. Et ſi d cas, prout innuit Paul. quòd vxor donataria, & inſtituta, fungitur vice duarum perſonarum, & grauata vt hęres, non debet intelligi grauata reſtituere, quod non capit, vt hæres: idem obiectũ militat in prælegato, quod cum non capiatur iure hæreditario pro portionibus cohæredum, non deberet includi in grauamine iniũcto hæredi, vt hæredi. Minus ſatisfacit interpretatio Socin. in. d. §. quidam libe is. num. 7. intelligentis illam rationem I.C. non eſſe rationem de per ſe. Sed rationem rationis pręcedentis. Quatenus. I.C. dicit donationem computari extra cauſam bonorum defũcti, & quòd huius rei ratio eſt, quia eam habitura eſſet vxor, etiam non ſcripta hæres. Quaſi dicat, quòd cũ in tali fideicommiſſo non includantur niſi ea, quę capiuntur ex teſtamento, vt in. d. l. vxorem. §. teſtamento. el. 2. delega. 3. non debent includi donationes, quę ſola morte confirmantur, nec à teſtamento dependent, & ſic etiam ſi vxor non eſſet hæres, adhuc haberet donationem. Etenim ratio. I. C. non poteſt accipi in hunc ſenſum. Non enim dicit, quòd mulier eſſet habitura donationem, etiam ſi non adiſſet, vel ante aditionẽ, vel etiam ſi non eſſet ſcripta hæres: ſed quòd eſſet habitura, etiam alio hærede exiſtente. Et ſic nõ reſpexit ad naturam donationis, vtrùm requirat aditionem hæreditatis, vel non, & potiùs innuit contrarium, dũ dicit ſufficere exiſtentiam alterius hæredis, ad hoc, vt mulier haberet donationem. Menoc. in. d. l. cum virum. nu. 17. mordet rationem conſulti, dicens eſſe parum tutam, & tranſit cum illa.

Re vera ratio non eſt ita concludens, quòd poſsit excludere omnia obiecta. Intra terminos tamẽ quibus. I.C. loquitur, non eſt ita inſufficiens, quin poſsit ſuſtineri. Nam. I.C. ibi agens de donatione morte confirmata, dicit non includi fideicommiſſo. Quoniam vxor grauata vt hæres, non debet intelligi grauata reſtituere, quod non percipit, vt hæres, cum etiam, ſi non ipſa, ſed alius eſſet hæres, haberet donationem. Et ſi obiicias

cias eãdem rationem militare in prælegato. Reſpondeò, quòd I. C. ibi non agebat de prælegato, nec tractabat aſsignare rationem, quare prælegatum includeretur fideicommiſſo generali, non autem donatio morte confirmata. Et ſic tolerabile eſt, vt ratio ſcripta, quæ ſufficiens eſt ad id, de quo agitur, non excludat id, de quo non agitur. Ratio autem differentiæ inter donationem, & prælegatum eſt. Quia prælegatum partim capitur iure hæreditario. l. qui filiabus. §. fi. cum. l. ſeq. l. quæſitum. §. duobus, delega. 1. l. milos ad ſororem. §. pro parte. delega. 2. l. eum qui. §. pro parte. de ijs quibus, vt indig. Pro qua parte cum ſemper includatur in fideicommiſſo, quibuſcunque verbis ſit relictum. l. in fideicommiſſaria. §. fin. ad Trebell. vbi not. Ripa, num. 5. poſt Roma. in. d. §. quidam liberis. num. 1. & Mene. in. d. l. cum virum. nu. 22. facili ratione extẽditur etiam ad partem, quæ non capitur iure hæreditario. Propter verba generalia, *Quidquid ad te ex hæreditate peruenerit*, vt in. d. l. cum virum. Vel propter verba indefinita ſine mentione hæreditatis, vt *portionem tuam*, vt in. d. l. Marcellus. §. quidam liberis. Quæ verba ſunt apta ex præſumpta voluntate defuncti compræhendere etiam alias partes prælegati, quæ licet non capiantur iure hæreditario, à teſtamento tamen dependent, & inter eas, & hæreditatem eſt quodam genus cõuenientiæ, vt (quamuis impropriè) legatarius quaſi hæres eſt. l. id tẽpus. §. in re legata. ff. de vſucap. Quę ratio non reperitur in donatione morte confirmata, quæ ita diſtat ab hereditate, vt nihil ex ea dicatur capi iure hæreditario. Vt vel ſic, is, qui fuit grauatus, vt hæres, non poſsit intelligi grauatus reſtituere, quæ cœpit ex donatione, quàm nec capit vt hæres, nec iure hæreditario, nec
18 ex teſtamento quouis modo dependet. * Quamuis Salicet. in. l. filium quem habentem. num. 18. C. famil. hæreiſcund. velit defendere capi iure hæreditario pro parte, pro qua donatarius eſt hæres, & pro ea etiam parte includi in generali fideicommiſſo. Et ſic, quòd in iſtis donationibus accidat idem, quoad fideicõmiſſum relictum termino vniuerſali, quod ſupra diximus accidere in prælegato, quoad fideicommiſſum relictum termino reſtricto, & non vniuerſali, quoad partem grauati, quâm diximus ſemper includi fideicommiſſo; vt idem ſit in parte donatarij hæredis grauati termino vniuerſali. Hanc tamen deciſionem repræhendit Socin. in. d. §. quidam liberis. num. 7. &

Mene.

Mene. in. d. l. cum virum. num. 18. licet malè referat intentum Salicet. Contra quem Socin. multiplicitèr inducit text. in d. l. ſequens queſtio. cũ. §. præcedenti. Et id conuincitur ex traditis à Paul. Fulgo. & Iaſo. in. d. l. filium quem habentem. Qui dum ibi reprobant intellectum Azonis, concludunt donationes morte confirmatas, etiam pro parte donatarij hæredis inſtituti, non capi iure hæreditario. Atque ita. I. C. in. d. l. ſequens quæſtio. in fine, vno caſu donationem morte confirmatam decidit, includi fideicõmiſſo, ſi nominatim ſcilicet, id expreſſum ſit. Quaſi nulla alia ratione, aut generalitate id ſit præſumẽdum; quamuis in prælegato ſufficiat generale fideicommiſſum. Ex quo text. illud not. eſt, quòd licet verum ſit prælegata ſemper includi in fideicommiſſo reſtituendo proprie filio, etiã ſi non eſſet relictum termino vniuerſali, ita quòd aliàs ſi eſſet reſtituendum extraneo non includeretur, ſecundum Bart. per text. ibi in. l. liberto. §. filium. ff. de annuis lega. quem ſequuntur. Paul. Rom. Alex. Socin. Claud. In. d. §. quidam liberis. idem Paul. Corn. Iaſ. in. d. l. cum virum. vbi Mene. nu. 11. aſſerit eſſe communem opinionem. Tamen hæc ratio etiã adiecta fideicommiſſo quantũcunque vniuerſali, nõ eſt ſufficiens includere donationem morte cõfirmatam, niſi & nominatìm id expreſſum ſit, vt in. l. ſequens quæſtio. iũcto. §. precedenti. Vbi fideicõmiſſum fuit iniũctum termino ſatis vniuerſali, de reſtituẽdo proprijs filijs, & adhuc nõ includitur dicta donatio, niſi nominatìm id exprimatur.

19 Quæ omnia, quæ in donatione inter virum, & vxorem, de qua loquitur text. in. d. l. ſequens quæſtio. dicta ſunt, procedunt etiam in donatione filij in poteſtate morte confirmata. Nam quamuis Fran. Accurſius in quodam examine inter vtramq; diſtinxerit, cum tamen derriſit Dinus, prout refert Salic. in. d. l. filiũ quẽ habẽt. nu. 17. poſt Cin. ibi. Vtraq; enim donatio pariformitèr cõfirmatur morte, & nõ includitur in generali fideicõmiſſo. Quod tenẽt Bar. Bal. Sali. & magis cõmunitèr. DD. ibi (dũ reprobãt intellectum Azo. qui volebat in illo text. fundũ fuiſſe donatũ filio, & morte cõfirmatum) ex ea ratione, quia ſi hoc fuiſſet, fundus nõ imputaretur filio in quartam, prout ibi præcipitur. Nam cũ talis donatio nõ veniat in reſtitutione fideicõmiſsi, vt in. d. l. ſequẽs quæſtio. non debet in quartam imputari. l. in fideicõmiſſaria. ff. ad Trebell. Et licet hæc ratio non

careat replica.ſecundum Fulg.& Iaſ.num.26.in fine.vt ſtatim dicemus: quod ad nos attinet, illud verū eſt, deciſionē tex.in.d.l.ſequens quæſtio. procedere etiam in donatione filij in poteſtate. Prout etiam tenet Bar.in.d.§.quidā liberis. dum exempli tantum gratia ponit donationem inter virum, & vxorē, & ibi etiā tenet expreſsè Alex.nu.3. & Imol.in.d.l.ſequēs.nu.3.

20 Procedūt etiam ſupradicta in donatione cauſa mortis. Quæ in fideicommiſſo, quamuis relicto termino vniuerſali, non cōpræhenditur, ſecundum Imol. & Rom.in.d.§. quidam liberis. Menc.in.d.l.cum virum.num.18. in fine. licet contrarium tenuerit Cuman.in.d. §. quidam liberis. & licet dubitauerit Iaſ. in.d.l.cum virum. Nam in donatione cauſa mortis ſi ſit tradita, vrget à fortiori ratio text.in.d.l.ſequens quæſtio.cum tempore mortis non fuerit in dominio teſtatoris, vt potè quæ à tempore traditionis tranſierit in dominium donatarij.l.ſi mortis cauſa res donata.l.ſenatus.§.fin.ff.de dona.cauſa mortis. Si autem non fuit tradita, cū à teſtamento non pendeat, nec aditionem hęreditatis requirat, vt ſupra dictū eſt, ſed adhuc morte cōfirmetur, & ab eo die dominiū tranſeat.l.2.ff.de publi. in ea militat eadem ratio, quæ in donatione tradita, de qua in.d.l. ſequens quæſtio.

21 Ex quibus omnibus infertur & aliud, quòd donationes iſtæ morte confirmatæ, non ſunt imputandæ in Trebellianicam, cum non veniāt in reſtitutione fideicōmiſsi. Ne vna via prohibitum alia concedatur.c. cum quid vna via. de reg.iur. in.6. Si enim imputarentur in quartam, ſatis per hoc dicerentur venire in reſtitutione fideicōmiſsi, quod ſic tanto magis ampliaretur, ſecundum gloſ.verbo hæreditaria, ad finem in.d.l.filium quem habentem. Ex qua ratione Dinus relatus à Cino, & alijs ibi, repræhēdit intellectum Azonis ad illū text.vt ſupra dictū eſt. Et licet cōſequētia nō videatur bona, Fulgo. & Iaſ.ibi poſt Bal.nu.3.in.l.iubemus.C.ad Trebel.& Imo.nu.3.in.d.l.ſequēs quęſt.quaſi nō benè inferatur, nō eſſe imputādū in quartā, quod nō venit in reſtitutione fideicōmiſsi, propter multas inſtātias, quę huic tā generali regulę poſſunt obijci, quas recēſet Iaſ.nu.27. Poteſt tamē ſaluari, ex eo, ꝙ omnes illę exceptiones ex particulari ratione, & diſpoſitione iuris introductę, potius in ſpecialitèr nō exceptis, firmant regulam in contrariū, ſecundum Bar.per tex.ibi in.l.quæ ſitū.§.deniq;.de fund.inſtr. Et licet hęc

ratio

ratio non eſſet ita ſufficiens, concluſio tamen eſt ab omnibus communitèr recepta, in.d.l.filium quem habẽtem, dum reprobant intellectũ Azonis. Nam cum donationes iſtæ non percipiantur, vt legata, nec iure hæreditario, ſed ex iudicio inter viuos, licet morte confirmato, non debent in quartam imputari.l. pater filiam in princ.ff.ad.l.Falcid.

12 Quo argumento, nec imputabuntur etiam in Falcidiã. Cum text.ille loquens in Trebellianica, procedat etiam in Falcidia. Imò, & ibi appellat Falcidiam eam, quæ ſecundum caſum tex. deberet appellari Trebellianica. Et ſic textus ille ſummatur per omnes ibi, vt eius deciſio procedat in vtraq;. Hoc enim argumentum valet negatiuè, vt quæ non imputantur in Trebellianicam, quæ plura compræhendit, multominùs imputentur in Falcidiam. Prout declarat Ripa, num.28.in fine, & num.29. in.l.in quartam.ff.ad.l.Falcid. Vbi Angel.deffendit iſtam opinionem, quòd donationes iſtæ non imputentur in qua[r]tam. Quamuis Imol.ibi num.3.ad finem deffendat cõtrarium. Tam, quoad hoc, vt imputentur in Trebellianicam, pro quo citat gl. in.d.l.filium quem habentem: quàm etiam in Falcidiam. Quia ex quo teſtator legando fecit locum Falcidiæ, videtur reuocare donationem reuocabilem factam hæredi, vel ſaltìm grauare, quòd imputet in quartam, vt integra legata prȩſtentur, cũ donatarij reuocabiles poſsint grauari.l. vt hæredibus delega.2. Quæ ratio non concludit. Nam licet teſtator poſsit præcipere, vt donationes reuocabiles imputentur in quartam, & per hæc videatur, vel reuocare donationẽ.l.ſi maritus.la.2. C.de dona. inter virum, vel ſaltìm modificare, quod poteſt à fortiori.l. nõ debet.de regul.iur. vt tradit Ripa in.d.l.in quartam, num.39. Sed ſi hoc non expreſsit, non tamẽ neceſſario includitur, vt donatio cenſeatur reuocata, vel ſit in quartam imputãda, eo ipſo quòd ſit vltra dodrantem legatum. Quod patet argumẽto prælegati. Quod licet ea lege dari poſsit, vt etiam pro parte q[uæ] ȩ capitur à cohærede imputetur in quartã, vt integra legata præſtentur.l.quod autem.in fine.ff.ad.l. Falcid. ex ea ſatis deducitur, quòd ſi ea lege datum non ſit, non tamen id cẽſeatur eo ſolo præceptũ, ꝙ ſit vltra dodrantem legatum. Sed tunc legi Falcidiæ locus erit, imputato prælegato pro parte hæreditaria d.l. quod autem.in princip. Quo argumento Alex.in.d.l. in quartam.num. 11.contendit, ꝙ ſaltim pro parte hȩreditaria impu-

tentur in quartam donationes iſtæ, per tex. in d. l. filium quem habentem, ſecundum lecturam Azo. quam ibi vult deffendere, cũ tamẽ ab omnibus ibi magis cõmunitèr improbetur, ex rationibus ſupra adductis.

23 Differunt etiam hæ donationes inter ſe, quoad reuocationẽ ex delicto. Nam legatum reuocatur ex delicto, per quod incurritur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, cum ex eo bona publicentur. l. 1. ff. de bonis damna. iuncta. l. in metallum. & l. deportati. C. de bonis proſcrip. Ex eo enim delinquens fiebat inteſtabilis. l. qui vltimo. ff. de pœnis. l. eius qui. §. 1. l. qui à latronibus. §. fin. ff. de teſtam. Et teſtamentum antea factum euerteba tur. l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſto rupto. Et eandem naturam ſequitur donatio cauſa mortis. Quia neque poſt delictũ poterat fieri, & iã facta ſequuto delicto reuocabatur. l. ſi aliquis. 2. reſpon. ff. de dona. cauſa mortis, quæ in hoc vltimis voluntatibus ſimilis eſt. l. illud. ff. eod. Sed donatio facta vxori, vel filio, licet poſt delictum non poſsit fieri, facta tamen non reuocabatur ex delicto, quemadmodum, nec alia quæuis donatio inter viuos. Diſtinguitur tamen in vtramque. Quia donatio facta filio, vel vxori ante reatum, ſiquidem ſequatur pœna mortis ciuilis, vel naturalis confirmatur donatio: ſi autem ſequatur interdictio, vel deportatio, ſtat in pendenti, vt morte naturali confirmetur, vt in. l. res vxoris. C. de donatio. inter virum. l. cum hìc ſtatus. §. ſi maritus. ff. eodem. Sed donatio alia quæuis inter viuos valet ante delictum. l. penul. C. de bonis proſcriptio. & poſt delictum. l. poſt contractum. ff. de donatio. niſi in criminibus exceptis: poſt damnationem autem non valet, vt ibi in fine. Et hanc diſtinctionem ponit gloſſ. finali. in. d. l. res vxori. quàm ſequuntur omnes. De quo nos aliqua agemus infra gloſſ. 9. num. fina. Hodie tamen differentia hæc non procedit ex. l. 3. titulo. 4. ſupra, per quam ceſſat ratio Iuris Communis, & ex delicto non fit quis inteſtabilis. Et ſic nõ ſolum damnato permittitur teſtari, ſed etiam ſubſtinetur teſtamentum antea factum. Quod probat ille text. ibi. *O ſe ouieren de confiſcar*. Quibus verbis comprælendit teſtamentum iam factum ante confiſcationem. Et probatur in. d. §. irritũ verſ. qua ratione. Vbi not. Bar. in fine. & ibi ſequuntur Paul. num. 4. & Imol. in princ. & tradunt Alexan. num. 2. Iaſ. in prin. & Deci. nu. 11. & 12. in. l. & militibus. C. de teſta. mili. & eſt ſine dubio

ſecun-

ſecundum Tello,in.l.4.Tauri. num. 1. Vbi benè repræhendit Pariſ.conſ.46.nu.15.lib.3.qui deffendebat ſtante ſtatuto ſimili dictę legi Regię,quòd licet dãnatus ad mortem poſsit teſtari, teſtamentum tamen antea factum non cõfirmari,niſi poſt delictum approbaretur. Et idem erit in donatione cauſa mortis, quæ ex.d.l.Regia,non ſolum poterit fieri poſt delictum,ſed etiam iam facta ſubſtinebitur,licet ad hoc non aduertat Dueñas Reg.226.limi. 9.licet in.8. id tractet reſpectu teſtamenti:aduertit tamen Tello hîc,num.131.

24 Differunt etiam donationes iſtæ morte cõfirmabiles in forma reuocãdi per pignoratione,vt dicam infra glo.4.nu. 29. Et in alijs,in quibus ſolent differre cõtractus ab vltimis volũtatibus.Quæ latè cõgerit Iaſ.in.l.quę delegato.ff.de lega.1. & Euerar.in proprio loco.Et in materia donationis cauſa mortis tradũt DD.in.l.2.de lega 1.& Gomez de cõtra.c.4.nu.16.&.17. quæ eſſet longum hîc recenſere.

25 Quocirca gl.1. & gl.verb.adiudicari in.l.filiæ cuius.C.fami. hæreiſc.& gl.verb.pro hærede in.l.2.§.fi.ff.pro hærede:cõſiderãtes harum donationum variam,& lubricã naturã intellexerũt eſſe quid annomalũ diſtinctũ à contractu,& vltima voluntate,& participãs ab vtroq;. Quas gloſ.DD. vbiq; magis communitèr ſequũtur,ſecundum Ludo.Molin.lib.1. primogen.c. 12.num.11.poſt Bald.in Authen.ex teſtamento.num.1.C.de colla.& Alexand conſil.26.num.4.&.5.libr.2.& Gregor.in.l. 4.titulo.11.par.4.verb.*En vida*.Quod licet verum ſit,negari tamen nõ poteſt,donationes iſtas (vt ſupra etiã dictum eſt) eſſe actus inter viuos. Et ita text. iſte, meliorationem factam filio in poteſtate,licet reuocabilẽ,appellat cõtractum inter viuos,illis verbis.*Por cõtrato entre biuos*,vt hîc not.Tello,nu.130.Prout videmus in donatione cauſa mortis,quę licet ſatis ſit annomala inter cõtractus,& vltimas volũtates,ſecũdum gl.in l.poſt legatũ.§.fi.ver.qui mort.cauſ.iũcta gl.ver.legatario ff.de ijs quibus vt ind g.& gl.ver.infirmari,in.l.etiã.ff.de inoffi.teſta. & vtrobiq; not.DD.& Moli.vbi ſupra,nu.13.Tamẽ DD. magis cõmunitèr.in.l.2.delega.1.Poſt aſsignatas mille cõcordãtias, & diſcordãtias,tandẽ cõuenerũt,quod in ſui creatione aſsimiletur cõtractib9,quoad effectũ autẽ, & efficatiã aſsimiletur vltimis volũtatib9,ſecũdũ gl.ver.legatũ in.l.2.de dot.prçle. Et hęceſt opinio cõmunis ſecũdũ Soc.cõſ.130.n.9.lib.1.& Iaſ.in.l.2.nu.11.

lega.1.& ibi Ripam.num.15.& Iaſ.in.l.cum antiquitas, nu.2. C.de teſtam.& Guill.in.c.Raynũtius.verb.teſtamentum.el.4. num.34.Couarru.in Rubrica de teſtam.3.par.nu.1.Iuli.Clarum,l br.4.§.donatio.q.5.Molin.vbi ſupra.num.16.Excepta teſtium ſolẽnitate,quia in ea ſequitur etiam naturam vltimarũ voluntatum,quia id lege expreſsè requiſitum eſt.l.fi. C. de dona. cauſa mortis.l.fin. titulo. 4. part.5. Quod non erit in donatione reuocabili facta filio, vel coniugi, quia ſufficient requiſita contractuum,ſecundum Molin.num.17.

26 Quod verò attinet ad donationem factam filio emancipato, ea Iure Communi irreuocabilis erat.l.2.C.de inoffic. dona.l. ſiuè emancipatis.l.cum de bonis.C.de dona.etiam ſi eſſet facta per ſtipulationem, vel pactum. Cum inter patrem, & filium emancipatum detur actio, petita venia.§.item inutilis.inſti.de inuti.ſtip. vbi not.Ang.per text.in.l.lis nulla.ff.de iudi. &.l.fi.

27 C.de in ius voca.* Quoad confirmandã etiam donationem factam filio in poteſtate,eundem effectum operabatur emancipatio filij,quem mors patris.l.donationes in concubinam.§.pater qui.ff.de dona.vbi not.Bar. & ſequũtur cęteri, & tradit Lupus in Rubric.de dona.§.71.num.5.probat etiam text. in.d.l. ſiuè emancipatis.Et licet ad hoc etiam requiratur traditio: ſufficit tamen,ſi poſt emancipationem interueniat.l.2.C.ſi quis alteri, vel ſibi.tradit Bal.in.c.1.§.ſi quis in fine. de fœud. dato.in vim legis cõmu. & Lupus vbi ſupra.§.76.nu.1.Qui licet indiſtinctè loquatur in donatione facta emancipato,dicens requiri traditionem,intelligendus eſt iuxta iura,quæ allegat.in.d.§.pater qui.vbi agitur de donatione confirmata per emancipationem. Quia ſi eſſet donatio facta iam emancipato, traditio ad ſui valorem non requiritur, vt explicat hîc Gomez, num.5. Et hæc diſtinctio videtur probari,in.d.l.ſiuè emancipatis. vbi duobus caſibus valet irreuocabilitèr donatio facta emancipato. Vno ſi ſit donatum iam emancipato, quî continetur in principio legis, ibi: *Siuè emancipatis filijs res donaſti.* Vbi de traditione nõ tractat, quia non eſt neceſſaria. Altero ſi ſit donatum filio in poteſtate,quo donatio emãcipatione confirmatur,ſi tradatur,ibi: *Siuè in poteſtate conſtitutis,& ſui iuris effectis, ac tenentibus non ademi-*

28 *ſti,&c.** Vnde nõ immeritò repræhendit poteſt Crotus,in.l.frater à fratre, num.19.ff.de condi.indebi. Vbi voluit extendere deciſiones iſtas ad omnẽ obligationẽ contractã inter patrem & filium

& filium in poteſtate, quàm cum omni iure agnoſcat nullam, ſequuta tamen emancipatione aſſerit fieri efficacem. Sed eius opinio non eſt vera. Nam promiſsio, ſeu obligatio à principio nulla, non reconualeſcit, quamuis ceſſet impedimentum. l. inter ſtipulantē. §. ſacram. de verbo, nec poteſt eſſe in ſuſpēſo. l. vſuſfructus. ff. de ſtip. ſeruo. Nec ad propoſitum faciunt illa iura, cum procedant propter traditionem, vt dictum eſt.

29 Huic ſimilis erat donatio facta à matre, quæ etiam Iure Cōmuni ſtatim valebat irreuocabilitèr. l. velles necne. C. de reuoc. dona. l. ſi conſtante. C. de dona. inter virum. Et quamuis Mieres primogen. 1. part. q. 26. num. 6. & ſeq. velit, id non alias cōtingere, quàm ſi donatio eſſet tradita, prout ad ſui deciſionem videtur requirere text. in d. l. ſi conſtante verbo, *Tradidit.* & l. ſi poſſeſsione. C. de reuoc. dona. illo verbo, *Poſſeſſione.* Quo licet rei proprietas videatur ſignificata, prout apud Cice. & Quinti. relatos ab Amb. Calep. & Valla. c. 458. & apud. I. C. quandoque. l. interdum. cum alijs citatis à gloſ. ibi. ff. de verbor. ſignificatione. rectè quoque eo verbo corporalis etiam tenuta cum rei donatæ proprietate ab Impe. compræhenſa videtur, cum referatur ad verbum, *Contulit.* Aliàs, ſi rei donatæ poſſeſsio apud matrem remanſiſſet, non prohiberetur alteri poſtea vendendo, & tradendo, donationem, quoad rem donatā reuocare. l. quoties. C. de rei vendi. Quod videtur ab Impe. ibi excluſum, verbis finalibus, *Alienare non potuit.* Nec obſtare text. in. d. l. velles. quaſi in ea ſolum probetur donationem factam per matrem non reuocari prætextu mariti, & liberorum abſentiæ. Adhuc tamen verius eſt Iure Cōmuni donationem factam à matre, ſine traditione ſtatìm valere irreuocabilitèr. Quia licet fateamur in iuribus ſupra citatis traditionem interueniſſe, ea tamen ad hunc effectum neceſſaria non erat. Cum traditio pro cōfimanda donatione filij, nūquam requiratur, niſi quatenus ratione patriæ poteſtatis impeditur, prout ſupra diximus. Quę cum ceſſet in matre, etiam ſi donatio fiat per ſtipul tionem, aut pactū (quod poteſt. l. ſi quis argentū. §. ſin autem. C. de dona.) valebit, ex rationibus, quibus diximus vellere factam emancipato.

30 Hęc erat ante hanc legem harū donationum qualitas, & natura. Quæ tamen ex ea in omnibus immutata eſt. Differentia enim, quæ Iure Communi conſtituta erat inter patrem, & matrem, emancipationem, & patriam poteſtatem, ad traditionem

C 5 poſſeſ-

poſſeſsionis, vel cauſam oneroſam tranſlata eſt. Vt ſiquidē ea interueniāt, donatio tertij, etiā facta filio in poteſtate, rata firma, & irreuocabilis ſit: ſublato correctoq; impedimēto patriæ poteſtatis, filius tanquā extraneus, fit capax retinendi, & ab eo de dominium tranſit, & fructus acquiruntur, nec amplius expectamus mortem donatoris, pro aliqua donationis perfectione. Si autem traditio, vel cauſa oneroſa non interueniāt, donatio eſt vſque ad mortem reuocabilis, ſine diſcrimine patris, aut matris, emancipationis, aut patriæ poteſtatis. In quo deciſio eſt in omnibus Iuri Communi contraria, vt cōſtat ex ijs, quæ in præcedentibus dicta ſunt.

31 Sed tunc occurrit quæſtio, vtrùm donatio iſta facta filio in poteſtate de tertio, aut rei, vel quantitatis certæ in eam rationem, ſine traditione, vel cauſa oneroſa, valeat in vita patris mero iure, licet ſit vſque ad mortem reuocabilis: an verò non valeat in vita, ſed morte confirmetur, prout confirmabatur tradita de Iure Communi, & prout etiam confirmatur donatio inter virum, & vxorem, & donatio cauſa mortis, de quibus ſupra. Et quamuis videatur parum inter vtrumque referre, cum iſta videantur paria; valere, & poſſe reuocari, vel non valere, & morte confirmari. l. non videtur. ff. de donatio. cauſa mortis. l. omnes. §. 1. de regul. iur. cū traditis à Tiraq. de retractu conuen. §. 2. gloſſ. 1. nu. 9. Multum tamen intereſt inter alia, quoad articulum, quem hactenus in propoſito non vidi ſcriptum, vtrùm donatio præmortuo filio reuocetur. Nam ſiquidem donatio valet in vita mero iure, & non pendet â morte, quamuis poſsit expreſsè reuocari ex hoc text. non tamen cenſebitur tacitè reuocata præmortuo filio: ſecus ſi pendet â morte, prout reuocabātur donationes ſupradictæ de Iure Cōmuni, vt ſupra diximus.

Authores noſtri in ea videtur eſſe ſententia, vt donatio valeat in vita mera iure, nec pendeat à morte, vt expreſsius cæteris tenet Tello hîc, num. 1. & num 118. & num. penult. & dicit eſſe communem opinionem Mati. gl. 3. num. 1. in fine. & num. 5. & ſic videtur, quòd præmortuo filio, non cenſebitur reuocata. Et hoc videtur colligi ex verbis text. *La pueda reuocar quando quiſiere*. Quibus donationem interim mero iure vale e ſignificatur: cum ius reuocandi præſupponat validum. l. ſed & ſi ſub conditione. verſ. poſt defectum. ff. de in iuſti. rup. Ex eo etiam,

quia

quia cum in donatione facta à matre, vel filio emãcipato ſine traditione, in quibus ceſſat impedimentum patriæ poteſtatis, id videatur planum; idem in donatione facta filio in poteſtate concedendum, & extendendum eſt: vt determinatio verbi, *La pueda reuocar.* Relata ad dicta plura determinabilia, ſit in omnibus pariformis. l. iam hoc iure. ff. de vulga. l. 2. l. quamuis. C. eodem.

Sed rationes iſtæ non coarctant. Nam valet donationis, qui colligitur ex facultate reuocandi, ſatis congruè intelligetur, quantum ad hoc, vt poſsit morte confirmare, prout confirmabatur tradita de Iure Communi. Et ſic, quòd mors, non ſolum expectetur quantum ad hoc, vt per eam ceſſet facultas reuocandi ab hac lege conceſſa: ſed vt ceſſet etiam impedimentum patriæ poteſtatis. l. placet. de acquir. hæredi. §. item inutilis. inſtit. de inuti. ſtipul. Quod quidem impedimentum (quod in omnibus profectitijs eſt aliàs incorrectum. l. cum oportet. in princip. ibi: *Non ex eius inſtantia.* C. de bonis quæ liber.) quãuis in donatione tradita ſpecialitèr corrigatur, cum ex traditione fiat irreuocabilis: in alijs non reperitur expreſsè ſublatum, nec id præcisè inducitur ex conceſſa facultate reuocandi. Imò ex ea proprius, & efficatius deducemus donationem pendere à morte, & ſic præmortuo donatario reuocari, prout reuocatur donatio cauſa mortis etiam tradita. Quaſi ea reuocatio veniat in conſequentiam facultatis reuocandi. l. non omnis. ff. ſi certum peta. ibi. *Quaſi extitiſſet caſus, in quem obligatio collata fuiſſet.* Quod verò determinatio verbi, debeat eſſe in determinalibus pariformis (ſi verum eſt donationem factam filio in poteſtate à morte pẽdere, & præmortuo filio reuocari) æquè militat, quãtum ad hoc, vt donotio facta à matre, vel filio emancipato eodem iure vtatur ex eadem ratione, quòd determinatio ſit pariformis, quæ ex parte vtriuſque donationis eſt æqualis.

Imò, & hoc videtur iure verius, vt donatio facta à matre, vel filio emãcipato ſine traditione, aut cauſa onerosa, pẽdeat à morte, vt præmortuo donatario reuocetur. Videtur enim donatio eſſe cauſa mortis, aut ſaltim ei ſimilima. * Quamuis enim
32 deſit expreſſa mentio mortis, quæ in donatione cauſa mortis omninò requiritur. l. Seia. §. ſi. de dona. cauſa mortis, & eſt communis opinio omniũ. in. l. quæ dotis. ſol. matri. prout reſoluunt ibi. Alex. num. 6. & Iaſ. nu. 26. Couarru. in Rubr. de teſtamen. 3. par.

3.par.num.25.& Iuli. Clarus.§.donatio.q.4. Ea ſuppletur, & ſubintelligitur à lege, eo ipſo, quòd concedit facultatem reuocandi, vſque ad mortem. Nam licet donatio inter viuos poſsit conferri poſt mortem, argumento.l.2.C.de dona. quæ ſub mo. l.nam & ſi cum moriar.ff.de condi.indeb.l.hæreditarium.ff. de bonis autho.iudi. poſsi. donatio tamen ſimplicitèr collata poſt mortem, eſt cauſa mortis.l.2.in fine.ff.de donatio.cauſa mortis. tenet Albe.in.d.l.Nā & ſi cum moriar.Iaſ.in.d.l.quæ dotis,nu. 43.& conſil.6. col.5. volumine. 3. & Couarr. vbi ſupra. Quæ conditio non debet eſſe diſtincta, quando ſubintelligitur à lege, quàm, quando exprimitur à parte: imò expreſsio eius, quod à lege tacitè ineſt, inutilis eſt.l.3.delega.1.l.non rectè.C.de fideiuſſ.l.hęc verba.ff de condi.inſti. Cum prolata ab homine intelligatur ſecundum diſpoſitionem iuris. l.quæro. §. inter locatorem.ff.de locati.l. quidam cum filium.de verbo. Rurſus, quamuis donatio eſſet inter viuos, ex quo habet facultatem reuocandi vſque ad mortem, debet iudicari cauſa mortis, argumento.l. vbi ita donatur.ff. de donatio. cauſa mortis. Quemadmodum enim ibi donatio cauſa mortis, ex pacto non reuocandi iudicatur inter viuos: eodem modo donatio inter viuos ex facultate reuocandi, iudicetur cauſa mortis. Si ergo eſt donatio cauſa mortis, debet reuocari prȩmortuo donatario.d.l.non omnis.§. aliæ.inſti.de dona.cum ante mortem donatoris nō ſit perfecta. l.non videtur. ff. de dona. cauſa mortis. Præterea, etiam ſi eſſet donatio inter viuos, ex quo eſt vſque ad mortem reuocabilis ſola voluntate, etiam tacita, vt per alienationem voluntariam, & inimicitias, vt dicemus infra gloſſ.4. debet etiam cenſeri reuocata prȩmortuo donatario, quaſi ea ſit voluntas tacita donatoris, argumento donationis cauſa mortis. d.l. non omnis. ibi: *Quaſi extitiſſet caſus, &c.* Ex parte etiam donatarij ſatis donatio dicitur à morte pēdere, ex diſpoſitione legis, ex quo in vita donatoris nihil eſt in donatarium translatum, nec aliquid eſt in perſona eius radicatum, quia nec habet dominium, nec poſſeſſionē, nec lucratur fructus, nec fit retrotractio, vt dicemus infra.l.4.gloſſ.4.nu.12. Et ſic non habet ius aliquod conſiderabile, quim totum pendeat à mera voluntate donatoris.l.omnes. §.1.de regul. iur. Atque ita, ſi præmoriatur, nihil habet, quod poſsit tranſmittere, quemadmodum, nec habet, quod poſsit cedere.l.ex pluribus.de adminiſtra.tuto.prout arguit Bart. in

l.ſi

l.ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iure dotiũ. Ex quibus videtur, quòd nõ ſolum donatio facta filio in poteſtate,ſed etiam facta à matre, vel filio emancipato,pendeant à morte,& præmortuis donatarijs reuocentur: vt ſic facultas reuocãdi à lege conceſſa includat in omnibus pariformitèr idem genus reuocationis ante mortem,& confirmationis poſt mortem.

Sed adhuc(ijs non obſtantibus)verius eſt,vt quamuis donationes iſtę nõ traditæ, etiã factę filijs in poteſtate,quoad facultatem reuocandi, & ad effectus,qui inde poſſunt prouenire,cõſeruent ęquiparationem, & ſimilitudinem cum donatione inter coniuges, & donatione cauſa mortis in terminis ęqualibus: non tamen pendeant à morte,quantum ad hoc, vt præmortuis donatarijs reuocetur.Etenim donationes iſtæ verè, & realitèr
83 ſunt inter viuos,& nõ cauſa mortis. * Nã vltra id, ꝙ hoc ſemper præſumitur, quoties non fit mentio mortis.d.l.Seia.§.fi.de dona.cauſa mortis:à fortiori talis erit,quãdo id expreſſum eſt, ꝙ donabat inter viuos,prout in caſu in quo agimus.Tũc enim, etiam ſi fieret mẽtio mortis, vel donatio conferretur poſt mortem, verè eſt inter viuos. Sumus enim in caſu certo, vt verba ſonant,quibus eſt ſtandum.l.nõ alitèr.de leg.3.l.Labeo.de ſup. lega.& in claris non eſt locus coniecturis.l. continuus.§.cũ ita de verbor.not.Bar.num.2.in.d.l.quę dotis. vbi dicunt communem Alexan. num.6.& Iaſ.num.29.& Deci.num.20.in.l.fin. C.de pactis.& in conſil.305.Alexand.conſil.14.in princ.libr. 1.vbi. C.M. plura refert.Et ſic videmus,quòd donationes iſtę requirunt inſinuationem,vt ſupra dictum eſt, num.13.quàm non requirerent,ſi eſſent cauſa mortis.l.fin.C.de donatio.cauſa mortis.Et in eis ſufficiunt requiſita contractuũ,vt ſupra etiam diximus,nu.25.in fine. Non obſtat, quòd donatio collata poſt mortem ſit cauſa mortis. Quia illud eſt,quando non eſſet expreſſum,quòd donabat inter viuos.Item illud eſt,quando verba,*Poſt mortem*, eſſent adiecta à donatore: ſecus ſi ſub intellecta à lege,neq; enim vtrumque eſt eiuſdem efficatię. Nam cum eo caſu procedamus per coniecturam, quòd donans poſt mortem præſumatur donare cauſa mortis: ea prę́ſumptio non eſt ſumenda ab effectu, & diſpoſitione iuris, ſed à verbis, vel factis partis.l.ſi ſeruus plurium. §.fin.cum ſimilibus de lega. 1. & ad hunc effectum vtilis eſt expreſsio taciti. Non obſtat, quòd donatio cauſa mortis ex pacto de non reuocando transfunditur

in dona-

in donationem inter viuos.d.l.vbi ita donatur. Illud enim eſt, quia pactũ repugnat naturæ donationis cauſa mortis: & ideò non inde ſequitur per contrarium, quòd donatio inter viuos debeat transfundi in donationem cauſa mortis ex facultate reuocandi, quæ non repugnat eius naturæ. Quamuis enim irreuocabilis ſit.l.perfecta donatio.C.de donat.quæ ſubmo. Prout & alij contractus.l.ſicut initio.C.de actio. & obligat. Facultas tamen reuocandi ex pacto, vel lege excepta, non implicat contradictionem, prout pactum non reuocandi adiectum donationi cauſa mortis. Et hoc eſt, quod (inter alia) poteſt ſignificare text.in.l.donatio.C. de donatio. loquens in conditionibus appoſitis vtriq; donationi, illis verbis. *Quantum ius finit*, & illis. *Quas leges indulgent*. Deducitur etiã ex.l.1.ff.de dona.in verſ.itẽ cũ ipſe, intelligẽdo verba illa. *Qualis eſt mortis cauſa donatio*, loco exẽpli, prout etiam intellexit gloſ. vt idem ſit in donatione inter viuos, quę ex conditione etiam voluntaria, eſſet reſoluenda.

Si ergo iſtæ ſunt donationes inter viuos, conſequens eſt, vt etiam ſi non habeant expreſſam mentionem hæredum, (quod tamen eſt ordinarium,) ſui natura ſint transmiſsibiles ad hęredes, prout ſunt alij omnes contractus.l.vnica.C.vt actio.ab hęred. Et ſic præmortuis donatarijs non debent reuocari, cum in perſona hæredum ſubſtineantur. Non obſtat, quòd ex quo ſunt reuocabiles ſola voluntate, etiam tacita, per alienationem voluntariam, & inimicitias: ita etiam reuocentur præmortuo donatario, quaſi ea ſit conditio tacita ex voluntate donatoris. d.l.non omnis.ibi. *Quaſi extitiſſet caſus, &c.* Quamuis enim facultas reuocandi regulariter includat has omnes reuocationes: quoties tamen adijcitur, vel tribuitur, aut reſeruatur in donatione inter viuos, eius qualitas, & natura excludit hanc reuocationem per mortẽ donatarij, propter perſonas hæredum, quibus poſt eum videtur donatum.* Argumẽto donationis cauſa
34 mortis, quæ eſſet facta donatario pro ſe, & hæredibus. In qua, quamuis Bal.in.l.2.C.de iure dotium.num.4.verſ.Quid enim velit, quòd ex mẽtione hæredũ iudicetur donatio inter viuos, nõ obſtante mẽtione mortis, quẽ ſequitur Alex.nu.3.conſ.14. vol.1.& conſ.78.nu.4.vol.4.& Soc.conſ.53.col.3.& conſ.73. col.3.lib.vlt.& Iaſ.nu.5.& Dec.nu.8.in.d.l.nõ omnis.& Ferrara cautela.30.nu.4.& alij quos refert, & ſequitur Couar. in Rub.de teſtam.3.part.num.25.& Manti.lib.1.titul.13.nu.13.

Quaſi mẽtio hæredum præualeat mentioni mortis, vt donatio iud.cetur inter viuos, & non cauſa mortis. Quamuis etiam Alcia.in.d.l. non omnis.deffendat contrarium, quaſi mẽtio mortis præualeat, reiecta mentione hæredum, ad quos non ſit trãſmiſsibilis: veriſsima tamen eſt opinio.C.Molin. ad Deciũ ibi: exiſtimantis vtrumque valere; ita vt mẽtio hæredum non repugnet donationi cauſa mortis, quæ eo caſu ſit ad hæredes donatarij tranſmiſsibilis. Ex quo deducitur, quòd donatio erit quidem reuocabilis per pœnitentiam, prout eſt de natura donationis cauſa mortis: non tamen reuocabitur præmortuo donatario; quaſi id voluerit donator per mentionem hæredum. Eodem modo donatio inter viuos, quæ ſui natura habet annexam mẽtionem hæredum.d.l.vnica.C.vt actio.ab hæred.quãuis ſit ex pacto, vel lege reuocabilis, vt hîc: non tamen cenſebitur reuocata præmortuo donatario: ſed ſubſtinebitur in perſona hæredum; ſi non fuerit expreſsè reuocata. Quod procedet à fortiori, ſi eſſet facta mẽtio hæredũ, prout eſt ordinariũ.

Quod ſi obijcias has donationes reuocabiles, de quib⁹ in text. quoad hanc facultatẽ reuocãdi, eſſe etiam ſimiles donationi traditę filio in poteſtate de Iure Cõmuni, aut etiã donationi inter cõiuges, vt dictũ eſt, quæ etiã ſunt donationes, aut ſaltim actus inter viuos, vt ſupra explicuim⁹: & tamẽ etiã ſi eſſẽt factæ pro ſe, & hæredibus expreſsè adhuc pręmortuis donatarijs reuocarentur, vt ſic idem ſit obſeruandum in noſtro caſu. Etenim reſpõdeo donationẽ inter cõiuges, aut inter patrẽ & filiũ in poteſtate traditã de Iure Cõmuni, proprius poſſe dici nullas, quã reuocabiles, iſta propter impedimẽtum patriæ poteſtatis.l.placet.de acqui.hæred.illa propter prohibitionẽ legis.l.3.§.ſciendũ.ff.de dona.inter. Et ſic efficatius pẽdẽt à morte.l.donationes quas parẽtes.C.de dona.inter.& præmortuis donatarijs reuocãtur. Nec in hoc donator poteſt intelligi diſpẽſare tacitè, quia nec poteſt expreſsè, etiã donãdo pro ſe, & hæredib⁹.l.nemo poteſt de lega.1.l.donatio.C.de dona.ibi. *Quãtũ ius ſinit.* & ibi. *Quas leges indulgẽt.* Sed donationes iſtæ, de quib⁹ in text. quas defẽdim⁹ in vita mero iure valere, magis aſsimilãtur donationi cauſa mortis factę per pactũ, aut ſtipulationẽ, (quod poteſt prout dicemus infra gl. 8.nu. 17.) quę ſimilitèr valet in vita, quamuis reuocabilitèr vſque ad mortem. Quæ cum facta pro ſe, & hæredibus non reuocetur præmortuo donatario, vt dictũ eſt: ſatis

præſtat

præſtat argumentum, vt donationes reuocabiles, de quibus in tex. quæ tanquam factæ inter viuos, habent tacitã ſaltim mentionem heredũ, & quæ in vita valent mero iure, nec ſunt nullæ, nec prohibitæ, non reuocentur præmortuis donatarijs.

Non obſtat, quòd donatarius præmoriens nõ habet quid tranſmittat. Quoniam ius illud, licet reuocabile, tale quale eſt, poteſt tranſmitti, prout tranſmitteretur in donatione cauſa mortis facta per pactum, aut ſtipulationem, cum mentione
35 hæredum, vt dictum eſt. * Et quamuis non poſſet cędere; non tamen inde infertur non poſſe tranſmittere. Regula enim. d. l. ex pluribus. de adminiſtra. tuto. Procedit negatiuè, vt quæ non poſſunt tranſmitti, non poſsint cædi: ſed non affirmatiuè, vt quæ poſſunt tranſmitti poſsint cædi, vt colligitur ex ipſo textu, & aduerſus Bar. in. d. §. ex affe. not. Iaſ. num. 6 in. l. 1. §. fi. de noui ope. nuncia. & Corra. lib. 3. miſce. c. 8. & alij plures relati à Tiraq. de retract. Linagier. §. 26. glo. 1. nu. 48. Nec enim licet arguere de minori ad maius affirmatiuè. Plura enim trãſmittũtur, quã poſsint cędi, vt ibi explicat Iaſ. Nõ obſtat patria poteſtas in donatione facta filio in poteſtate. Quoniam neceſſario fatendum eſt, eſſe correctam, ex hoc textu, ex rationibus in principio propoſitis. Facultas enim reuocandi magis denotat valorem reuocabilem, quam nullitatem confirmabilem. Et ſic mors ſolum expectatur pro auſferenda facultate reuocandi; in reliquo donatio perfecta eſt, nec indiget confirmatione, prout & facta à matre, vel filio emancipato, quibus adæquatur.

Ex quibus infertur, quòd donatio tradita, quæ haberet reſeruationem facultatis reuocandi vſque ad mortem, à fortiori, nec pendet à morte, nec pręmortuo donatario reuocaretur. Et multò fortius donatio tradita ſimplicitèr etiam filio in poteſtate: cum ſit perfecta, & irreuocabilis, quamuis contrarium eſſet de Iure Communi. Prout etiam eodem Iure Communi ſeruabatur in donatione facta filio in poteſtate cũ iuramento, quæ valebat irreuocabilitèr, vt dicemus infra gloſ. 8. in principio, quæ
36 nec à morte pẽdebat, nec præmotuo filio reuocabatur. * Prout etiam ſeruatur in donatione facta coniugi cum iuramento, vt aduerſus Deciũ, conſ. 536. multiplicitèr probat Aymon. conſi. 102. & Alci. in. c. cum contingit. num. 204. de iureiur. Rola. conſ. 21. nu. 24. lib. 1. Couar. in Rubr. de teſta. 2. par. n. u. 10. in fin. Gute. de iura. conſ. 1. par. c. 4. nu. 8.

Quo

57 Quo circa quantũ ad ſucceſsionem filij in his donationibus iudicãdũ eſt, prout de cæteris bonis ipſius. Nã ſi quidẽ reliquiſſet filios, nepotes donatoris: in eorũ perſonis conſeruabitur, & valebit donatio. Alias (ſi donator ſibi nõ ꝓſpiceret reuocãdo) bona deferrẽtur iure hæreditario vtriq; parẽti ex teſtamento, & ab inteſtato. l. nam etſi parentibus. ff. de inoffi. teſt. Auth. defuncto. C. ad Tertu. l. 1. tit. 8. infra. Quãuis ex teſtamẽto liceret filio diſponere de tertio in preiudiciũ aſcẽdentiũ, vt ibi. Et quãuis ab inteſtato ſeruaretur conſuetudo, vbi eſſet in vſu, ꝙ bona reuertantur ad truncum, de qua ibi. Quod ſi donatio eſſet irreuocabilis, nullo donatori poſſet remedio ſuccurri.

Ex prædictis etiam infertur ad alios effectus, quos donationes morte confirmabiles mutuabantur à legatis, quos ſupra retulimus. Quia non habebunt locum in ijs donationibus, exceptis ijs, qui proueniunt ex facultate reuocandi, & ex defectu traditæ poſſeſsionis. Atque ita non tranſiet dominium, niſi à tempore mortis. Nec fiet retrotractio, etiã quoad fructus, tàm in donatione facta filio in poteſtate, quàm etiam emancipato, vel à matre, vt dicemus infra. l. 4. gloſ. 4. nu. 12. Nec detrahetur
58 Falcidia, prout iure Codicis detrahebatur.* Tum quia cùm hodie ſit relinquẽda filio legitima titulo inſtitutionis auth. vt cũ de appe. cog. §. aliud quoque capitulum, prout etiam iure Digeſtorũ ſeruabatur. l. inter cętera. de lib. & poſth. quãuis iure Codicis cõtrariũ eſſet. l. omnimodo. C. de inof. teſt. (prout eſt omniũ communis opinio, ſecundùm Alex. in. d. l. inter cætera. n. 2. & Iaſ. in Authen. nouiſsima. nu. 13. C. de inoffi. teſta. & reſoluit Iul. Clar. §. teſtamentũ. q. 38. etiam Iure Regio. l. 5. tit. 8. parti. 6. vbi Gregor. & reſoluunt Minch. de ſucce. crea. §. 20. n. 244. & Ludo. Molin. lib. 2. primoge. c. 15. nu. 15. qui alios referunt) non poteſt fingi caſus, in quo hæres extraneus poſsit detrahere Falcidiam ex donatione filij. Tum etiam, quia donationes, iſtæ etiam factæ filio in poteſtate, non capiuntur iure legati, ſed iure donationis inter viuos, ex qua non ſolet Falcidia detrahi. l. pater filiam. ff. ad. l. Falci.

Illi verò effectus, in quibus donationes morte confirmabiles conueniunt cum contractibus, ſeruabuntur à fortiori in ijs donationibus, quæ quamuis reuocabiles, non tamen pendent à morte. Et ſic ſufficiet teſtium ſolemnitas requiſita in contractibus, vt ſupra diximus. Sic etiam requirent inſinuatio-

D nem,

nem, vt ſupra etiam diximus, & dicemus infra. l.7.gloſ.1.numer.43. Sic etiam non requirent aditionem hæreditatis, cùm etiã ſi à morte penderẽt, non requirerent, vt ſupra dictum eſt. Sic etiã non conferuntur. Tũ quia iure cõmuni non conferrentur, vt ſupra dictum eſt. Tum quia Iure Regio, etiam ſi donatio valeat irreuocabiliter, nõ confertur. cùm ſit loco meliorationis. l.10. infra, vbi dicemus. Et ex eadem ratione non imputatur in legitimam, vt ibi etiã dicemus. Prout nec iure communi imputabatur in Trebellianicã, aut Falcidiã, nec veniebat in generali fideicommiſſo, vt dictũ eſt. Sic etiã in ijs donationibus non habet locũ ius accreſcendi, ſi pater in vita donaſſet tertiũ duobus ex filijs coniunctim per donationẽ reuocabilẽ, & portio vnius eſſet effecta caduca, vt quia deceſsit in vita patris, ſed portio vacãs trãſiret ad hæredes, quia non fit caduca, vt dictũ eſt, vel remaneret penes patrẽ iure hæreditario, niſi pater expreſſe reuocaret, per ea quæ ſupra dicta ſunt, quãuis contrariũ voluerit Gomez. Tom. 1.c.10.nu. 6. Sic etiã donationes iſtæ non reuocantur ex delicto, ſed ſuſtinentur, prout alij contractus, iuxta ſupra dicta. Quocirca quãuis donationũ morte confirmabiliũ variã, lubricã, & ano malam naturã ſupra notauerimus: in ijs verò de quibus in noſtro text. excepta facultate reuocandi contractuũ natura, potius quã legati firmanda eſt.

GLOSSA SECVNDA.

Donatio quinti facta filio an ex traditione fiat irreuocabilis prout fit ex cauſa onerosa. Et quid in donatione pro legitima. Et an iſta requirat inſinuationem.

1 *Donatio quinti an per traditionem fiat irreuocabilis.*
2 *Libera teſtandi facultas non cenſetur ſublata per donationẽ quinti.*
3 *Donatio quinti facta ex cauſa onerosa irreuocabilis eſt.*
4 *Donatio quinti, quoad irreuocabilitatẽ, an ſit iudicãda ſecũdũ ius cõe.*
5 *Donatio pro legitima an ſit irreuocabilis.*
6 *Donatio pro legitima an requirat inſinuationem.*
7 *Legitima non debetur filio in vita patris.*

En el tercio. Lex in hac deciſione non expreſsit quintum, & multi hęſitarunt an ſit ad illud extendenda. Gomez. num. 10. dicit, legem non ſine myſterio loquutam in ſolo tertio, ac proinde non procedere in quinto, ſine differentia patris, vel ma-

tis emancipationis, aut patriæ poteſtatis. Sed quòd talis donatio etiā tradita, indifferenter ſit irreuocabilis. Quia cùm reſpiciat bona præſentia, & futura, vt in.l.7.infra, ſi valeret irreuocabiliter, donator remaneret inteſtabilis, quod eſſe non debet. l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verb.& ibi not. Tello.nu. 9. exiſtimat Gomezium in hoc à iuſto deuiaſſe, & eius rationem eſſe minus ſufficientem, ex eo, quia quantumuis donatio quinti eſſet valida, & irreuocabilis, non præſtat impedimentum teſtamento, cuius ſubſtantia non conſiſtit in eo, quòd quis habeat bona, dum modò poſsit habere.l. qui ſoluendo.l.is qui ſoluendo non eſt.ff.de hæred.inſti.ac proinde libera teſtandi facultas non eſt impedimento, vt ex ea deſinat valere donatio quinti. Matien.gloſſa.4.nu. 20. (cui plus placet opinio Gomez.) replicat, quòd cùm Tello fateatur liberam teſtandi facultatem ſaltim eſſe contentam, quod quis poſsit habere bona, hoc deficit in donatione quinti, quæ cùm extendatur ad bona futura, hanc etiam viam præcludit.

Sed adhuc, licet Tello in aduertenti ratione præſtiterit iuſtam reprobandi occaſionem, eius opinio vera eſt in hunc ſenſum, vt donatio quinti alias irreuocabilis non deſinat valere ex eo capite, ꝙ auferat liberam teſtandi facultatem, quam opinionem tenuit idem Gomez.in.l. 69.Tauri. q.4. Etenim licet verū ſit nō poſſe quē auferre ſibi liberā teſtamenti factionē. d.l.ſtipulatio.licet etiam fateamur cum Bart. ibi.n.5.& in.l.fi. C.de pactis.n. 12.non valere donationē omniū bonorū præſentium & futurorū, quaſi per indirectum auferat hanc libertatē, cum quo eſt magis communis opinio vt agnoſcunt Alex. nu.16.& Iaſ.nu. 20.in.d. l.ſtipulatio. Decius nu.30.in.d.l.fin. & alij quā plures quos refert Dueñas reg.219.*Hæc tamē
e libera teſtandi facultas non poteſt intelligi ſublata per donationem quinti, cū quo ad hunc effectū, lōge differat donatio quinti, à donatione omniū bonorum præſentium & futurorū. Omnes enim rationes, quæ militant in iſta, nō habet locū in illa. In primis poteſt iure defendi donationē quinti nō extēdi ad bona futura, prout dicemus in.d.l.7.gl.1.n.29. Vt vel ſic, [illegible] modū iure communi nō infirmabatur donatio omniū bon[illegible]ū, quaſi per eam non auferatur libertas teſtandi, ſa[illegible] [illegible] ſpem, & iuris præſumptionem acquirendi in f[illegible]rum.l. ſi defunctus.C.arbitr.tutel.l.cura, §.deficientium [illegible] e. &

hono. vt tradit Bart.nu.5.in.d.l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. & nu.11.in d.l.fin.cum quo tranſeunt omnes vtrobiq;:eodem modo ſubſtineatur donatio quinti. Sed finge hoc verum non eſſe,& donationem quinti extendi ad futura:dicetur ne ſublata libera teſtandi facultas ei,cui remanent extra quintum, aliæ quatuor bonorũ partes, licet in eis habeat hæredes neceſſarios? Ratio principalis Bartol. & aliorum, quoad donationem omnium bonorum pręſentium & futurorum, deficit in hoc caſu. Mouẽtur enim ex eo,quòd nullus volet eſſe hæres eius, qui nõ habet bona:& ſic ſolum tractant de alliciendo hærede,vt ratione bonorũ acceptet. Hęc ratio deficit in donatione quinti, remanent enim donatori bona,& hæredes. Et ſi replices, quoad hanc libertatem teſtãdi,quã iura defendunt,parum refferre, ꝙ huic remaneant bona, cum propter neceſsitatẽ hęredũ nõ poſſit de eis liberè diſponere: Reſpõdeo iura hoc nõ conſideraſſe, ſed ſolum,ꝙ iſte ſit dominus bonorum tempore teſtamenti, & quòd de eis poſsit teſtari, quamuis eſſent alicui neceſſario reſtituenda.Quod voluit gl.verb.diuidere in Auth. ſi qua mulier.C.de Sacroſanct.Eccleſ.poſt Azo.quem ibi refert. Et hoc fundamẽto Ang.Rom.& alij quos referũt Alex. & Iaſ.in.d.l. ſtipulatio. in locis ſupra citatis,tenuerũt,valere donationẽ omniũ bonorũ pręſentiũ & futurorũ,quãdo ratione futurorũ nõ interuenit cõſtitutũ,vel pręcarium. Tũc enim cum dominium acquirendorũ reſideat penes donatorem, licet bona ſint reſtituẽda donatario,dicũt non videri impeditam facultatẽ teſtandi,ac proindè valere donationẽ. Et inquit Iaſ.ꝙ in ijs terminis iſtud nõ eſt cõtrarium opinioni Bartoli, & cõmuni. Qui tunc tenẽt non valere donationẽ omniũ bonorũ præſentiũ & futurorũ, quãdo nihil remãſit,de quo poſſet teſtari donator.Quaſi velint,ꝙ ſi quidquã ſuperfuit,cuius donãs ſit dominus,licet ſit neceſſario donatario reſtituendũ:donatio valeat;quaſi nõ impediat teſtamentum, & ſic omnes volũt idẽ. Quod eſt ad noſtrum caſum ſufficiens,vt donatio quinti nõ cenſeatur auferre liberam teſtandi facultatem..

Grego.Lupus in.l.3.tit.4. part.5.verb. non valdria. ex alia ratione exiſtimat deciſionem huius text.nõ eſſe extendendam ad quintum, quòd ſit particularis in tertio.Et quod in quinto ſit ſeruandum ius commune, cum lex ſit correctoria, & non extendendá.l.præcipimus. C. de appellatio. Et,licet eo tacito,

hinc

hinc tamen ſumpta occaſione, Tello num. 10. aduertens, quòd
3 l.6.infra tractãs* in promiſsione meliorandi ex cauſa oneroſa loquitur etiam in quinto, dicit, quòd excepto illo caſu, in quo donatio quinti eſt valida, & irreuocabilis (prout etiam tenuit Baeça de non melio.filia. c. 1. num. 28) in reliquo debet ſeruari ius cōmune, tanquā illęſum. Et ſic, ꝙ ſi donatio quinti fiat filio in poteſtate, quamuis tradatur, poſsit reuocari. Quia de Iure Communi poterat.l.donationes quas parẽtes.C.de dona.inter virum.Si autem fiat à matre, vel filio emãcipato indiſtinctè etiam non tradita, non poterit reuocari, ſecundum Ius Commune.l.velles necne. C.de reuoca.dona.l. ſiue emãcipatis. C.de dona. Et idem ſi fiat nepoti, qui iam non ſit in poteſtate aui, cum pater eius per contractum matrimonij ſit emancipatus.l.8.tit.1.lib.5.quæ eſt.l.47.Tauri. vbi not. Gomez.in fine. Et hanc opinionem Tellij tenet Ludo.Molin.lib.1.primogen. c.12.nu.19.& ſic concordant cum opinione Grego.

Contrariam opinionem tenet Lupus hîc, & in.l.22. Tauri. vt lex in omni ſua deciſione procedat etiam in quinto. Quod etiam tenet Ciſue. in.l.26.Tauri.nu.3. & Rode. in.l. quoniam in prioribus.in decla.l.Regni.q.9.ad finem.& hanc tenet, & dicit communem Mati.hîc.gloſſ.3.num.5. quod etiam defendit Mieres.1.part.primogen.q.28.Vbi contendit, quòd ex quo in l. 6. infra.iſte caſus eſt deciſus in melioratione quinti facta ex cauſa oneroſa: idem futurum eſt, quando fuerit tradita, cum vterq; caſus ſit in hac lege æquiparatus, & de vno licet arguere ad alterum, pro quo plurat allegat. Mihi probabile videtur harum legum conditores non omiſiſſe hîc mentionem quinti, quaſi velint de eo iudicari, ſecundum Ius Commune, tanquam in caſu omiſſo. Sed loquutos in tertio, quaſi quintum haberet minorem dubitandi rationem. Ac proindè cum donatio tertij, (quod eſt legitima inter filios) facta vni, fiat irreuocabilis per traditionem, ſine diſcrimine emancipationis, & patriæ poteſtatis: durum videtur, vt donatio quinti, in qua militat minor ratio, aut ſaltim eadem, & quæ ex cauſa oneroſa fit etiã irreuocabilis, vt in.d.l.6.non fiat per traditionem, ſed requirat emãcipationem. Et quãuis in omnẽ euẽtũ funeris impenſa neceſſaria ſit excipienda, vt dicemus in.l.fin.infra glo.3.num.10.In reliquo cum libera teſtandi facultas, ſeu fauor animę, pro qua poſſet pater de quinto diſponere, non impediam donationem

quinti factam extraneo,aut filio emãcipato, vt dictum eſt: nec debent impedire factam filio in poteſtate:cum patria poteſtas, quoad tertium,non conſideretur.

Quę rationes ſi te non cõuincunt, viſq; donationem quinti
4 iudicare ſecundũ regulas Iuris Cõmunis:inferes, ꝙ ſi donatio quinti facta filio in poteſtate (extra cauſam oneroſam) non ſit tradita , erit nulla, nec morte confirmabitur , iuxta dicta in gloſſ.præcedenti,num.7.quod ſatis graue eſt. Si autem ſit tradita,confirmabitur morte,ſi donatarius non præmoriatur , ſed ſuperuiuat,iuxta ibi dicta nu.4. &.5. Interim autem non tam erit reuocabilis,quã nulla,vt ibi dicebamus in principio. Quod primo amplia, vt ex eadem ratione, idem ſit in donatione rei certæ data in rationem quinti:cum res certa relata ad quotam, ſortiatur naturam , & effectum quotæ. argumẽto. l. ſi ſeruus. §.qui quinq;.de leg.1. Secundo amplia, vt idem ſit,etiam ſi ſit donatum tertium,& quintum iunctim , vel res certa in eam rationem , quæ vtramque quotam compræhendat,ſecũdum bona præſentia. Quia licet traditio confirmet tertium ex noſtro textu:quintum remanebit morte ſolum confirmabile : & poterit in vita repeti. Cũ vtile non vitietur per inutile, nec inutile ſuſtineatur ex vtili , cũ vtrũque poſsit diuidi.c.vtile,de regul. iur.in.6.Et licet videatur iſto caſu non poſſe quidquam repeti ante mortem,cum ſit poſsibile,quòd res nunc tradita pro tertio & quinto, ſolum contineat tertium ſecundum tempus mortis: adhùc poterit repeti quintum , remanente valido tertio, ſecũdum bona præſentia,regulando nihilominus ſecũdum tempus mortis.Nam quemadmodum incertitudo, quę reſultat ex relatione ad tempus mortis,in.l.7. infra.non impedit valorem , & exequutionẽ donationis tertij & quinti ſoluẽdæ ſecũdũ bona præſentia,vt ibi dicemus gl.1.nu.2. eodẽ modo non oberit repetitioni permiſſæ quoad quintum,de qua agimus.

Limitabis autẽ,& intelliges dictã opinionẽ.Primò,vt procedat in quinto,qđ ſit verè quintũ,quale eſt illud liberũ, qđ eſt à lege reſeruatũ ꝓ extraneis & anima.l.pen.& vlt.infra.vt puta quãdo eidẽ, vel alteri filio eſſet etiã donatũ tertiũ.Tũc cũ ſolũ reſtet diſponere de quinto, donatio facta filio ad illud referẽda eſt. Aliàs donatio,quamuis ſub nomine quinti,facta filio eſſet referenda ad tertium.ex.l.10. infra.vbi dicemus gl.3.nu.6.& fieret irreuocabilis ex traditione,prout ſit tertium,ex hoc tex.

Secundo

Secundo intellige, vt opinio non procedat, quãdo quintum eſſet donatum filio in poteſtate ex cauſa oneroſa cum tertio, vt ſupra dictũ eſt. per text. in l. 6. infra. Tertiò, niſi donatio quinti tradita eſſet cõfirmata per emancipationem, prout de Iure Cõmuni fiebat in quauis donatione. l. donationes in cõcubinam. §. pater qui. ff. de dona. l. ſiue emancipatis. C. eod. tit. & tunc eſt neceſſaria traditio, iuxta ea quæ dicebamus in gloſſ. præcedenti, num. 27. Poterit etiam eodem modo cõfirmari donatio per matrimonium, & benedictiones, per quas Iure Regio inducitur emancipatio. l. 8. tit. 1. lib. 5. licet Lupus nõ videatur firmare in Rubrica de dona. inter virum. §. 71. Quarto intellige, & limita, quãdo eſſet donata res certa in rationẽ tertij, quæ multo plus compræhendat ſecundum bona præſentia. Quia donatio iudicanda eſſet ex regulis tertij, & ſic ſi eſſet tradita viuente patre non poſſet reuocari exceſſus, quaſi tangat quintum. Quia licet vltra tertium eſſet nulla, aut reuocabilis, ex quo donatio eſt facta in rationem tertij, & illud habet tractum vſque ad mortem, ex. l. 7. infra. ad eam videtur pater reſpexiſſe, & ſic ei interim eſt deneganda repetitio. l. nam & ſi cum moriar. ff. de condi. indebi. Quintò ex eadem ratione idem erit, quando eſſet donata res certa ſimplicitèr. Quia cum intelligatur prius donata in rationem tertij, vt dicam. in. l. 10. infra gloſſ. 3. num. 7. fiet irreuocabilis per traditionem, etiam ſi excedat tertium, ſecundùm bona præſentia Quia licet exceſſus intelligatur etiam donatus pro quinto, vt ibi dicam: tamẽ quia ea computatio facienda eſt ſecundum bona relicta tempore mortis, vt in. d. l. 7. & interim non conſtat, an res donata ſimplicitèr includatur intra tertium, an vero tangat quintum: ex traditione ceſſabit in vita repetitio exceſſus, argumẽto. d. l. nam & ſi cum moriar. Non tamen impedietur pater talem donationem declarare, & reſtringere ad tertium ſecundùm tempus mortis, præcipiendo, vt ſi eo tempore excedat tertiũ, reuocetur in reliquo, vel ꝙ exceſſus ſeruiat pro legitima. Sexto idem erit, ſi eſſet donatum tertiũ cũ aſsignatione & traditione rei, quę plus cõprehẽdat ſecundùm bona præſentia. Quia licèt aſsignatio nõ immutet naturam donationis, vt dicã in. l. 3. infra gl. 1. nu. 6. Per traditionẽ tamẽ ſatis immutat, quãtum adhoc, vt donatio cenſeatur transfuſa in rem traditam; vt de ea ſit iudicandum, ac ſi ipſa donata eſſet, vt ibi dicam num. 7.

Donatio verò facta à matre, vel filio emancipato, etiam ſine traditione, valebit irreuocabilitèr quoad quintum, vt dictum eſt, ſecundum iura communia. Tertium autem ſine traditione, aut cauſa onerosa poterit reuocari, vt hîc. Et idem erit, ſi eſſet donatum tertium & quintum, vel res certa in eam rationem, quæ vtramque quotam comprænhendat ſecundũ bona præſentia: quia poterit reuocari pro tertio, remanente quinto. argumento eorum, quæ diximus ſupra in ſecunda ampliatione. Et idem erit, ſi eſſet donata res certa ſimplicitèr: quia cum intelligatur eſſe melioratio tertij & quinti, vt in.l.10.infra. & prius intelligatur facta pro tertio, quam pro quinto, vt dictum eſt: poterit reuocari in quantum tangat tertium, ſecundum bona præſentia: & reſiduũ, quod intelligitur donatum pro quinto, valebit irreuocabilitèr, ex eadem ratione. Quod tamen intelligendum eſt in vero quinto, iuxta dicta ſupra prima limitatione: aliâs donatio facta à matre, vel filio emancipato, quãuis ſub nomine quinti, eſſet referenda ad tertium, & poſſet reuocari, non interueniente traditione, aut cauſa onerosa, ex ratione ibi dicta, quod eſt not. Et ſic habes declaratam opinionem Grego. & ſequaciũ, quo ad donationẽ quinti. Quamuis (vt dixi) altera opinio videtur magis communis, vt deciſio huius text. procedat etiam in quinto, eodem modo, quo procedit in tertio.

Illud in propoſito omittendum non eſt, quod benè aduertit Molin.lib.1.primogen.c.12.num.20.ſcilicet, quod ſi melioratio tertij, vel quinti fieret iure primogenituræ, & maioratus, ſiue fiat à patre, ſiue à matre, ſiue filio in poteſtate, ſiue emancipato, ſemper eſt irreuocabilis: niſi vel traditio rerum, vel ſcripturæ, vel cauſa onerosa interueniat. ex.l.4.tituli ſequentis.

5 Excepto tertio & quinto, quod attinet ad donationem factam pro legitima text. iſte non tractat, & ſic in ea ſine dubio Ius Commune remanet incorrectum. Atque ita ſi fieret à matre, vel filio emancipato valebit irreuocabilitèr, etiam ſine traditione.l.ſi non mortis.ſecundum communem intellectum. ff.de inof.teſta.l.velles necne.C.de reuoc.dona.l.ſi conſtante.C. de dona.inter virum. Si autẽ fieret à patre filio in poteſtate, etiã tradita erit reuocabilis. vt tenet Aret.n.4.in.l.placet.ff.de acqui. hæred. Fulgo.in.d.l.ſi nõ mortis. Deci.conſ.86.nu.8. Segu.in.l. vnũ ex fam.§.ſed ſi fundũ.nu.17.ff.de leg.2. Loazes in.l.filiꝰ fam.§.Diui.nu.75.de leg.1. Gomez hîc nu.5.& alij plures quos referunt

referunt & ſequuntur Peral.in.l.cùm pater.§.à filia.nu.72.de leg.2.Dueñas reg.223.lim.5.Molin.lib.1.c.12.nu.6. Cùm & donatio pro alimentis,quę omni iure ſunt filio debita,ſit reuocabilis,ex gloſſ.in.l.2.C.de inoffic.dona. Et facit pro hac opinione text.bene ponderatus, in.l. cùm de bonis.C.de donatio. vbi notat. Bald. & text.in. l. filia nupta. §. ſi pater. ff. famil. hęrciſ.Et ita eſt tenendum, licet contrarium tenuerit Ange. in d.l.ſi non mortis.& Iaſ.in.l.frater à fratre.nu.44.de condi.indeb. & in repe.nu.23.& ibi late M.Mantua.nu.356.& Pariſ. conſ.16.nu.35.volumine. 2. Roder. in.l.quoniã in prioribus, in principio.nu.4.& Dueñas vbi ſupra,nu.5.

Vno caſu donatio pro legitima erit irreuocabilis, etiã ſi nõ ſit tradita,ſcilicet,quando fieret ex cauſa onerosa cũ tertio,qui aliàs decept⁹ remaneret,ſi donatio reuocaretur.Argumẽto meliorationis, de qua infra gl.7. Fiet etiam irreuocabilis donatio pro legitima facta filio in poteſtate,ſi ſit tradita,& ſequatur emãcipatio, vel matrimoniũ,iuxta ea quæ dixim⁹ in gloſ.præcedenti.nu.27.Et iſtam cautelam ponunt Bar.Ang.Pau.Imol. & Roma.in.l. donationes in concubinam.§.pater qui.ff.de donat.& Segura vbi ſupr.nu.124.

6 Sed an donatio pro legitima requirat inſinuationem,ad hoc vt facta à matre vel filio emancipato ſit irreuocabilis,vel facta filio in poteſtate poſsit morte confirmari? Videtur inſinuationem non requiri.Iſta enim non tàm eſt donatio,quàm naturalis debiti ſolutio.l. 1.C.de impo. lucra deſ. Et licèt filius non poſsit viuo patre petere legitimã. l. 1.§.ſi impuberi.ff.de coll. bonorum:Tamen de cõſenſu filij benè poteſt pater,ſi vult,præuenire,& ſoluere.argumento. l.cum quo de peculio.§.fin.ad.l. Falc.Cùm etiã in vita patris filius ſit quaſi dominus. l.in ſuis. ff.de libe.& poſth.§.ſui.de hæred.qua.& diff. Vel ſaltim quaſi creditor.l.& quia.ff.pro ſocio.ibi. *A parente quaſi debita nobis hereditas obuenit.* l. finali. §.ſin autem. verſiculo. *quaſi debita.* C. de cura.furi.not.gl.ſ.in.l.ſi emancipata. C. de iuris.& facti igno. & gl.in.l.ſi duo. ff. acqui. hęr. Et hanc opinionẽ tenet Specul. tit.de dona.nu.3. addẽs hanc donationem videri quaſi ob cauſam, vt ſe inde alat filius: ac proinde non requirere inſinuationem.Et hanc ſequitur Bald.in. l.illud. nu.7.C.de ſacroſ.eccleſ. Rom.in.l.Modeſtinus.de dona.Rode. in.l.quoniam in prioribus.in euidentialibus.nu.8.& Rojas.de ſucce.cap.7.num.34.&

alij plures quos refert Ant.Gabriel.lib.3.tit. de donatio. concluſ.1.num.72.

Quod attinet ad donationem pro legitima factā filio in poteſtate, cum fateamur eſſe reuocabilem, ſuperflua eſt inſinuatio, ex qua nullæ vires addūtur donationi. Nam quod attinet ad confirmationem per mortem, de qua in. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter virum. de qua nos egimus in gloſ. præcedenti, num. 13. Illud in donatione ſimplici eſt, quam ex tali confirmatione filius eſt præcipuam habiturus. Donatio verò pro legitima, ſiue morte confirmetur, ſiue non, nihil præiudicat filio pro conſequenda ſua legitima, computata donatione. Si autem conſideres poſſe filio intereſſe, vt donatio pro legitima morte cōfirmetur ad hoc, vt prædium fortè in eam rationem donatum non diuidatur, ſed ei integrum adiudicetur ex donatione morte confirmata, quamuis in legitimam ſit imputandum: id ex ſola donatione conſequitur filius, quæ ſaltim hanc vim obtinet, vt pro diuiſione accipiatur, quam ſequi debeat arbiter familiæ hærciſcundæ. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. famil. hærciſc. l. ſi cogitatione. C. eod. titulo.

Quoad donationē vero pro legitima factam â matre, vel filio emancipato, cum ſit irreuocabilis, vt dictum eſt. Verius eſt, vt inſinuatio requiratur, quam generalitèr in omni donatione requiri probat text. in. l. ſancimus. & in. l. ſi quis pro redemptione. C. de donatio. & in. l. 9. titulo. 4. part. 5. & inter parentes & liberos, coniunctaſque perſonas, probat etiam text. in. l. data. C. de donatio. & in. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter virum. Nec donatio pro legitima habet in hoc aliquid ſpecialitatis, quin potius in ea concurrunt rationes omnes, propter quas fuit introducta inſinuatio. Non obſtat, quòd non tam ſit donatio, quàm debiti ſolutio. * Quia quidquid pro hoc poteſt allegari imperfectum
7 eſt, & improprium, vt colligitur ex dictione *Quaſi*, & dictione *Quodammodo*. Quibus iura, & authores vtuntur ad hoc vt in vita patris filius ſit dominus, aut creditor in legitima. Quæ dictiones improprietatem, & fictionem denotant. l. poſthumorum. de iniuſto rupto. l. 2. §. 1. ff. de vſufruct. earum rerum. l. Prætor. §. 1. de ædendo. l. 1. ff. rerum amot. Bartolus in. l. in rixa. ff. de ſicca. & in. l. hoc colore. ff. de inofficioſo teſtamento. & plura congerit Iaſo. in. dicta. l.

in ſuis.

in ſuis.num.17. Et ita eſt omnium communis opinio, quòd in vita patris, nec filius eſt creditor, nec ei debetur legitima. vt ꝓbatur in.d.§.ſi impuberi.ibi.*Præmatura*.& in.l.1.§.largius.de ſucceſ.ædicto.& tradit Bart.in.l.ſi quis legatum.§.fin.ff.de falſis,& in.l.fin.num.2.de liber.agnoſ.& ſequuntur.DD. omnes. in.d.l.in ſuis.vbi reſolu't Iaſ.num.18. poſt Bald. Angel. Imol. Alexand.in.l.lex Cornelia.ff.de vulgari.Idem not.Bart. Bald. Salic.Fulgoſ.Iaſ.in.d.l.ſi emancipata.vbi Mene.num.32.dicit hanc eſſe cõmunem opinionem,poſt Aretin. in.l.Titia.in princip.num.3.ff.de verborum.& Socin.in.l.1.num.31.ff.de vulgari,& Segura in.l.3.§.fin.num.115.de liber.& poſthu.vbi additio plura refert. Ac proinde non poteſt dici donationem pro legitima eſſe ſolutionem,& ſic non indigere inſinuatione. Nec etiam poteſt dici eſſe donationem ob cauſam,vt vel ſic inſinuationem non requirat,ex doctrina Bartol.in.l.1.num.2.& in.l. Aquilius.ff.de donat. Nã ex quo donatio non eſt in patre præciſſa,ſed voluntaria,& ad quam non poterat compelli, non poteſt dici ob cauſam:& ſic requiret inſinuationem. Illa enim dicitur donatio ob cauſam,ad quam donans poteſt compelli,vt in materia collationis tradunt Paul.num.10.Alex.nu.5. Decius. num.26.& alij in.l.vt liberis.C.de colla.

GLOSSA TERTIA.

Donatio reuocabilis vſque ad mortem, quòd non poſſit poſt profeſſionem religionis reuocari. Et an ſtatim ante mortem ſit tradenda. Et vtrum legitima filij debeatur facta profeſſione per patrem, circa intellectum text.in.c.cum ſimus de regu.

1 *Mors qualiter ſpectetur pro confirmanda donatione facta filio.*
2 *Emancipatio non confirmat donationem factã filio.*
3 *Profeſſio religionis incapacis idẽ operatur,quod mors naturalis,& nu. 22.*
4 *Profeſſio religionis capacis in communi,an confirmet donationem facta filio.quòd ſic. num.10.& .18.*
5 *Mors de naturali intelligitur,non de ciuili.niſi operetur eundem effectum, num.11.*
6 *Teſtamentum vtrum poſt profeſſionem poſſit reuocari.q, non.num.12.*
7 *Donatio facta coniugi vtrũ poſt profeſſionem poſſit reuocari.q. non.nu.13.*

Donatio

8 *Donatio cauſa mortis vtrum poſt profeſsionem poſsit reuocari. quòd non. num.15.*

9 *Pater, qui poſt profeſsionem poteſt inter filios teſtari, an poßit reuocare prius teſtamentum. quòd non. num.16.*

14 *Monachus factus* Epiſcopus *non liberatur à regula.*

17 *Licentia data Epiſcopo, aut Cardinali ad teſtandum non extinguitur prima vice.*

19 *Monaſterium non reuocat ex perſona Monachi, quæ ipſe non poſſet reuocare.*

20 *Teſtamentum, ſeu donatio facta ante ingreſſum an reuocetur in aliquo pro monaſterio.*

21 *Teſtamentum, ſeu diſpoſitio particularis monachi ante ingreßum, an ſtatim exequatur facta profeßione, ante mortem. num.25. & nu. 29.*

23 *Teſtamentum monachi ante, vel poſt profeßionem, an ſtatim exequatur, ante mortem. & num.26. q. ſic. num.29. Limitatur dupliciter. nu.30. & .31.*

24 *Legitima an debeatur filio ſtatim facta profeßione per patrem, ante mortem naturalem. quòd non. num. 27. & . 28.*

27 *C. cum ſimus. de regula. declaratur. ibi. num.27.*

1 HAſta la hora de ſu muerte. Spectatur autem mors in donatione facta filio etiam in poteſtate, non vt confirmetur, quia non pendet à morte, vt dixi ſupra glo. 1. num. 31. ſed vt ceſſet in patre facultas reuocandi, ex hac lege conceſſa.

2 * Et quamuis Iure communi donatio facta filio in poteſtate, quæ confirmabatur morte, confirmaretur etiam emancipatione. l. ſiuè emancipatis. C. de donat. vt diximus dict. gloſ. 1. num. 27. hodie emancipatio inutilis eſt, cum citra traditionem ſit reuocabilis donatio facta emancipato: vt in text. etiam ſi ſequatur emãcipatio. In quo ius commune idem diſponebat, cum ad hoc requireret traditionem. vt ibi dixi.

3 In hoc autem articulo ſtatim ſeſe offert quæſtio, vtrum religionis profeſsio (quæ eſt mors ciuilis. l. Deo nobis. in fine principij. C. de Epiſcopis, & cleric. c. placuit. 16. q. 1. not. Bart. num. 4. in. l. patre furioſo. ff. de ijs qui ſunt ſui) operetur eundem effectum in patre, quẽ operatur mors naturalis. & ſic vtrũ poſt profeſsionem donatio poſsit vſq; ad mortem naturalem reuocari? Et quidem ſi pater profiteatur religionem eorum, qui etiam in cõmuni nõ poſſunt habere bona, omnes concordãt profeſsionẽ operari eoſdẽ effectus, quos mors naturalis, & eã non eſſe amplius ſpectandã. ſecũdũ Bart. in. l. 1. nu. 7. ff. de teſtam. & in. l.

in.l.cũ pater.§.hæreditatẽ.de leg.2.quẽ ſequũtur omnes vtro-
4 biq; ſecũdũ Deciũ in.c.in præſentia,nu.67.de proba.* Si autẽ profiteatur religionem eorum, qui ſaltim in communi poſſunt habere bona,videtur non obſtante profeſsione, adhuc patri licere ante mortem reuocare. Primò,quia verba text.concedentis facultatem reuocandi vſq; ad horam mortis,in ſola natura-
5 li,* & nõ ciuili debẽt verificari.l.ex ea parte.§.in inſulã de verbor.obligat.l.cum pater.§.hæreditatem.de legat.2. Cum verba naturaliter,& non ciuiliter ſint intelligenda.l. fin.C. de ijs qui veni.æta.l. ſi ita quis.§.1.de legat.2.l.fideicõmiſſum.ff.de condit. & demonſt.

6 Secundò hoc probatur argumento teſtamenti, quod cũ morte cõfirmetur.l.1.ff.de teſtament. illud in morte naturali intellexit gloſ.ibi, non autem in ciuili:per text.in.l. nec nos. C. de capti.Atq, ita Bar.ibi,nu.7. tenet quòd profeſſus poteſt reuocare teſtamentũ,quod fecit ante profeſsionẽ. Et licet loquatur ſub dubio,per verbum,*Forte*, idem tamen firmat in authten. ſi qua mulier.num.14.C. de ſacroſ. eccleſ. quam opinionem ibi etiam tenet Cinus,num.4.& ſequitur Anton.in.d.c.in præſentia.num.34.& Aretin.num.5.in.d.l.1.& Guill.Benedict.in.c. Raynuntius.verb.mortuo itaq; teſtatore,el.1.num.297.& Roderic.allegat.20.num.25.Socin.conſ.13.vol.1.& Gualden. de arte teſtãdi,tit.1.cautela.4. Quę opinio poteſt etiam fundari,in l.4.ff.de adim.lega.& in.l.cum hîc ſtatus. §. ait oratio.ff.de donat. inter. quibus probatur deambulatoriam eſſe voluntatem vſque ad mortem, conſiderando verba illa. *Vſque ad vitæ ſupremum exitum.*

7 Tertiò idem probatur argumento donationis inter virum, & vxorem,quæ cum ſit etiam reuocabilis vſque ad mortẽ.d. §. ait oratio:facultas reuocandi non ceſſat per mortem ciuilem, ſed ſpectanda eſt mors naturalis.l.ſed ſi mors.ff.de donat. inter virum. ibi. *Ita tamen vt non adimatur licentia marito eam reuocare, quia & mors eius ſpectanda eſt.* Idem probat text.in.l. res vxoris. verſic. ſin autem aqua & igni.C.eod.tit.ibi. *Donationes à viro in vxorem collatæ adhuc in pendenti maneant,ita vt ſi vſque ad vitæ ſuæ tempus maritus eas non reuocauerit, ex morte eius confirmentur.* Quæ iura ſunt in propoſito capitalia,& principale fundamentum Bart. in.q.præcedenti de teſtamento.

8 Quartò idem probatur argumento donationis cauſa mortis.

quæ

quæ cum non videatur perfecta antequam mors inſequatur. l. nō videtur, ff. de donat. cauſa mort. ideò poteſt poſt profeſsionem, ante mortem naturalem reuocari. Vt tenuit Imol. nu. 21. in d. l. 1. ff. de teſtam. & defendit Rode. vbi ſupra, nu. 27. Mouetur inter alia, quia cum poſsit donare cauſa mortis de cōſenſu abbatis, ſicut filius fami. l. tam is. ff. de dona. cauſa mort. ſecundum Bart. in auth. ingreſsi. nu. 66. C. de ſacroſ. eccleſ. eodem modo poterit, & donationem præcedentem reuocare.

9 Quintò pro hac parte facit text. in d. authen. ſi qua mulier, verſiculo. ſed ſi perſona, & in corpore vnde ſumitur. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quæ reperitur translata inter decreta. c. ſi qua mulier. 19. quæſt. 3. vbi conceditur patri poſt profeſsionem facere teſtamentum, & diuidere bona inter liberos. Quæ cōceſſio extenditur etiam ad hoc, vt vni poſsit facere meliorationē, vt dicemus in lege ſeq. Cui conſequens eſt, vt & poſsit reuocare meliorationem reuocabilem antea factam: cum eius ſit nolle qui poſsit, & velle. l. eius eſt nolle. ff. de reg. iur. Quin & Salicet. num. 6. in fine, & Bald. numer. 9. in dict. authentica ex iſta ratione voluerunt, quòd ex quo patri poſt profeſsionem eſt conceſſum inter liberos teſtari, quòd poterit & teſtamentum ante ingreſſum, ſeu profeſsionem factum reuocare, cum voluntas ſit vſque ad mortem ambulatoria. Quæ ratio, ſi vera eſt, etiam probat, quòd & toties poſsit teſtamentum reuocare, & reformare, quoties vſque ad mortem voluerit; cum eo vſque poſsit de ambulare voluntas. Et in propoſito noſtri text. quòd donatio reuocabilis poſsit poſt profeſsionem reuocari: tenuit Tello hîc. nu. 6. quem ſequitur Mati. num. 4. Et in donatione inter virum, & vxorem, idem tenuit Perez ad Seguram, in l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 54. ff. de vulga. licet in cautè poſuerit exemplum in profeſſo religionem minorum.

10 His tamen non obſtantibus, contrarium videtur verius, vt donatio reuocabilis vſque ad mortem non poſsit poſt profeſsionem reuocari, & quòd verbum mortis in iſto caſu verificetur in profeſsione religionis: neque quo ad hanc facultatem reuocandi, ſit diſtinguendum vtrum monaſterium ſit capax bonorum in communi, vel non. Qua diſtinctione licet. DD. vtantur quātum ad ea, quæ dicemus in quæſt. ſeq. ſed quantum ad ſtatum, &

11 perſonam monachi inutilis eſt. Eſt autē huius rei ratio.* Quia quoties mors ciuilis operatur eūdem effectum, quem naturalis, verbum

verbũ mortis in vtraque verificatur, & valet argumentum de vna ad alterã, ſecundùm Bar. in. d. l. cum pater. §. hæreditatem. de lega. 2. & in. d. l. ex ea parte. §. in inſulam. de verbor. obliga. quem vtrobiq; ſequuntur communiter. DD. ſecundũ Aretin. & Iaſ. in. d. §. in inſulã. Rip. in. l. ex facto. §. ex facto. nu. 11. ad Trebell. Boeriũ deciſio. 323. n. 6. Coſtã. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. §. 2. in principio. ff. de libe. & poſth. poſt Crotum ibi. col. 3. Mincha. de ſucce. creat. §. 21. nu. 172. Et hoc ipſum eſt, qđ voluit glo. verb. non morte. in. c. ſuſceptum. de reſcrip. in. 6. & in. c. placuit. 16. q. 1. quòd mors ciuilis ſolũ æquiparetur naturali in caſibus à iure expreſsis, & non aliâs: licet vterque loquendi modus non ſit viſus æqualis Minchacæ.

Quod autem in propoſito profeſsio operetur eundem effectum, quẽ mors naturalis ex iuris diſpoſitione, probatur in Auth. ingreſsi. & in corpore vnde ſumittur. C. de ſacr. eccle. quę reperitur inter Decreta in. c. quia ingredientibus. 19. q. 3. licet non ita amplè diſponat ſicut. d. Auth. ingreſsi. ibi. *Nec ergo de ijs teſtentur, vtpote nec domini rerum.* Illa enim dictio, *Nec*, ſecũdũ Iaſ. ibi. n. 23. poſt Sali. & Paul. eſt implicatiua. l. ſi filię. C. de dona. ante nup. & implicat, ꝙ nõ ſolũ per viã cõtractus, ſed nec per viã vltimæ volũtatis poteſt monachus quidquã diſponere. Et vtrũq; manifeſtius colligitur ex ratione. *Vtpote nec dñi rerũ*, quę vrgẽtius ſcribitur in corpore ibi. *Et nõ erit dñs eorũ vlterius vllo modo.* Atq; ita queãdmodũ non poteſt quis diſponere de bonis alienis, neq; per teſtamentũ. l. cõficiũtur. §. ſi poſt. iuncta glo. ver. teſtatur. in fin. ff. de iure codic. l. fi. in fi. C. de hæred. inſtit. neque per contractum in præiudicium domini. l. rem alienam in fine. ff. de contra. empt. eodem modo monachus, cùm non ſit vllius rei dominus, non habet voluntatem diſponendi. Et ita cum nõ habeat velle nec nollæ. cap. ſi religioſus. de electio. in. 6. capit. ſi religioſus. de teſtamentis in. 6. cap. finali. de ſepult. in. 6. Et notatur. in cap. non dicatis. 12. quæſtione. 1. ſumma ratione quoad diſponendum pro mortuo reputatur, vt in dict. Authentica ingreſsi. & hanc opinionem poſt huius operis primam editionem, me tacito, tenuit Velaſquius in. l. 17. Tauri. gloſſa. 6. numero. 4. & in. l. 44. gloſſa. 7. numero. 2. & 3. & ea patet clariùs ex diſſolutione argumentorum, quæ ſupra pro parte contraria adduximus.

In primis, nõ obſtat, ꝙ verbũ mortis ſolũ verificetur in naturali

& non

& non ciuili. Quia quamuis iſtud regulare & ordinariũ ſit, hoc tamen fallit in caſibus à iure expreſsis, quando mors ciuilis operatur eundem effectum, quẽ naturalis, vt dictum eſt. Qualis eſt caſus profeſsionis, qui ſatis eſt ad hunc effectum iure expreſſus in d. Authen. ingreſsi.

12 Rurſus non obſtat ſecundum fundamentum. Veriùs enim eſt, profeſſum non poſſe reuocare teſtamentum, quod fecit ante profeſsionem. Quod tenuit Abb. in c. in præſentia. num. 61. de proba. quem ibi ſequuntur Bero. nu. 537. Dec. nu. 68. idem in dict. Authentica ingreſsi. nu. 13. Iaſ. in d. Authent. ſi qua mulier. nu. 27. Imol. num. 21. in d. l. 1. de teſtam. poſt Ange. ibi. Rubeus conſi. 155. col. fin. Couar. in c. 2. de teſtam. n. 9. per tex. ibi, & in d. Auth. ingreſsi. Quibus probatur monachũ teſtari nõ poſſe, cui conſequens eſt, vt nec teſtamentum antea factum reuocet. Ille enim qui nõ poteſt actum de nouo facere, nec etiam poteſt reuocare. l. tria prædia. §. fin. iuncta gloſ. ff. de ſerui. ruſti. l. 3. de re iudi. c. cum inferior. de maio. & obe. Et hanc partem probat text. in d. Authẽ. ſi qua mulier. & in corpore vnde ſumitur, prout infra ad quintum argumentum dicemus.

13 Ex eadem ratione ceſſat & tertiũ fundamẽtũ. Verius enim eſt per profeſsionem ceſſare facultatem reuocandæ donationis inter coniuges, quidquid dicat Perez, ex ratione text. in d. Authen. ingreſsi. Nam cùm profeſſus ſit prohibitus contrahere, & ſic donare: cenſetur etiam prohibitus diſtrahere, & ſic reuocare donationem. d. l. tria prædia. §. fi. iuncta gloſ. Diſtractus enim eſt eiuſdem naturæ cuius contractus, ſecundùm Bart. in L. & ideo. n. 2. de condi. furti. Not. Areti. in l. ſi quis cum aliter. col. 6. de verbo. allegat gloſ. in l. 3. §. 1. verb. liberatorium. ff. de cont. iud. tute. & Bald. in Rubr. C. de pactis. inde inferens quòd requiſita in contractu requiruntur etiam in diſtractu. Vt latius probat Mincha. cap. 11. contro. vſufre. nu. 9. & 10. & multa congerit Euerar. in proprio loco. Non obſtant illa iura, in d. l. ſed ſi mors. & in d. l. res vxoris. loquuntur enim in deportato, cuius mors ciuilis non habet eundẽ effectũ cum naturali. Retinet enim ea quæ ſunt iuris gentiũ. l. ſi mandauero tibi. §. is cuius. ff. mãda. vbi not. Bar. ac proinde poteſt diſtrahere. prout reſpõdet Imo. in l. 1. de teſta. nu. 21. & Iaſ. in d. Authẽ. ſi qua mulier. num. 30. Vel melius quia deportatio non eſt mors ciuilis perpetua propter ſpem reuertendi, quàm conſiderauit ille

tex.

tex.in.d.l.ſed ſi mors ibi, *Siue reuerſus*. Atq; ita verba illius tex. *Vt non adimatur licentia marito eam reuocare.* Non ſunt intelligenda, ꝙ maritus adhuc deportatus poſsit reuocare, prout in electione ei cōmiſſa explicabimus in.l.3.infra gl.4.nu.11. ſed ꝙ ſpectetur, an fortè liber factus reuocet. Quę ſpes, ſi ceſſaret in deportato, non ſpectaretur eius mors naturalis, prout videmus in priori parte tex.in.d.l.res vxoris. Vbi ex pœnæ qualitate amiſſa libertas operatur eundem effectum, quem mors.ibi. *Tanquam ſi maritum eius natura, non pœna ſubduxerit.* Qui caſus quadrat ad monachū, in quo nō reperitur ſpes aliqua recuperandę libertatis quoad diſponendū.
14 * Cū etiam factus Epiſcopus, licèt in aliquibus liberetur à regula, ſed quantū ad diſponendū monachus remanet. Cū tria ſubſtātialia religionis vota per Epiſcopatū nō dirimātur.c.clerici officia.de vita & honeſta.cler.gl.in c.in noua.16.q.7.& in.c.de monachis. 16.q.1. Card.in Clem. 2.de cēſi.S.Tho.2.2.q.185. Sylue.verb.teſtamētū.1.nu.3.ver. vndecimo.Alex.cōſ.32.nu.8.lib.5.Couar.in.c.1.de teſt.nu.18.

15 Ex eadem ratione ceſſat, & quartum fundamētum. Verius eſt enim donationem cauſa mortis non poſſe per monachum poſt profeſsionem reuocari. Argumēto contractus, ſeu vltimæ voluntatis, cuicunque eorum velis in hoc æquiparari: quidquid dicat Rode.Sua. Cuius fundamētum eſt falſum, neq; enim monachus etiā cōſenſu Abbatis poteſt donare cauſa mortis, quod voluit Bar. quem ille pro ſe citabat in.d.Auth.ingreſsi, nu.66. ac proinde, nec poterit reuocare.

16 Ad quintum vero reſpondeo, quòd quamuis verum ſit patri eſſe conceſſum inter liberos teſtari poſt profeſsionem, vt in d.Auth.ſi qua mulier, verſiculo ſed ſi perſona, etiam vnum ex filijs meliorādo: illa tamen deciſio eſt ita reſtricta, vt nullo modo recipiat tam amplas extenſiones. Eſt enim illius text. ſpecialis caſus, & quaſi priuilegium limitans generalē deciſionem text.in Auth.præcedenti. Prout intelligunt omnes ibi, poſt gl. verb.poſtea.& intellexit etiam Imol.in.l.1.ff.de teſtam. num. 21.in fine. Eſt autem ſpecialitas text.quòd cum quilibet monachus ante profeſsionem poſsit teſtari, vt in Auth.de monachis. §.illud quoque.& in Auth.nunc autem.C.de Epiſcopis & cler. & poſt profeſsionē nullus poſsit teſtari, vt in.d.Auth.ingreſsi: ei tamen qui filios habeat, quibus bona neceſſario debentur (quaſi negotium expeditu facile, & quod ab ipſa lege eſt jam

ſemifactum) conceſſum eſt, vt poſt profeſsionem poſsit inter eos teſtari. Sed hæc conceſsio conditionalis eſt, ita ſcilicet ſi ante ingreſſum, ſeu profeſsionem de rebus ſuis inter eos non diſpoſuit. vt in dicta Authentica, ſi qua mulier. ibi. *Antequam de rebus ſuis inter eos diſponat.* Quę verba ſic expreſsè intellexit Abbas. in dicto capit. in præſentia, num. 61. ibi: *Et intellige quando prius non diſpoſuit.* Et Iaſo. in dicta Authentica. in principio, ita demum profeſſum patrem poſſe teſtari dicit, ſi ſeruetur forma illius text. quæ in hoc potiſsimum conſiſtit, ſi ante profeſsionem non diſpoſuit. Secundùm quod eſt ibi text. pro ea opinione quam ſupra tenuimus, quòd profeſſus non poſsit reuocare teſtamentum, quod prius fecerat: cum etiam patri, qui ante ingreſſum fecit teſtamẽtum, quamuis habeat liberos, non liceat amplius poſt profeſsionem diſponere: licèt ſi non diſpoſuiſſet ante, liceret poſt profeſsionem teſtari.

Eſt etiam ibi text. pro declaratione illius brocardici, de quo ſupra. Vt cui nõ licèt teſtari, nec liceat reuocare teſtamentũ, argumento illius gloſſ. in dicta. l. tria prędia. §. fin. de ſerui. ruſti. Quo mouentur Imol. in. l. 1. de teſtam. num. 21. & Iaſ. in. d. Authentica. ſi qua mulier. num. 28. ad hoc, vt monachus nõ poſſit reuocare teſtamẽtum, vt ſcilicet illud procedat negatiuè, nõ tamẽ affirmatiuè: vt ex quo licet teſtari, liceat etiam reuocare prius teſtamẽtum, prout videmus ibi ſpecialitèr deciſum in patre profeſſo, aduerſus Bal. & Salic. ibi, qui cõtrarium volebant. Imò & ratio Salicet. includebat etiam, quòd vſque ad mortem poſſet pater quoties voluiſſet de nouo teſtari reuocãdo. Quod alienum eſt à deciſione illius text. & à cõditione, & ſtatu monachi, quem à propria volũtate, rerum poſſeſsione, ſeu diſpoſitione iura ſẽper abdicãt, & remouẽt: cui ſi hoc cõcederetur in nihilo diſtaret à ſeculari. * Cum & Soc. cõſil. 89. nu. 24. volum. 1. & Decius cõſilio. 712. quos ſequitur Couarru. in capit. cum in officijs, nu. 7. verſ. vltimo hinc poteſt deduci. de teſtam. teneãt, priuilegium, ſeu facultatem teſtãdi cõceſſam Epiſcopo, aut Cardinali extingui prima vice, tanquam odioſum, ſecũdùm Abb. in. c. cùm omnes. de conſti. & in. c. cum eſſes. de teſta. & quia diſpoſitio ſemper reſtringitur ad primum actum. l. boues. §. hoc ſermone de verbor. ſignific. Quæ opinio licèt vera non ſit, cum repugnet natura rei, ſeu teſtamenti, quod eſt vſque ad mortem deambulatoriũ, & ſemper prius cenſetur nõ factũ, & vltimum

17

loco

loco prioris ſubrrogatur, vt benè explicat, & defendit Tello in l. 4. Tauri. num. 2. cum ſequentibus. In monacho tamen qui inter filios teſtatur ex indulgentia illius Authenticæ, verius eſt, vt nihil amplius poſsit immutare. Cum ex generali defectu voluntatis, & rerum dominij, leges non prçſumant in monacho aliquam rationem, vel odij, aut affectionis, aut alterius liberæ voluntatis, ad immutandum quod prius diſpoſuit. Cum diſpoſitio patri ſemel cõtra iura generalia conceſſa, quæ quaſi ex mortuo illum ad teſtãdum ſuſcitarunt, functa officio ceſſat, & extinguitur. Quod nõ reperitur in Epiſcopo, aut Cardinali ex priuilegio teſtãti. Vnde queãdmodũ pater monach⁹ nõ reuocat teſtamẽtum, qđ liberè, & ſecũdũ Ius Cõmune fecit ante profeſsionẽ, vt in. d. Auth. ſi qua mulier: nec etiam debet poſſe reuocare, quod ex cõceſsione. d. Authẽticç fecit poſt profeſsionẽ, cum eadẽ ratio & defectus detur in vno & altero caſu.

Itaque redeundo ad intentum, patri, qui ante profeſsionem de rebus diſpoſuit, non licet amplius poſt profeſsionem diſponere, vt in dicta Authentica.

18 * Quæ deciſio eſt intelligẽda, tam per teſtamentum. quàm etiam per cõtractum. Illud enim verbum, *Diſponat*, quo vtitur dicta Authẽtica. ſi qua mulier. & verbum, *Vti*, quo vtitur tex. in auth. de monachis. §. illud. ad vtrũque refertur. Prout eſſe cõmunem opinionem teſtatur Decius in. c. in prçſentia. de proba. nu. 61. verſ. ſed tamẽ prædictis remotis. aduerſus Salic. & Fulgo. in. d. Auth. qui ſolum intelligebãt per contractum, ne alìàs teſtamentum agnatione rumperetur, quod ipſi tenuerunt. Vnde ſi pater titulo donationis ante ingreſſum bona ſua inter filios diuiſiſſet, prout in caſu text. in. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. fam. hçrciſ. nõ liceret vtiq; poſt profeſsionẽ teſtari, aut quidquã immutare, quãuis donatio fuiſſet reuocabilis. Ceſſat enim ratio fũdamẽtalis Authẽticç, qua cõceſſa eſt patri teſtari. Quia illud non eſt conceſſum, vt teſtetur, ne decedat inteſtatus. Potuit enim ipſe liberè ſe ea facultate priuare profitẽdo, vt in. d. Auth. ingreſsi. & not. Minch. de ſucce. crea. §. 18. nu. 292. Sed vt bona diuidat inter filios. Adeò, vt controuerſum ſit, vtrùm ea diſpoſitio poſt profeſsionem ſit verè teſtamentum, vt eſt videre per gloſſ. verb. diuidere. Bald. Salicet. & alios ibi. Cum itaque in vita diuiſerit, & diſpoſuerit: ceſſat ratio deciſionis, & debet ceſſare deciſio. l. quod dictum. ff. de pactis. l. adigere. §. quamuis. de iure patrona. Cum &

conceſsio de per ſe ſit correctoria, ſeu limitatoria, & exorbitãs. l. ſi verò. §. de viro. ſolut. matrim.

Qua ratione idem concedendum eſt in diſpoſitione particulari, vt quia vni filio ſit aſsignata legitima, vel facta melioratio, licet reuocabilis. Quia ſolùm licebit reliquum, de quo non eſt diſpoſitum, diuidere: vt deciſio legis procedens in toto, habeat etiam locum in parte, cum ſit eadem ratio. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. Et hoc fortè voluit, vel ſenſit text. in. d. auth. de mona. §. illud. verſ. ſi vero filios habuerit. Vbi tractans de parte bonorum monachi, quæ filijs eſt danda, illam computat connumeratis donationibus particularibus filijs prius factis. Vt vel ſic facultas teſtandi eidem monacho conceſſa, in dicta Authentica. ſi qua mulier. & in corpore, quando prius non diſpoſuit, ſit etiam intelligenda, vt diſponat, vel diuidat, ſi prius non diuiſit, vel in quantum non diuiſit. Vt diſpoſitio præcedens, vel generalis, vel etiam particularis, non poſsit amplius poſt profeſsionem ſubuerti, aut reuocari. Et ſi obijcias donationes illas, de quibus in. d. §. illud. fuiſſe irreuocabiles: dico, quòd eadem ratio eſt in reuocabilibus, cum potius in hoc cõſideretur, quòd ſit diſpoſitum, quàm quòd diſpoſitio ſit irreuocabilis. Cum eadem irreuocabilitas cauſetur ex ſtatu & conditione monachi, quæ ex natura donationis.

Itaque concludo facultatem reuocandi donationem, ex iſto text. conceſſam patri vſque ad mortem, ceſſare etiam per profeſsionem. Nõ ſolum ſi ante eam per teſtamentum, vel contractum diſpoſuiſſet, vel diuiſiſſet reliqua bona inter filios, quo caſu ceſſat in eo facultas teſtandi, vel diuidendi poſt profeſſionem: ſed etiam ſi poſtea poſſet teſtari, adhuc non poſſet reuocare, ea de quibus diſpoſuit.

19 Et hoc non ſolum procedit in monacho, ſed etiam in monaſterio. Quia licèt in ipſum ſit tranſlatum omne ius monachi, vt in dicta Authentica. ingreſsi, ibi. *Se, & ſua dedicant*, & in corpore vnde ſumitur, ibi. *Ingredientem namq; ſimul ſequũtur omnes res.* & in cap. 2. de teſtamen. in fine. & in cap. quia ingredientibus. 19. quæſt. 3. Non tamen poterit ex perſona monachi reuocare donationem reuocabilem factam ante profeſsionem, argumento. fiſci, vel creditorum, de quibus agemus infra gloſ. 9. nu. 29. & 30.

20 Et iſta procedunt, quando donatio fuit facta de tertio, prout

text.

text.loquitur.Si tamen eſſet facta de tertio, & quinto videtur, quòd per profeſsionem ipſo iure reuocetur quoad quintum, etiam ſi eſſet irreuocabilis.Nam cum monachus teneatur reſeruare vnam portionem pro ſe & monaſterio,vt in d.Authẽtica ſi qua mulier.Non poteſt ea obligatio in alio verificari, niſi in quinto:cum legitima ſit reſeruanda filijs, vt ibi præcipitur, & per conſequens tertium, quod eſt legitima inter filios. Vnde ſi quintum ſit donatum,videtur reſcindendum , quaſi agnatione filij,pro bonorum ſubſidio debito monaſterio.l.ſi vnquã.C.de reuoc.dona.Quod tenuit Bal.conſ.18.incipiẽti. notiſsimũ eſt. in.4.dubio.lib.1.& cõnſ.215.incip. Punctus.in fine.lib.5.Sed contrarium tenet Ripa in.d.l.ſi vnquam.num.93.q.35.& eius opinio vera eſt,licet nihil firmet Tiraquel.verb. ſuſceperit liberos,num.48.Nam monacho ante ingreſſum,ſeu profeſsionem liberè conceſſum eſt diſponere de ſuis rebus, vt in. d.Auth. de mona.§.illud. ibi. *Licentiam habere ſuis vti quo voluerit modo*. Quibus verbis omnes intelligunt compræhendi tam contractum, in quo nemo diſcrepat, quàm etiam teſtamẽtum, vt per profeſsionem vnum,nec alterum non irritetur.Et quamuis quoad teſtamentum diſtinxerit Bar.inter eum qui teſtando cogitauit de ingreſſu,vt tunc non rumpatur, (cuius opinio in hoc magis communitèr recipitur ſecundùm Decium in cap. in præſentia.nu.61.de proba.& in conſil.31.col.2. & Ripam vbi ſupra. & Couarr.in.c.2.de teſtam.num.5. & Mincha.de ſucce.reſo.§. 6.num.2.qui alios referunt aduerſus Salic.& Fulgo.quos ſupra retulimus:quorum argumẽtis reſpondet Decius) & inter eum qui non cogitauit de ingreſſu , vt tunc rumpatur, cuius in hoc opinionem defendit Decius in.d.c.in præſentia.num.61.& eſt communis opinio ſecundùm Imol.num.19.in.l.1.ff. de teſtamen.& ab ea non eſſe recedendum in iudicando,& conſulendo, dicit Iaſ.num.21.in.d.Auth. ſi qua mulier. Tamen quoad donationem,omnes concordant, quòd non reuocetur, per text.in d.§.illud.non ſolum in totum,vt ex aliorum opinione probãt Ripa vbi ſupra.num.34.& Tiraq.num.43.& ſequentibus.ſed etiam quoad partem monaſterij,vt dictum eſt.Imò,& in teſtamento facto ab eo,qui non cogitauit de ingreſſu, quòd non reuocetur,nõ ſine iuſta ratione tenuit Abb.num.52.in.d.cap. in præſentia.poſt Ant.ibi. Cuius opinio mihi veriſsima videtur, & eam ſequitur ibi Feli.nu.54. & Aret.nu.4.in.l.1.ff. de teſta-

& Viglius in princ. inſti. quib. mod. teſta. infir. nu. 3. per generalitatē, tex. in d. §. illud. & Iul. Cla. §. donatio. q. 28. nu. 5. Neq; ijs obſtat text. in d. Auth. ſi qua mulier. quatenus pręcipit monachio, vt reſeruet vnā portionē pro ſe, & monaſterio. Quia ille tex. nō loquitur in diſpoſitione, maximè per cōtractū, facta ante ingreſſum, quę in totū valida eſt, & obſeruatur, nec in aliquo reſcinditur, vt in d. §. illud. Sed loquitur in eo, qui diſponit inter filios poſt profeſsionem, vt in text. patet, ſecundùm Ripam vbi ſupra. De quo agemus in l. 2. infra glo. 1. num. fin.

21 Præcedēti proxima eſt quæſtio, vtrùm dicta donatio nō tradita, & ſic ex forma text. reuocabilis facta filio, quam per profeſsionem patris diximus fieri irreuocabilem, ſit ſtatim tradenda filio, an verò ſit ſpectāda mors naturalis patris. Quo caſu rectiꝰ diſtinguetur inter monaſteriū omninò incapax bonorū in

22 cōmuni, & illud qđ poſsit habere bona. * Vt ſi quidē monaſteriū ſit omnino incapax, procedat ſine dubiò cōmunis opinio Bar. ſupra relata, ꝙ profeſsio in omnibus ſit morti naturali ſimilis, quātum ad perſonam, & bona. Non ſolū quantū ad exæquēdas ſtatim monachi diſpoſitiones, ſiuè per contractū, ſiuè per teſtamētum factas: ſed etiā (ſi ipſe nihil diſpoſuit) ad exæquēdam diſpoſitionem iuris, quoad ipſius bona, prout exequeretur eo mortuo. Quia licèt in hoc varij varia ſenſerint, quæ refert Imol. in l. 1. ff. de teſta. nu. 26. verius eſt, ꝙ bona ſint ſtatim venientibus ab inteſtato tradenda, prout ipſe reſoluit. Si autem monaſterium eſt capax bonorum in communi, intrat aptè quęſtio, & videtur dicendum donationem ſtatim tradendam, non expectata morte naturali patris.

Primò, quia cum per profeſsionem ceſſauerit facultas reuocandi, vt dictum eſt, & ſic donatiò fuerit facta irreuocabilis: videtur ſtatim filiū admittēdum, nec id poſſe per patrē, aut monaſterium impediri; nō magis quam ſi facultas reuocandi eſſet à donatore in contractu, aliàs perfecto, reſeruata. Cum ſublata facultate reuocādi, nullo remedio poſsit ſuccurri patri, qui aliàs reuocādo poterat impedire. Et ſic ſemota, & excluſa exceptione, remaneat actio donatarij perfecta, & inexpugnabilis, vt in prin. inſti. de repli. & in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

23 Secundò idem probatur argumento teſtamēti, ſeu diuiſionis bonorum factæ inter filios per patrem monachum. Quod quidem ſtatim exæquitur, vt probat tex. in d. Auth. ſi qua mulier.

verſ.ſed ſi perſona ibi, *inter eos diuidere.* Quę verba ſonant actum executionis inter viuos, quamuis ex actu vltimę voluntatis, ſecundùm gloſſ. ibi. Atque ita talis actus habebit vtriuſque vim, vltimæ quidem voluntatis confirmatæ iam & irreuocabilis, & actus ſtatim exæquendi. Quod & probatur illis verbis. *Et quod eis non dederit monaſterio competet.* Per quem text. concedendum eſt, quòd quemadmodum diſpoſitio totius inter filios ſtatim exequitur: eodem modo diſpoſitio particularis quoad vnũ: vt quia ſit ei aſsignata legitima, vel melioratio tertij, ſit ſtatim exequẽda. Cum idem ſit iudicium totius, & partis. l. quę de tota de rei vend. per ea quæ ſupra diximus. Et quoad reliquum hæreditatis, & alios filios ſeruabitur deciſio illius text. in verſiculo finali. Prout infra explicabimus. Et ſi obijcias text. illum loqui in diſpoſitione facta poſt profeſsionem, vt conſtat ex verbo, *Poſtea,* iuncta gloſſ. id eſt, *Poſt ingreſſum.* Cum ſit limitatio tex. in Auth. præcedenti, in qua ingreſsio ſonat profeſſionem, ſecundùm Bart. in d. Auth. ſi qua mulier. num. 20. & alios quos refert Decius in d. Auth. ingreſsi. in princ. quamuis ipſe in contrarium voluerit ſubtilizare: ac proinde text. ille nõ procedat in diſpoſitione facta ante profeſsionem: reſpondeò maiori ratione eſſe exequendam hanc, quàm illam, quę fit poſt acquiſitum ex profeſsione ius monaſterio, cui ingreſſus ſe, & ſua dedicat, vt in d. Auth. ingreſsi.

24 Tertiò idem probatur argumento legitimæ (cuius inſtar habet melioratio tertij,) quæ quidem legitima, non ſolum per patris diſpoſitionem, vt dictum eſt: ſed etiam eo nihil diſponẽte, ſtatim facta profeſsione debetur filio, nec eſt expectanda mors naturalis patris, vt in c. cum ſimus. de reg. & tenuit gloſſ. ver. moriatur. in d. Auth. ſi qua mulier. & gl. verb. detur in Authen. de mona. §. illud. Et quãuis Bart. nu. 22. in d. Auth. ſi qua mulier. voluerit cõtrarium, per tex. ibi. in verſ. fin. Vbi filij demum mortuo patre monacho admittuntur ad legitimam, & eius opinionem de Iure Ciuili ſequantur magis communitèr DD. ſecũdùm Sali. nu. 12. & Iaſ. nu. 50. ibi. Feli. nu. 56. & Deciũ, nu. 67. in d. c. in pręſentia. de proba. & Bened. in c. Raynũtius, verb. mortuo itaq; teſtatore. el. 1. nu. 299. & Mi[illegible]c. de ſucce. crea. §. 21. n. 175. De ęquitate tamẽ Canonica. d. c. cũ ſi[illegible] filiũ ſtatim admittẽdũ, tenuit Bal. n. 14. in d. auth. ſi qua mulie. Io. And. & Anch. in d. c. & hãc defẽdit Corſe. ſing. ver. legitima.

 & Ana-

& Anani. in cap. 2. de delictis puer. & Pyrrhus poſt conſuetud. Aure. c. 2. col. 4. & Fabi. in Auth. nouiſsima. num. 80. de inoffic. teſtam. & tanquam æquam ſequitur Abb. in d. c. in præſentia. num. 59. & Couarr. in c. 2. de teſtam. num. 7. & hanc dicit communem Canoniſtarum Bald. Nouel. de dote. 1. part. num. 11. Pro qua inducitur text. in dicta Authen. ſi qua mulier. verſi. ſed ſi perſona. Quatenus permittit patri poſt profeſſionem legitimas filijs aſsignare: quod non permitteret, ſi patre viuēte, bona à monaſterio auferri nō poſſent. Et ſecūdùm hoc dicit Couarr. nō obſtare text. in verſ. fin. eiuſdem tex. quaſi loquatur enūciatiuè, filijs ſcilicet nihil petētibus. Et licèt reſpōſum ſit inſufficiens, poteſt dici melius, quod quamuis de rigore Iuris Ciuilis ſit ſpectanda mors naturalis, ſit in hoc obſeruāda æquitas Canonica ſcripta, & præferenda rigori etiam ſcripto, per ea quæ not. in l. placuit. C. de iudi. & in c. fin. de tranſ. prout reſpondent alij ex ſupra relatis.

85 Per contrarium, ꝙ filius ſtatim agere nō poſsit, ſed quòd debeat ſpectare mortem naturalem patris, facit. Nam ex facultate reuocādi deducitur alter, & ſecūdus effectus, quòd donator ante mortem cōueniri nō poteſt. Eſt enim donatio interim quoad hoc imperfecta, & inefficax. l. omnes. §. 1. de reg. iur. argumēto donationis cauſa mortis. l. nō videtur. de dona. cauſa mortis. *Non videtur*, inquit text. *Perfecta donatio cauſa mortis facta, antequam mors inſequatur.* Neque enim poteſt intelligi debitor, à quo inuito pecunia exigi nō poteſt. l. debitor. de regul. iur. Quamuis autem ex profeſsione ceſſauerit in monacho facultas reuocandi donationem, vt dictum eſt: alter tamen effectus reſultans ex natura donationis, vt donatarius in vita donatoris agere nō poſſit, nō videtur per profeſsionem ſublatus, nec ceſſare. Cum ſint diuerſa non poſſe reuocare, & poſſe ſtatim conueniri, propter ſubintellectam conditionem mortis reſultantem ex natura donationis. Quæ quamuis quoad auferendā facultatem reuocandi, habeat eundem effectum, quem naturalis, vt dictum eſt: quo ad hoc autem, vt ſtatim detur actio, nō habet, ſed ſola morte naturali verificatur, vt eſt regulare. d. l. ex ea parte. §. in inſulam. de verbo. l. cū pater. §. hæreditatē. de leg. 2. Cū ſublata facultate reuocādi, adhuc detur in monacho facultas recipiēdi emolumētum ex ſuis bonis, ſaltim in cōmuni. Prout videmus in monacho vſufructuario, cuius vſusfructus poſt profeſsionem durat

vſque ad mortem; cum non habeatur pro mortuo quātū ad comedendum, ſecūdùm gloſſ. in d. Auth. ingreſsi. & in patre tradit gloſſ. in Auth. idem eſt. C. de bonis quæ libe. quas eſſe magis communitèr receptas pluribus relatis tenet Pinel. in. l. 1. de bonis mater. 1. part. ex nu. 47. Et ſic ceſſat primum fundamētum ſupra in cōtrarium obiectum. Nō obſtat ſimile adductum de donatione reuocabili ex reſeruatione. Caſus enim diſsimilis eſt: cum ſit diuerſum filium, cui res tradita non eſt (prout in caſu in quo agimus) viuo patre, non poſſe agere, & patrem qui rem tradidit, non poſſe repetere: prout in dicto caſu nō poteſt: cum ad repetēdum nihil proſit facultas reuocādi reſeruata, quæ per profeſsionem ſublata eſt.

26 Ad ſecundum fundamētum reſpondeo, quòd licet verum ſit teſtamētum, ſeu diuiſionem bonorum factam per patrem monachū poſt profeſsionē ex beneficio text. in. d. Auth. ſi qua mulier. ſtatim exequi: teſtamētum tamē monachi factum ante ingreſſum nō exequitur ſtatim facta profeſsione, nec hæres filiꝰ, vel extraneus, ſtatim petit hæreditatē; ſed in vita monachi ſtat penes monaſteriū. Secūdū Bar. nu. 9. in. d. Auth. ſi qua mulier. cuius opinio eſt communitèr recepta, ſecūdùm Iaſo. ibi, nu. 26. & ſequūtur Anto. & Abb. in. d. c. in præſentia. de proba. & ibi Decius. nu. 67. Alex. cōſil. 13. vol. 3. Rub. cōſil. 155. & Soci. cōſil. 92. vol. 1. & Couar. in. c. 2. de teſta. nu. 6. Quod & tenuit glo. verb. poſt mortē, in. l. 1. ff. de teſta. vbi hāc opinionē tenet Bart. & dicit communem Aret. nu. 6. Sequitur etiam, & dicit cōmunem Rode. allega. 20. nu. 16. & ſequētibus. Ex eadē ratione, ꝙ vtraq; mors nō ſit in hoc eiuſdē efficatiæ, propter cōmoditatē, quā monachꝰ poteſt percipere ſaltim in cōmuni ex ſuis bonis.

27 Nō etiam obſtat tertiū fundamētum. Verius eſt enim, vt legitima ante mortem naturalem patris monachi nō debeatur, ex dicta opinione Bar. ſupra relata, quæ eſt magis cōmunitèr recepta, vt dictū eſt. Et probatur in d. Auth. ſi qua mulier. verſ. fi. Et ex generali regula, ꝙ legitima non debetur filio in vita patris. L. 1. §. ſi impuberi. ff. de coll. bonorū. maximè in dānū monaſterij, cuius fauore ſæpè fit impropriatio, vt in. d. c. in pręſentia. & in Auth. niſi rogati. C. ad Trebell. Et in hoc cum dicta Authen. ſi qua mulier. verſic. fin. concordat text. in. l. 17. titulo. 1. part. 6. vbi not. Grego. verbo, *ſus hijos*. Non obſtat text. in. d. cap. cum ſimus. qui expreſsior eſſe debuerat, vt opponeretur claræ

deciſioni Iuris Ciuilis. Ex toto enim text. non conſtat, quòd pater eo tempore viueret. Vt quamuis Abb. in dicto capit. in præſentia. numer. 59. dicat non poſſe ſine diuinatione dici eſſe mortuum, per ſatis læuia fundamenta, quæ ipſe recenſet, in dicto capit. cum ſimus, & congeſſit Corſet. vbi ſupra. quibus ſatisfacit Decius in dicto capit. in præſentia. numer. 67. Maior profectò diuinatio erit, ſi dicamus patrem viuere. cum text. id non dicat, prout fatetur Abb. ibi. num. 6. Et quamuis obrauit videre integram, & Couarru. in dicto capit. 2. nu. 7. referat, quòd ex integra decretali conſtat, quòd pater monachus eo tempore erat viuus, nec deceſſerat, prout latius tradit Corſe. dicens, ſe diu laboraſſe pro inuenienda integra illius Decretalis, & tandem reperiſſe, ac legiſſe, & quòd in ea proponebatur caſus. Quòd miles de quo ibi, cum eſſet lepræ morbo domino permittente reſperſus, cum filio ſuo, nullatenus diſcretionis annos attingente, ad quoddam monaſterium cum bonis ſuis ſe contulit. Deinde dicit, quòd cum ipſi puero diſciplina monaſtica propter aſperitatē regulę diſpliceret, infra ſpatium decē hebdomadarum à monaſterio, & habitu taliter ſuſcepto reſiliēs, bona patris cœpit ab abbatia illa, cum inſtantia poſtulare, &c. In tota tamen hac ſeriè non dicitur, quòd pater viueret, niſi ex pręterito vellimus præſumere, quod iura non admittunt, ſecundùm Bartol. in. l. ſi quidem. ſolut. matrimo. & Bald. in cap. ex tenore. de teſti. Nec mirum ſi in tam breui tēpore moreretur monachus lepra infectus. Prout eſſe mortuum colligitur ex verbo, *Succeſſione*. Quæ ad mortuū refertur, ſecundùm Abb. ibi. Salicet. & Iaſ. in. dicta Auth. Et quod magis mouet eſt, quòd text. reſpondet ad cōſultationem, & ſic nō ponit ius nouū, vt not. gl. in. c. cōſultationi. de tempori. ordi. & in c. ex tua. de filijs præsbi. Et ſic text. ſecurè & incautè reſpōdet, vt apparet ex litera, & not. Mincha. de ſucce. crea. §. 21. nu. 175. & c. 37. controu. illuſtr. nu. 11. Qui alterili text. ſatisfacit, vt etiam ſi præſupponamus patrem viuere, ſucceſsio quidem reſeruetur filio, non ſtatim patre viuo, ſed demum mortuo. Cum id colligatur ex dicto verbo, *Succeſsione*. Vt vel ſic vno & altero modo text. cōcordet cum. d. Auth. ſi qua mulier. quæ fuit illi anterior pluſquam ſexcentis annis. Et quòd pater ibi eſſet mortuus ex eo etiam colligitur, quòd principale dubium text. vertitur quoad hoc, vtrùm filius ſit in monaſterio

rio

rio detinendus; deciſio autem ſucceſsionis quaſi acceſſoria, & plana ſubiūgitur; quæ tamen non erat, ſi pater viueret, propter contrariam diſpoſitionem Iuris Ciuilis, cui quouis modo ſatiſfaciēdum erat. Et ſecundū hoc illius tex. dubitandi ratio fuit, quòd filius ille profeſſus fuit religionem. Nam licet Minchac. vbi ſupra, dicat filium exiſſe à monaſterio ante profeſsionē, & eius error poſsit excuſari ex relatione Corſet. qui dicit ex integra cōſtare, ꝙ exiuit intra ſpatiū decem hebdomadarum: verè tamen fecit profeſsionem, per ſuſceptionem, ſcilicet habitus profeſſorum. vt in cap. ex parte de regu. & in cap. conſtitutionem. eod. tit. in. 6. Prout probat text. illis verbis. *Habitum fecit ſuſcipere monachalem.* Quæ eſt tacita profeſsio. Quam ſi filius non feciſſet, non poſſet tractari de compellendo eum, vt perſiſteret in religione. Poſſet enim libere cum bonis ſuis exire. cap. ſuper eo, cap. conſulti, cap. ſtatuimus. de regu. Quia tamen fecit profeſsionem, monachi curabant illum in monaſterio continere: vel ſaltim bona ei, quaſi ad ſeculum remeanti, non reddere. l. deo nobis. §. huius autem. de Epiſcopis & cleric. auth. de Sancti. Epiſcopis. §. monachus. Eo maximè, quia bona illa acquiſierant ex ingreſſu, & profeſsione patris. Quòd probant illa verba: *Cum bonis ſuis etiam contuliſſet.* quæ forſam fuit expreſſa donatio patris, vel ſaltim fuit tacita, collecta ex profeſsione. Quam ex illis verbis patrem feciſſe, not. ibi Innocen. Quæ acquiſitio fuit roborata ex profeſsione filij ſucceſſoris. Qui quamuis nondum attigiſſet diſcretionis annos, ex quo fuit per patrem religioni oblatus, eius profeſsio ſaltim debuit operari votum ſimplex, propter quod poſſet in eadem religione detineri. Vel etiam ſi ad aliam velet tranſire, vt in cap. ſignificatum. de regu. bona tamen non debebant à priori monaſterio auocari. cap. vnico. 18. quæſt. 1. Contrarium tamen ibi deciditur, vt filius poſsit exire, & bona quæ ei ex ſucceſsione paterna proueniunt, poſtulare. Etenim ità demum cenſetur profiteri induens habitum profeſſorum, ſi ſit ætatis legitimæ. vt in cap. ad noſtram, & cap. ſignificatum. de regu. & ſi induerit volens. vt in. d. c. conſtitutionem in fin. eod. tit. in. 6. Quæ duo defecerunt: in. d. c. cum ſimus. Nec enim filius erat ætatis legitimæ, vt dicitur, ibi. *Cum filio ſuo diſcretionis annos nullatenus attingente.* Nec induit volens. vt ſignificatur illis verbis. *Habitum fecit ſuſcipere monachalem.* Vnde

vitiata

vitiato filij ingreſſu, vitiatur omne ius, quod ex eo monachi
poſſent prætendere. ſecundum gloſ. verb. dedicant. verſic. item
quid ſi ingreſſus, in Auth. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccleſ. quam ibi
ſequuntur Bart. & cæteri, ſecundùm Iaſ. nu. 43. Et ſic legitima
patris ei non eſt deneganda, qui profitendo non potuit filio
præiudicare. vt in. d. Auth. ſi qua mulier.

98 Sed adhuc ijs non obſtantibus, in quæſtione principali, ve-
rius videtur: vt quamuis monacho nihil diſponente, eius bona
(etiam legitima filiorum) ſtent penes monaſterium, nec filij
interim quidquã poſsint petere. ex dict. Authen. ſi qua mulier.
in fine. Quoties tamen ante ingreſſum, ſeu profeſsionem diſ-
poſuit, eius diſpoſitio ſtatim facta profeſsione ſit exequenda,
99 quaſi ea ſit eius tacita voluntas. * Quod in teſtamento condi-
to ante ingreſſum, tradit Imol. num. 23. in. l. 1. ff. de teſtamen.
aduerſus glo. & Bar. ibi. & alios quos ſupra retulimus, dicẽs in
dubio hanc eſſe voluntatem teſtantis. Quia ex quo vult pro-
fiteri, non videtur velle quòd tranſeat in monaſterium illud,
quod ſibi non relinquit, ſed alteri. Quod etiam tradit Goza-
din. conſil. 41. num. 11. & 17. & Couarr. in cap. 2. de teſtamen.
num. 8. in fine. & Carol. Molin. in conſuetud. Pariſien. §. 52. &
in aditionibus ad Decium in dict. cap. in præſentia. num. 67.
aſſerens errare grauiter tenentes contrarium. Et eſt opinio
conformis opinioni Canoniſtarum, circa legitimam filij: vt
qui concedunt, patre nihil diſponente, deberi: maiori ratione
eo diſponente, fatebuntur. Et pro hac opinione eſt text. in. d.
Auth. ſi qua mulier, verſic. ſed ſi perſona. inducendo vt ſupra.
Nam ſi diſpoſitio patris facta poſt profeſsionẽ exequitur inter
filios poſt acquiſitum ius monaſterio: à fortiori, & præcedẽs. Et
ita Abb. in. d. c. cũ ſimus. nu. 5. in fin. optime colligit ex. d. Auth.
ꝙ in duobus caſibus admittitur filius ad legitimã: ex libera, ſci-
licet diſpoſitione paterna: vel ſi ea non adſit, debet expectare
mortem naturalẽ. Et in hũc ſenſum teſtamenta monachorum
in ſcriptis, facta profeſsione, ex ipſorum tacita voluntate ape-
riuntur, vt exequantur. Cum aliàs per aperturam in vita fa-
ctam ſoleant irritari. l. cancellauerat. ff. de ijs quæ in teſtam. de
len. Niſi ex voluntate aperiantur. arg. text. in. l. 2. C. quemad-
modum teſta. ape. & quod ibi tradunt Angel. Paul. Alexan. &
Iaſ. & Bart. in. l. 1. §. ſi dubitetur. ff. eodem tit. & Bald. in. l. 1.
in fine. C. de teſtam.

Quæ

Quæ opinio, quæ in teſtamento, & diſpoſitione generali veriſsima eſt, procedet etiam in diſpoſitione particulari, ex eadem & maiori ratione. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. iuncta. l. illud ad. l. Aquil. & l. à Titio. de verbor. Si enim diſpoſitio totius exæquitur contra monaſterium, à fortiori diſpoſitio partis. l. non debet cui. ff. de reg. iur. cap. cui licet. eodem titulo. lib. 6. Cum diſpoſitio particularis efficatius prouideat, & clariorē voluntatem oſtendat. argumento. l. 2. C. de pignor. & in. l. eſt differentia. ff. in quibus cauſis pignus taci. contrah. & not. Bart. num. 10. in. l. rem legatam. de adim. lega. & Bald. in. l. 1. C. de nece. ſeruis. Vnde donatio coniugis ex conſenſu alterius profitentis (iuxta diſpoſitiones Canonicas. c. cum ſis. cap. vxoratus. c. ad apoſtolicam. c. ſignificauit. de conuerſio. coniuga.) facta ſuperſtiti ante ingreſſum, ſtatim facta profeſsione eſſet irreuocabilis, & ea potiretur donatarius. Idem in patre, qui volens profiteri, filio meliorationem feciſſet, quamuis natura reuocabilem: ea enim videtur eius volũtas, vt donatio ſtatim facta profeſsione tradatur, ex dictis rationibus. Nõ obſtat natura donationis, quòd donãs non poſsit in vita conueniri. Quia quemadmodum ceſſat in teſtamento, ceſſat etiam in donatione, ex voluntate profitentis. Quæ voluntas ſemper attenditur, & primum locum obtinet. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demonſtr.

30 Quæ quidem intelligenda ſunt in dubio. Si autem voluntas diſponentis eſſet in contrarium, expectaretur vtique mors naturalis, prout natura diſpoſitionis alias expoſcit. Et hæc fuit intentio Imol. & Caro. Molin. vbi ſupra. Quamuis Couarr. d. cap. 2. num. 8. in fine. requirat hanc expreſſam voluntatem ad hoc, vt diſpoſitio exequatur ſtatim facta profeſsionem. Eſt tamen verior traditio Imol. vt primęua ingreſſuri intentio ſit, in dubio, vt ſua diſpoſitio ſtatim exæquatur. Quæ tamen ceſſet per expreſſam voluntatem in contrarium: vel etiam tacitam, puta ſi relinquat ſub mentione mortis. Quia cum intendat profiteri, non videtur de ea morte ſenſiſſe, ſed de naturali. l. ex ea parte. §. in inſulam. de verborum. l. finali. C. de ijs qui veni. ætа. & tradit Imol. vbi ſupra num. 23. in fine. Ex quo deducitur, quòd ſi ante ingreſſum donaſſet poſt mortem, ſiue ea donatio eſſet cauſa mortis (quod in dubio præſumitur. l. Scia. §. fin. de dona. cauſa mortis. prout ſupra diximus. gloſ. 1. num.

nu.32.) ſiue eſſet inter viuos collata poſt motem, vt in limitationibus dictæ regulę, quas ponunt Iaſo. in. l. quę dotis. ex num.26.ff.ſolut.matrimo.& Decius,num.8.in.l.non omnis.ſi cert.peta.& Alexand.conſil.14.lib.1. non exæquaretur ſtatim facta profeſsione. Cum mentio mortis ab ingreſſuro excludat profeſsionem, & ſit intelligenda naturalitèr. d. l. fin. C. de ijs
31 qui veni. æta.* Secundo ſupradicta intelligenda ſunt, quoties diſpoſitio fit ab eo, qui intendit intrare religionem; hinc enim ſumpta eſt præſumptio voluntatis, de qua ſupra. Si autē longè ante ingreſſum diſpoſuiſſet tempore, quo non intendebat intrare, ſeruaretur dicta cōmunis opinio, de qua ſupra num. 26. Prout etiam intellexit Imol.nu.24.in.d.l.1.ff.de teſta.

GLOSSA QVARTA.

Donatio reuocabilis nō ſolum poteſt reuocari expreſsè, ſed etiam tacitè. Puta per inimicitias, aut voluntariā rei donatæ alienationem. Et quid ſi ea alienatio inualida ſit. Et quid in pignore, pacto de retrovendendo, aut impoſitione cenſus.

1 *Donatio reuocabilis facta filio non pendet à morte, nec eo præmortuo reuocatur.*
2 *Donatio reuocabilis cenſetur tacitè reuocata per inimicitias ſuperuenientes.*
3 *Prælegatum, an propter inimicitias reuocetur pro parte hæreditaria.*
4 *Inimicitiæ grauiſsimæ quæ dicantur ad inducendam reuocationem legati.*
5 *Inimicitiæ ex parte teſtatoris eius cauſa ſufficiunt ad inducendam reuocationem legati.*
6 *Reconciliatio ſi ſequatur, reconualeſcit legatum propter inimicitias reuocatum Et quid in exhæredatione.*
7 *Alienatio voluntaria inducit reuocationem meliorationis reuocabilis.*
8 *Alienatio ex titulo oneroſo præſumitur neceſſaria, niſi cōtrariū probetur.*
9 *Alienatio voluntaria irreuocabilis diuerſæ rei reuocat priorem reuocabilem, quando vtraque non poteſt intra tertium, & quintum contineri.*
10 *Donationes reuocabiles filiorum ſuo ordine, & antiquitate referuntur ad tertium, & quintum, & vltimæ reuocantur tanquam inofficioſæ.*

Alienatio

11 *Alienatio voluntaria quotæ quando inducat reuocationem eiuſdem quotæ prius reuocabiliter datæ.*

12 *Alienatio voluntaria partis reuocat pro ea parte legatum, ſeu donationem reuocabilem.*

13 *Alienatio voluntaria rerum particularium minuit, ſed non reuocat meliorationem tertij, & quinti.*

14 *Donatio reuocabilis rei certæ an intelligatur reuocata per meliorationem tertij, & quinti, & quando.* (cet meliorationem.

15 *Alienatio voluntaria rei aſſignatæ pro melioratione tertij, & quinti, an reuo-*

16 *Alienatio ex qua inducitur reuocatio, an requirat traditionem rei.*

17 *L. Prædia. §. liberto. ff. de fund. inſtru. declaratur.*

L. ſcribit. §. fi. 1. de auro, & arge. lega. declaratur.

18 *Legatum conditionale an reuocetur per alienationem voluntariam.*

19 *Legatum reuocatur per diſpoſitionẽ voluntariã eiuſdẽ de rei, etiã inualidã.*

20 *L. legatum. §. pater hortos. ff. de adim. lega. expenditur.*

21 *Legatum generis minuitur per diſpoſitionem inualidam ſpeciei, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate. & num. 23.*

22 *L. fin. §. fi. 1. de auro & arge. lega. declaratur.*

24 *Melioratio tertij, & quinti nõ minuitur per inualida diſpoſitionẽ rei certæ.*

25 *Reuocatio tacita collecta ex actu inutili ſufficit ad reuocandum legatum.*

26 *L. ſi iure. ff. de legat. 3. declaratur.*

27 *Actus validus non tollitur per actum inualidum in cõtractibus, qui à duorũ voluntate proceſſerunt.*

28 *Donatio reuocabilis reuocatur per actum inualidum.*

29 *Per pignorationem non reuocatur legatum, nec donatio reuocabilis. Et quid in donatione coniugis, & cauſa mortis.*

30 *Legatum vel donatio reuocabilis an reuocetur per alienationem cum pacto de retro vendendo, & quid ſi redimatur. num. 31.*

Pignoris conſtitutio pro æquali prætio rei inducit reuocationem.

32 *Per impoſitionem cenſus non reuocatur legatum rei certæ, ſed tranſit cum onere. Et quid ſi redimatur. num. 35.*

33 *Cenſus impoſitio vera alienatio eſt.*

34 *Cẽſus dominus iudicatur tertius poſſeſſor in excuſſione bonorũ imponẽtis.*

36 *Legatum vel donatio reuocabilis facta filio de reditibus redimibilibus, vel de iuribus & actionibus, an per redemptionem, vel exactionem videatur reuocata.*

LA pueda reuocar quando quiſiere. Hæc determinatio relata ad præcedentia comprehendit meliorationem relictã teſtamento, vel contractu. Et quamuis in relicta in teſtamẽto,

nihil

nihil noui diſponat,cum ſit prælegatum, & per conſequens reuocabile,etiam nuda voluntate.l.fideicōmiſſum.C.de fideic.l.ſi iure.de legat.3.l.3.§.fi.de adim.legat.l.cum hîc ſtatus.§.ait oratio.ff.de donat.inter virum.In relicta tamen in contractu ſine diſtinctione patris & matris,emancipationis,& patrię poteſtatis,deciſsio eſt Iuri cōmuni cōtraria.vt ſupra explicuimus gl.1. Quāuis etiā determinatio ſit ad pręcedētia pariformis quantū
1 ad facultatem reuocandi. * Quantum ad hoc autem, vt melioratio pendeat à morte,& præmortuo donatario reuocetur,licet in relicta in teſtamento id verum ſit, cum (tanquam prælegatum) fiat caduca.l.vnica.§.& cum triplici.C.de cadu. tollen. l.ſi Auguſtę.de legat.2.data tamen per donationem reuocabilem,etiam filio in poteſtate,non reuocaretur præmortuo donatario,cum non pendeat à morte.vt dixi ſupra gloſ.1.num.31. Et in hoc differt a legatis,donatione cauſa mortis,& donatione inter coniuges.vt ibi diximus. Cum in reliquo facultas reuocandi in eis ſit æqualis.

2 Vnde quemadmodum melioratio teſtamēto relicta(tāquam prælegatum) reuocatur per grauiſsimas, & capitales inimicitias ſuperuenientes.l.3.§.fin.l.ex parte.ff.de adimi.legat.l. ſi inimicitię.ff.de ijs quibus vt indig.eodē modo reuocabitur melioratio data per contractum reuocabilis donationis. ſecundum Greg.in.l.10.tit.4.p.5.gl.fi.Prout etiā reuocatur donatio cauſa mortis.ſecundum Alexand.& Iaſ.in.l.non omnis.ff. ſi cert. peta.Hyppol. conſil.136.Caſtillo hîc.nu.26.quidquid dicat Decius.nu.15.in.d.l. non omnis. quē repræhendit Molin.ibi.

3 Sed vtrum prælegatum,& ſic melioratio teſtamento relicta per inimicitias reuocetur in totū, & alijs hæredibus adiudicetur:an verò ſuſtineatur pro parte hæreditaria prælegatarij? Videtur in totum reuocari.d.l.ex parte ibi: *Legatum ſi petat exceptione ſub mouebitur.* Vbi text.non diſtinguit, imò ab integro legato ſubmouendum dicit. Facit ratio text. in.l.cum qui.§. pro parte.ff. de ijs quibus,vt indig.in verbis finalibus.ibi.*Neq; enim rationem iuris,ac poſſeſsionis varietatem inducere diuiſionem voluntatis.* Quemadmodum enim ibi ablata hæreditate ab hærede tanquam ab indigno,non aufertur prælegatum,etiā pro parte hæreditaria. Cum voluntas teſtatoris, qui integrum voluit habere,non ſit ſcindēda propter varietatem & diuiſionē iuris: eodem modo voluntas teſtatoris, qui propter inimicitias videtur

videtur velle integro prælegato priuare, non ſit diuidenda, propter varietatem iuris in partibus prælegati.

Sed contrarium eſt verius, vt pro parte hæreditaria ſuſtineatur. Nam cùm prælegatum pro partibus cohæredum capiatur iure legati, pro parte verò propria capiatur iure hæreditario. l. miles ad ſororem. §. pro parte. de legat. 2. Pro ea parte nõ poteſt per inimicitias reuocari. Cùm inſtitutio per eas ipſo iure non reuocetur, vtpotè quæ nuda voluntate non reuocatur. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. C. de teſtamen. l. 2. ff. de iniuſto. rup. §. ex eo autem ſolo. Inſtit. quibus mod. teſtamen. infir. Vndè quemadmodùm ſi teſtator in codicillis prælegatum expreſſe reuocaſſet, aut etiam prælegatarius illud repudiaſſet, nõ intelligeretur reuocatum, nec repudiatum pro parte hæreditaria prælegatarij, cùm pro ea non ſit prælegatum, vt dicemus in. l. 5. infra gloſ. 1. eodem modo reuocatio tacita per inimicitias non reuocat partem hæreditariam prælegati. Quæ pars non poteſt videri adempta, cùm non ſit in alium tranſlata. l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maior. Non obſtat text. in dict. l. ex parte. Quia cũ prius exceperit partẽ hęreditariã, ibi. *Hæreditariæ quidem actiones ei non denegabuntur*, per conſequens excepit partem hæreditariam prælegati. Et quod ſubiungit. *Sed legatum ſi petat exceptione doli mali ſubmouebitur*. Intelligendum eſt de integro legato, pro partibus ſcilicet cohæredum: de ſua enim parte lis eſſe non poterat cùm eam caperet iure hæreditario. Non obſtat inductio text. in dict. §. pro parte. Nam voluntas teſtatoris fuit ibi ſufficiens, & efficax, vt integrum prælegatum remaneret penes indignum: non tamen eſt ſufficiens, vt integrum prælegatum auferatur ex inimicitijs, propter prohibitionem iuris vetantis inſtitutiones nuda voluntate, ſaltim tacita, tolli, vt dictum eſt, & ſic non prodeſt voluntas cùm deſit poteſtas. l. nemo poteſt. de leg. 1.

4 Dicẽtur autẽ in propoſito grauiſsimæ inimicitiæ arbitrio iudicis. Quod ſenſit Couarru. in Rubrica de teſtamen. 2. part. numero. 20. verſicul. quinto. poſt Socin. quem citat. Illæ videntur poſſe dici capitales, ex quibus poteſt reuocari donatio irreuocabilis, de quibus in. l. fin. C. de reuocan. donat. & in. l. 10. tit. 4. par. 5. Erit autẽ differentia. Quia donatio reuocabilis reuocabitur ipſo iure ſequutis inimicitijs, ſine alia declaratione, prout legatum, dict. l. 3. §. fin. de adi. lega. Irreuocabilis

F autem

autem requiret declarationem animi, iuxta dict.l.fi. vbi explicat Ripa, quæſt. 45.

5 Procedit autem hoc, etiamſi inimicitiæ proueniat ex parte, & culpa donatoris, vt aduerſus Bart. in l. cum tabulis. §. 1. de ijs quibus, vt ind:g. tradunt Iaſ. in l. ſi filia. C. de inoffi. teſtament. & Ripa vbi ſupra numero. 151. & Lupus in Rubrica. §. 70. numero. 9. & §. 78. num. 27. Bernard. Diaz regula. 258. & Couarr. vbi ſupra. & Mincha. de ſucce creatio. §. 10. num. 621. & de ſucce. progre. §. 27. nu. 9. Quamuis contrarium teneāt plures, quos ibi refert, ſequentes Barto. vbi ſupra. cuius opinionē dixit communem Cate. Cota. in memo. iuris. verbo. inimicitiæ. verſiculo ſecunda dubitatio.

6 Si autem reconciliatio ſequatur, reconualeſcet melioratio. d.l. 3. §. fin. cum lege ſequenti. de adim. lega. Vbi licet Bart. in fine, idem exiſtimauerit in exhæredatione. Solet reprehendi ex ea ratione, qua ſupra diximus, non reuocari inſtitutionem propter inimicitias, quòd nuda, ſcilicet voluntate non tollatur. Et Bart. reprehendunt Pau. Cum. Aret. & Alexand. in l. filio quē pater. ff. de libe. & poſth. per text. ibi. vbi exhæredatio non tollitur per ſequentem arrogationē. Et Bar. opinio magis communiter damnatur, vt conſtat ex Couar. in c. Raynūtius. nu. 7. de teſtam. & Purpura in l. fin. num. 154. C. de pactis. Bar. tamen opinio iuſta videtur, & eum ſequitur Iaſ. in Authen. non licet. in fin. C. de libe. præte. & latius C. Moli. ad Alex. conſil. 159. lib. 7. Nam per reconciliationem fuit remiſſa iniuria. l. non ſolum. §. iniuriarum. ff. de iniurijs. §. fin. Inſtitut. eod. iuncta gloſ. & per conſequens ſublata cauſa exhæredationis. Quæ cum tempore mortis reperiatur ſine cauſa vel falſa & ſublata, nō debet obeſſe filio querelanti. auth. vt cum de appe. cog. §. ſiuè igitur. iuxta cōmunem opinionem de qua per Alex. nu. 2. Curtium numero. 42 Iaſ. num. 18. in Authen. ex cauſa. C. de libe. præte. Non obſtat, quòd quemadmodùm inſtitutio non tollitur nuda voluntate, ita nec exhæredatio. Quia ſatis eſt, quod tollatur cauſa, vt filius obtineat in querela. Non obſtat tex. in d.l. filio quem pater. Quia reſpondeo vt per Molin. vbi ſupra. Si autem reconciliatio eſſet facta ante exhęredationem, tunc oēs conueniunt non valere, nec filiū repelli. l. Lutius Titius. §. Lutius Titius Damā. iūcta gl. verb. docere. ff. de leg. 2. & tradit Coua. vbi ſup. poſt Rod. in l. 2. ti. *de los caſamietos*. n. 35. qui latè fundat.

Quem-

7 Quẽadmodùm etiam per alienationem voluntariam rei legatæ ſolet reuocari legatum.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de legat.3.l.rem legatam.ff.de admi.lega. eodem modò reuocabitur melioratio tàm relicta in teſtamento, quàm etiam per donationem reuocabilem, eodem argumento. Nam cùm tam legatum, quàm donatio reuocetur per pœnitentiam, vt in tex.alienans voluntariè dicitur pœnitere. l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus.ff.de dona.inter. Imo potentius colligitur pœnitentia, & ſic reuocatio ex facto, quàm ex verbis. l.Paulus. ff. rem ratam habe.l.noſtram.C.de teſta.l.ſi alienam.§.Marcellus.ff.de dona. cauſa mortis. Quod etiam accedit in donatione cauſa mortis. ſecundùm Bart.quem ibi ſequuntur cæteri omnes in.l.Sthicũ. qui meus erit.de legat. 1. & eſt communis opinio ſecundùm Decium,nu.14.& Alci.col.fin.in.l.non omnis ſi cert.pet. Couar.in Rubr.de teſtam.3.par.nu.19. & Tello hîc.nu. 117. Et idem accidit in cõtractibus reuocabilibus,puta præcarij.l.quæ ſitum.§.illud.ff.de præcario.& not.DD.in.l.ſi quis antea con duxerit.ff.de acquir.poſſeſ.

Appellamus autem alienationem voluntariam, tàm titulũ lucratiuũ donationis.d.l.rem legatam.l.40.tit.9.part.6.quàm etiam venditionis,quando non fit ex neceſsitate rei familiaris, ſed ex cauſa voluntaria,puta negotiationis,vt in.d.l. fideicom. miſſa.§.ſi rem.iuncta gl.verb.neceſsitate.&in.l.17.tit.9.pat.6. iuncta gl.verb.*vendieſſe*.not.glo.verb.dedit.&ſcribentes omnes in.l.3.C.de leg.Quãuis autẽ cauſa tituli lucratiui ſemper ſit voluntaria,cũ neceſsitas excludat liberalitatem, & ſic ſemper inducat reuocationem, vt in dicta. l. rem legatam, niſi legatarius probet aliam fuiſſe donantis voluntatem, ſecundùm
8 Corn. numer.5.in dict.l. 3. * Cauſa tamen tituli oneroſi ſemper præſumitur neceſſaria, & ſic non reuocat quoad æſtimationem, niſi contrarium probetur, vt in dict.§.ſi rem. & ex Angel.& Salic.tradit Corn. vbi ſupr.& Gomez.tit.de leg. numer.56. verſi. & idem diſponit. & Tello hîc numer. 122. & probatur in dict.l.40.in fine.

9 Illud aduertendum eſt, quòd quamuis in melioratione rei certæ data in teſtamẽto, vel contractu reuocabili.regula procedat de plano, ꝗ per alienationẽ volũtariã eiuſdẽ rei reuocatur. vt in.d.l.rẽ legatam.idẽ tamen accidet etiã ſi donatio poſterior ſit facta de re diuerſa à priori, & ſit irreuocabilis, nec poſsit

valere ſine reuocatione prioris. Puta quia vtraque non poſsit intra tertium & quintum bonorum contineri. Tunc enim irreuocabilis, quamuis poſterior præferetur, & reuocabit primam, in quãtum ſit neceſſum pro ipſius integrali valore. Cùm enim vtraque ſolum valeat intra tertium & quintum, vt in.l.10. infra, eadem incompatibilitas verſatur in ſecunda ratione reductionis ad quotam, quæ ratione eiuſdem rei, vt in dict.l. rem legatam. cuius hæc eſt noua ampliatio. Verſatur autem inter vtrumque caſum differentia. Quia quando diſponitur de eadem re, etiamſi ſecunda diſpoſitio ſit etiam reuocabilis, reuocat primam, cùm etiam reuocet ſi ſit inualida, vt infra dicemus. Si autem diſponitur de diuerſa re, quæ non poſsit intra tertium & quintum contineri cum prima: tunc ſecunda reuocat, ſi ſit irreuocabilis. Si enim vtraque eſſet reuocabilis, quamuis in legatis, ſeu etiam donationibus morte confirmatis fieret contributio pro rata, vt reducerentur ad tertium & quintum, vt dicemus in.l.12.infra gloſ.1.num.12. cùm eodem tempore mortis ſortiantur effectum, nec poſsit conſiderari prioritas: donationes tamen filiorum, quæ etiam reuocabiles non pendent à morte, ſed valent in vita mero iure, vt diximus ſupra in principio, & gloſ.1.num.30.& ſequentibus. valebunt ſuo ordine & antiquitate intra tertium & quintum, & vltima reuocabitur tanquàm inofficioſa, cùm non ſit fortior prima ad reuocandũ, prout fieret ſi vtraq; eſſet irreuocabilis, vt dicam in.d.l.12.n.6.

11 Ex quibus etiam deducitur, quòd quemadmodùm diſpoſitio diuerſæ rei inducit reuocationem prioris quando reſultat incompatibilitas, vt dictum eſt. Eodem modo, à cõtrario, diſpoſitio eiuſdem rei, non inducet reuocationem prioris, ſi vtraq; poſsit ſubſiſtere, & erit noua limitatio.d.l.rem legatã. Et quamuis in eadem re, id eſt, in eodem corpore non poſsit poni exemplũ: poterit tamẽ in melioratione quotę bonorum inter filios. Nã tunc demum inducetur reuocatio, quãdo diſpoſitio ſequẽs non poſsit verificari, niſi in illa quota, de qua prius fuit diſpoſitum. Hæc enim eſt ratio illorum iurium.in.d.l. rem legatam. & in.d.§.ſi rem. Vnde ſi in teſtamẽto, aut cõtractu reuocabili, vni filio ſit datum tertium, alteri quintum, poſt modum in vita alteri donetur tertium: per talem donationem reuocabitur legatum, vel donatio reuocabilis tertij præcedens. Diſponitur enim de eo quòd prius: nec ſecunda diſpoſitio poteſt in alio verifica-

rificari, ex vna enim parte obſtat diſpoſitio quinti, ex altera legitimæ, quæ nō patiuntur ſecundā donationem tertij valere, ſine reuocatione prioris. Et idem ſi donaretur quintū. Quia reuocaretur prior donatio quinti, ex eadem ratione, dict. l. rem legatam. de adim. lega. In qua rei appellatione cōprehendetur quidquid prius legatum ſit, & per conſequens quota bonorū. Cùm & rei appellatio generalis ſit. l. 1. §. fin. ff. ſi cert. peta. & iuxta ſubiectam materiam ſoleat etiam integram hæreditatem ſignificare. l. licet. C. de pactis i. bi. *Alterius rebus potiatur.* vbi notat Bartol. Cæterū ſi donatio ſequens, quamuis ſub nomine eiuſdem quotæ prioris, poſſet ſortiri effectum ſine reuocatione prioris, tunc prior non videretur in dubio reuocata per ſolam donationem ſequentem. Eo enim caſu non poteſt dici diſpoſitum de eo, quod prius, nec verſatur incompatibilitas, de qua in. d. l. rem legatam.

Pro intellectu aduertendum eſt, quòd quamuis tertium & quintum, tanquàm quotæ bonorum, de rigore non ſignificent quantitatem, ſed referantur ad corpora, vt in. l. non amplius. §. cum bonorum. de legat. 1. prout dicemus in. l. 4. infra gloſ. 1. non tamen ſunt ſimilia fundis diſtinctis Titiano, & Seiano. Ij enim verè ſunt res certæ diuerſis limitibus circunſcriptæ. l. locus. de verbor. ſignific. Qui nec re nec nomine commiſcentur, nec legatum vnius poteſt in alio verificari, non probato errore. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. cum alijs citatis ibi à gloſſa. Tertium enim & quintum participant de quantitate. Quoniā ex quacumquè iuſta cauſa, quæ impediat exequutionem partium, conuertuntur in æſtimationem, vt in dict. §. cum bonorum. Et hinc prouenit, quòd ambæ quotæ poſſunt commiſceri, & ex vna fieri ſuppletio ad alteram, ſecūdùm qualitatem quotæ & perſonarū. (Suppoſito quòd tertium poteſt dare ſolis filijs, quintum autem filijs vel extraneis.) Et vtraque quota iuncta poteſt aſsimilari quantitati circunſcriptæ certo loco, quæ cum ſit quantitas, habetur loco rei. l. talis. §. item ſi lęgetur. l. plane. §. 1. ad finem. l. ſed & ſi certos. l. ſi ſeruus. §. qui quinque. de legat. 1. Aut legato alternatiuo rei, aut æſtimationis, quod non extinguitur per diſpoſitionem eiuſdem rei. l. Lutius Titius, teſtamento. de leg. 2. ſecundùm Bartol. numero. 6. in dict. l. rem legatam. Angel. Salicet. Paul. Corn. & Iaſ. in. l. 3. C. de legat. Quamuis ſimilitudines

iſtæ non ſint in omnibus adæquatæ, propter variam qualitatem tertij, & quinti.

Secundò aduertendum eſt, quòd in dubio interpretatio facienda eſt, vt diſpoſitio ſuſtineatur, & non pereat. l. fundus qui locatus de fund. inſtru. l. ſi quando. de legat. 1. l. quoties. de rebus dub. l. gallus. §. 1. de liber. & poſthum. cum alijs. Et hinc eſt, quòd ſi eadem res ſit legata duobus, in dubio per ſecundam diſpoſitionem, non videtur receſſum à prima, ſed ambæ concurrunt, vt vtraque ſuſtineatur, in quantum poſsit. l. ſi pluribus. de legat. 1. ibi. *Siquidem euidentiſſimè, &c.* Quaſi hæc ſit voluntas diſponentis, qui in dubio non præſumitur ſe corrigere, nec mutare voluntatem, vt ibi, & in dict. l. Lutius Titius teſtamento. in fine. & in. l. cum qui. & in. l. quinquaginta. de probat. Et quamuis hoc ſit quando de eadem re eſt diſpoſitum in eodem teſtamento: & non procedat quando diſpoſitiones fuerunt diuerſæ: quo caſu diſpoſitio ſequens reuocat priorem reuocabilem, vt in dict. l. rem legatam. Hoc ex eadem ratione, non incongrue intelligetur, quando ſecunda diſpoſitio non poſſet ſortiri effectum, niſi reuocando: aliàs eadem præſumptio militat, vt vtraq; diſpoſitio ſuſtineatur, prout ſuſtinetur quando prima fuit rei, aut æſtimationis. vt in. d. l. Lutius Titius teſtamento. ſecundum Bar. in. d. l. rem legatam.

Ex quibus in noſtro propoſito primo infertur, ꝙ ſi in teſtamẽto ſit vni filio prælegatũ quintũ, & nõ ſit diſpoſitũ de tertio: poſtea in vita alteri filio donetur quintũ, ſine mẽtione aut reuocatione prioris: donatio nõ reuocabit legatũ. Extant enim bona in quibus vtrunque poſsit ſuſtineri, tertium ſcilicet. Et idem erit, ſi primum quintum eſſet datum per donationem reuocabilem. Nam cum vtrumque quintum contineat corpora, vel æſtimationem, vt in dict. §. cum bonorum: mutato nomine vnius in æſtimationem alterius, valebit intra tertium, & vtraque diſpoſitio ſuſtinebitur. dict. l. Lutius Titius teſtamento. Quemadmodum ſi prima donatio quinti eſſet irreuocabilis: valebit ſequens intra tertium, vt ſuſtineatur in quantum poſsit: eodem modo ſi ſit reuocabilis: vt idem operetur tacita voluntas non reuocandi, quod impoſsibilitas. Arguendo à caſu impotentiæ ad caſum noluntatis. l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. de liber. & poſthum. cum paria ſint nolle, & non poſſe. l. 1. §. vſus. de procura. Et hanc opinionem tenet Arias in. l. 28.

l.28. Tauri. Quem ibi ſequitur Tello. n. 1. in fi. & Mati. in. l. 12 infra iſto tit. gloſ. 3. in princ. Imò ex regula. l. 10. infra. quæ uis donatio facta filio, quamuis ſub nomine quinti, ad tertium prius refertur, vt ſolum liceat de reſiduo tertij & quinti diſponere, vt ibi dicemus gl. 3. nu. 6.

Secundò infertur, quod ſi in teſtamento, aut donatione reuocabili ſit datum vni filio tertium: poſtea in vita, ſine reuocatione aut mentione prioris, ſit alteri filio donatum tertium: quãuis neceſſario ſit inducenda reuocatio: nõ tamẽ inducetur in totum: ſed in eo tantũ ꝙ deeſt pro implemento ſecundæ donationis, computato quinto, de quo non erat diſpoſitũ, vt vtraq; diſpoſitio ſuſtineatur in quantum poſsit. Quemadmodum ſi ſecunda diſpoſitio tertij fieret extraneo ſuſtineretur intra quintum, vt valeat meliori modo quo poſsit, vt tenet Segura in. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. de legat. 2. fol. 13. quem ſequitur Cifuentes. in. l. 18. Tauri. numero. 7. Vel quemadmodum, ex eadem ratione, ſi prima diſpoſitio tertij facta filio eſſet irreuocabilis: ſecunda, quæ non poteſt ſuſtineri in alio tertio, ſuſtineretur in quinto, quod tanquam ſumma minor eſt pars alterius tertij. l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verbor. prout inter hæredes extraneos ſuſtineretur in alio tertio. Cum tertium non ſit vnum, ſed triplex: & ſecundum non ſit idem cum primo: Eodem modo prima donatio tertij reuocabilis non debet reuocari per ſecundam, niſi in quantum ſit neceſſum ſupra quintum, vt ſuſtineatur meliori modo quo poſsit, idẽ eſt in quantũ plus poſsit. Quaſi hæc ſit voluntas diſponentis, quę in dubio non præſumitur mutata, vt in. d. ſi pluribus. cum alijs. Arguendo vt ſupra à caſu impotentiæ ad caſum noluntatis. dict. §. & quid ſi tantum. Et ſic donatio fortior reuocat in quantum minus poteſt, debilior autem ſuſtinetur in quantum plus poteſt. vt vtraque conſeruetur meliori modo quo poſsit. dict. l. ſi quando. de legat. 1. cum alijs. Et habet in hoc ſe vtraque quota prout quantitas circunſcripta certo loco, quę eſt loco reicertæ. vt in d. cta. l. plane. §. 1. ad finem cum alijs ſupra citatis. Nã ſi quis habẽs quindecim in arca, legaſſet decem quæ in arca habeo: poſtea donaſſe decem, quæ in arca habeo: legatũ ſolum reuocaretur in quinq;. Quod ſi prius donaſſet irreuocabiliter decem, quę in arca habeo, poſtea donaſſet ſimiliter decẽ quę in arca habeo:

ſecunda ſolum valeret in quinque reſtantibus, vt deducitur ex d.l.ſi ſeruus. §. qui quinque. de lega. 1. & melius ex.l.18.tit.9. par.6. Prout etiam accideret in habente fundum quindecim iugerũ, & ſimiliter diſponeret de decẽ iugeribus, quę habet in tali fundo. Eodem modo cõmixta vtraque quota tertij & quinti, vna deſeruit pro alia, iuxta qualitatem quotæ & perſonarũ.

Quæ quidem intelligenda ſunt in caſu dubio. Aliàs ſi conſtaret, quòd diſponens per ſecundam diſpoſitionem voluit reuocare primam reuocaretur. Cum in hoc ſemper attendamus voluntatem pro vno vel altero caſu. vt in.d.l.ſi pluribus. ibi. *Si quidem euidentiſsimè apparuit.* Per quæ verba, quamuis text. videatur requirere notorietatem.l.ſi.vero.§.1.iuncta gloſ. ff. qui ſatis dare cog. Sufficient tamen coniecturę, ſecundum Iaſ. ibi. nu. 11. Quæ aliàs ſumendæ erunt, quâm ex ſola diſpoſitione, cum ipſa non ſufficiat vt ibi.

12 Per alienationem etiam voluntariam partis quotæ inducetur eiuſdem partis alienatæ reuocatio, ſecundûm Bart. nu.2. in l.ſi alij.ff.de vſufr.leg. Quemadmodũ & per alienationẽ voluntariam partis rei certæ prius reuocabiliter datæ, inducitur eiuſdem partis reuocatio.l.cũ quæſtio.C.de lega.§.ſi rem ſuã.Inſti. eod.not.Bar.nu.8.in.d.l.rem legatam.de adim.leg. Imò, & per alienationem voluntariam partis integralis, puta vſusfructus, inducitur eiuſdem partis reuocatio, ſecundûm Cyn. Paul. Alexan. Iaſ. & alios in.l.3.C.de lega. ita inteligentes gloſ. ibi. verb. dedit. in fine. ibi. *Aliud ſi vſusfructus alienetur.* Quaſi gloſ. ſolũ ſenſerit, quòd per talem alienationem vſusfructus non reuocatur legatum proprietatis: non tamen neget, quim reuocetur quoad ipſum vſumfructum. Qui ſenſus eſt communis Doctorum omnium, ibi, ſecundûm Corn. num.7. licet aliter intellexerit Bar. in.d.l.rem legatam.nu.7. Sed quod dicimus per alienationem partis quotæ induci eiuſdem partis reuocationem intelligendum eſt, etiam ſi illa pars poſsit aliâs ſuſtineri intra tertium vel quintum. Etenim ſi vni filio fiat prælegatum tertij: poſtea alteri filio in vita donetur dimidium tertij: inducetur quidem reuocatio, licet donatio poſsit ſuſtineri in quinto. In quo verſatur differentia inter alienationem totius, & partis. Nam per alienationem totius in dubio non præſumitur reuocatio, ſed diſpoſitio potius dirigitur ad dandum, quàm ad reuocandum, vt in dict.l.ſi pluribus, de lega. 1. ibi ſiquidẽ, &c. & ideo vtraq; diſpo-

diſpoſitio ſuſtinetur meliori modo, quò poteſt, vt ſupra dictũ eſt. Diſpoſitio autem partis ſimul dirigitur ad dandum, & adimendum, vt in.d.l cũ quæſtio.ibi. *Receſiſſe quidem á priori voluntate, voluiſſe autem minui eam ſex vncijs, cum alij eas obtulit.* Cuius contrarium præſumit lex in alienatione totius in dubio. vt in.d.l.ſi pluribus.de lega.1.ibi.*Si quidem euidentiſsimé apparuit ademptione á priore legatario facta, ad ſecundum legatarium teſtatorem conuolaſſe, ſolum poſteriorem ad legatum peruenire placet, ſin autem hoc minimé apparere poteſt, &c.*

15 Quoties autem poſt meliorationem reuocabilẽ quotæ bonorum, puta tertij: ſequeretur alienatio rerum particularium, etiã titulo oneroſo & neceſſario: quãuis non inducatur reuocatio, inducitur tamen diminutio. Cum tertium relatum ad tẽpus mortis ex.l.7. infra.minus futurum ſit ex defectu rerum alienatarum, quæ in bonis non reperiuntur. Quod tradit Gomez.in.l.19.Tauri.nu.5. Et eſt generale in diſpoſitionibus conditionalibus relatis ad mortem. l. Sthicum qui meus erit. de legat.1. Vbi quamuis gloſ. verbo, extinguatur. illud intellexerit in alienatione voluntaria, communiter tamen reprobatur, ſecundũm Iaſ. nu. 27. ad finem. Quia procedit etiam in alienatione neceſſaria. l. ſcribit Quintus. §.fin. de auro & arg. idem tenet Tello hîc. num. 121.

14 E cõuerſo ſi poſt donationẽ reuocabilẽ rei certę, ſequeretur melioratio quotæ bonorũ, ad quã eſſet referenda res illa certa: vt ſi donetur filio reuocabiliter fundus ſimpliciter, in quo cenſetur melioratus ratione tertij & quinti, vt in.l.10. infra: & poſt modũ alter in tertio & quinto melioretur: per hanc ſecundã diſpoſitionẽ non cẽſetur reuocata prima donatio rei certæ, ſed tanquã ſpecialis derogat generali. argumẽto doctrinæ Bar. n.10.in.d.l.rẽ legatã. Vbi tenet, ꝙ licet per ſpecialẽ pignorationem rei donatæ vxori reuocetur donatio. l. ſi maritus.la.2. C. de donat.inter virum. per generalem tamen obligationem omnium bonorum non reuocatur. Cuius doctrina eſt cõmuniter recepta, vt conſtat ex Anton. de Fano, de pigno. 2. part. 1. membro.num.4. & Couarr.in Rubr. de teſtamen. 3.par. num. 19. Facit etiam quod tradit Iaſ.num.3.in.l.3. C.de legat.in illa quæſtione. Vtrũm mulier dando omnia bona ſua in dotem, videatur reuocaſſe diſpoſitionem particularem domus. Vbi tenet, quòd non. Prout etiam tenet Alexand. conſil.31. nu.10.

volumine. 3. quem ſequuntur plures quos refert Tello hîc, num. 125. & Matien. in. l. 10. infra gloſ. 3. numero. 2. Qui ex ijs fundamentis tenent hanc opinionem. Pro quibus etiam eſt text. in. l. 10. infra, quatenus meliorationem poſteriorem tertij & quinti intelligit tantûm de reſiduo.

Cæterùm quamuis in melioratione tertij & quinti relicta in teſtamento per prælegatum, id poſsit procedere, vt non reuocet donationes rei aut quantitatis cætere reuocabiles præcedentes, ſicut nec reuocat legata ſimilia. Per regulam quòd generi per ſpeciem derogetur, & per textum in dicta. l. 10. & fin. infra. Et ex eadem ratione idem poſſet dici in melioratione data per contractum reuocabilem, qui non eſt fortior ad reuocandum, ſed eiuſdem naturæ cum donationibus ſpecialibus. Tamen ſi diſpoſitio tertij, & quinti. poſterior eſſet data per contractum irreuocabilem, videtur ſupra relata fundamenta non conuincere, vt diſpoſitiones præcedentes reuocabiles ſuſtineantur, & non reuocentur? Quamuis enim ſi donationes præcedentes eſſent traditæ, prout iure communi requirebatur. l. donationes quas parentes. C. de donationibus inter virum. Vel hodie eſſent traditæ cum facultate reuocandi, iuxta hunc textum: poſſet dici meliorationem poſteriorem, quantumuis irreuocabilem, quæ ſua natura refertur ad bona in dominio donantis exiſtentia, non referri in dubio ad iam alienata, quæ quamuis reuocabilia ex opinione tamen donantis extra cauſam bonorum computantur. l. ſequens quæſtio. de legatis. 2. ex illa præſumptione legis, quòd generi per ſpeciem ſit derogatum, quæ hoc caſu fortiore eſt. Si tamen donationes eſſent reuocabiles ex eo quòd nondûm traditæ, vt in hoc text. vel etiam eſſent legata particularia: Verius videtur meliorationem tertij & quinti, poſteriorem irreuocabilem ea omnia reuocare, cum in bonis & dominio donantis reperiantur. Per regulam, quod generalis diſpoſitio nihil excludat. l. à procuratore. C. mandati. Cûm tantum operetur expreſsio generis, quantum operatur expreſsio ſingularum partium, aut ſpecierum. l. ſi chorus. de legatis. 3. l. ſi ita. in principio. de vſu & habi. Vnde quemadmodum ſi quis donato ſic reuocabiliter, aut legato equo: donaret

poſtea

poſtea irreuocabiliter equos ſuos omnes: induceretur reuocatio prioris donationis, ex dicta ratione: eodem modo donatus reuocabiliter fundus, qui non poteſt valere, niſi in vim tertij. & quinti, ex.d.l.10.infra.cenſebitur reuocatus per poſteriorem generalem meliorationem tertij, & quinti, irreuocabilem, quæ non poteſt valere generaliter niſi reuocando.

Non obſtat, quòd generi per ſpeciem derogetur. Nam cum ea derogatio, aut reuocatio procedat ex præſumptione, contra proprietatem verborum, ſecundûm Rogerium, relatum à gloſſa. verbo, data. in.l. ſi domino Sthicus. de legatis. 1. vbi ſequuntur Baldus, & Imola, & Alexander, ad Bartolum in.l. quæſitum. §. ſi quis fundum. de fundo. inſtructo. additione penultima. Ea præſumptio ceſſabit ex alijs vrgentioribus.l. Diuus. de in integrum reſtitut. puta, quòd in diuerſa voluntate irreuocabilis ſit diſpoſitum de genere. argumento.l. libertis in principio. de alim. legat. vt ſic ſtemus proprietati verborum.l. non aliter. de legatis. 3. Præcipuè quia cum melioratio tertij, & quinti, poſterior ex ſolo duplici capite fiat irreuocabilis, aut per traditionem, aut per cauſam onerosam, vt in text. Vtraque ratio vrgentior eſt ad reuocandum, quàm quæ colligitur ex ſpecie, & genere ad ſuſtinendum. Nam ſi quidem traditio facta ſit rerum in tertio, & quinto contentarum, planior eſt reuocatio. Cùm non remaneant bona, in quibus poſſit valere prima donatio, propter legitimas filiorum.l.10. infra.Si autem melioratio ex cauſa oneroſa facta ſit, deceptus remanere tertius, cui non traderetur, quòd donatum eſt.

Non obſtat doctrina Bartoli in dicta.l. rem legatam.numero. 10. Nam quamuis pro reuocanda vxoris donatione eandem vim habeat obligatio, quæ alienatio: id tamen particulare ius eſt, in ea donatione, tanquàm odioſa & reprobata, ſecundùm gloſſam in dicta.l. ſi maritus. vt ſtatim infra dicemus. Ideò nimirùm ſi non extendatur, ad obligationem generalem, quæ non ita afficit ſicut particularis. l. eſt differentia. ff. in quibus cauſis pignor. vel hypo.tacitè contrah.

Non obſtat doctrina Alexan. & aliorum.Loquuntur enim in alienatione generali per dotem,quæ nō eſt perpetua.Cū dos

fit

ſit ad mulierem, vel eius hæredes reueſſura.l.poſt dotem, ſolut. matrim.l.dos à patre.C.eod.Ideò nil mirum ſi non reuocet legatum particulare domus. Quod ceſſat in donatione irreuocabili. Non obſtat.l.10.infra. Quoniam ea deciſio re vera eo ſolũ tendit, ne pater poſsit diſponere, niſi de vno tertio, & vno quinto, & quòd in eis computentur donationes particulares. Vtrum autem melioratio reuocet donationes præcedẽtes, vel intelligatur in reſiduo, non tractat. Quod tamen diſtinctione decidendum eſt, vt ibi etiam dicemus.

15 Quando autem melioratio reuocabilis fuit quotæ, cũ aſſignatione rei, in qua ſolueretur, iuxt.l.3.infra. Tello hîc.num. 127. contra Ciſuen. & Gomez tenet, ꝙ per alienationem voluntariã illius rei aſsignatæ pro ſolutione quotæ, non cenſetur reuocata donatio quotæ. Quia aſsignatio non eſt ſubſtâtia donationis, ſed ſolum demonſtratio quædam, in qua ſit exequenda. Quo caſu licet res pereat, nõ alteratur ſubſtantia meliorationis, nec etiam per eius alienationem reuocatur.l.quidam teſtamento.de legat.1.l.Paula Callinicho.§.Iulius.de leg.3.l.Lutius. de alim. lega. Sed tunc ſine dubio diminueretur melioratio, per rei aſsignatæ alienationem, etiam neceſſariã, iuxta dicta.num.13. Diuerſum eſſet, quando res ipſa fuit donata ratione quotæ. Tunc enim ſubſtantia donationis conſiſtit in re donata. Quota autem ſortitur naturam demontrationis. Quo caſu poterit intelligi opinio Ciſuen. & Gomez, vt per alienationem voluntariam rei reuocetur donatio. Pro quo multum conducunt tradita à Paul.conſil.338.col.3.volum.1. Quod etiam tenet Matien.in.l. 10.infra.gloſ.3.num. 6. Quod ſi donatio reuocabilis prior eſſet facta de re certa: deinde ſequeretur melioratio quotæ bonorum, pro cuius executione eſſet aſignata res illa certa prius reuocabiliter donata: Tunc etiam in caſibus, in quibus nunc proxime dixi, meliorationem quotæ bonorum poſteriorem nõ reuocare donationes præcedentes rei certæ reuocabiles: vtique reuocaret. Quamuis enim aſsignatio non immutet valorẽ quotæ, pro qua eſt facta, ipſa tamẽ continet nouum genus donationis, vt facta de eadem re prius reuocabiliter donatę, illam reuocet, ex regula.d.l.rem legatam.

16 Bald.num.3.in.d.l.3.C. de lega. intellexit ita demum ex alienatione voluntaria induci reuocationem legati, ſeu donationis reuocabilis, quando deuentum eſſet ad traditionem, & pretij receptio-

receptionem, & non aliâs. per text. in.l. præ dia.§.liberto.ff. de fund.inſtr. Et illum ſequuntur Ange. Salic.Pau.Corne.& Iacobi. in.d.l.3.& Gomez.titulo.de legat. nu.56. Qui ſupponunt in dict.§.liberto. vinum fuiſſe ex cauſa voluntaria diſtractum,& quòd aliâs deciſio eſſet facilis,& fruſtra. I. C.conſideraſſet vinum non fuiſſe traditum, nec pretium integre receptum.Quaſi etiam poſt traditionem, & pretij receptionē alienatio ex cauſa neceſſaria non reuocaſſet legatum. dict. l.fideicommiſſa.§.ſi rem.de legat.3.

Sed contrarium,vt ſola alienatio voluntaria ſufficiat,verius eſt.Quod tenuit gloſ.verbo contrariam. in dict.§.liberto.Et ſequuntur Bart.ibi.& Alexand.numero.2.& Iaſ.verſi.ſecundo. in dict.l.3.& Roder.in.l.quoniam in prioribus.in decla.l.Regni.quæſtione.9. num. 5.& Gregor.in.l.17.titulo.9.partita.6. glo.fin.&Tello hic.numero.124.Per text.ſingu.in.l. legatum.§.pater hortos. ff.de adim.lega. vbi per alienationem etiam inualidam,inducitur reuocatio. Cui conſequens eſt, vt à fortiori per ſolam alienationem validam,etiam ante traditionem, inducatur.

17 Non obſtat text.in.d.§. liberto.procedit enim ſolum in legato conditionali relato ad mortem, per verba,quod meum erit cùm moriar.Quo caſu ſola alienatio,ſecundū verba & propoſitum teſtatoris, quantuncumque eſſet valuntaria, non potuit extinguere legatū.Cùm vinum,licèt venditum, reperiatur in dominio teſtatoris tempore mortis,& ſic incluſum & verificatum in demonſtratione legati. Per quam excluditur reuocatio per ſolam alienationem,niſi etiam traditio interueniat. Et ideò propter verba conditionis reijcitur in hæredem onus probandi contrariam voluntatem. Quod ex alijs probationibus oſtendendum erit.Cùm ſola alienatio quamuis volūtaria non ſufficiat. Quidquid ibi dicant gloſ. & Bart. prout explicat Tello hic,poſt Coſtam in intellectu.l. ſcribit.§.fin.n.ſi.de auro & argen.lega.Erit tamen tex.intelligendus, quòd legatum vini venditi,& nondū traditi,non cenſeatur reuocatū, quoad pretiū.Quoad ſpeciē autē,quæ à teſtatore vēdita fuit, emptor non prohibetur agere, oblato pretio.l.qui fundum.in fi.ff. loca.l.Iulianus.§.offerri.de actio.emp.Quod pretium ſubrrogabitur loco rei ꝓ legatario.Et ſic iudicabitur de tali legato, prout ſolet iudicari de legato rei alienæ, l.cùm alienam. C.de legat.

l.non.

ctum valoris donationis, communis ſenſus authorum cum teſert ad debilitatem, quam habet donatio inter coniuges, reuocabilis ſcilicet vſq; ad mortem. Atq; ita Couar. in Rubric. de teſtam. 3. par. nu. 19. col. 2. ex illo tex. ampliauit deciſionem tex. in d. l. rem legatam de adim. lega. in quantum per donationē rei legatæ inducit reuocationē legati, vt procedat etiam ſi donatio eiuſmodi ſit, vt ex ea dominium per traditionem non transferatur, qualis eſt donatio facta vxori, de qua ibi. l. ſed interim. ff. de donat. inter virum. Et Soci. in. l. ſi quis ante conduxerit. nu. 13. de acquiren. poſſeſ. intelligebat, quòd ideo in illo text. per actum inualidum fuit diminutum prius legatum, quia actus inualidus ſperabatur poſſe ſortiri effectum, licet hoc male deduxerit ex verbis. *Siue donationes teſtamento confirmauit, ſiue non confirmauit.*

Sed in hoc ſenſu text. ille nihil habet energiæ, & re vera plus probat. Etenim verſic. ille. *Sed & ſi non valeat donatio, &c.* licet nō poſſit referri ad inualiditatem donationis ante orationem D. Seueri, quo tempore ita erat prohibita, vt nec morte confirmaretur: ſed ſit referendus ad ſtatum donationis inductum illo reſcripto, de quo in. l. cum hìc ſtatus, eiuſdem tituli, cum ſit text. Papiniani, qui fuit contemporaneus D. Seueri, & ſcripſit ſuper eius oratione, de confirmandis donationibus, prout multoties allegatur ab Vlpiano in dict. l. cum hìc ſtatus. §. oratio, & in. l. Papinianus. ff. eod. Adhuc verba illa: *Sed & ſi non valeat donatio.* Non tam referuntur ad debilitatem donationis, in quantum eſt reuocabilis vſque ad mortem, & ex ea interim non tranſit dominium. Sufficiebat enim quòd eſſet morte confirmabilis ad hoc, vt non eſſet mirum, ſi induceret reuocationem legati. Sed referuntur ad quoſcumque deffectus, ex quibus donatio ſit nulla, ita quòd nec poſſit morte confirmari. Nam ſuppoſito, quòd in priori parte text. valuit donatio, & fuit morte confirmata, prout ex eius caſu, & contextu apparet: per conſequens in ea concurrerunt omnia, quæ ad hoc ſunt neceſſaria, & abfuerunt ea, ex quibus ſolet impediri confirmatio. Fuit enim tradita cum alias morte nō confirmaretur. l. Papinianus, iunct. gl. ff. de donat. inter virum. Maritus donator prædeceſsit ſuperſtite vxore: cum aliàs ſi vxor donataria fuiſſet præmortua cenſeretur reuocata, l. etiam. C. eod. l. cum hìc ſtatus. §. ſi ambo. ff. eod. l. ſi inter virum. ff. de

rebus

rebus dubijs. Donator in vita non reuocauit: cum aliàs donatio morte nō confirmaretur.d.l.cum hic ſtatus.§.ait oratio. Sequitur ſtatim verſiculus ille. *Sed & ſi non valeat donatio.* vbi.I. C. ex abundanti, vltra caſum quæſitum procedit. Ex cuius aduerſatiua iuncta copulæ (quæ deciſionem præcedentibus diſcordare in facto, & concordare in iure ſignificat. Secundū gloſ. verbo.ſed & fortius.in.l.2.ff.ne quis eum qui in ius voca. vbi not. Bartol. & plures ſimiles congerit Iaſ.) colligitur, quòd etiam ſi in caſu illo deficiſſent ea, quę ad valorem, & confirmationem donationis, tanquam neceſſaria ſupponuntur, adhuc ex ea inualida, imò nulla, nec morte confirmata, cēſeretur reuocatum, ſeu diminutum prius legatum factum filiæ. Vnde ſi vel donatio nō fuiſſet tradita, vel vxor fuiſſet præmortua, adhuc cenſeretur diminutum legatum filiæ. Imò & caſu quo donatio eſſet expreſſe reuocata, ex tali reuocatione nō ceſſaret primus eius effectus reuocādi legatum.l.cum ſeruus.de adim.lega. vbi not. Bart. not. etiam Iaſ.num. 2.in.d.l.3.C.de legat. poſt Bald. Paul. & Angel. ibi, & Couarr. in Rubric. de teſtam.3.part. num.19. Et in hoc ſenſu text. ille in.d.§.pater hortos. non eſt exorbitans, ſed eius deciſio procedit ab eodem fonte, quo & aliæ ſimiles in iure, quibus per tranſlationem legati nullam, quæ non poteſt ſortiri effectum, adhuc reuocatur legatum.l.planè.de leg.1.l.& ſi trāſcram.de adim.lega. Et eſt omnium ratio. Quia cum ad reuocationē non tā attēdatur diſpoſitio, quam voluntas diſponentis, vt patet ex diſtinctione, quam facit. I. C. inter alienationem voluntariam, & neceſſariam, in.d.l.rem legatam.de adim.legat. & in.d.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.de legat.3.ideò nō attenditur valor actus, ſed voluntas reuocandi, quæ ex eo, quamuis inualido, deprehenditur. Ex quibus poterit vtiliter inferri in propoſito noſtræ materiæ, quòd ſi pater in teſtamento filium meliorauerit in tertio & quinto bonorum, poſt modum filiam cauſa dotis in tertio & quinto melioraſſet, licet melioratio filiæ ſit prohibita, & nulla.l.1.tit.2.ſupra.& dicam infra gloſ. 7. ex ea tamen inducetur reuocatio prioris meliorationis, ex ratione tex. in.d.§.pater hortos. Quod eſt de mente Peral. in.l. qui teſtamento.num. 5. de legat.2. quatenus dicit, quòd ſi pater melioret filium in tertio, & quinto reuocabiliter, deinde melioret alium, qui ſit incapax: per talem meliorationem ſecundam licet inualidam, inducetur reuocatio prioris.

Eſt

21 Eſt autem text. ille in.d.§.pater hortos.in duobus notabilis. Primò, quod legatum filiæ fuit generale, ſeu vniuerſale, de hortis inſtructis: donatio verò vxoris fuit de vna ſpecie contenta ſub priori legato. Quo caſu videbatur inualidam diſpoſitionem ſpeciei non debuiſſe minuere prius legatum generale, ſeu vniuerſale.l.fin.§.fin.de aur.& argen.lega. Secundò, quòd reuocatio, ſeu diminutio legati filiæ fuit tacita, & non expreſſa, vt potè collecta, & inducta ex donatione vxoris: & non videbatur admittenda, & ſuſtinenda ex actu inualido. l. ſi iure.delega. 3. Vbi legata contenta in priori teſtamento valido, licet intelligantur tacitè reuocata condito ſecundo teſtamento: ea tamen reuocatio non valet, ſi ſecundum teſtamentum nõ valeat. Secũdùm Bar.ibi, quem ſequuntur Paul. Alexand.& Iaſ.in.d.l.planè. Vtramque difficultatem ſupplent DD. vna ſolutione, quòd in caſu illius text. in.d. §. pater hortos. actus ille inualidus fuit factus inter viuos, & ſit ad vtrumque ſufficiens, ad quod non eſſet, ſi fieret in vltima voluntate, prout loquũtur iura in cõtrarium adducta. Et eodem modo intelligunt tex.in.l.3.§. minor. ff.de fund.inſtruct. & in.l. cum dominus.§.fin.iuncta.l.ſeq.ff. de pecu. lega. Hanc ſolutionem ad primam difficultatem aſsignauit Bar.in.d.§.pater hortos.& in.d.l.fin.§.fin.& in.l.quæſitum.§.fin.de fund. inſtruct. num. 15. in fine. quem ſequitur Iaſ.in.d.l.planè.num.5. & not. Roma.ſingul.137.& ſ.it gloſſ. fin.in fine.in d.§.ſi minor. Et eandem ſolutionem ad ſecundam difficultatem poſuit Alexand.num.4.in.l.ſi pluribus.deleg.1. & Iaſ.nu.4.in.d.l.planè.& Couar.in Rub.de teſta.2.par.num. 21.verſ. Tertio.

Ex primo notabili collegit Ciſue.in.l.30. Taur.verſ. ſecundũ, quod ſi in teſtamento vnus filiorum eſſet melioratus in tertio, & quinto bonorum, alteri autem eſſet factum prælegatum rei certę, quod in eius perſona non conſiſtat, efficiaturq; caducum, vel pro non ſcriptum, vel aliàs inualidum: quod deuoluitur ad delioratum in tertio, & quinto bonorum, & nõ ad hæredes, ex dicta opinione Bart.in.d.l.fin.§.fin.de auro & argen. lega. Quaſi prælegatum rei certæ ſit ſpecies meliorationis tertij, & quinti, vtpotè quæ illud contineat, & ex ea ſit ſoluendũ. ex.l. 10. infra. Ex qua opinione, quamuis Ciſue. non dicat, neceſſario deducitur, quòd ſi melioratio illa rei certę eſſet facta in cõtractu donationis, & non cõſiſteret in perſona melio-

G rati,

rati, qui fortè erat incapax, vt putâ filia cauſa dotis. l. 1. titulo. 2. ſupra. quòd tunc diminueret meliorationem tertij & quinti teſtamēto relictā, reuerteretur q; ad hęredes, & non ad melioratum, ex ratione tex. in. d. l. legatū. §. pater hortos. ff de adim. leg. Proutetiā tenuit Bar. in. d. l. fin. §. fin. qui inter vtrumq; caſum ſic diſtinxit, nec debeat vnum mēbrum amplecti, aliud omitti.

Imprimis, quòd attinet ad diſtinctionem Bart. verius videtur indiſtinctè legatum generale, ſeu vniuerſale minui per inualidam ſpeciei diſpoſitionem, etiam factam in vltima voluntate. Vnde ſi in caſu illius text. in. d. §. pater hortos. fingamus diſpoſitionem illam inualidam ſerui fuiſſe factā in eodem teſtamēto, aut codicillis, puta quia fuiſſet legatus incapaci: eadē deciſio militaret, vt licet nō valeat poſterius legatum, minuiſſe tamen primum teſtator intelligeretur. Et hoc nullum habet inconueniens. Nam cum prius legatum ſpeciei cenſeatur reuocatum per inutilem ipſiuſmet ſpeciei translationem factam in vltima voluntate, vt in. d. l. planè. & in. d. l. & ſi transferam: à fortiori debet intelligi diminutum prius legatum generale: ſeu vniuerſale per ſimplicē diſpoſitionē ſpeciei, quę nō ita expreſſè fuit à principio incluſa in legato generis. Nā licet genus legatum includat omnes ſuas ſpecies, & tantum operetur genus in genere, quantum ſpecies in ſpecie. l. ſi duo. de admi. tutorum. l. ſi chorus. de leg. 3. tamē prouiſio ſpecialis efficatius prouidet, quā generalis. l. cohæredi. §. qui patrem. de vulga. l. alimenta. §. baſilicæ. de alim. lega. l. 2. C. de pigno. not. Bal. in. l. 1. nu. 4. C. de neceſſ. ſeruis. Et ita ſpecies contēta in legato generis, tanquā quid tacitè datum faciliùs debet intelligi adēptum. Prout conſiderauit gl. in. l. ſi ſeruum filij. §. ſi idem ſeruus. verb. venierit. ibi ſolutio, ibi tacitè. ff. de leg. 1. quam ſequuntur Ang. & Paul. Et licet eam reprehendant Imol. Alex. & Aret. eorum repręhenſio in eo verſatur, quòd gloſſ. voluerit legatum expreſsè datum, non adimi per voluntariam ipſius alienationem inutilem: nō autem in eo, quòd facilius reuocetur legatum tacitè datum. Quod pluribus ornat Iaſ. ibi. num. 12. Vnde cum ademptio primi legati, quæ fit per trāslationem ſit tacita, ſicut illa quæ fit de ſpecie reſpectu legati generis, vt colligitur ex. §. 1. inſti. de ademp. lega. verbo, *Videtur*, & ex. d. §. pater hortos. verbo, *Intelligitur*: fortiori ratione legatum ſpeciei inualidum debet minuere legatum generis, quàm translatio inualida ſpeciei, ex dicta ratione.

Sed

Sed nec ſatisfacit ratio diſcriminis, quam ponit Bartol. inter reuocationem inductam ex vltima voluntate, & ex actu inter viuos. Nam quod ad vltimam voluntatem attinet eius conſideratio, de qua in d. l. fin. §. fin. quòd ſpecies inutilitèr legata reuertitur ad legatarium generis, ratione generis ſibi remanentis, non eſt bona. Nam ſi eſſet, idē ius ſtatui deberet, quādo ſpecies legaretur vtilitèr, & defeciſſet per repudiationem. Quod tamen eſt falſum: cum inter legatarios ſpeciei, & generis non detur aliqua coniunctio, cuius occaſione ſpecies defecta accreſcat, ſeu reuertatur ad legatarium generis. Cum eo caſu ſpecies legata omnino ſit auulſa & ſeparata à legato generis, nec ſibi cum eo remaneat aliqua communio, ſecundùm Bart. in l. re coniuncti. num. 10. de lega. 3. cum quo tranſeunt communitèr DD. vt conſtat ex Iaſ. num. 70. & Ripa. num. 37. ibi. & Mincha. de ſucce. progre. §. 23. nu. 77. Atq; ita queadmodū ſpecies legata vtilitèr, & repudiata nō reuertitur ad legatariū generis: eodem modo legata inutilitèr non debet reuerti: cum ex tacita voluntate teſtatoris, vno, & altero caſu, videatur à primo adempta.

Quod verò attinet ad actum inter viuos: minus congrua videtur etiam conſideratio Bart. in d. §. pater hortos. ad illū text. ſumpta ex l. ſequēs quæſtio. ff. de lega. 2. quòd ideo ſpecies inutilitèr data per donationem inualidam non reuertitur ad legatarium generis, ſed ad hæredem, quia ſecundùm propoſitum teſtatoris res illa iam exiuit â ſuo dominio. Nam ſecundùm hoc text. ille, in d. §. pater hortos. ſolū eſſet intelligendus in donatione tradita, in qua videtur militare ratio text. in d. l. ſequens quæſtio, & nō procederet in donatione nō tradita, quæ cū adhuc inter bona defūcti reperiatur, eſſet remāſura penes legatariū generis, à quo nō videretur auulſa. Quod tamē eſt falsū, cū text. ille. in d. §. pater hortos. in illo verſ. ſed & ſi in nulla donatione poſsit melius exēplificari, quā in nō tradita, vt ſupra dictū fuit.

22 Non obſtat tex. qui iſta turbauit. in d. l. fi. §. fin. de aur. & argen. lega. Quonia deciſio illius text. non eſt iudicanda per regulas translationis inutilis. Cum ornamenta illa, quæ inferri ſibi ſepulturæ cauſa, mulier voluit, quæ aliàs in priori legato generali continebantur, non ſint alicui datæ, aut in aliquem translatæ: vt vel ſic ex hoc iudicemus prioris legati diminutionem: cum non poſsit videri ademptum, quod alteri non eſt datū. l. nec vtilem. ff. ex quibus cauſis maio. Sed debet deciſio

illa iudicari per regulas oneris iniuncti, quæ licet ſint multum intricatæ, vt conſtat ex longa diſtinctione Bart. in. l. codicillis. de lega. 2. Sed quando onus iniunctum fuit impoſsibile de natura, aut de iure: articulus nullam habet difficultatē, quin ſit expellendum, remanente legato valido. l. obtinuit. de condict. & demonſtr. Quę licet loquitur in impoſsibilitate adiecta in vim cōditionis, idem eſt, ſi adijciatur in vim modi, aut fideicōmiſſi. Quia tunc minus ſuſpēdit, ſecundùm Bart. in. d. l. codicillis. Et eadem ratione, idem eſt, ſi adijciatur in viam oneris. Tum ſic in caſu illius text. licet mulier voluerit funerari arbitrio ſui viri; ex quo ornamenta omnia erant legata Seiæ amicæ, ei videtur iniunctum onus inferendi ſepulchro illa particularia ornamenta: maritus autem, vel hæredes videntur electi, vt miniſtri, & executores. Vnde cum onus iniunctum tanquam ineptū, & impoſsibile de iure nō teneat, vt ibi, & in. l. ſeruo alieno. §. fin. de lega. 1. vbi gloſ. multa ſimilia cōgerit: nō facit deficere relictum, ſed remanet penes legatariū reiecto onere, tanquam impoſsibili de iure, ex. d. l. obtinuit.

23 Procedit autē quod dictū eſt, nō ſolum quoties poſt legatū generis validum, ſecuta fuit inualida diſpoſitio ſpeciei: quo caſu videtur loqui tex. in. d. §. pater hortos. ibi. *Poſtea*. Quæ qualitas retinetur etiam in verſ. *Sed & ſi non valeat*: ſed etiā procedit, ſi præceſſiſſet diſpoſitio ſpeciei inualida: quia adhuc minueret ſequens legatum generis. Nam quemadmodum ſi vtraque diſpoſitio generis & ſpeciei eſſet valida: ſemper generi per ſpeciem derogatur, ſiuè præcedat diſpoſitio generis, vt in. l. ſeruis vrbanis. in fine de lega. 3. ſiuè etiam ſequatur, vt in. l. vxorem. §. fœlicisſimo. eodem titulo. & in generalitate ſui probat text. in. l. in toto iure. ff. de regul. iur. vbi not. Decius, num. 14. & in cap. generi. eodem titulo lib. 6. vbi not. Dinus, num. 4. eundem effectum habet diſpoſitio ſpeciei inualida, per quam, ſecundùm deſtinationem diſponentis, ſpecies illa extrahitur à genere, vt legatum generis ſemper ſit, illa ſpecie excepta intelligendum. Quod probat text. in caſu ſimili. in. l. cum dominus. §. finali. cum. l. ſeq. ff. de pecul. lega. ibi. *Seruus communis omnium hæredum eſt exemptus peculio, propter filij deſtinationem.* Quæ deſtinatio ibi fuit collecta ex actu inualido, ſecundùm gloſſam primam, & nihil intereſt vtrùm præcedat, vel ſequatur, vt dicit lex ſequēs. Itaque indiſtinctè verior videtur noſtra traditio, vt legatum gene-

generale ſemper minuatur per inualidam diſpoſitionem ſpeciei, ſiue fiat inter viuos, ſiue in vltima voluntate, ſiue præceſſerit, ſiue etiam ſequatur, vt dictum eſt.

Ex quibus (quæ vera mihi videntur) quamuis poſsit inferri, meliorationem reuocabilem alicuius vniuerſitatis, aut fundi inſtructi, gregis, peculij, aut aliàs: vel etiam alicuius generis, vt auri, argenti, veſtium, æquorum, ſeruorum, &c. minui per inualidam diſpoſitionem ſpeciei, ex ratione text. in. dict. §. pater hortos, qui in vtroque genere legati procedit, vt ſpecies ſic adempta non debeatur meliorato, quamuis non ſubſiſteret
24 in perſona legatarij, aut donatarij: * In melioratione tamen tertij, & quinti opinio, & illatio Cifuen. ſupra relata vera eſt, non ex ſua ratione & fundamento, quod ſupra improbauimus. Sed ex eo, quòd legatum tertij, & quinti refertur ad tempus mortis, ex. l. 7. infrà. Et tanquam legatum quotæ bonorum, quemadmodum augetur ex bonis poſtea quæſitis. vt ibi dicam gloſ. 1. num. 28. eodem modo debet augeri ex rebus, de quibus eſt inutiliter diſpoſitum, quæ remanentes in hæreditate augent bona, & per conſequens cœdunt augmento partis bonorum, quæ tanto maior futura eſt, quanto amplior reperitur hæreditas ex agregatione rei datæ inutiliter. Quod non ſolum procedet, quando res vel quantitas certa daretur inutiliter in vltima voluntate, ſed etiam quando daretur inter viuos. Inter quos caſus, licet Bart. ſupra citatus diſtinxerit, & nos in alijs legatis generalibus idem ius ſtatuerimus, vt ſpecies data inutiliter non reuertatur ad legatarium, à quo cenſetur adempta: In melioratione tamē tertij, & quinti, vtroque caſu, ratio militat per contrarium, vt res vel quantitas certa data inutiliter, etiam inter viuos, reuerſa ad hæreditatem in neceſſariam conſequentiam, cœdat in augmentū quotę bonorum, vt patet. Et ſi obijcias, quòd ex quo teſtator voluit adimere à legatario tertij, & quinti, licet per diſpoſitionem inualidam, ea voluntas debeat ſeruari, vt legatarius quotæ non conſequatur per indirectum id, quòd teſtator voluit ab eo adimere, ex ratione illorum iurium, in dict. §. pater hortos, & in dict. l. planè, & in dict. l & ſi transferam. Quia reſpondeo, hanc eſſe qualitatem iſtius legati quotæ bonorum, in quo ineſt eiuſdem teſtatoris voluntas, qui ſic legando videtur præuenire hunc caſum, & taliter per diſpoſitionem rei certæ velle diminuere legatum

quotæ, ſi res certa detur vtiliter & cum effectu. Aliàs cum datum inutiliter à principio cenſeatur non datum: cum nullum & inutile ęquiparentur. l. 1. §. pen. ff. quod cuiuſq, vniu. nomi. vbi glo. verb. inhabilis. congerit plures ſimiles: ex integra hæreditate deducitur legatum quotæ: & ſic legatum inutile nõ minuit quotam, ſed alleuiat, cum ſi valeret, ex ea eſſet ſoluendum, ex. d. l. 10. & fin. infra. Et ſi obijcias in legatis vniuerſalibus fundi inſtructi, peculij, aut aliàs, militare eandem rationem: vt quemadmodum inſtrumentum fundi, aut peculium augetur ex alijs rebus poſt teſtamentum ei agregatis. l. ſi mancipia. ff. de fund. inſtr. l. peculium. ff. de leg. 2. eodem modo deberent augeri ex inſtrumento fundi, vel re peculij, de qua ſit diſpoſitum inutiliter: quod tamen negat text. in dict. §. pater hortos, & in. l. cum dominus. §. fin. de pecu. lega. Etenim reſpondeo, diuerſam eſſe rationem vtriuſquè caſus. Nam inſtrumentũ fundi, aut res peculij inutiliter data iam deſinit eſſe fundi, aut peculij per deſtinationem diſponentis, per quam amittunt eam qualitatem, vt in dictis iuribus. Et quamuis ex nullitate ceſſet diſpoſitio, & inſtrumentum fundi, aut res peculij remaneat, ſeu reuertatur ad bona: non tamen remanet, ſeu reuertitur ad fundum, aut peculium, vt cum eis legatis tranſeat, & debeatur: prout tranſeunt, & debentur de nouo agregata, quæ ex eiuſdem patris familias diſtinatione agregantur, vt fiant fundi aut peculij, vt in dict. l. mancipia, & in dict. l. peculium. At in legato tertij, & quinti, & ſic quotæ bonorum, quamuis minuatur per res certas, ex. l. 10. & fin. infra: ſi diſpoſitio rerum, ſit nulla aut inualida: remanent, ſeu reuertuntur ad bona, quod ſufficit adhoc, vt ex eis extrahatur quota bonorum. Et quando diſpoſitiones inualidæ fuere factæ per contractum, faciunt quæ dicemus in. l. 9. infra gloſſ. 1. numer. 34. Et quando fuere factæ in teſtamento, faciunt quæ dicemus in. l. fin. infra. gloſſ. 2. in principio, quòd quota bonorum refertur ad omnia bona non extractis legatis. Vt quemadmodum legata valida, quæ ſunt ex quota ſoluenda non nocent pro extrahenda primeua quantitate quotæ: eodem modo legata inualida, quæ non ſunt ſoluenda, non ſint ſeparanda, ſed acumulanda pro extrahenda quota.

25 Quod verò attinet ad aliam difficultatem ſupra propoſitam

tam ad text.in.d.§.pater hortos,quòd videretur nō eſſe admittendam tacitam reuocationem, per diſpoſitionem inualidam, ex text in. d.l.ſi iure.ff.delegat. 3. Verius etiā videtur,quòd ex quo primus actus eſt reuocabilis ſola voluntate,vt in.d.l. ſi iure,ibi. *Quia fideicommiſſa nuda voluntate infirmantur.* & in. l. fideicommiſſum.C.de fideicom. Quemadmodum ad id ſufficit voluntas tacita & coniecturata ex actu valido vltimæ voluntatis, vt in.§.1.inſtit.de ademp. lega. ibi. *Quo caſu ſimul & Titio adimi videtur*: illud enim verbum. *Videtur,* fictionem denotat, ſeu tacitum intellectum.l. non videtur. ff. de acquiren. poſſeſ. & ita eum explicat Theophilus, ibi: probatur etiam in.l. ſicut. ff.de adim.lega. ſecundùm opinionem Dini.ibi. *Quæ res in perſona Titij tacitam ademptionem continet.* Eodem modo debet ſufficere voluntas tacita ex actu inutili,etiam vltimæ voluntatis, cum non attendatur valor actus, ſed voluntas, quæ ex eo colligitur,vt dictum eſt. Quod probant illa iura ſupra citata in dict.l.planè,delegat.1.& in.d.l.& ſi transferam.de adimen: lega. quatenus ex inutili translatione facta in vltima voluntate, inducunt reuocationem prioris legati. & tamen translatio continet reuocationem tacitā,vt in.d.§.1.& in.d.l.ſicut.Ex quo tex.licet Iaſ.in.dict. l.planè,collegerit, quòd ſi in caſu illo translatio fuiſſet facta in incapacem non induceret reuocationem primi legati:quia tex.dicit,illam eſſe tacitam reuocationē: loquitur contra text.in.d.l.& ſi transferam.Ex qua,iuncta.d.l. ſicut,rectius collegiſſet, ꝙ licet translatio contineat tacitā reuocationem,vt in.d.l.ſicut:ſuſtinebitur reuocatio, etiam ſi fiat in incapacem,ex.d.l.& ſi transferā. Prout rectius videtur perpendiſſe,idem Iaſ.in.l. re coniuncti.num.165.delegat. 3.poſt Cuma.in.d.l.ſi iure.qui hoc argumēto receſſerunt à contraria opinione ſupra relata.Et licet Couarru.in.2.par.Rubric.de teſtamen.num.21.conetur huic argumento ſatisfacere,non tamē id fecit ſufficienter. Eius enim ratio,ꝙ reuocatio,quæ in.d.l.& ſi trāsferam.colligitur ex translatione legati. licet ſit tacita, vt dicit.d.l.ſicut,illud eſt,quo ad verba, ſed ſatis eſt expreſſa quo ad mentem teſtatoris, & ideò ſuſtinetur ex actu inualido vltimæ voluntatis: militat etiam in quauis alia reuocatione tacita, quæ ſemper quo ad mentem teſtatoris iudicatūr expreſſa, lege ſic declarante,cum mens ſemper verbis præferatur. l.3.C.de liber.præte.l.nō aliter.l.librorū.§.quod tamē Caſsius.

delegat. 3. l. Labeo. in fine. de ſuppe. lega. Et militat efficatius in reuocatione ſpeciei de genere per diſpoſitionem ipſius. Quæ quo ad mentem teſtatoris poteſt dici expreſsior, quàm quæ colligitur ex trãslatione rei certæ legatæ. Ex quo legatum rei certæ continet efficatiorem diſpoſitionem, quam legatum ſpeciei. Quæ tanquam incluſa ſub legato generis, eſt magis debilior. vt ſupra dicebamus ex gloſ. in. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi idem ſeruus. de legat. 1. Vt ſic expreſsiori & faciliori voluntate, etiam tacita, videatur reuocatum legatum ſpeciei, tanquàm debiliori expreſsione legatæ ſub genere. Facit. l. fin. in princip. de legat. 2. vbi clauſula reuocatoria tacita reuocatur per ſimplicem voluntatẽ, ſecus ſi eſſet expreſſa. l. ſi quis in principio. de legat. 3. gloſſ. & Doctores in. l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. delegat. 1. Vnde ſi diminutio legati, quæ fuit facta in dict. §. pater hortos per actum inter viuos, fieret per actum vltimæ voluntatis, vt quia ſeruus hortorum fuiſſet in eodem teſtamento, aut codicillis legatus in capaci: eadem deciſsio militaret, nec obſtaret quòd reuocatio eſſet tacita, quemadmodum non obſtat, quando legatum transfertur in capacem, vt in dict. l. & ſi. tranferam.

26. Ad text. in dict. l. ſi iure. conantur reſpondere Cuma. ibi. & in dict. l. planè, & Ripa in dict. l. re coniuncti. nu. 136. Sed verus eſt intellectus Bart. ibi. ſecundum quem text. ille non tam eſt contrarius ſuperioribus, quàm limitatorius. Vt iſta non procedant in vno caſu, ſcilicet quãdo legatum adimittur tacitè condendo aliud teſtamentum. Quo caſu (prout colligitur ex argumento I. C. ibi) licet videatur, quòd legatum prioris teſtamenti deberet intelligi reuocatum, tanquàm negotium ſola voluntate reuocabile: tamen quia ea voluntas colligitur ex confectione alterius teſtamenti: lex amplectitur aliam ſaniorem præſumptionem, quòd teſtator ita demum videatur velle reuocare contenta in primo, ſi ſecundum valeat. Et ratio eſt, quia condendo aliud teſtamentum, principale intentum teſtatoris eſt reuocare primum præcedens, & per conſequens legata. Vnde cum teſtamentum ſecundum non ſit iure conditum, ex quo teſtator per illud non poteſt conſequi reuocationẽ præcedentis, quod principaliter intendebat: nec etiam intelligitur velle reuocare acceſſoria, id eſt, legata. Et ſi objcias iſtam rationem etiam militare in quauis translatione legati: vt ex quo

quo teſtator non poteſt conſequi principalem ſuum intentum dandi ſecundo ratione ſuæ incapacitatis : non valeat etiam ademptio. Reſpondeo, quòd licet tranſlatio legati ſimul contineat ademptionem à primo, & acquiſitionem ſecundi. vt in dicto.§.1.in fine.de ademp. lega. tamen ademptio non eſt acceſſoria ad ſecundum legatum, ſed principalis. Quia ſecundùm mentē teſtatoris, & ordinem iuris, prius præſupponitur ademptum à primo, quàm datum ſecundo. Cum ademptio non requirat verba, ſed ſolam voluntatē.l.3.§. fin. de adim.legat. legatum autem requirat verba, aut ſigna.l. nutu. de legat. 3. ideò ſuſtinetur ademptio, quæ de perſe ſubſiſtit vtiliter, licet vitietur legatum.

27 Quę omnia quæ dicta ſunt circa reuocationem per diſpoſitionem inutilem, non ſolum procedunt, quando actus reuocabilis fuit factus in vltima voluntate : ſed etiam in donatione reuocabili. Nam quamuis ea regula non procedat in contractibus, in quibus actus validus non tollitur per inualidum.l. certi condictio. §.quoniam.ff. ſi cert. peta. l.1.ff.de noua.l.ſi id quod.ff.de reſcinden.vendit.l.ſi quis ante conduxerit. ff. de acquirend. poſſeſſion. ſecundùm Bartol.in dict.l. & ſi transferā. Imol.& Alexand.num.8.in.l.ſi cum dotem.in princip.ff. ſolu. matrim. Iaſ.nu.6.in d.l.planè. Couarr. in Rubrica de teſtam. 2.part.numer.21.colum.6. per iura quæ allegant, & rationes quas aſsignant. Intelligendum eſt hoc in contractibus, qui à

28 principio à duorum voluntate proceſſerunt.* Sed in donatione reuocabili, quæ, quo ad facultatem reuocandi, habet naturam legati, ſeruabuntur eadem media reuocandi per diſpoſitionem inutilem, vt etiam ſeruabitur in donatione cauſa mortis, quæ in hoc etiam obſeruat naturam legati, prout aliâs. l. illud. ff. de donat.cauſa mort.

29 Quamuis autem alienationis nomine ſoleat etiam pignus, vel hypoteca contineri.l.fin.C.de rebus alie. non alie. per pignorationem tamen legatum non reuocatur, imò hæredes tenentur luere: nec diſtinguitur cauſa voluntaria, à neceſſaria. vt in.l.3.C. de leg.3. Et ratio eſt propter ius redimendi, prout conſiderauit Cinus, quem ſequitur Iaſ. Quod quamuis ad meliorationem rei certæ teſtamento relictæ aptari poſsit : in donatione autem inter viuos reuocabili, (licet quo ad facultatem reuocandi legatis etiā aſsimiletur) non videtur conuenire. Du-

biumq; facit donatio inter virũ, & vxorem(cui etiam in facultate reuocandi donatio hæc inter patrem & filium aſsimilatur. vt diximus ſupra glo.1.nu.32.in fin).quæ licet per obligationem generalem bonorũ nõ reuocetur, vt diximus ſupra.nu.14. per particularem tamen rei donatę pignorationem reuocatur. l.ſi maritus, la.2.C.de donat.inter virũ, niſi probetur aliã fuiſſe voluntatem.l.cum hic ſtatus. §. ſi maritus. ff. eod. not. DD. tam ibi, quâm in.d.l.3.C.de lega.poſt Bart.in.l. rem legatã. ff. de adim.lega. Sed donatio inter cõiuges perticulare ius efficit, & tãquam odioſa, vtpotè quę iure reprobata eſt.l.1.&.2. ff.eo. & à principio nulla.l.3.§.ſciendũ.ff.eo.faciliori coniectura cẽſetur reuocata.ſecundùm gl.in.d.l.ſi maritus. Quæ vtrãq;, rationem ſpetialitatis conſtituit. Et licet vltimam ſequantur magis communiter.DD.ſecundùm Corne.in.d.l.3. nu. fin. ambas ſequitur Salic.in.d.§.ſi maritus: & re vera non ſunt incõgruæ: & vtraq; ceſſat in donatione reuocabili facta filio in poteſtate, tam in tradita de iure cõmuni, quam in nõ tradita iure iſto. Nam iſta licet à principio non ſubſiſteret, ſed à morte penderet: non tamẽ id odio accidit ratione prohibitionis, ſed ratione impoſsibilitatis, propter patriam poteſtatẽ. Quod tamen impedimentũ ex hac lege ſublatũ eſt, & donatio valet in vita mero iure, vt diximus ſupra glo.1.nu.35.ad fin. Atq; ita Salic. in d.§.ſi maritus. contrarium decidit in donatione cauſa mortis, vt per pignorationem nõ reuocetur. Quia in ea ceſſant duæ illæ rationes, quę verſantur in donatione inter coniuges. Et ex aliorum ſententia, idem tradit Salic.in.d.l.ſi maritus.nu.fin. & Alex.nu.2.in.d.l.3.Cũ in ea idem ius ſtatuendũ ſit, quod in legatis.l.Marcellus.§.1.l.illud.ff.de donat.cauſa mortis, etiam in forma reuocandi per alienationem. vt tradunt Scribentes omnes in.l.Sthicum qui meus erit.de leg.1.Quo argumento idem erit in donatione reuocabili facta filio, vt debitũ luatur ex corpore hæreditatis, & res donata libera tradatur.iuxta.d.l.3.ſine diſtinctione cauſæ voluntariæ, aut neceſſariæ. ſecundùm gloſ. ibi, verbo dedit, quam ſequuntur omnes.

30 Sed quid ſi res legata, vel reuocabiliter donata fuit ex cauſa voluntaria alienata cũ pacto de retrovendendo? Videtur ꝙ non cẽſeatur reuocata donatio, ſed hęredes teneãtur luere.arg.d.l.3. C.de lega. Alienatio enim cũ pacto de retrouẽdẽdo pignus eſt. ſecundùm Bar.per illũ tex.in.l.creditor.§.poſt diuiſsionem. ff. qui

qui potio.in pigno.habe.quē ad hoc refert Cœpo.de ſimula.cōtractus.nu.1.Ex eo etiā, quia licet nō obſtante pacto eſſet verè alienatio:in ea militat eadē ratio,quæ in pignore,ſcilicet ꝙ propter ius redimēdi nō ſit perpetua.ſecūdū Cin.& Iaſ.ſupra proxime relatos. Vnde cū reuocatio,quę inducitur ex alienatione volūtaria ſit cōiecturata,vt patet,& probatur in.§.ſi rem ſuā.inſt.de lega.ibi: *Si non alimendi animo vendidit.* & in.l.fideicōmiſſa.§.ſi rem.de lega.3.iunct.glo.verb.exigēdam,quatenus admittit probationē in cōtrariū: Cōiectura reuocādi,quæ inducitur ex alienatione volūtaria,tollitur ex pacto de retrovēdēdo. Quod videtur adiectū gratia cōſeruādi priorē diſpoſitionē. Quæ cōiectura, quemadmodū ſufficit in pignore ad tollendā præſumptioni reuocationis, debet etiam ſufficere in alienatione. Cum non ſit minor vis pacti expreſsi in venditione ad redibendum,quā taciti,& naturalis in pignore.l.2.C.de pactis inter emp.iuncta l.ſi rem.§.omnis de pigno. actione.

In contrarium videtur,ꝙ legatū ſeu donatio reuocabilis reuocetur,ſi alienatio fuit volūtaria, iuxta tex.in.d.l.rem legatā.de adim.lega.d.l.fideicōmiſſa.§.ſi rem.de lega.3.non obſtante pacto de retrovendendo. Quod licet ex paruitate pretij, & alijs coniecturis ſoleat inducere præſumptionem pignoris,in materia vſurarum,ſecundùm Cœpo.vbi ſupra per totum: ea tamen ceſſante,pactū nō impedit,quin res vere dicatur alienata.d.l.2.C.de pactis inter empto.Cū pactū nec iure ciuili vetitū ſit, vt ibi:nec canonico,vt in.c.illo vos.de pigno.& in.c.ad noſtrā.de emp.& vēd.Ex eo etiam, quia ſi res fuit alienata iuſto prætio,(ꝓut ſupponimus) etiāſi alienatio propter pactū haberetur loco pignoris,eſſet inducēda reuocatio. Cū pignoris voluntariæ cōſtitutio ꝓ ęquali,aut maiori pretio rei pignoratę,inducat reuocationē.Habetur enim loco alienationis.l.qui habebat.iunctæ gl.fi.ff.de leg.3.l.legata.§.fi.de ſuppe.lega.not. Bart. vtrobiq;, & in.d.l.rē legatā.de adim.lega.in fin.quē ſequūtur omnes ibi. Cin.Fulg.Paul.Alex.Iaſ.in.d.l.3.C.de lega. & pluribꝰſimilibꝰ comprobat Iaſ. in.l.manumiſsiones.de iuſt.& iur.& in.l. ſi res obligata.nu.14.de leg.1.& Tiraq.de retra. in prefa. nu.36.

Mihi videtur alienationem volūtariam, non obſtante pacto de retrovendendo, reuocare quidē legatum,ſeu donationem reuocabilem,ex ratione text.in.d.l.rē legatā,& in.d.§.ſi rem. ſed hoc quantū ad prætiū,vt hæredes non teneātur luere, cū [illegible] tenus

luendi

luendi ad pignora pertineat,ex.d.l.3.non ad alienata.Cęterum cum non poſsit dici res in totum alienata propter pactũ de retro vendendo, & ius redimendi, quod remanet penes venditorem,& eſt pars rei venditę,vt in ſimili explicat optimè Molineus in conſue.Pariſi.tit.1.§.11.nu.28.quem ſequitur Tiraq. lib.2.de retract.ad finẽ tituli.num.175.In eo ſuſtinebitur legatum ſeu donatio, vt legatarius, ſi velit,redimat, &habeat. Vt legatum, ſeu donatio ſuſtineatur in quantum poſsit, vt ſuſtinetur in parte non alienata, quando pars alienata eſt.l. cum quæſtio C. de lega. §. ſi rem ſuam.in fin. inſtit. eod.tit. & dixi ſupra. num. 12.

Et ex eadem ratione,quamuis in re pignorata pro maiori,aut æquali quãtitate valoris. Doctores abſolute conſtituant induci reuocationem. Verius exiſtimo, vt quamuis inducatur quidem quo ad pecuniam: ſuſtineatur tamen in iure redimendi oblato prætio. Quod ius non eſt alienatum, & remanet ſemper incolume ante impetratum à creditore dominium. iuxta l.fin.C.de iure dominij impe. Et in hoc ſequimur ambas coniecturas. Quarum cum ſit maior,quæ inducitur ex magnitudine prætij, & difficultate luitionis ad inducendam reuocationem,eam ſequimur quo ad prætium: conſeruata etiam minori inducta ex pacto,quantum adhoc, vt legatarius ſeu donatarius ſuccedat in eo iure,ſi velit. Quod eſt conforme voluntati diſponentis,qui interrogatus ſic poteſt pręſumi reſponſurus ſecundum gloſ.in.l.tale pactum.§.fin.iuncta gloſ.ff.de pactis.

31 Sed quid ſi res fuit per teſtatorem, aut donatorem poſtea ex pacto redempta? Videtur non ceſſare reuocationem.l.cum ſeruus.ff.de adim.lega. Vbi reuocatio legati, quæ fuit inducta per alienationem voluntariam, non ceſſat etiam ſi teſtator poſtea redimat.vbi hoc not.Bart.& Paul.Arg.& Iaſ.in.d.l.3.C.de leg. Sed hîc contrarium videtur ex præſumpta voluntate, cum redemptio fiat ex pacto præcedẽti, cui teſtator innixus alienauit. Quo caſu nõ immerito defendi poteſt,& verũ eſt, ceſſare illius text.deciſionẽ in.d.l.cũ ſeruus. Tum,quia alienatũ nõ videtur, quod ex pacto appoſito redẽptũ eſt. Nec illa redẽptio iudicatur noua acquiſitio,ſed res habetur,prout erat in ſua prima diſpoſitione.arg.l.ſi vnus.§.pact9 ne peteret,ibi.*Sed formæ ſuæ redditur*.ff.de pactis facit.l.volũtate.§.1.ff.quib9 mod. pig.vel hypo. l.ibi. *Sed in priſtinũ cauſam res redit reſoluta vẽditione*.&.l. ex hoc. §.ſi

§.ſi quis.ff.de alien.iudi.mu. cauſa facta. Vbi non tenetur illo iudicio, qui ex pacto rem alienatam recuperauit.&.l.ſi marito verſ.planè.ff.de fund.dota. cum alijs. & tradit Tiraquel.lib.1. de retract.§.1.9.gloſſ.2.nu.4. Tum etiam, quia ex pacto appoſito grandis, & vrgens colligitur coniectura voluntatis in alienante, quòd habuit propoſitum redimendi ad conualidandum legatum, ſeu donationem. Hic enim videtur finis pacti, vt probat Tiraq.vbi ſupra. & de primogen.q.81.num.3. Ex fine autem colligitur, & demõſtratur quale ſit futurum rei iudicium. l. ſed & ſi quid.§.1.de vſufruct. c. fraternitatis. de frigi.vt per Tiraq.d.nu.3.& de retractu.1.part.§.1.gloſ.7.nu.44. Pro quo & cõducit text.in.l.filiæ.§.Titia.ff.de cond.& demon.vbi ademptio collecta ex alienatione reſarcitur ex emptione alterius rei, cui teſtator impoſuit idem nomen, quod habebat vendita. & ex ea præſumptione fit ſubrogatio, ſecundùm Bartol. Paul. Socin.& alios ibi. Alci.conſilio. 272.num. 2.libr. 2.Socin.iun. conſilio. 162. num. 10. volumine. 2. Facit etiam text.in.l. ſi donatæ. §. 1. de donatio.inter vir.um. vbi prohibitio donationis inter virum & vxorem, non vetat ſubrogationem rei propriæ in locum alienæ datæ ante matrimonium. Et quod tradit Bartol. num. 8. in.l. ſi ita. de aur. & argen. lega. de marito legãte vxori veſtes, triticũ, &c. Quòd ſi veſtis, aut triticum, quod extabat tẽpore teſtamẽti ſit conſumptum, & aliud repoſitũ debetur. Et quod tradit Paul. in.l.ſi ſeruus.§.quicunque. de lega.1.de eo qui legauit decem, quæ in arca habet, & poſtea conſumpſit, & alia repoſuit, quod debeantur. Simili coniectura eadem mens depræhenditur ex redemptione eiuſdem rei alienatę, quando fit ex pacto præcedenti, quod ad hunc eundem finem adiectum præſumitur. Ex quibus rationibus idem erit in pignore, quãtumcunque ſit debito abſortum, vt reualidetur legatũ. Cum ius luendi ex natura pignoris eandem habeat præſumptionem in luente, quam pactum de retrouendendo in redimente, vt dictum eſt.

32 Ex quibus ad aliã quæſtionẽ poteſt inferri, quæ magis quotidiano vſui expoſita eſt, vtrùm legatum, vel donatio reuocabilis, reuocetur per impoſitionem voluntariam cenſus redimibilis.ſuper re donata, vel an cẽſus ſit redimendus ex corpore hereditatis, vt res libera tradatur? Et deciſio ex ſuperioribus infertur, vt legatũ, ſeu donatio cenſeatur reuocata quoad quantitatem

tem cēſus. Eius enim impoſitio, licet ſoleat hypotheca iudicari, eſt tamen extraordinaria, & exorbitās à reliquis hypothecis, ſecundùm Couar. lib. 3. var. c. 7. nu. 6. eſtque onus reale transſiēs cum ipſa re ad quemlibet poſſeſſorem, ad quod legatarij ſolent teneri. l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. not. Mene in. l. prædia. nu. 11. C. de fideicom.

33 Imò impoſitio cenſus vera alienatio eſt, vt deducitur ex conſtitutionibus Martini & Calixti, ſub titulo de empt. & vēd. inter extrauagantes communes. & probat latè Couarr. vbi ſupra.

34 nu. 2. * Per quæ ego alias defendebam, creditorem ex generali hypotheca anteriori, quemadmodum non poteſt inquietare tertios poſſeſſores bonorum fideiuſſoris, ante excuſſos tertios poſſeſſores bonorum principalis. Auth. hoc ſi debitor. C. de pign. vbi not. gl. fin. in fine: ita etiam, nec poſſe inquietare dominum cenſus impoſiti per fideiuſſorem ſuper fundo, quem nunc etiam poſſidet, & poſsidebat tempore quo fideiuſsit, & bona ſua generalitèr obligauit. ex dicta ratione, quòd ex emptione cenſus iſte ſit verus tertius poſſeſſor, ratione ſit cenſus.

In reliquo autē legatū, ſeu donatio ſuſtinebitur, prout ſuſtinetur in parte nōalienata, quādo pars rei diſtrahitur. l. cūquæſtio. C. de leg. §. ſi rē ſuā. in fin. inſti. eo. Prout in quęſtione præcedēti diximus ſuſtineri in ſolo iure redimēdi. Prout etiā ſolet remanere validum legatum, non obſtante alienatione vſusfructus, ſecundùm gloſ. verb. dedit, in fine. in. l. 3. C. de leg. not. Bart. in. l. ſi alij. de vſufr. lega. & diximus ſupra nu. 12. cui ſimilis eſt alienatio cenſus. Hæredes autem non tenebuntur redimere. Cū onus luendi ad pignora tantū referatur, non ad alienationes. d. l. 3. C. de lega. Prout diximus in quæſtione præcedenti in alienatione cum pacto de retrouendendo, cui impoſitio cenſus omnino ſimilis eſt. Cū nihil aliud ſit, quam alienatio iuris percipiendi penſiones ex fundo, cum pacto de retrouendendo, ſeu redimēdo. Non obſtat, quòd hæredes teneantur actione perſonali ad cenſum, licet res in qua ſitus eſt, alij ſit legata, vel donata, ſecundùm Couar. vbi ſupra. vt vel ea ratione teneātur redimere. Quia quamuis poſsint conueniri, hoc non tollit obligationem tertij poſſeſſoris, quin hæredes conuenti, & ſoluentes poſsint ab eo exigere, quod ſoluerint. Cum ei onus hoc à lege ſit iniunctum, quæ à morte defuncti diuidit onera realia: vt pro præterito tempore ſoluantur ab hærede, pro futuro à legatario. l.

Aphri-

35 Aphricanus.§.hæc res.de legat.1.vbi notat Bart.& omnes.* Si autē cenſus eſſet in vita per teſtatorem aut donatorem redemptus,res libera eſſet tradenda legatario, aut donatario,ex iiſdē rationibus, de quibus ſupra num.31.in redimente, rem alienatam ex pacto de retro vendendo. Cum hic maior, quam ibi ratio verſetur. Cum alienatio ex cenſu impoſito, quo ad proprietatem,& direct..m rei dominium,minor ſit,quàm quæ ex totius rei alienatione cauſatur, quamuis cum pacto de retro vendendo.

36 Quoties autem legatum ſeu donatio reuocabilis eſſet facta de reditibus redimibilibus,qui eſſent in vita redempti,non cenſetur reuocatum legatum ſeu donatio,quo ad quantitatem.Iſta enim non eſt alienatio volūtaria,de qua in dict.l. fideicommiſſa.§.ſi rem.de legat.3.& in dict.l.rem legatam. de adim. legat. Neque enim teſtator potuit compellere cēſuarium, vt redimat: nec ipſe redemptionem recuſſare. vt in extraua. Marti. & Calixti. Maximè ſi vel pecuniam habuit pro depoſito, vel alium cenſum inde emit. vt in dict.§.ſi rem. Idem ſi legatum, vel donatio fuit facta de iuribus, & actionibus. In quibus notandæ ſunt coniecturę illius text.& text.in.§.tam autem,inſtituta de legat.& quę tradunt Bart.in.l.nepoti.§.1.de fund.inſtruct. & Angel.in dict.§.tam autem.num.1.in fine. circa eum qui exegit ab inuito. Quia licet iura illa præſumant, quòd voluit reuocare legatum, id ex coniectura deſumitur, quæ ſecundum iuris regulas ex aliis vrgentioribus ceſſabit.l.diuus.ff.de in integrū reſtit. Quid enim ſi pecuniam debitam adueniente die ſolutionis exegit? Quid ſi in cenſum redegit? depoſuit, vel aliam rem inde emit? quam ſi fortè non exegiſſet, propter aduerſam fortunam debitoris,periculum pateretur. Videtur enim quaſi coactus,ea occaſione,debitum exegiſſe. Argum.l.item ſi verberatum.§.ſi quis rem,iuncta gloſ. verb. ne corrumperentur.ff. de rei vend.notat gloſ.verb.neceſsitate,in.d.§. ſi rem, ibi: *Vel quia erat peritura.* vbi alienatio,quæ nō fit propter neceſsitatem rei familiaris,ſed quia aliàs res legata periret, cenſetur neceſſaria, vt ex ea non inducatur reuocatio legati. Quo argumento idem ſeruabitur in exigente debitum legatum, quod aliàs fortè periret.

GLOSSA

GLOSSA QVINTA.

MElioratio facta filio fit irreuocabilis per traditionem verã, aut fictam rerum in ea contentarum. Et an ea traditio operetur quo ad futura. Et an interim poßit reuocari. Agitur de valore donationis factæ abſenti. Et de ea, quæ poſt primũ donatarium ad alios eſt peruentura. De poſſeßione tradita procuratori, tutori, curatori, aut infanti. Et vtrũ melioratio teſtamẽto relicta fiat per traditionẽ irreuocabilis.

1 PEr traditionem fit irreuocabilis melioratio.
2 Per actum fictum transfertur vera poſſeßio.
3 Per conſtitutum transfertur poſſeßio quotæ bonorum in vniuerſo pro indiuiſo. etiam bonorum futurorum. num. 4.
5 Poſſeßio bonorum futurorum non poteſt tradi per actum verum.
6 Melioratio fit irreuocabilis ex poſſeßione tradita per actum fictum.
7 Melioratio an poßit fieri irreuocabilis quo ad futura per poſſeſsionem traditam per actum verum. (non in alijs.
8 Poſſeßio per actum verum ſolum acquiritur in rebus, quæ verè traduntur,
9 Fictio quando præualeat veritati.
10 Lex eſt extendenda, etiam vt corrigat, quando aliàs eſſet fruſtratoria.
11 Conſtitutum non poteſt interuerti ante acquiſitionem futurorum.
12 Conſtitutũ nõ poteſt interuerti in donatione cõditionali pendente cõditione.
13 Ciuilis poſſeßio ex conſtituto transfertur.
14 Poſſeßio, quæ acquiritur ſine actu corporeo transfertur per conſtitutum, ite & nuda detentatio.
15 Traditio in iuribus in corporalibus, an fiat per conſtitutum, an per ceßionẽ.
16 Reditus redimibiles inter immobilia computantur.
17 Donatio non habet à iure inductam ceßionem, niſi à donante fiat, contra gloſ. & alios.
18 Remißio vſus fructus aduentitiorum filij non requirit traditionem.
19 Remißio tacita vſus fructus aduentitiorum eſt reuocabilis, etiam pro fructibus præteritis. num. 20. (denda eſt.
21 Poſſeßio ex qua cauſatur irreuocabilitas donationis ab ipſo donante tra-
22 Sufficiet tamen licentia apræhendendi poßeßionem, ſed interim nõ impediretur reuocatio.
23 Sufficiet etiam filium eſſe in poſſeßione tempore donationis.
24 Poſſeßio, ex qua cauſatur irreuocabilitas meliorationis, ipſi donatario tradenda eſt.

Conſtitu-

25 *Conſtitutum non operatur in abſentia ante acceptationem.*
26 *Acceptatio tabellionis non præſtat effectum conſtituto.*
27 *Donatio vtrū valeat inter abſentes, & an poſsit ante acceptationē reuocari.*
28 *Expenditur text. in. l. 2. tit. 16. lib. 5. circa valorē donationis inter abſentes.*
29 *Vtrum tempore acceptationis ſit neceſſum, quod donator viuat.*
30 *Donatio an poſsit acceptari per hæredes donatarij mortui.*
31 *Tabellio poteſt acceptare donationē pro abſente, non tamē id neceſſum eſt.*
32 *Præſens præſumitur acceptare.*
Acceptatio tacita eandem vim habet quam expreſſa.
33 *In melioratione facta titulo oneroſo ſufficit acceptatio paciſcentium.*
34 *Acceptatio primi donatarij ſufficit pro ſequentibus vocatis, vt eis inuitis donatio non poſsit reuocari.*
35 *In vocationibus perpetuis ſingulæ perſonæ conſtituūt diuerſam donationē.*
36 *L. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo, expenditur.*
37 *L. quoties. C. de donationibus, quæ ſub modo. non requirit. expreſſum titulum donationis.*
38 *L. 3. ff. de ſeruis expor. & l. fin. C. ſi mancipi ita fue. alie. corriguntur ex. l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo.*
39 *Donatio irreuocabilis non poteſt reuocari quoad tertios vocatos.*
40 *Melioratio donatio eſt.*
41 *Donatio reuocabilis reuocatur, etiam quoad tertios vocatos.*
42 *Melioratio fit irreuocabilis per traditionem factam procuratori, & quid ſi malignetur procurator. num. 43.*
44 *Poſſeſsio an poſsit tradi infanti, vel an requiratur tutor.*
45 *L. donatarum. C. de acqui. poſſeſ. explicatur.*
46 *Melioratio teſtamēto relicta an fiat ex traditione irreuocabilis, q. ſic. n. 51.*
47 *Legatum an fiat irreuocabile per traditionem in vita factam.*
48 *L. cum quis decedens. §. 1. de leg. 3. explicatur.*
49 *Traditio in dubio ad cauſam præcedentem referenda eſt.*
50 *L. Lutius Titius teſtamento. de lega. 2. explicatur.*
52 *Melioratio data per donationē cauſa mortis, an fiat ex traditione irreuocabilis.*

SAluo ſi hecha la dicha mejoria por contrato entre biuos, ouiere entregado la poſſeſsion de la coſa, y coſas en el dicho tercio contenidas á la perſona, aquien la fiziere, o aquē ſu poder ouiere. Hic incipit tex. exponere aliquas limitationes ad præcedentem regulã, in quibus donatio, ſeu melioratio tertij fit irreuocabilis. Prima eſt, quando fuit tradita poſſeſsio rerum in tertio contentarum. In quo text. videtur requirere quinque. Primo, quod tradatur poſ-

feſsio. Secundò, quòd tradatur ab ipſo donante. Tertiò, quòd tradatur ipſimet donatario. Quartò, quòd poſsit tradi procuratori ſuo. Quintò, quòd poſſeſsio tradatur ex donatione inter viuos. De quibus erunt aliqua videnda.

Quoad primùm, deciſio tex. facilis eſt quoad bona præſentia. Cùm earũ rerũ, quas poſsidemus, de facili poſsimus in aliũ transferre poſſeſsionem: non ſolum per actum verũ, ſed etiam

2 per fictũ, *ex quo vera trãsferturpoſſeſsio. l. quædã mulier. ff. de rei vend. l. certe. §. ſi procurator. ibi. *Propriè habere dicor*. ff. de præca. not. Bar. nu. fi. in. l. ab emptione. ff. de pactis. & in. l. ſi is qui pro emptore. nu. 58. ff. de vſucap. & eſt communis opinio ſecundũ Iaſ. ibi n. 395. Quod eſt verũ non ſolum in melioratione ſeu donatione rei certæ, vel etiam tertij aſsignata in aliqua re particulari, iuxta. l. 3. infra: Sed etiam in melioratione tertij ſimpliciter, prout eſt quota bonorũ. Cũ poſsit de facili fieri diuiſio in bonis præſentibus, iuxta formã tex. in. l. 4. infra. & ea quæ ibi

3 dicemus. & ea [illegible] iterum tradi poſſeſsio verè. * vel etiã ficte, puta per conſtitutum, etiam ante factam diuiſionẽ in vniuerſo pro indiuiſo, ſecundũ Bart. nu. 15. in. l. Celſus. ff. de vſucap. cuius opinio communis eſt, ſecundũ Alex. nu. 7. Socin. nu. 5. Iaſ. nu. 16. in. l. 3. §. incertã ff de acqui. poſſ. Tiraq. de conſti. 2. p. ampli. 31. Pariſ. conſ. 59. nu. 10. lib. 1. Alci. in. l. quod meo. nu. 19 de acq. poſſ. Tello nu. 20. & Mati. nu. 12. hîc, qui alios referũt. Quamuis contrariũ voluerint Dec. conſ. 226. nu. 3. Gratus conſ. 94. nu. 9. lib. 1. & Ferretus in. d. §. incertã. nu. 9. propter incertitudinem, de qua in. d. §. incertã. Quæ tamen non obſtat, cũ in bonis præſentibus detur certitudo ſaltim generalis, quæ ſufficit. l. qui iure militari. vbi Bal. & Ange. ff. de mili. teſtam. Et idem erit in alijs modis fictis, quos enumerat Ciſuen. hîc num. 2. & Caſtillo ex num. 51. & latius Gome. in. l. 45 Taur. nu. 45. Quales ſunt conſtitutũ. d. l. quod meo. l. 9. tit. 30. p. 3. Traditio inſtrumenti. de quo agemus in gloſ. ſeq. Retentio vſusfructꝰ. l. quiſquis. C. de dona. d. l. 9 Solutio pẽſionis. c. cũ veniſſent de reſt. ſpoli. Traditio clauiũ. l. clauibꝰ. de cõtra. emp. Et alios modos enumerat Fabe. in. §. inter dũ. de rerũ diui. & dd. in. l. 3. in prin. ff. de acq. poſ.

Cæterũ cũ melioratio tertij, prout eſt quota bonorũ referatur etiã ad bona futura, in quibꝰ ſit ſua pars tradẽda meliorato, nõ obſtãte, ꝙ receperit quoad bona præſentia, cũ melioratio ſit regulãda ſecundũ bona relicta tẽpore mortis, ex. l. 7. infra. vbi di-

cemus:.

4 cemus:* videtur ꝙ quãuis per actũ fictũ, puta cõſtituti, transfe
ratur etiã poſſeſsio futurorũ, & ſic pro eis cauſetur melioratio
nis irreuocabilitas, de qua in text. ſecundũ Bar. conſ. 76. in Dei
nomine. n. 3. & Bal. in. l. ſi quis argentũ. §. ſed & ſi quis. verſi. fa
cit ſi aliquis. C. de dona. Sal. in. l. fi. C. quę res pign. per tx. ibi, vbi.
in obligatione generali veniũt futura. Angel. in. l. 1. ff. de pign.
Imol. & Rom. in. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. de verborũ. Vbi
Imol. pro hoc allegat tex. in. l. quãuis. ff. de pręca. vbi conſtitutũ
extẽditur ad partũ, & ſic ad futura. Alex. in d. §. incertã. n. 7. vbi
Socin. nu. 5. & Iaſ. n. 16. dicũt hanc eſſe cõmunem opinionẽ, &
Alex. cõſ. 85. nu. 8. lib. 6. idẽ teſtatur Ant. de Fano. de pign. 2. p.
2. mẽbro. nu. 3. Tiraq. de cõſti. 2. p. amplia. 32. nu. 1. & ſeq. Go-
5 mez. nu. 12. Tello. nu. 21. & Mati. nu. 16. hîc.* Per actũ tamen
verũ non poteſt tradi poſſeſsio futurorum. Obſtat enim omni
moda incertitudo, de qua in. d. §. incertã. Et ꝙ earũ rerũ quas
nũc nõ poſsidemus, nõ poſſumus poſſeſsionẽ transferre. l. nemo
plus iuris. de reg. iur. c. nemo poteſt plꝰ. eo. tit. in. 6. l. ſi filiꝰ. C. de
dona. l. traditio. de acqui. rerũ dñio. Nemo enim dat quod non
habet. l. obſeruare. verſi. eſt enim. ff. de officio. proconſu. Quę dif
ficultates quãuis videantur etiã cõcurrere in cõſtituto, ſeu alijs
modis fictis: ſupra citati ſatisfaciunt, ꝙ cum vis cõſtituti quoad
futura, tunc demũ operetur, quando conſtituens acquirit: eo tẽ-
pore iã ceſſat incertitudo, & difficultas trãſlationis, vt ipſi pro
bant. Et Alci. in. l. fi. C. de pactis. in gl. verb. neq; donationes. col.
6 2. verſic. neque per huiuſmodi clauſulam.* Et hanc opinionem
quòd per conſtitutum, & ſic per actum fictum fiat irreuocabi-
lis melioratio in terminis huius tex. tenuerunt omnes hîc. Ci-
fuent. nu. 1. verſi. Quinto limi. Lupus nu. 15. Caſtillo num. 41.
Gomez. n. 15. Tello nu. 17. Mati. nu. 1. Moli. lib. 4. primog. c. 2.
nu. 4. Quemadmodûm de iure communi ſufficiebat ad hoc, vt
donatio cõfirmaretur morte. vt diximus in gl. 1. ſupra. n. 7. in fi.
7 Moli. vbi ſupr. (Cui durum videtur legẽ de traditione poſſeſ
ſionis tractantem excludere actus veros, & admittere fictos,
cum non debeat plus operari fictio quam veritas. l. filio quem
pater. ff. de libe. & poſth.) intellexit ad cauſandã irreuocabilita
tẽ, etiã pro bonis præſentibus, ſufficere traditionẽ verã vniꝰ rei,
cũ declaratione, ꝙ intẽdit cauſare irreuocabilitatẽ in omnibus in
ertio cõtentis, aut continẽdis. Quaſi ea ſit neceſſaria mẽs legis.
Ne aliàs quoad futura imꝑfecta redatur. Cũ nõ tã reſpe: erit

ad tranſlationē poſſeſsionis, quam ad meliorationis irreuocabilitatem. Quæ cum ex animo & voluntate donantis ſit colligēda, ita deꝗ rchēditur ex traditione vni⁹ rei, ſicut omniū, quā do codē animo facta eſt. Pro quo adducit. l. reſtituta. ff. ad Treb. ibi. *vel totas, vel aliquā earū hac mēte, vt vellet reſtituere.* vbi ad trāſlationē iuris fideicōmiſsi, ſufficit vnius rei hæreditariꝰ reſtitutio hac mēte facta, vt omnes intelligantur reſtitutæ. prout not. Bar. ibi. nu. 1. & in. l. 3. in prin. de acqui. poſſeſ. nu. 4. quem ſequūtur omnes ibi, ſecundū Alexan. nu. 22. & Iaſ. nu. 31. Pro quo etiā facit litera huius tex. ibi. *De la coſa, o coſas.* vbi alternatiuè loquitur ſignificans ſufficere vnius rei traditionem. Eandem opinionem tenuit Gomez. hìc numero. 14. & in. l. 23. Tauri. in fine. & ſequitur etiam Matien. hìc ex num. 4. pluribus medijs comprobans.

Verius tamen videtur in hoc caſu donationis quotæ, quo ad bona præſentia requiri omnium traditionē, veram vel fictam, & quoad futura ſolum poſſe cauſari irreuocabilitatē per actum fictū traditionis, non autē per verū. Vis & fundamentum quæſtionis ab eo articulo pendet, vtrū pro cauſanda irreuocabilitate ſit omnino neceſſaria poſſeſsionis trāſlatio, an vero ſufficiat voluntas, animus, ſeu declaratio, ꝙ donator velit donationē eſſe irreuocabilē. Moli. ſupponit ſufficere voluntatē. Quæ opinio ſi vera eſt, erit etiā cōcedēdū, citra alicui⁹ rei traditionē, ſufficere eā volūtatē, ſeu declarationē. Prout ipſemet ſupponit, & defenditibidē ex. n. 40. aſſerēs ex ſolo pacto de nō reuocādo fieri irreuocabilē. Ea tamē opinio vera nō eſt, vt latius explicabimus infra gl. 8. & ex ea redderetur fruſtratoria deciſio legis, quæ pro forma requirit poſſeſsionis trāſlationē. Quod requiſitū per exceptionem adiectum, omnino denotat ex eius defectu regulam in contrarium. l. nam quod liquide. §. fin. de penu. legat. Cùm igitur tranſlatio poſſeſsionis requiratur, ſequitur quod ea non tranſlata non poteſt ſequi irreuocabilitas, quæ ab ea pen-
2 det.* Sed poſſeſsio per actum verum ſolum poteſt tradi earum rerum, quæ verè traduntur, non autem aliarum. gloſſa. verbo: per vnum. in. l. 1. §. veteres. & in. l. 3. verbo. quamlibet. & in. l. prædia. ff. de acquirenda poſſeſsione. Apræhenſio enim vnius rei ex pluribus non transfert poſſeſsionem earum rerum, quæ verè non apprehenduntur, vt notarunt Bart. n. 4. Alexand. num. 21. Iaſ. nu. 30. in. d. l. 3. Mieres.

1.par.primog.q.34. & agnoſcit eſſe cõmunẽ opinionẽ Moli. vbi ſupr.nu.23.Ergo nõ ſolũ pro pręſentib9,ſed multo magis pro bonis futuris nõ ſufficit vera traditio alicui9 ex præſẽtib9.

Non obſtat.d.l.reſtituta,quia loquitur in trãſlatione iuris fideicõmiſsi, in quo ſufficit traditio vnius rei hæreditariæ,cũ voluntate trãsferendi omnẽ ius hæreditariũ.Nõ ſic in trãsferenda poſſeſsione,quæ ſolũ trãsfertur quoad ea,quæ tradita ſunt, vt fatetur idẽ Moli.& intellexerũt ijdẽ ipſi,quos allegat.Cũ autẽ in noſtro caſu requiratur tranſlatio poſſeſsionis, nec ſufficiat voluntas faciendi actum irreuocabilem,niſi fiat modo & ordine,quo à lege diſpoſitũ eſt: intentio non ſupplet defectum rei non traditæ,vt facit.in.d.l.reſtituta.Non obſtat tex.ibi.*de la coſa,o coſas*,quia hodie emendatus eſt, & loquitur per coniunctiuan,*de la coſa,y coſas*.Quaſi conditiores ſenſerint difficultatem, de qua agimus, quæ ex antiqua litera oriebatur,& eius tollendæ cauſa expreſſerint omnium rerum tradendã poſſeſsionem. Et ſic non debet reſolui in alternatiuã,prout Moli. vult.Quia poſt emendatam literam iam id facere fas non eſt. Vnde ſi nõ ſufficit traditio vnius rei pro bonis præſentibus in tertio cõtẽtis:à fortiori non debet ſufficere pro futuris,quarum eſt dificilior

9 ditio.*Non obſtat, ꝙ non debet plus operari fictio quàm veritas. Quia illud eſt,quando fictio & veritas tẽdunt ad eundẽ finẽ,vt in.d.l.filio quẽ pater,vbi not.omnes.Aliàs nõ eſt nouũ fictionẽ in caſu ficto præferri veritati.l.ſi quis poſthumos. §.ſi filiũ. verſ.diuerſum.ff.de libe.& poſth.& pateat in.l.retro &.l.in omnibus.& toto titulo.ff.de captiuis.vt explicat Bar.in l.1. §. hoc aut Senatus cõſultũ.ff.ad Sylla. & not.gl.ver.imagine.in.d.l.filio quẽ pater. & ibi omnes. Vnde cũ tractemus de traditione rerum, quas quis in veritate nondum habet nilmirum ſi vtamur modò ficto, cum non poſsimus vero & hæc opinio videtur præciſſa.

Poteſt tñ dici, ꝙ quãuis pro bonis præſentibus ſit verũ non ſufficere traditionẽ vnius rei,quæ nõ ęquiualeat quota ad cauſandã irreuocabilitatẽ pro omnib9, niſi oẽs etiã quæ in quota poſſunt cõtineri vere,vel ficte tradãtur,prout oſtẽdũt manifeſte verba legis,*de la coſa,y coſas*.etiã ſecũdũ literã antiquã,intelligẽdo alternatiuã vnius rei,quãdo ea eſſet aſsignata,vel ęquiualeret tertio,ſecũdũ bona præſentia:quidquid in cõtrariũ arguãt Moli.&Mati.legẽ tñ nõ meminiſſe bonorũ futurorũ.nec

de eis aliquid tractaſſe, vt patet ex cõtextu. ac ꝑinde in eis nõ eſſe neceſſariã traditionẽ, quę nec poteſt interuenire, nec fuit à lege requiſita. Non tamen ex eo bona futura eſſe reducenda ad regulam, nec compręhendi ſub exceptione. Sed cõpręhendantur quidem, non virtute traditionis præcedentis, quæ ad ea bona non potuit extendi. Sed eſſe de illis iudicandum, prout ſolet iudicari de augmento & acceſſorio, quod ſequitur naturam ſui principalis, vt ſortiatur eius leges & conditiones. c. acceſſoriũ de reg. iu. in. 6. l. hęres meus. §. fi. de leg. 3. l. cũ aurũ. in fi. l. & ſi nõ ſunt. §. perueniamus. de auro & arg. lega. Et multoties virtute principalis diſponimus in acceſſorio, quod aliàs de perſe in eo non diſponeremus. l. quoties. C. de iudi. glo. pen. verſi. ſed quid dicemus. in. c. 1. de cleri. non reſid. in. 6. Eo maximè, quia augmentũ quotæ nõ eſt ſemper neceſſariũ, cũ & poſſit diminui, ſi bona decreuerint, vt in. d. l. 7. infra. quantuncũq; præceſſerit melioratio tradita, & irreuocabilis, vt ibi dicemus. Et tolerabile eſt, vt melioratio, quæ nõ obſtãte traditione poſſeſsionis poteſt diminui, ex eadẽ ratione poſſit etiã irreuocabiliter augeri citra traditionẽ poſſeſsionis augmenti. Si enim diminutio minuit, iuſtũ eſt, vt & augmentũ augeat. l. & ſi contra. ff. de vulga. vt ſecundũ naturam commoda ſequantur, quẽ ſequũtur incõmoda. l. ſecundũ naturam. de reg. iu. c. qui ſentit. eo. tit. lib.
10 6.*Maximè cũ ſit verũ legẽ eſſe extendẽdam & ampliandam, etiã vt ſuppleat & corrigat, quando aliàs eſſet fruſtratoria, & nõ poſſet ſortiri effectũ, ſecundũ Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 26. C. de ſacro. eccle. poſt Anania & alioꝝ quos ibi refert gl. in Clem. 1. verb. ſepelitur. in fi. de ſepul. & gl. in. c. quãquã. in fi. de vſuris in. 6. Etiã in correctorijs, ſecũdũ Felin. in. c. ti. ã ſlata. circa finẽ. de cõſti. Franc. in. c. 1. de tẽporibus. ordi. 18. Fal. poſt Bart. nu. 8. in. l. non dubium. C. de legibus, & in. l. omnes populi. nu. 60. de iuſtitia & iur. per tx. in. l. ſi ita ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbo. & in. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. de arbi. l. ad rẽ. l. ad legatum. de procura. Et etiã in pœnalibus. c. ſi ciuitas. vbi Dominic. de ſent. excõmuni. in. 6. not. Iaſ. in. l. talis ſcriptura. de leg. 1. & Dec. in. l. factũ ſuũ. §. fi. lim. 3. de reg. iur.

11 Tello ex nu. 21. contendit, ꝙ tunc demum conſtitutũ ratione futurorũ operabitur irreuocabilitatem meliorationis tertij, ſi pater ante acquiſitionẽ futurorũ interuertat conſtitutũ, declarando vel proteſtando ſe velle acquirire ſibi, nõ filio. Nam

cum

cum conſtitutum operetur tantũ à tempore, quo pater ſibi acquirit: nec poſsit ante, propter defectũ poſſeſsionis in cõſtituẽte, vt ſupra dictũ eſt: exiſtimat, ꝙ cũ ex noſtro tx. donatio ſit reuocabilis ante traditam poſſeſsionem, & ex cõſtituto nõ transferatur poſſeſsio futurorũ ante quã acquirãtur conſtituẽti: ꝙ interim poterit reuocari donatio reſpectu futurorũ. Quod autem conſtitutum pro futuris ante acquiſitionẽ poſsit interuerti, tenuit Bal. in Rub. C. de contra. emp. nu. 22. & in. l. actione. §. renuntiare. per tex. ibi. verſi. ſed ſi quid poſt. ff. pro ſocio. quẽ ſequũtur Rom. Are. & Claud. in. d. §. incertã. Cum. nu. 7. & Alc. nu. 17. in. l. quod meo. de acq. poſſ. & hãc tanquam magis communem ſequitur Tello hîc. Eſt tamẽ contraria verior, & non minus recepta, vt conſtitutũ non poſsit interuerti. Quã tenuit Salic. in. d. l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio. & in. l. 2. n. 2. C. de cõtra. emp. Barb. in. c. fi. de precario. nu. 6. Ant. Cocus inter conſilia Socin. conſi. 77. nu. 7. volu. 4. Alex. nu. 8. & Ferre. col. 4. in d. §. incertã. Tiraq. de conſti. 2. p. ampli. 32. n. 13. Etenim, quãuis conſtituens poſsit ſibi non acquirere. l. qui autẽ. de ijs quæ in frau. credi. & ſic præiudicare ei, cuius ſe nomine conſtituit poſsidere: ſibi tamẽ acquirere, ſine eo ꝙ operetur conſtitutum, non poteſt. obſtat enim ſua obligatio. l. ſicut initio. C. de actio. & oblig. Et licet de iuris aliquo rigore poſſet videri proteſtatione cõſtituẽtis valere, tãquã in fraudẽ obligationis facta, eſſet reuocãda. argu. l. in. frudẽ. ff. de ijs quæ in frau. cred. Vel ſine dubio ad intereſſe teneretur, argumento emptoris, qui rem venditam alteri vendidit, & tradidit. l. quoties. C. de rei vend. iuncta l. qui tibi. C. de hæred. vel actio. vend. l. 50. tit. 5. p. 5.

Non obſtat tex. in. d. verſi. ſed ſi quid poſt, loquitur enim in ſocietate, à qua liberũ fuit recedere. Imò & pro nobis facit, quia ex eo permittitur à ſocietate recedere, quia abfuit dolus, quaſi aliàs nõ permitteretur. Qui dolus in interuertẽte cõſtitum reperitur manifeſtus. Tex. etiã in. l. fi. C. de acq. poſſ. qui in contrariũ aducitur, nihil facit. Quia ibi nec ſibi nec alij quæritur. Et hoc iã ſupra cõceſsimus. Si tñ ſibi acquirat, negamus proteſtatione poſſe fieri, qui in cõſtitutũ operetur. Neq; enim pœnitere potuit eius, qd à principio libere cõceſsit. d. l. ſicut initio. l. in cõmodato. §. ſicut. ff. cõmodati. Secũdũ qd, melioratio ex cõſtituto effecta irreuocabilis etiã ꝓ futuris interuertẽdi, et ã aut reuocãdi cõſtitutũ viã precludit: aliàs ſi id liceret, nihil eſſet effectũ.

Et ſi obijcias iſtud videri verum inter extraneos, inter quos datur obligatio efficax. Non vero inter parentes & filios, inter quos, cũ non detur obligatio irreuocabilis in donatione ſine traditione, vt in noſtro tex. cum ex cõſtituto, quoad futura nõ ſit translata poſſeſsio ante acquiſitionem: & interim non oriatur alius effectus, quam ſtandi promiſsis: videtur ea ratione poſſe reuocari donationem. Quemadmodum ſi pater donaſſet filio & promiſiſſe tradere: nõ obſtãte promiſsione, nõ impediretur reuocare donationẽ, quæ ante traditionem non eſt effecta irreuocabilis. Adhuc inter patrem & filium idem ius conſtituendũ eſt, vt conſtitutum non poſsit interuerti, aut donatio quo ad futura reuocari. Neq; enim debet conſtitutũ ſcindi, vt quod legis virtute: & conſtituentis intentione ad tranſlationem poſſeſsionis pro præſentibus & futuris eſt efficax, poſſet à patre quo ad futura interuerti, quod nõ poſſet pro præſentibus reuocari. Quod cũ in donatione facta à matre, aut filio emancipato (cũ quib9 ſolet eſſe efficax, obligatio. §. itẽ inutilis. inſti. de inutili.) ſit planius, vt conſtitutũ non poſsit interuerti, ex dicta veriore opinione: idẽ in filio etiã in poteſtate concedẽdum eſt, vt ex conſtituto oriatur irreuocabilis obligatio patris nõ interuertẽdi ꝓ futuris. ex deciſione huius legis. Quę cũ ſit ęqualis quoad merũ valorẽ donationis in vita, cũ donatione facta à matre, vel filio emãcipato, correcto impedimẽto patrię poteſtatis, vt diximus ſupra gl. 1. nu. 31. & ſeq. debet etiã eſſe ęqualis, quãtũ ad irreuocabilitatẽ ex traditione, aut cõſtituto. Aliâs ſi patria poteſtas nõ eſſet in hoc correcta & pro futuris pręſtaret occaſionẽ interuertẽdi, fruſtra lex extẽdiſſet meliorationẽ ad bona futura, & ꝓ eius irreuocabilitate requireret traditionẽ, ſi nõ fomẽtaſſet modos, quib9 ea poſſeſsio tradi poſſet. cũ lex ſit extendẽda, etiã vt corrigat, quãdo aliâs eius deciſio eſſet fruſtratoria, vt ſupra dicebam9. Diuerſum eſſet in donatione ſine aliqua traditione vera vel ficta, cum ſola promiſsione de tradẽdo. Neq; enim ex ea fieret irreuocabilis, etiam in facta â matrę, aut filio emancipato: nec pater teneretur tradere, cum poſſet interim reuocare. Sicut enim promiſsio de vendendo nõ eſt venditio. l. in bonæ fidei. verb. ſi tamen certo loco. ff. de eo qđ certo loco. vbi not. Pau. & Iaſ. nu. 5. Ange. in l. 1. C. de pactis pigno. & Dec. in l. cũ fundus. §. ſeruũ tuũ imprudens. nu. 4. ff. ſi cert. pet. ita promiſſio de tradendo non inducit traditionem, vt not. Rom. conſ. 86.

Viſo.

Viſo.col.2.vbi loquitur in promiſsione de cedendo, quòd non inducit ceſsionem. Conſtitutum autem traditionẽ inducit etiã in futuris, cum in eo exequatur diſpoſitio huius legis irreuocabilitatẽ inducentis. Prout videmus etiam in traditione ſcripturæ donationis, quæ inducit eandem irreuocabilitatem, vt dicemus glo.ſeq. Et hoc caſu idem Tello. nu.66.& alij agnoſcunt, etiam reſpectu futurorum non poſſe reuocari donationẽ. Et tñ iſte etiã eſt modus fictus tradendæ poſſeſsionis, & in eo quoad futura, cõcurrit eadẽ difficultas, quę in cõſtituto. Et hãc opinionẽ, ꝙ cõſtitutũ ꝓ futuris operetur irreuocabilitatẽ donationis tenuit Gome.hîc.n.22.& Mati.n.16.& Moli.lib.4.c.2.nu.31.

12 Et idem erit in donatione conditionali cũ clauſula conſtituti. Nam licet conſtitutum pendente conditione non operetur translationẽ poſſeſsionis, etiã in bonis præſentibus.l.4.ff.de in diem.adiectio.ibi. *vbi autem conditionalis*.l.2.§.ſi ſub cõditione.ff. pro emptore. tradunt Ange.conſ.373.in princ. & nu.5.verſi. reſtat. Alex.conſ.153.nu.5.volu.6.Dec.cõſ.247.Gratus. cõſ. 69.nu.10.volu.1.& conſ.75.& conſ.fin.nu.5.&.6.volu.2. Gozadi.conſ.14.n.15.& conſ.28.n.36.&.37.Mantua.cõſ.256. nu.21. Cum conſtitutum non operetur effectum, niſi præcedat cauſa habilis.gl.1.in.l.quod meo.ff.de acqui.poſſeſ.vbi not.omnes. Pendente tamen conditione mutari voluntas nõ poterit, quin ea adueniente cõſtitutum operetur ex. d.l. ſicut initio.C. de actio.& obliga. & rationibus ſupra adductis. prout probat Claudius in.l.3.§.incertã.in fin.de acqui. poſſeſ.& Tiraq.vbi ſupra.amplia.17.nu.3.& in propoſito ſequitur Mati. hîc.nu. 28.&.29. Quidquid in cõtrarium arguat Tello hîc. ex nu. 25. Et idem erit in alijs modis fictis, ex eadem ratione. Quamuis in traditione reali conditio cõtractus non impediat tranſlationem poſſeſsionis.l.qui abſenti.§.1.ff.de acqui.poſſeſ. Cũ etiã ex contractu nullo transferatur.l.1.§.ſi vxor.vir.ff.eod. Quãuis deffectus conditionis reſoluat.vt ibi.

Quando autem conſtitutum confertur poſt mortem nullius momenti eſt, vt ex alijs reſoluit Iaſ.nu.17.in.l.quoties.C.de rei vend.Dec.nu.12.in.l.cõtractus.de regu.iuris. Gomez.in.l.45. Tauri.nu.89.& eſt communis opinio, ſecũdum Tiraq.de conſti.2.par.amplia.17.nu.9.&.3.par.limi.2.in prin.& nu.11.& Claud.nu.2.in.l.quãuis, §.ſi cõductor.de acqui.poſſeſ. Niſi conſtitutũ de præſenti fieret, executione collata poſt mortem tunc

 operaretur

operaretur ſtatim irreuocabilitatē, vt ex Oldra. cōſ. 114. & Dec. conſ. 247. reſoluit Tello hîc. n. 40. poſt Tiraq. vbi ſup. nu. 18.

13 Quæ omnia ſimiliter procedunt, etiam ſi pater haberet ſolam ciuilem poſſeſsionem rei, de qua facit donationem filio. Fieret enim ex conſtituto, irreuocabilis, cum ex eo transferatur, ſecundū Bar. in. l. quod meo. nu. 3. de acqui. poſſeſ. cōmuniter receptū, ſecundum Claud. ibi. nu. 7. idem Bart. in. l. interdum. §. qui in alienam. ff. eo. communiter receptus, ſecundum Alexand. & Aretin. ibi, & Tiraquel. de conſti. amplia. 12. Et hæc ciuilis poſſeſsio operatur varios effectus, quorum triginta ſeptem ponit Caſtillo hîc. ex nu. 67.

14 Procedunt etiam ſuperiora, etiā ſi pater haberet poſſeſsionē acquiſitā ſine actu corporeo legis priuilegio, ex regia donatione. l. raptores. C. de Epiſ. & cler. Ea enim per conſtitutū trāsfertur, ſecundum Tiraq. de conſti. limi. 2. & Tello hîc, num. 43. & ſequentib. quidquid dicat Bald. num. 13. in Rubr. de cauſa poſſeſ. & proprie. & alij quos reprehendunt Tiraq. & Tello. Idem ſi haberet nudam detentationē: cum detinēs ex iuſta cauſa habeat omnes effectus veri poſſeſſoris. l. Aquilius. ff. de dona. Gomez. in. l. 45. Tauri. nu. 12. Pinc. in. l. 2. de bonis mater. 3. part. num. 40. ad finem. Covar. libr. 2. Variar. c. 9. nu. 8. Licet contrarium in propoſito huius tex. tenuerit Peral. in. l. vnum ex familia. in principio. num. 22. de legat. 2. ſtricte accipiēs verbum poſſeſsionis, quem reprehendit Mieres. 1. par. primoge. quæſtio. 35.

15 Si autem pater nullam haberet poſſeſsionem, ſed dominium tantum, vel ius ad rem, vel haberet quaſi poſſeſsionem, vt in iuribus incorporalibus, ad cauſandā irreuocabilitatem donationis neceſſaria erit ceſsio, quæ in incorporalibus traditio eſt. l. fin. C. quando fiſcus vel priua. glo. verb. portionibus. in. l. fin. ff. de dona. tradit Ange. nu. 4. & Corn. num. 1. in. l. 1. C. de actio. & obliga. Et ita non ſufficiet conſtitutum, vel præcarium, vel alius modus fictus. ſecundū Alc. in. l. fin. C. de pactis. in gl. verb. nec donationes, col. 2. in fine. per text. in. l. 3. ff. pro ſocio. iuncta lege præcedente. Vbi contractus ſocietatis omnium bonorum habet vim conſtituti, & ita communicantur ſociorum bona, vt in alterutrum tranſeat poſſeſsio: & tamen nomina debitorum in eodem ſtatu permanent, nec in ſocium tranſeunt ſine ceſsione. Ferre. in. l. 3. §. in certa. in fi. ff. de acq. poſſ. diſtin

guit

guit in hoc nomina debitorũ à reliquis iuribus incorporalibus, ſtrictè intelligens tex.in.d.l.3.ff.pro ſotio, vt ſolum procedat in nominibus debitorũ, in quibus loquitur. quẽ ſequitur Tello hîc. nu.56. Sed verius eſt, ad traditionem quaſi poſſeſsionis iuriũ in corporaliũ, ſine diſtinctione, ſufficere conſtitutũ. vt defendit Tiraq. de conſti. ampli.32.num.22.& ampli.34. Quod in noſtro propoſito admittendũ eſt. Tum, quia melioratio tertij, & quinti de ordinario conſtat ex bonis tam corporalibus, quã incorporalibus, & non debet genus traditionis ſcindi. Tum, quia etiã ſi conſtaret ex ſolis incorporalibus, conſtitutum vicem ceſsionis obtinet. Quod eſt regulare in omni verbo, quod apponitur in donatione iuriũ, quod actus perfectionẽ denotat, ſecundum Bal.nu.18.in.l.1.C.de actio.& oblig. Sali.nu.4.in.l.fi.C.quãdo fiſcus vel priua. Moline. ad Deci.conſ.251.lit.F. (aduerſus Deci. ibi.nu.3. qui volebat donationẽ iuriũ cũ conſtituto reuocari per ſecundam traditã. quaſi in prima ex conſtituto non eſſet translata poſſeſsio) idem tenet Tiraq. de conſtit.3.par.limit.1. nu.9.&.10.& Molin.lib.4.primog.c.2.ex num.33.

Nõ obſtat tx. in.d.l.3.ff.pro ſotio. quoniam facilis eſt reſpõſio, negando parem eſſe vim contractus ſocietatis, & conſtituti, quo ad translationem quaſi poſſeſsionis iurium. Cùm in illo text. non reperiatur vtrunq; æquiparatum: nec eſt vtriuſq; rei eadem ratio. Cùm maior & clarior voluntas transferendi poſſeſsionem iurium reperiatur in eo, qui ſe ea ratione conſtituit alieno nomine poſsidere: quàm in eo, qui ſimplicitèr contrahit ſocietatem, quem lex ſine clariori facto ſuo noluit priuare iuribus, ſua perſona affixis, ſaltìm quoad experiendum, & exigendum, contenta eo caſu, quòd exactum, ſeu alia quæuis inde cõmoditas eſſet communicanda, qui vedetur finis principalior, ſocietatis. Sed ſi vltra contractum ſocietatis, ſocij ſe inuicem conſtituiſſent poſſeſſores: poſſent etiam ad inuicem nomina debitorum exigere: quemadmodum & ſi ceſſiſſent. Cum ſuppoſita vtriuſque caſus eadem voluntate, idem ſit vtriq; caſui effectus tribuendus. Et licet Tello vbi ſupra indiſtinctè amplectatur opinionẽ Alci. quo ad nomina debitorũ, iura & actiones, quæ nõ ſunt in bonis donãtis: tẽpore donationis ex eo, ꝙ nullo modo poſsit quis transferre poſſeſsionem, vel quaſi earum rerum, quas ipſe nondum poſsidet: Verius eſt meliorationem quotæ eſſe in omnibus irreuocabilem, etiã quoad iura futura: ex ijſdẽ

rationibus,

rationibus, quibus ſupra idem defendimus alijs bonis futuris.

Quin & per traditionem ſcripturæ donationis, qui eſt ſecundus caſus huius legis, inducetur irreuocabilitas meliorationis,quę conſtaret ex iuribus incorporalibus, etiam futuris. vt dicemus in gloſſ. ſeq. Quod eſt notandum pro melioratio-
16 ne, quæ in reditibus redimibilibus conſtituta eſt. * Qui reditus licet ex ſaniori opinione inter immobilia cōputentur. Clementina exiui de paradiſo, verſic. cunq; annui reditus.de verbor.ſignific.cum latè traditis per Tiraquel.de vtraq; retract.1. part.glo.6.num.4.& Molin.lib.2.primoge.c.10.Tamen in iure percipiendi conſiſtunt, nec corporaliter poſſidentur. Et licet gloſ.1.verſic.eſt & ſextus,in.l.1. C. de actio. & obligat. generalius intelligat, quòd in donatione iurium ſemper tranſeat in donatarium vtilis actio ſine ceſsione,quæ ad hoc à iure inducitur.Quam ſequūtur ibi Faber. Salic. & Corn. & Angel. in.l.2.eod.tit.& dicit communem Guido in repet.eiuſdem.l.1. col. 7. per text. in.l.illam.C. de donat. Contrarium eſt verius,
17 vt requiratur ceſsio. * Quod tenuerunt ibi Bar.in.d.l.1.lect.1. num.5.&.2.lectura.num.15.poſt Azonem, Butri. & Cinum, ibi. Idem tenet Paulus,& Roman.in.l.fin.ff. de donat. Ferrara in forma libelli in cauſa vendi.§. ceſsit & mandauit.nu.4. Per tex.in.l.fin.in princ.ff.de donat. vbi Sthico liberto conceſſum eſt à domino omne,quod ipſe habebat in peculium,tam in nominibus quā in rebus:probat text.ex illa donatione non transferri actionem iurium ſine ceſsione. Et hanc opinionem tenet & defendit Tello hic.num.51.Et hanc potius probat text.ille, in.d.l. illam. C. de donat. quæ male in contrarium aducitur. Nam ibi ſolum diſponitur,quòd tranſmittantur actiones ceſſę, etiam ſi lis nō ſit conteſtata,vel reſcriptum impetratum,prout requirebatur in.d.l.1.C.de actio.& obligat.Quòd autem ceſsio non ſit neceſſaria,non dicit,imò contrarium,ibi. *Donationis titulo ceſsiones actionum accipientes.* & ibi. *Ad mouendas eaſdem ceſſat actiones.* & ibi. *Quæ ſuſceptis per donationem ceſsionibus.* Quibus verbis ſemper ſupponitur ceſsionem eſſet neceſſariam. Et ſic eam intellexerūt.glo.verb.portionibus,ibi. *Secus ſi fuiſſent ceſſæ.* in. d. l. fin.ff.de donat. & ibi Paul. num.3.Petrus de Bell. Odofr. Cinus,& Alberic.in.d.l. illam.idem Alber.in dict.l.1. C.de actio. & obligat. Quod ſane intelligimus iuxta ſuperiora, vt ſufficiat conſtitutum,ſeu aliud,quod vicem ceſsionis obtineat.

In patre

18 In patre autem donante,ſeu renuntiante in filium ius vſuſ-
fructus,quod habet in bonis aduentitijs ipſius, traditio neceſſa
ria nō eſt:ſed donatio ſtatim fit irreuocabilis.Ipſa enim renūtia
tio habet vim traditionis: cùm per eam vſusfructus conſolide-
tur cum proprietate.§.finitur.inſt.de vſufru.& ſic nihil eſt,qđ
poſsit amplius tradi , vt aduertit Tello hîc num. 63. ſequutus
Pau.in.l.cum oportet.§.fin autē res.C.de bonis quæ libe. Qui
diſtinguit duos caſus. Quia aut pater expreſſe donauit,' vel
remiſsit vſumfructum ſibi iam quæſitum,& donatio eſt irreuo
cabilis,vt dictum eſt. Et ita procedat gloſ.verb.in poteſtate.in
l.2.C.de inoffi.dona.& in.§.igitur.inſtit.per quas perſo. nobis
acqui.& in authentic. idem eſt.C. de bonis quæ liber.Quas ſe-
quitur Bal.in.d.§.ſin autē.nu.3.& in.d.l.2.nu.5.& Bar.in.l.fra
ter à fratre. nu.57.ff.de condi.indeb. cum quo tranſeunt magis
communiter DD.ſecundùm Iaſ.ibi nu.44. & Crotum nu.43.
& Dueñas regu.223.limi.3. Licet hoc non admittat Corne. in
d.§.ſin autem res. & Rimi.in.§.1.inſti. per quas perſ.num.95.
quorum fundamentis reſpondet Tello hîc num. 63. Maximè
ex noſtro text.qui donationem inter patrem & filium,facit ir-
reuocabilem per traditionem,quæ intelligitur adeſſe in dona-
19 tione,ſeu renunciatione expreſſa vſusfructus,vt dictū eſt.* Aut
vero pater non donauit vel remiſsit expreſſe vſumfructum ſi-
bi quæſitum:ſed paſſus eſt filium fructus colligere,& ſic nego-
tium durauit vſque ad mortem patris:tunc donatio quidē præ-
ſumitur,ſed reuocabilis vſque ad mortem.Et ita ſit intelligenda
gloſ.verbo.lucretur,in. d.§. ſin autem res. Quam ibi ſequuntur
Butri.Faber.Bart. Salic. & eſt magis communis opinio ſecun-
dùm Boerium deciſione.196.nu.5.Per text.in.d.§. ſin autem.
Cuius proprius caſus videtur eſſe de patre,qui non donauit ex-
preſſe, ſed tacitè permiſsit colligere fructus , vt deducitur ex
verbis.*Diuturna donatione.* Et ſic loquitur in remiſsione collecta
ex diuturna pacientia, quam ſolum facit irreuocabilē poſt mor
tem, ibi. *Nullam poſt obitum eius licentiam.* & ibi. *Poſt obitum patris
ipſe lucretur.*

20 Guterius de iuramen.confirm.cap.4.num.5.contendit,quòd
quamuis donatio iſta tacita vſusfructus collecta ex diuturna
pacientia patris ſit reuocabilis:id tamen intelligendum eſt pro
fructibus futuris à tempore reuocationis: non tamen peſsit re-
uocari pro præteritis iam collectis. Quia cum hæc quaſi dona-
tio

tio(inquit ipſe) & tacita remiſsio valuerit ſtatim ab initio: & ſit diuturna,ideſt, de die in diem, prout probatur in dict. §.ſin autem res:conſequens eſt,quòd pro diebus preteritis,quibus pater paſſus fuit filium vti frui,non poſsit reuocare:ſed tantũ pro tempore,quo non conſentit,hoc eſt,in futurũ, & hoc eſſe quod re vera probat & ſentit tex.in. d.§. ſin autem res.quem ſic dicit intellexiſſe Cin. & expreſsius Bar.& Salic. nu.5.in fi.& Paul. nu.4.quorum opinionem dicit communẽ Vitalis.tract.de colla. quæſt.8.primæ principalis.nu.14.& Boer.vbi ſupr.nu.3.&.5. & Gomez.in.l.48.Tauri.nu.9.&.10.& in.l.29.Tauri. nu.29. verſi.quod limita.& intellige.

Sed ijs non obſtantibus verius videtur cõtrarium, vt etiam pro fructibus præteritis donatio iſta præſumpta ſit reuocabilis vſque ad mortẽ. Etenim,quod donatio ſeu tacita illa remiſsio teneat à principio,communis opinio videtur in contrariũ. Quam tenet Bald.in authen.ex teſtamento.C.de colla.nu. 6.in medio.& rurſus nu.9.& Deci. ibi.nu.1. & Pari.conſ.130.nu. 13.lib.1.&ij omnes quos ſupra citaui.Et quãuis eorũ dicta poſſint pro vna & altera parte retorqueri : illud verum eſt, quod tradit gloſ. ibi. verbo. lucretur,textum , ſcilicet, non explicare an teneat remiſsio,vel diuturna donatio viuente patre:ineuitabiliter tamen probare donationem morte confirmari, interim autem reuocabilem eſſe.Ac proinde quoad effectum,de quo agimus,nihil in hoc intereſt,quòd donatio ſit à principio nulla,& poſsit morte confirmari:ſiue ſit valida,& poſsit vſque ad mortem reuocari. Vtraque enim qualitas eundem operatur effectum.l.non videtur.ff.de dona.cauſa mortis.l.omnes.§.1.de regul.iur.vt ſcilicet ante mortem patris filius nihil efficaciter lucretur.vt probat ille tex.& ſentit glo.

Quod vero donatio ſit diuturna,id eſt,de die in diem,& propterea non poſsit pro tempore præterito reuocari, quaſi ſingulis diebus donatio irreuocabiliter perficiatur:Quamuis Pau.ibi. & Gomez. vbi ſupra. ſic interpretentur , ego non vidi alias apud aliquem Latinum authorem ſimilem interpretationem. Nam quamuis adiectiuum , *Diurnus*, ſignificet rem ſingularũ dierum: *Diuturnus* verò diuerſum oſtendit, puta tractum longum. Cicero.de inuẽtione.*Patientia eſt perpeſsio diuturna, ac voluntaria rerum arduarum,ac difficilium honeſtatis,& vtilitatis cauſa.* Clarius apud eundem de ſenectute. *Nihil mihi diuturnum videtur* , in

quo

quo eſt aliquid extremum. Et de diuinatione. *Et quam diuturna iſta obſeruatio fugit, aut quam longum quo tempore obſeruari potuit?* Et patet manifeſtius apud I. C. in. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vendi. iuncta gl. 1. *Si quis,* inquit, *diuturno vſu, & pro id eſt, longa quaſi poſſeſsione.* Significat autem Impe. illis verbis tacitam illam donationem, de qua loquitur, colligi ex diuturna, id eſt, longa pacientia patris, quæ ſcilicet, vſque ad mortem durauit, per quam donatio perficitur, & fit irreuocabilis. Atque ita donatio vnica eſt totius vſusfructus, & per mortem in omnibus fit irreuocabilis, & per reuocationem in vita patri conceſſam in omnibus poteſt reuocari. Imò reuocatio conceſſa ex vi vocabuli potius dirigitur ad præterita, quæ ſunt iam in eſſe deducta, quàm ad futura, quæ nondum extiterunt. Argumen. l. Sed & ſi ſub cōditione. verſi. poſt defectum. ff. de iniuſto rupto. Et ita Impe. vtitur verbo futuri temporis. ibi. *Diuturna donatione in filium celebranda,* quo ſignificat donationem nō celebrari, aut perfici in aliquo ante mortem: Et tamē ſi ſingulis diebus perficeretur. Impe. vteretur verbo præteriti, aut præſentis, nec expectaret mortem pro præteritis. Aliàs ſequeretur, quòd cum donatio ſit reuocabilis vſque ad mortem, quod omnes fatentur, & ex tex. colligitur: ſi non poſſet pro præteritis reuocari, ſed ſingulis diebus perficeretur; reuocatio facta per patrem in extremis eſſet inutilis. Cum præterita eſſet filius lucratus per donationem ſingularum dierū, futura autē per mortē patris ſtatim ſequutā. Quod eſt cōtra mentē, & verba tx. cuius hic videtur verus ſenſus. Vtrū autē dicta donatio ſit in tertiū & quintum bonorum patris imputanda, dicetur, in l. 10. infra gloſ. 4. nu. 9.

21 Quoad ſecundā partē in principio, glo. propoſitā, videtur ex tex. colligi, ꝙ poſſeſsio ſit tradenda ab ipſo donante, vt noua voluntas tradentis operetur prioris voluntatis donandi confirmationem. Argumento inſinuationis, quæ per donantem fieri debet, nec à donatario, eo inuito, facta ve'et. l. fin. in princ. C. de

22 dona. ante. nup. tradit Tiraq. tract. de inſinuatio. q. 5. *Sufficiet autem licentia apræhendendi poſſeſsionem. l. ſi creditores. C. de pignor. vbi Bartolus. Eodem argumento inſinuationis, quæ per donatarium ex mandato & licentia donatoris fieri poteſt, vt late per Socinum conſilio. 18. incipien. In præſenti. verſi. & primo aſpectu. volu. 1. Licentia autem apræhendendi poſſeſſionē non operatur verā traditionē, ſecundū Lup. & Caſti. hîc.

&

& Peral.in.l.Titia cum teſtamento.§.Lucius nu.6. de legà. 2. Sed operatur,quod propria vel iudicis authoritate poſsit aprę hendi.Interim autem reuocatio nõ erit interdicta,ex hac lege.

23 * Sufficiet etiam filium eſſe in poſſeſsione rei donatę, vt quia ante donationem volũtate patris poſsidebat.Erit enim donatio irreuocabilis, etiamſi de nouo non tradatur .l. quædam mulier.in fin.ff.de rei vend.§.interdum.de rerum diui.not.Cifuẽ. hîc num.2.verſ.ſextus,& Caſtillo,nu.44.& Gomez in. l. 45. Tauri,num.69. Idem erit ſi filius poſt donationẽ voluntate patris res donatas ingreſſus poſſedit.l.2.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.2.C.de acquir.poſſeſſ.l.non idcirco. C. de contrah. empt. Niſi alio titulo,puta locationis,intrauerit.argu.l. male agitur. C.de præſcrip.trigin.vel quadrag.annorum. Vel niſi iure familiaritatis. l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſſeſſ. & not.Lupus in rubr.§.77. loquens in donatione facta vxori.

24 Quo ad tertiam partem gloſſæ in principio propoſitam, neceſſarium etiã eſt,vt poſſeſsio tradatur ipſi filio donatario , vel procuratori eius, ad hoc vt donatio fiat irreuocabilis. Quod probat text.illis verbis: *a la perſona aquien la fiziere*. Vnde ſi res donata nomine abſentis tradatur alicui,qui non ſit eius procurator, adhuc donatio reuocabilis erit,ante apræhenſionem donatarij. Sed nec cõſtitutum in abſentia quidquã proderit ad cauſandam hanc irreuocabilitatẽ:quin eo non obſtante, donatio poſsit reuocari ante ratificationẽ,& acceptationem abſentis.* Cõſtitutum enim in abſentia ante acceptationem non ope

25 ratur poſſeſsionis traditionem.l.quod meo.§.ſi furioſo.l. ſi ſeruus.§.1.l.quemadmodum.ff.de acquir.poſſeſ. not. Alexan. in d.l.quod meo. in prin.num.18.& conſil.153.num.3. volu.6. Deci.in.l. contractus.nu.15.de reg.iur.& conſil.226.num. 9. vbi Molin. plura cumulat.& iſta eſt recepta & communis opinio.vti conſtat ex longa allegatione Tiraq. de conſti.3.parte, limi.30.num.5.&.6.& Tello. hîc nu.30.& Mati. glo. 5. nu. 1. & Molin.lib.4.primog.c.2.num.64. Et id manifeſta ratione, cùm poſſeſsio ſine animo acquiri non poſsit.l.3.l.quemadmodum,de acquir. poſſeſ.qui in abſente & ignorante non reperitur.Et idem eſt in quouis alio modo ficto tradendæ poſſeſsionis, ex eadem ratione. Quod extendit Tello hîc num. 30. vt procedat,etiam ſi filius donatarius detineat rem, quam donãs ſe conſtituit eius nomine poſsidere: cùm adhuc ex conſtituto

in ab-

In abſentia non transferatur poſſeſsio. ex doctrina Curtij iunioris.conſ.120,nu.3.lib.2.ex eadem ratione,& deffectu animi acquirendi. Qui animus,quemadmodum requitur pro acquirenda poſſeſsione.d.l.3.d.l.quemadmodum: eodem modo requiritur pro mutanda detentatione in veram poſſeſsionẽ, vel promutanda cauſa poſſeſsionis.iuxta.l.non ſolum.§. quod vulgo.ff.de vſucap.Quod eſt clarum,cum negotium iſtud ex animo pendeat.& notat Gomez in.l.45.Tauri.nu.69.in fin.

26 Sed nec acceptatio tabellionis ſufficeret ad hoc,vt conſtitutum operetur translationem poſſeſsionis, & per conſequens efficiat irreuocabilem donationem factam filio abſenti, in terminis huius tex.Quamuis enim articulus dubitatiſsimus ſit,& in quo authores pro vna & altera parte ſępiſsimè conſuluerunt: illa eſt hodie magis communis opinio, vt quamuis acceptatio tabellionis ſufficiat pro valore donationis factæ abſenti,vt infra dicemus: non tamen operetur translationem poſſeſsionis,ex conſtituto in ea appoſito. Quod tenuit Paul. conſil. 195.col.3.verſi.Secundo videndum eſt.lib.2.cuius opinionem ſequuntur,& dicunt cõmunem,& frequentiorem plures, quos refert Tiraquel. vbi ſupra.num.10.Et hęc opinio iure verior eſt.Cum etiam ſi actualis poſſeſsio traderetur tabellioni, non transferret poſſeſsionem in abſentem.Prout conſiderauit Curtius iuni.d. conſil. 120.col.1.lib.2. Cum poſſeſsio ſine animo acquiri non poſsit,vt dictum eſt,qui in abſente non reperitur. Et hanc opinionem tanquam veriorem, ſequitur ipſe Tiraq. ibi.ex num.53. Benè verum eſt,quòd ſi donatio eſſet facta infanti,poſſet defendi conſtitutum in ea appoſitum acceptatum à tabellione ſufficere ad irreuocabilitatem donationis. Hoc enim caſu loquuntur iura, quæ pro acceptatione tabellionis ſolent allegari. ſcilicet in.l.2.3.&.4 ff.rem pupilli ſaluam fore. &.l.1.§. exigere.ff.de magiſt.conue.&.l.non aliter.ff. de adop. &.l.2.C. eod. §. cum autem, verſic. & cum quibuſdam inſtit. eod.l.cum cognatos.C.de capti.cap.quamquàm.de vſuris, in.6. Cum & alia etiam ſint inducta fauore pupillorum, quibus iura ſolent aliàs vberius prouidere. vt in toto illo tit. rem pupi. ſaluam fore.l.vnica.C.quando impe.inter pupi. & vid. l. bonæ fidei.de acquir. rerum dominio.l.2.§.ſi à pupillo.ff. pro empto. l.ſicut C.de præſcrip.30.vel.40.annorum. Et hoc etiam caſu loquitur Bald.in.l.ſi quis in emancipatum.poſt medium. C. de

dona.& non diſplicet Tiraq.vbi ſupra.Et pro hoc faciũt quæ infra dicemus circa intellectum, text.in.l. donatarum. C. de acqniren.poſſeſ. vbi etiam ſine animo vtilitatis cauſa diſpenſatur,vt acquiratur poſſeſsio infanti. Et hoc caſu poſſet etiam recipi eorum opinio,qui generaliter tenuerunt eam acceptationem ſufficere ad tranſlationem poſſeſsionis,quos retulit Tiraquel. vbi ſuprà,num. 13.

27 Ex ijs etiam verbis noſtri tex. *A la perſona aquien la hiziere.* Collegit Molin.lib.4.primogen.c.2.nu.66. in fine.Fundamentum ad eam quæſtionem,quam ibi latè examinat,quòd donatio inter abſentes eſt reuocabilis ante acceptationem. Quę opinio, quamuis inter extraneos dubia ſit,vt ſtatim dicemus. In terminis autem huius text. donationis ſcilicet inter parentes & filios veriſsima eſt,vt donatio ſeu melioratio facta filio abſenti ſit omnino reuocabilis: cùm non poſsit eſſe maioris roboris hęc,quàm ſi fieret præſenti, & acceptanti.

Inter extraneos autẽ articulus celebris eſt,vtrũ valeat donatio facta abſenti,& ſit ante acceptationẽ reuocabilis.Et cũ quęſtio iure communi ſit ſatis deciſſa.l.abſenti.ff.de don.l.4.tit.4. parti.5.Quibus probatur donationẽ abſenti fieri nõ poſſe,niſi per nuntium,vel epiſtolam ſequatur acceptatio, vt eſſe communem opinionem,teſtatur Iul.Clar.lib.4.§.donatio.q. 12. Iure tamen Regio quęſtio magis difficilis eſt,propter.l.2.tit. 16.in

28 fra iſto libro,cuius verba ſunt:*Pareciendo que vno ſe quiſo obligar a otro por promiſsion,o por algun contrato, o en otra manera, ſea tenudo de cumplir aquello,porque ſe obligo: y no pueda poner excepcion, que no fue hecha ſtipulacion,que quiere dezir prometimiento con cierta ſolenidad de derecho, o que fue hecho el contrato,o obligacion entre auſentes &c.*Propter quem text.licèt in hoc articulo varij varia ſenſerint,illa videtur hodie magis recepta opinio,vt donatio quidem valeat inter abſentes,poſsit tamen ante acceptationem reuocari. Quam opinionem veriorem profitetur Gregor. in.d.l. 4. glo.1.Couarru.lib.1.variar.cap.14.num.12.&.13.Auendaño.c.19.pretorum.nu.11. Molin.vbi ſuprà ex nu.60. Mieres. 1. par.q.36. per plura fundamenta, quæ refert Molin. & reaſumit Burgos Iunior, quæſt. 10.

Inter quæ totum negotij pondus verſatur circa intellectum dictæ legis Regiæ. Quæ cùm in ſua deciſsione contineat ſatis expreſſas iuris communis correctiones, in omnibus ita

noſtrates

noſtrates legem coarctant, vt eam potius cogant cum iure cõmuni concordare. Quo adhunc pũctum attinet, lex expreſſa eſt obligans promittentem, vel contrahentem generaliter in omni contractu ſtare promiſsis, nec poſſe ſubterfugere ex defectu ſtipulationis, vel ex defectu pręſentię alterius contrahentis, qui fuit abſens. Omnes noſtri capita detorquent aſſerentes non ob id cenſeri ſublata ſubſtantialia contractuum. Qui cum inter duos celebrari citra vtriuſque conſenſum nullo iure poſſint. l. Labeo. de verbor. ſignific. l. lecta. ſi cert. peta. l. ædiles, de ædili. edicto: ſi fiant in abſentia omnino pro ſui perfectione, & ſubſtantia requirunt conſenſum, & acceptationem abſentis. Nec contractus, qui duorum conſenſum pro forma requirit, citra vnius voluntatem perficiatur. l. conſenſu. ff. de action. & obligat. Et licet conſenſus iſte omnino pręſtandus eſſet per abſentẽ ad inſtantiã contrahentis, cuius ad hoc nuntius vel epiſtola pro ſubſtantia requirebatur. ſecundùm glo. in dict. l. cõſenſu. verb. conſentire. ibi nã ſemper, & gl. fin. in. l. 1. ff. de cõtra. emp. & notat Paul. in dict. l. abſenti. de donat. & Capicius deciſion. 180. num. 8. Nec ſufficiebat conſenſus abſentis aliter præſtitus, vt quia res ad eius notitiam aliàs peruenerat, ſecundùm Paul. vbi ſupra. numer. 2. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Corne. conſil. 73. Eleganter. numer. 7. libr. 3. Mincha. cap. 15. contro. vſufre. numer. 8. & tenet gloſ. 1. in. l. nec ambigi. C. de donati. communiter recepta ſecundùm Hyppolit. in l. ſi quis nec quæſtio. numer. 69. ff. de quæſtio. Roman. conſil. 295. num. 1. & Guido Papæ deciſio. 222. nu. 2. Iſta omnia bene fatentur lege Regia corrigi, ſecundum Molin. ſupra numer. 62. cum ſolum videantur ſolemnitatem reſpicere: vt vel ſic lex illa generaliter in omni contractu approbet opinionem illorum, qui ſpecialiter in donatione volebant ſufficere, vt quilibet nuntiaret, inſcio etiam donatore, prout meminit gloſ. in. dict. l. nec ambigi. Quorum opinionem voluit etiam defendere Roman. d. conſi. 295. quem refert & ſequitur Alexand. ad Bart. in dict. l. abſenti. de donat. & in dict. l. conſenſu. quod etiam tenuit Corne. conſil. 254. colum. 1. volum. 3. Sed quòd conſenſus & acceptatio abſentis (data ſcientia contractus vndequaque) non requiratur: dicunt lege Regia non probari, nec verum eſſe. Eſt negotium iſtud ita manifeſtum, vt nemo audeat negare. Eſſet enim rediculum aſſerere ex contractu

inter abſentes celebrato, etiam ſtante lege Regia, venditam aut locatam, vel donatam rem acquiri abſenti, & ignoranti, cũ ipſe certior factus poſsit libere diſſentire & repudiare.

Sed in quantum noſtrates inde inferunt, ante acceptationem abſentis in omni contractu eſſe locum pœnitentiæ, non video qualiter hoc defendi poſsit, ſtante illa lege. Quæ cum ſit generalis loquens in omni contractu, expreſſe obligat contrahentem, nec permittit à contractu reſilire ſub ea occaſione, quòd alter fuerit abſens. Quæ lex eſt in hoc ita expreſſa, vt eius deciſsio nullo modo poſsit ſubterfugi. Cum tamen ſi ante acceptationem eſſet licita reuocatio, lex omnio fruſtraretur, & in ſuo clariſsimo ſenſu euerteretur. Cum factum, & obligatio contrahentis, & ius acceptãdi ex eo quæſitum abſenti, omnino, ex dicta lege Regia, ſit futurum irreuocabile, cum ex ea contrahens aſtringatur ſtare promiſsis. Hoc cum in lege ſit expreſſum nullum habet inconueniens, nec repugnantiam, quin à lege id potuerit effici & ſtatui, non obſtantibus contrarijs deciſsionibus iuris ciuilis. Nam, quod ſtatim ſeſe offert, quòd cõtractus non debet claudicare. l. ſi cum dies. §. pen. in fine. ff. de arbit. l. 1. l. ſi id quod. in fine. de reſcinden. vend. Iſtud in conueniens tollerabile eſt, cum aliàs in iure quandoq; tolleretur. l. Iulianus. §. ſi quis colludente, &. §. ſi quis à pupillo. ff. de actio. empt. §. 1. inſtit. de autho. tuto. Item quòd poteſt obijci, quòd ante acceptationem abſentis nulla naſcitur ex contractu obligatio, etiam naturalis. l. conſenſu. cum ſeq. de actio. & obligat. vnde interim debet licere pœnitere. Id Iure Communi verum eſt, quod tamen lege Regia tollitur. Quia ex tali contractu ſeu promiſsione oritur eo caſu efficax obligatio, qua contrahẽs tenetur ſtare promiſsis, etiã in abſentia, & expectare conſenſum vel repudiationem abſentis. Quod lege fieri potuit, nec inde aliquam patitur iniuriam contrahens, qui libere nullo cogente à principio contraxit, & promiſsit.

Item quod poteſt obijci, quòd de Iure cõmuni interim, quòd contrahens in abſentia non mittebat nuntium vel epiſtolam, poterat pænitere: imo & miſſo nuntio vel epiſtola poterat re integra reuocare, dummodo nuntius eſſet de eo certior factus. l. ſi mandaſſem. ff. manda. l. 1. §. ſed ego. ff. quod iuſſu, & notat omnes in. l. mandatum. C. manda. imò & non defuerunt, qui in nuntio etiam ſine denuntiatione aſſerant valere reuocationem.

vt

vt tenuit gloſ. verb. quemadmodum, in dict. §. ſed ego. & gloſ. verb. teneat, verſic. quare dicunt alij. in clement. 1. de renun. & Innocen. in c. quidam. de renun. & ſequuti ſunt Petrus Cinus, & Rayn. relati per Bald. in dict. l. mandatum. num. 16. Secundùm quæ videbatur, quòd adhuc ſtante lege Regia, ſecundùm quã cõcedimus eſſe neceſſariam abſentis acceptationem, eſſet interim permiſſa pœnitentia. Quia licet concedamus non requiri nuntium vel epiſtolã: ex quo tamen requirimus abſentis cõſenſum: vt iſte defectus aliquid operetur, debet interim licere pœnitere, ne contractus ſtet in ſuſpenſo. Quia reſpondeo iſtud inconueniẽs verſari & militare attento Iure communi, oririq; ex eodem fonte, quòd ante acceptationem abſentis factam ad inſtantiã contrahentis, miſſo ad id nuntio vel epiſtola, nulla ex promiſsione, vel cõtractu oriebatur obligatio etiã naturalis, vt in dict. l. conſenſu. cum ſeq. Sed id Iure Regio ceſſare, ſecundùm quod cũ contrahens in abſentia aſtringatur ſtare promiſſis, non obſtante abſentia: & ſic lex reuocet iuris effectus & remedia, quę ex abſentia poterant competere contrahenti, ad impediendum ſeu reuocandum effectum promiſsionis ſeu contractus: licet adhuc requirat acceptationem: vt lex aliquid operetur, neceſſario effectus ille iuris, vt ante acceptationem eſſet permiſſa reuocatio, ſublatus eſſet debet. Cum aliàs lex de nihilo deſeruiret, & ſua deciſio manifeſtè euerteretur. Non obſtat, quòd contractus ſtet in pendenti, contrahensq; compellatur expectare abſentis acceptationem: nam ſuppoſita lege, hoc à ſua voluntate proceſsit, & negotium habet facilem exitum, cùm requiſito abſente, conſtitutoq; in mora acceptandi, ſit omnino permittenda reuocatio.

Ex quibus in propoſita quæſtione infertur, quòd donatio facta abſenti eſt irreuocabilis ex parte donantis ex dicta lege Regia, quæ ſolam voluntatem obligandi etiam inter abſentes conſiderat, vt obligatio irreuocabilis contrahatur. Vnde cùm omnes ſano iuditio fateantur donationẽ factam abſenti valere, ex illa lege: fateri etiam debent ex ea acquiri ius donatario abſenti, ſaltem acceptandi donationem. Quod ius futurum eſt irreuocabile ex parte donantis, quemadmodum ſi ex alio quouis contractu, in quo lex illa Regia poſſet exemplificari, deferretur. Quo fiet, vt licet donatio facta abſenti pro ſui perfectione requirat acceptationem donatarij, cum eſſet abſurdum

rem donatā ſibi abſenti & ignorāti acquiri, cū ipſe certior factus poſſit liberè repudiare: factū tamē donantis, & ius acceptandi ex eo quæſitū abſenti omnino ex. d. lege Regia debet eſſe irreuocabile. Vnde quemadmodū in contractu venditionis, locationis, ſeu alio facto abſenti concedimus promittentem ſeu contrahentē teneri ſtare contractui, cùm tamen in eis requiratur acceptatio emptoris vel conductoris abſentis: idem in donatione, (quæ vt plurimū ſemper eſt vtilis, & præſumitur non repudiāda) planius reſpondendū eſt. In qua, vt ſtatim dicemus, quemadmodū iure cōmuni ex pacto primi donantis & donatarij acquirebatur ius irreuocabile tertio abſenti. l. quoties. C. de dona. quę ſub modo. In quo lex ſibi ipſi quodā modo ſatisfaciebat ſupplēdo abſentiā tertij (qui etiā donatarius eſt) propter prȩſentiā primi donatarij, vt vel ſic in iſto caſu deluderetur rigor iuris irritātis omnē obligationē inter abſentes: ſublato in totū illo rigore ex. d. lege Regia, tam facile & conſonū eſt, vt primo donatario abſenti acquiratur ius irreuocabile ad rem donatā, quemadmodū ibi acquirebatur tertio. Et hanc opinionē tenuerunt Rode. in l. quoniā in prioribus. in declaratione legis Regni. q. 8. nu. 7. Anto. Gomez tit. de donatione. nu. 3. verſ. & quod magis eſt. Didacus Perez in l. 3. titu. 8. lib. 3. col. 12. verſ. Quęro vtrum. & hanc de iure cōmun. ſuppoſita ſimili lege vel ſtatuto, ex quo permittatur alteri per alterum ſtipulari. tenet Carol. Molin. ad Alexan. conſ. 204. lib. 7. cuius doctrinam ad noſtram legem Regiam, not. Couar. lib. 1. var. c. 14. num. 13. verſ. tertio in fine.

Non obſtant fundamenta contraria relata per Molin. vbi ſupra nu. 61. cū duobus ſequentib. In primis, quòd lex illa Regia loquens in contractibus non ſit extendenda ad donationē, quæ propriè nō eſt cōtractus. Quia negamus, cū ſit verius donationem eſſe contractū, & eius appellatione contineri. l. ſi donationis. C. quod metus cauſa. vbi not. glo. & DD. l. 2. C. de litigio. ibi. *Donationibus, vel emptionibus, vel quibuslibet alijs contractibus*, l. fi. in princ. C. de prædijs decurio. lib. 10. l. fin. verſi. fin. C. de pactis. cū pluribus alijs, ita vt hæc ſit verior & receptior opinio, quam latè comprobant, & ſequuntur plures, quos refert & ſequitur Mencha. c. 13. controu. vſuſfruct. nu. 2. & Sarmien. lib. 3. ſelectarum. c. 3. nu. 6. & de rediti. eccleſ. 1. p. c. 2. num. 15. col. 2. ad finem. Et cùm non ſit vltro citroque obligatorius, &

ſit cauſa lucratiua donatario: eo minus debet requiri eius præſentia. Rurſus non obſtat legem Regni loqui cum modificatione. *Pareciendo que no ſe quiſo obligar.* Quæ voluntas non videtur adeſſe nec colligi in eo, qui donat abſenti ex interpretatione legis. l. qui abſenti. ff. de acquir. poſſeſ. Quoniam iſte texta interpretatur voluntatē ſecundum ius cōmune, quæ aliter interpretanda erit ſuppoſita lege Regia, iuxta ea quæ nuper dicebamus. Tertiò non obſtat, quòd etiam de Iure Canonico donatio requirit acceptationem, ex communi Doctorum ſententia, in. c. 1. & 2. de pactis. & probatur in. c. 1. de conce. præb. & deciſsionem legis Regiæ ſolum fuiſſe, vt rigor iuris circa ſolemnitatem ſtipulationis redduceretur ad æquitatem Canonicam. Quoniam deciſio legis Regiæ amplior fuit in hoc, quàm diſpoſitio canonica. Non ad hoc, vt donatio non requirat acceptationē, ſed vt tollerentur iuris effectus, qui reſultabant ex abſentia contrahentium, qualis erat quòd ante acceptationem abſentis liceret pænitere donanti. Et ſic licet lex Regia non tollat eſſentialia vel requiſita cōtractus de Iure ciuili: vt tamē aliquid operetur, hoc debet inducere, cū ad hoc ſit expreſſa, & aliâs de nihilo deſeruiret. Et eodē modo reſpōdeo ad quartū & quintum fundamentum. Ad ſextū verò reſpondeo nō obſtare, quod tradunt Paul. conſi. 171. nu. 5. lib. 2. & Curtius iun. conſi. 120. nu. 2. quod ſi ſtatuto caueatur, quòd alteri per alterum poſsit acquiri obligatio aduerſus diſpoſitione iuris, illud intelligēdum eſt interueniente abſentis acceptatione: Quia id verum eſt, ſed idem ſtatutum ſaltim operaretur, quòd contractus non poſſet ante acceptationem reuocari. Quod lege Regia clarius, & planius deceditur. Non obſtat vltimo vltra Moli. quòd ſecundùm hoc omnis ſubſtantia contractuum eſſet poſita in meram volūtatem abſentis, contra diſpoſitionem tex. in. l. in vendētis. C. de contra. emp. Ex qua ſaltim ratione Gomez. vbi ſupra. putauit poſſe infirmari donationē factā abſenti. Quoniā nec ex eo capite infringeretur. Illa enim lex Regia hanc etiā viā præcludit. Aliâs fruſtratoria eſſet, & de nihilo deſeruiret. Cum enim ſomenter & efficacem faciat omnem promiſsionem, qua conſtiterit quemquàm voluiſſe ſe alteri abſenti obligari, tollit & corrigit rationem, qua Iure communi non poterat in voluntatem ementis cōferri venditio, ꝙ ſcilicet nulla obligatio ſit, nec aſtrictio contrahentis, vt in. d. l. in vēdentis. Quæ tamē valida & efficax erit Iure Regio. Et hanc opinionem puto veriſsimam.

29 Ex quibus infertur, quòd licet verum ſit donationem, ſeu alium contractum perfici accedente conſenſu abſentis: & per hoc videatur eſſe neceſſum, quòd eo tempore viuat, qui primus contraxit in abſentia: cum ſi iam mortuus ſit iungi conſenſus non poſsint.l.bonorum.ff.rem ratam habe.l.ſi ego.§.ſi res.ff.de iure dotium.ex quo iam res non eſt integra, vt voluit Iſernia, in.§.donare.quali. hodie fœud.alie. poſſ. col.5. & Imol.in.l.2. §.ſi pecuniam.ff.de donat.quos refert & ſequitur Gregor.Lupus in.l.4.tit.4.part.5.verb.*No lo pueda hazer*, ad finem. Attenta tamen lege Regia contrarium erit reſpondendum, vt non obſtante morte donantis, ſeu contrahentis poſsit adhuc acceptari contractus per abſentem, cui ex contractu fuit ius irreuocabile acquiſitum, & obligatio defuncti, qua tenebatur ſtare contractui, tranſeat paſsiue in hæredes.l.1.vt actio. ab hæred. Et licet vellis arguere, & ſubtilizare non poſſe eo caſu coniungi voluntates: cum nec prima duret, nec poſterior retrotrahatur, nec etiam retrotracta inueniat extremum habile: Hæc omnia ſuplentur ab illa lege Regia: cum eius deciſio per hos iuris apices non poſsit ſubterfugi. Et ita hanc opinionem loquens in donatore mortuo tenuit Couarru.in Rubric. de teſtamen.3. part.num.13.verſic.illud profectò.quem. ſequitur Molin. lib. 4.c.2.num.77. Cui licet prædicta ratio diſpliceat ex eo, quòd ipſe teneat, & defendat donationem inter abſentes eſſe reuocabilem ante acceptationem, non obſtante lege Regia: opinio tamen, & ratio Couarru.vera eſt, nec poteſt alia ratione fundari: ita vt ſi tolleretur de medio lex Regia, & eius ratio & fundamentum, opinio iſta non poſſet ſuſtineri. Nam ratio, quam tradit Molin.non videtur ſufficiens nec vera. Inquit enim non reperiri iure cautum, quòd quamuis donatio poſsit ante acceptationem reuocari, cenſeatur morte reuocata: imò contrarium ſentire Scribentes omnes in.l.qui Romę.§.Flauius.de verbo.ū. ius ſcilicet reuocandi non tranſire ad hæredes donantis: vt ibi tradunt Bart.num.1.Alex.num.9.Iaſ.nu.24.& dicit eſſe communē opinionē Soci.nu.19.& Couar.lib.1.vari.c.14.nu.17.& alij quos refert Moli.qux in veſtigatio & opinio eſſet inutilis, ſi donatio non poſſet mortuo donatore acceptari. Etenim primum, ſublata de medio lege Regia, & conſiderato iure cōmuni, non videtur verum donationem, ſeu aliū quemuis contractum factum inter abſentes, etiam per nuntiū vel per epiſtolam, mortuo donatore ſeu contrahente ante receptum nuntium, vel epi-

ſtola

Tello hìc ex nu. 35. videtur etiā requirere, quod tradens & procurator intendant acquirere donatario, iuxta gloſſ. in. d. l. qui mihi donatum, & tradita per. DD. in. d. §. per procuratorē. &. §. hæc quæ de ſeruis, eiuſdem legis. Si tamen procurator ex preſſe non intēderet acquirere domino, tenet ei nō acquiri, ex opinione Alb. Cuma. Angel. & Imol. in. d. §. per procuratorē & Roman. in. d. §. hæc quæ de ſeruis. Qui in hoc diſtinguebāt dominiū à poſſeſsione. Vt licet dominiū acquireretur ex volū te ſolius tradentis, nō obſtante cōtraria volūtate procuratoris, ex. d. l. qui mihi donatū: poſſeſsio tamen non acquireretur. per tex. in. d. §. per procuratorē. verſ. cū autem ſuo nomine, & in. d. §. hæc quę de ſeruis. verſ. ſi ipſi velint. Et per conſequens tenet donationem eo caſu non fieri irreuocabilem. Sed in hoc cōtra riam opinionē tenuit, glo. in. d. §. hæc quæ de ſeruis, ibi: *quo caſu ſerui malignitas non nocet.* & gl. 1. in. d. §. per procuratorē, ibi: *licet procurator malignetur.* Quā eſſe cōmuniter receptam teſtātur Alex. & Soc. ibi nu. 3. Iaſ. nu. 9. & idem Soc. in. d. §. hæc quę de ſeruis. num. 5. per illam rationem, nec malignitas procuratoris noceat domino. Scribentes ibi latè diſputāt iſtum articulū.

43 Quod attinet ad noſtrum textum, mihi videtur poſſe defen di, quòd ad cauſandam irreuocabilitatem donationis non ſit neceſſum, quod poſſeſsio acquiratur donatario in ipſo actu, quo traditur procuratori (licet ſic ſoleat fieri, quando procurator nō malignatur, vt in. d. §. per procuratorē, vbi id not. Iaſ. num. 1. & 3.) ſed ſufficere ſi acquiratur ipſi procuratori, & in eius perſona reſideat. Nam cū text. alternatiue requirat, ꝙ poſſeſsio tradatur donatario, vel procuratori: cui cūq; traditur, & cuicunq; acquiratur, ſufficiet. Sine eo, quod ſit neceſſum, quod in ipſo actu traditionis acquiratur domino: cum ipſe poſsit

poſtea

poſtea agere aduerſus procuratorem, vt cedat. Vnde ſi diſſenſus & proteſtatio procuratoris fuit non acquirendi ſibi, nec domino: ſed alicui tertio, vel nulli: poterit defendi opinio illa Tellij, cùm videatur renunciare mandato, & in nihilo præſtet miniſterium. Sed ſi intendit, & proteſtatur acquirere ſibi, & non domino, etiam ſi eſſet vera opinio. Alberic. & aliorum: non impediretur irreuocabilitas donationis, ex noſtro text. cui hac via videtur ſatisfactum.

44 Si autem donatio fiat infanti, ſufficiet pro irreuocabilitate, quòd poſſeſsio tradatur tutori, vel curatori ad litem. l. quamuis. §. infans. de acquir. poſſeſsio. Cùm ipſe poſſeſsionem acquirere non poſsit. Cùm animus acquirendi ſit neceſſarius. l. 3. ff. eod. qui in eo non reperitur. Si autem eſſet pupillus (qui eſt maior ſeptenio. l. ſi infanti. C. de iure delibe.) recte acquireret, vt in d. §. infans. & in l. 1. §. adipiſcimur. ff. eo. Vbi Alex. Socin. Iaſ. & alij multũ ſe inuoluũt in hoc articulo, & plures caſus diſtingũt. Qui maiorem habet difficultatem eſt, quem Soci. ponit quinto loco, ſcilicet quãdo infans caret omni intellectu. Quo caſu gloſ. ibi tenuit, ꝙ poſſeſsio poteſt tradi infanti cũ authoritate tutoris. Bar. verò quẽ cõmuniter DD. ſequũtur, tenet ꝙ eo caſu poſſeſsio ſit tradenda ſoli tutori ſine infante: ſi autẽ tradatur infanti cũ tutore nihil agitur. Contrariã opinionẽ magnis & efficacibus argumẽtis tenuerũt Cum. & Socin. defendentes gl. Quibus licet conentur ſatisfacere Alex. & Iaſ. eorũ opinio procul dubio vera eſt. Quin & ſummo iure poſſet attẽtari cõtra vnius & alterius opinionis autores, ꝙ in donatione facta infanti, cuiuſcũq; ætatis ſit, poſſeſsio ſolo ipſius corpore põſt acquiri, etiã ſine tu-

45 tore.* Et ꝙ hæc ſit noua deciſio Impe. Deci. in. l. donatarũ. C. de acq. poſſ. In cuius intellectu licet glo. & cæteri ibi, & alij omnes in. d. §. adipiſcimur. & in. d. §. infans. capita de torqueãt, ſupplendo & diminuẽdo: ex ipſius cõtextu ſatis patet, hãc fuiſſe mentẽ decidentis. Primo, dũ dicit infanti vacuam poſſeſsionem traditã, vbi de ſolo infante agit, nec de tutore verbum vllum. Secundò, quia corpore quæri poſſeſsionẽ dicit, animi autẽ nõ meminit, imò tacitè exclusſit, quaſi eo caſu neceſſarius nõ ſit. Tertio, ex ſequẽtibus, ibi *Quiuis enim.* Vbi oſtẽdit in eo ſe corrigere varias iure cõſultorũ opiniones, quæ ſtabant in contrariũ, de quibus ſit mentio in. d. §. infans. ibi *Receptum eſt.* Quarto ibi, *licet animi plenus non fuiſſet affectus.* id eſt, nullus fuiſſet effectus. Is enim

eſt illorũ verborum ſenſus. Nam (vt rectè aduertit Soci. in d. §. adipiſcimur. nu. 7. in fi.) illa verba nõ ſunt poſita ad oſtẽdẽdũ, ꝙ affectus non plenus operaretur acquiſitione: ſed potius ad oſtendendum oppoſitũ. Quòd ex quo nullus adderat affectus, licet videretur nõ potuiſſe acquirere, acquirit tamen, vt ibi deciditur. Quintò ex illa ratione, quæ ponitur in verſi. alioquin Quẽ licet Soci. vbi ſupra inducat pro ſua opinione, quã ipſe cõtra cõmunem defendit, ſcilicet ad hoc, quòd quẽadmodum poſſeſsio poteſt tradi ſoli tutori, & rectè acquiritur infanti, ſecundũ omnes: eodẽ modo poſsit tradi infanti tutore authore. Ad quod illa ratio ſic inducitur per eũ. Quia ſi diceremꝰ, ꝙ infans nõ poſſet acquirere tutore authore, prout vult communis opinio: ſequeretur quod tutor nõ poſſet in totũ ſupplere iudiciũ infantis. Sed hoc eſt falſum, quia ſine infãte tutor ſupplet, & acquirit, vt vult cõmunis opinio. Ergo, & cũ infante nihil impedit, quin ſuppleat & acquirat. Quæ ratio licet inſeuera ſit quoad opinionem, quam ipſe defendit. Diuerſa tamẽ fuit intentio Papiniani relati ibi ab Impera. Fuit autẽ illius iudiciũ excellẽs, cæteriſq; iurecõſultus in hac parte cõtrariũ. aduerſus quos ſic arguebat Papi. Vos per regulã ſtatuitis poſſeſsionẽ citra animi affectũ acquiri nõ poſſe. l. 3. de acq. poſ. in quo vtilitatis cauſa diſpẽſatis cũ infante, qui nõ habet affectũ: vt tutor poſſit ꝑ eo acquirere: & hæc eſt veſtra omniũ magis cõis opinio, de qua in d. §. infans. ibi. *vtilitatis cauſa receptũ eſt.* Sed cũ vtilitatis cauſa recipiatis hoc, quare etiã nõ recipietis, vt ipſimet infanti poſsit acquiri poſſeſsio: cũ tãtus defectus ſuppleatur tradendo infanti ſine tutore, quãtus tradendo tutori nomine infantis. Hæc erat ratio Papiniani. Quã Impera. reſpuens aliorũ iurecõſultorũ ambages amplectitur, illo verſi. *alioquin nec quidẽ per tutorẽ poſſeſsio infanti poterit acquiri.* Quaſi dicat. Si poſſeſsio tradita ſoli infanti ei non acquiritur, ex animi defectu: nec etiã ei acquiretur per tutorem, ex eodem defectu. Cum autem receptum ſit, vt per tutorem acquiratur: quare etiã non recipietur, vt per ipſummet acquiratur. Cum idem defectus animi ſuppleatur vno & altero modo. Quod patet. Nã quãdo per procuratorẽ, tutorẽ, vel curatorẽ poſſeſsio acquiritur: dño, pupillo, vel adulto acquiritur recta via taliter, quod poſſeſsio nõ reſidet in perſona procuratoris, tutoris, vel curatoris. l. 1. §. per procuratorem. l. quod meo. §. procurator. ff de acq. poſ. Sed actꝰ

acquiſitionis fundatur in perſona dñi, vt recte aduertit Iaſ. in d. §. per procuratorem. n. 1. & 3. Et tñ poſſeſsio tūc acquiritur citra animū, imo, & citra corpus eius, cui acquiritur. Cū in abſente, & ignorāte nō poſsit dari animus acquirendi. Cū nō detur ad ignorata, & incognita. Et licet in ꝓcuratore ſit minor defect⁹, ratione mādati precedētis: adhuc tñ in eo vtilitatis cauſa receptū eſt, vt inquit tex. in. l. per procuratorem. C. de acqui. poſ. In tutore autem omnis is defectus ſuppletur. Vnde Papi. exiſtimauit melius eſſe & hoc ipſum ſupplere, vt ſoli infanti quæratur poſſeſsio. Cū idem animi ipſius defectus ſuppleatur tradendo ipſi, ſicut tradendo tutori. Et poſsit iſtud, ſicut illud, vtilitatis cauſa recipi. Quam rationem & deciſionem approbat ibi Imp. Sed vtrum deciſio illa vltra donationē in qua loquitur ſit ad alia extēdenda: çedē vidētur rationes militare, licet in donatione cōſiderabilis ſit titulus vtilis infanti, ſed de hoc alibi.

6 Quo ad quintam & vltimam huius gloſſæ partem, ad hoc vt melioratio fiat irreuocabilis per traditionem neceſſarium videtur, quòd melioratio fiat per contractum inter viuos. Quod tx. illis verbis ſignificat. *Saluo ſi hecha la dicha mejoria por contrato entre viuos.* Sed ſi eſſet relicta in teſtamento, vel vltima voluntate, text. non aperit an fiat ex traditione irreuocabilis. Imo videtur hunc caſum excludere. Cùm in præcedentibus de vtroque loquutus, nūc ſolum inducat irreuocabilitatem per traditionē ex contractu: quaſi idem in teſtamento non procedat. Ex duobus enim propoſitis, qui vnū decidit, alterum excludit. l. cum prætor. ff. de iudi. Queſtio ab ea videtur pendere, vtrum legatum in vita traditum efficiatur irreuocabile. * In quo articu-

47 lo, ea videtur eſſe magis communis opinio, vt ſi quidem legatum tradatur cū commemoratione teſtamenti, non immutet propriam naturam: ſed adhuc poſsit reuocari. Sin autem tradatur ſimpliciter, illa traditio operetur tranſitum legati in donationem inter viuos. Hoc tenet glo. verb. quædam in. l. legatum. la. 1. de leg. 2. quam ſequuntur magis cōmuniter DD. tam ibi, quā in. l. Lucius. de leg. 2. Vt poteſt videri per Gomez. de legatis. numero. 4. Couarr. in Rubrica de teſtamen. 2. parte. nu. 21. Tello hîc. num. 86. Moli. lib. 4. cap. 2. numero. 19. Gute. de iuramen. confir. c. 12. Spino Specul. teſtamen. gl. 14. nu. 36. qui hanc ſequuntur & defendunt.

Non defuere, qui contrariū ſentiant, arbitrenturquè, ꝙ ſiue

traditio fiat ſimpliciter,ſiue cũ cõmemoratione teſtamẽti, lega tũ non immutat propriã naturam, nec fit irreuocabile: ſed ea ſimplex traditio ad cauſam præcedentem legati referenda ſit: vel ſolũ, quòd ea traditio operetur tranſitũ in donationẽ cauſa mortis. Hoc tenet Bal. in l. 2. nu. 5. C. de iure dociũ. & in. l. 1. nu. 8. C. ſi quis omi. cauſa teſtam. & in. c. 2. de conſue. nu. 7. quẽ ibi ſequitur Barba. nu. 19. Idẽ tenet Albe. in d. l. legatũ. Soci. nepos in Rub. de leg. 1. nu. 51. & 52. & ibi Crotus. nu. 13. Guiller. in c. Raynuntuis. verbo. teſtamentũ. el. 2. nu. 5. Ripa. in. l. 1. ff. quorum lega. nu. 13. Bertran. conſ. 58. num. 10. volu. 2.

Sed neque hoc ſine controuerſia eſt. Nam Peral. in. d. l. Lutius. nu. 4. contendit, quòd vno & altero caſu, ſiue legatum tradatur ſimpliciter, ſiue cum commemoratione teſtamenti, & in executionem ipſius, ſemper tranſeat in donationẽ inter viuos, fiatque irreuocabile. Omnes pro ſe adducunt iura, & rationes, vt per ipſos poteſt videri.

Mihi videtur diſtinctionem illam de traditione ſimplici, vel expreſſa cauſa præcedente veram non eſſe, nec iure probari. (Prout etiam poſt huius operis primam editionem ſequutus eſt Velazquius in. l. 44. Tauri. gloſ. 8.) Arbitrorque vno & altero caſu idem ius futurum eſſe: adhæreoque ſecundæ opinioni ſupra relatæ, vt legatum nunquam immutet propriam naturam, poſsitq; non obſtante traditione, reuocari: & hanc eſſe quæſtionẽ voluntatis, quid ſcilicet valuerit teſtator tradendo: & in eo puncto eã eſſe primæuã præſumptionẽ, vt legati natura non immutetur, quæ in aduerſariũ reijciat onus probãdi contrariũ. In primis communis opinio agnoſcit traditionẽ legati relatam ad cauſam præcedentem teſtamenti non immutare naturam legati. nec illud facere irreuocabile. Quæ opinio vera eſt, & pro ea
8 ſunt iura, in. l. cũ quis decedẽ. §. 1 de leg. 3. *Quæ licet loquatur in promiſsione, idem eſt iudicium dati, & promiſsi. l. fin. C. ad l. Falc. vt ſtatim dicemus. Et licet in illo tex. promiſsio fuerit facta à legatario, cui onus erat iniunctum: & principalis ratio dubitandi videatur eſſe, vtrum legatarius teneatur ex ſua promiſſione, non obſtante ꝙ teſtator reuocauerit onus ei iniunctũ: quæ reuocatio in potentia & actu pro cõſtanti ſupponitur à iure cõſulto. Sũmè tñ notãda ſunt verba tex. ibi. *volẽte teſtatore*. In quibꝰ nõ minor vis & ratio dubitãdi cõſiſtit. Quia ſi legatariꝰ ſine volũtate teſtatoris ꝓmiſiſſet. Imo & ſoluiſſet minꝰ dubitabile erat,
niſi.

niſi quòd reuocato grauamine per teſtatorem, poterat annulla re promiſsionem, quaſi cauſa ceſſante, & repetere ſolutum, qua ſi indebitum. l. 2. §. 1. l. is qui plus. ff. de condi. indeb. I.C. tamen negat legatarium poſſe conueniri, ex illa ratione. *Quia mutauit voluntatem de ea epiſtola teſtator.* Quibus verbis clarè ſignificat, ꝙ promiſsio à principio non fuit nulla, neque conſenſus teſtato ris adhibitus fuit inefficax. Hæc tamen non tranſmutarunt natura fideicommiſsi in aliam ſpeciem irreuocabilem. Atque ita I.C. in verbis finalibus deciſionis, non obſtante promiſsione, adhuc fideicommiſſum appellat, dicitque fruſtra legatarium conueniri. Quia mutauit teſtator voluntatem, neque ad id fuit impeditus ex promiſsione. Ac proinde ceſſauit etiam promiſſio legatarij, quæ ex voluntate, & promiſsione teſtatoris pendebat. Pro hac etiam parte allegatur text. in. l. 3. ff. de libe. lega. vbi loquitur in traditione ficta per traditionem Chirographi, quo continebatur debitum. Et tamen ea traditio loco fideicommiſsi accipienda eſt, vt inquit text. Ac proinde non immutat eius naturam & reuocabilitatem. Licet re vera text. iſte parum faciat. Neque enim ante traditionem præceſſerat legatum, vt ex traditione ſequenti colligeretur voluntas teſtato ris faciendi actum irreuocabilem. Nam licet text. in principio de legato liberationis loquutus ſit: in verſic. ſed ſi mutat caſum de eo, qui Chirographum dedit: dicens videri velle legare.

Cum igitur traditio legati relata ad cauſam præcedentē nō immutet eius naturam: Conſequēs eſt, vt nec traditio ſimplex

49 immutet.* Etenim ea in dubio ad cauſam præcedentē referenda eſt. l. triticum. vbi not. gloſ. verbo. cogitauerit. ff. de verbo. l. quædam mulier. vbi glo. fin. ff. de rei vend. not. Bar. nu. 2. in. d. l. triticum. & ſequuntur cæteri. ſecundùm Iaſ. ibi. nu. 6. Alexan. nu. 6. in. l. Titio. de verbor. Adeò quòd ſi nulla cauſa præceſſerit, ſimplex traditio nihil operatur. l. nunquam nuda. de acqui. rerum dominio. Quemadmodùm & promiſsio ſine cauſa. l. 2. §. circa. de doli excep. vbi not. gloſ. & tenent magis communiter DD. vt poteſt videri per Alex. in. l. actio. de verbor. & in conſ. 13. & 19. volu. 4. Iaſ. in. l. iuris gentium. §. ſed cū nulla. nu. 28. & 34. de pactis. Feli. in. c. ſi cautio. col. 1. de fide inſtr. Procedūt enim appari in hoc promiſsio, & traditio. l. fin. C. ad. l. Falc. & not. Alex. in. d. l. Titio. n. 4. Nā quod ſolet dici, quod ex ſimplici

 traditio-

traditione reſultat donatio. quando alia cauſa non ſubeſt, verũ non eſt. Cũ in dubio nunquam donatio præſumatur. l. cũ de indebito. de proba. l. Cãpanus de ope. libe. vt ex cõmuni omniũ opinione reſoluit Alex. in. d. l. Titio. n. 5. Vnde traditio ſimplex ad cauſam præcedentẽ relata eius naturã nõ immutat. Sed quẽadmodũ ſi præceſſiſſet titulus irreuocabilis, puta vẽditionis: traditio ſequens in dubio ad eũ relata abſoluta, & irreuocabilis eſt, vt in exẽplo gl. fi. d. l. quædã mulier. & in. d. l. triticũ: eodẽ modo ſi præceſſit titulus reuocabilis, traditio non immutabit eius naturã. Finge præceſſiſſet contractũ præcarij, qui de ſui natura reuocabilis eſt. l. 1. ff. de præcar. Quis dubitat niſi, ꝙ ſimplex traditio ei præcario rogatæ ad titulũ præcedentẽ referẽda ſit, nec eius naturã, & reuocabilitatẽ immutet. Et hæc pars adiuuatur illa generali præſumptione, ꝙ in dubio teſtator potius præſumitur velle ſe habere rẽ legatã, quã legatariũ, cui legat. Arg. tx. in l. Senatus. §. etenim. de dona. cau. mor. §. & in ſumma. inſt. de dona. vt ſic videatur tradere, vt ſibi reuocandi recurſus nõ auferatur. Et illa etiam præſumptione, quòd donatio non ſit præſumenda. d. l. cum de indebito. & d. l. Campanus. Adeo quod quæuis alia præſumptio, etiam per quam actus reddatur inutilis, ſit potius ſumenda, quam donationis, vt dicemus latius in. l. 3. infra. gloſ. 2. numero. 46.

Et pro hac parte potius facit tx. in. d. l. Lutius Titius teſtamẽto. de leg. 2. quẽ vtriq; pro ſe adducũt, cũ re vera pro vtriſq; partibus faciat. * Eius intellectũ Tello hîc depingit pro cõmuni opinione, retorquẽdo cõtra Bal. & alios, qui rectius videtur mentẽ tx.
51 intellexiſſe eã eſſe, ꝙ teſtator per traditionẽ rei legatæ ſimpliciter factã, nõ præſumebatur recedere à priori volũtate, quã fuit tẽpore, quo legauit, ſed in ea perſiſtere. Quod tã in prima, quam in ſecũda parte tx. probat manifeſtè. Dũ in priori caſu onerat legatariũ, in poſteriori autẽ hæredẽ probatione cõtrariæ volũtatis. Et ſic ſupponit in dubio teſtatorẽ non præſumi recedere à priori voluntate. Et ſi dicas indicia hæc eo tendere, vt perſcrutemur, vtrum teſtator voluerit duplicare legatum necne: non autem ad hoc: vtrum voluerit facere irreuocabile. Reſpondeo fatendo quoad hunc articulum tex. nihil decidere, nec pro, nec contra. In argumentum tamen potius facere contra communẽ opinionẽ pro Bal. & ſequacibus, inducẽdo. Quod quemadmodũ teſtator per traditionem legati non videtur recedere à priori volun-

voluntate, quoad quantitatem: eodem modo neque quoad for-
mam dandi. quæ cum fuerit à principio reuocabilis, non vide-
tur etiam à tali forma, & voluntate receſſum. Quæ præſumptio
& illis adiuuatur, quòd teſtator potius præſumitur velle ſe ha-
bere, quam legatariũ: & quòd donatio nunquam præſumitur,
vt dictum eſt. Et in hunc ſenſum tex. ille potius facit contra cō
munem, cũ re vera pro ea nihil faciat. Nam quod Tello ex prio
ri parte tex. nititur elicere, ꝗ legatarius, qui pretium militiæ re
ceperat, iterum volebat ex teſtamento capere, quia prima ſolu-
tio tranſiſſet in donationem inter viuos: alienũ eſt à mente tx.
Tũ, quia parũ refert allegatio, ſeu prætenſio partis, niſi à iure
conſulto approbetur, ſecundũ gl. in l. vnica, C. quãdo non pete.
partes. vbi not. Iaſ. nu. 22. Tũ etiã, quia non eſſet tam inſipiens
legatarius, vt allegaret rationẽ, quæ potius faciebat contra ſe.
Nã ſi legatũ tranſiſſet in donationem inter viuos, manifeſtum
erat quòd amplius conſequi nõ deberet: cũ ſolũ titulus mutare-
tur, non autem duplicaretur, quòd ipſe prætendebat. Rurſus
quod Tello ait, quòd ideo I. C. in dicto caſu negat legatarium
vlterius poſſe conſequi, quia legatum per traditionẽ tranſiſſet
in donationem inter viuos, diuinatio eſt. Quia de hoc in tex. ver
bum nullum. Cum & ſuæ decioſionis habeat claram rationem,
ſcilicet, quòd ſemel tantũ dare voluit, & in ea præſumitur per-
ſiſtere voluntate, non obſtante traditione: niſi contrarium
probetur. Rurſus quatenus ex ſecunda parte elicit, quòd ideo
grauatur hæres onere probandi contrariam voluntatem, quia
in parte nõ ſoluta dabatur pœnitentia, quæ non poterat dari
in parte tradita, vtpotè quæ fuerit transfuſa in donationem in
ter viuos: alienum etiã eſt à mente tex. Cum eius ratio in hac ſe-
cunda parte ſit eadem cum priori, licet onus probationis diuer-
ſum, ex eadẽ tamen ratione proueniens. Nam cum teſtator, non
obſtante traditione, præſumatur perſiſtere in eadem volunta-
te: quemadmodùm per traditionem totius non præſumitur
duplicare: ita per traditionem partis non præſumitur reuoca-
re, quod reſtabat. Quo caſu cum legatarius haberet fundatam
ſuam intentionem, quoad reliquum, in prædicta ratione:
ideo grauatur heres probare contrarium. Quemadmodùm
in priori caſu grauatur legatarius probare duplicandi ani-
mum: cum hæres tunc habeat intentionem fundatam in ea-
dem ratione.

Quod autem tradit Peral. ſupra citatus, quòd vno & altero caſu per traditionem legatum tranſeat in donationem inter viuos irreuocabilem: non videtur rationi conſonum, nec ſufficiẽter probatum. Nam quod tradit de.l.cũ quo de peculio.§.fin.ad l.Fal.vbi teſtator tradidit hæredi futuro quod ſibi ex lege Falcidia debebat pertinere: & I.C.vtitur verbo.*Dediſſet.* quod importat dominij tranſlationem irreuocabilem. §. ſic itaquè diſcretis.inſtit.de actio.Hoc parũ facit. Eſt enim illius tex.diuerſa ſpecies. Nam ibi nihil fuit relictum hæredi. Nec traditio ſequuta fuit: imò præceſſit teſtamentum, in quo nihil fuit relictum hæredi. Nec ibi de animo donandi dubitabatur. Fuit enim illa donatio inter viuos. Dubitatio autẽ in eo erat, quia donatio inter viuos non ſolet in Falcidiam imputari, ſed ſolum ea, quæ ex teſtamento capiuntur.l.in quartam.ad.l.Fal. Ratio verò decidẽdi ex tex.colligitur. Quia viuus videtur hæredi futuro prouidere, ex circunſtantijs quæ in litera illius tex.acciderunt, quas ibi not.DD. & Ripa.in.d.l.in quartam.num.35. Rurſus quatenus ex legati traditione ſiue ſit donatio, ſiue ſolutio ſimplex, ſiue ex cauſa legati, infert Peral. quòd non ſit locus variationi, ex quo in ipſum legatarium ſtatim transfertur dominium.l. apud Aufidium.de optio.lega. Nihil ad propoſitum. Nam ille tex.loquitur in hærede ſoluente, vel legatario eligente: non ſic in ipſo teſtatore. Qui licet re vera transferat dominium per traditionem, non eſt ea traditio irreuocabilis. Neque importat con traditionem, quòd dominium transferatur, & quòd ſit reuocabile, ſecundum naturam actus, ex quo transfertur. Prout videmus in donatione cauſa mortis. Ex qua per traditionem transfertur dominium in donatarium, & tamen reuocari poteſt.l.cũ quis.de cond.ob cauſam. Quia titulus de ſui natura reuocabilis eſt. Rurſus quod tradit, quod potentior ſit declaratio voluntatis, quæ ſit facto, quam verbis.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de edili.edicto.c.dilecti.el.1.de appe. Ac proinde cum teſtatore declarante, quod legando volebat donare inter viuos, re vera erit donatio. Cum ea, & alij contractus poſsint fieri in teſtamento.ex gloſ.recepta communiter in.l.hæredes palàm.§.fin.de teſtam. Ergo à fortiori id operatur traditio. Minus facit. Etenim illud eſt, quãdo voluntas, quæ colligitur ex facto, eſt vnica: ita quod factum non poteſt ad alium finem conuerti. Prout videmus in alienante titulo donationis rem, quam prius alteri legauit.l.rem

legatam.

legatam.ff.de adim.lega. Item, quando talis præſumptio eſt recepta, & à iure approbata, vt in dicto exẽplo. Item, quando tenderet ad adimendum, non ſic quãdo ad dandum: cum naturalis conditio hominum potius ſit prona ad illud, quam ad iſtud, ſecundum gloſ. in.l. quæ dotis. ſolut.mat. Et ſic quemadmodum donatio non præſumitur.l.cum de indebito de proba. ita actus dandi, qui poteſt intelligi reuocabilis, non debet præſumi irreuocabilis. Maximè in legato, quod ideò datur, quia teſtator intelligit non poſſe ſe habere, & in eo concurrit illa pręſumptio d.l.Senatus.§.etenim.de dona.cauſa mor. Ex quibus, quæ potiora ſunt, facilè poterit ad alia reſponderi. Et ex omnibus reſultat hanc eſſe veriorem opinionem, vt legatum ex traditione non fiat irreuocabile: & ea ſit primęua huius articuli præſumptio: niſi ex grauioribus coniecturis ex traditione colligeretur donatio. Quo caſu recurrendum eſſet ad tradita per gloſ. & DD. in.l. cũ quid.ff.ſi cert.pet. & nos etiã agemus in.l.3. infra.gl.2.n.74.

Neque ad hoc eſt incongrua præſumptio, quòd traditio ſit facta ex interualo. Nam ſi fiat inter acta teſtandi, aut in continenti: animus teſtatoris videtur in eo actu perſiſtere: & cogitatione mortis videtur tradere, quod putat non poſſe ſe habere. Cuius contrarium videtur in eo, qui ſanus ex poſt facto tradit. In quo facilius præſumitur mutatio voluntatis. l. non ad ea.de condi. & dem.l. Titia.§.idem reſpondit. & ibi Bart.de verbor. Prout aduertit hîc Gomez.in fine legis, non benè à Tello reprę henſus.nu.86. Cum hæc præſumptio licet de per ſe ſola nõ ſufficiat, iuncta tamen cum iis, de quibus in.d.l. cum quid. poſsit iudicis animũ mouere ad inueſtigandam voluntatem tradentis. Quid enim ſi diues coniũctæ perſonæ pauperi pecuniæ quãtitatem modicam, aut veſtem, aut quid ſimile, legaret quod poſtea ſanus traderet: demum poſt legatum attritũ vel cõſumptũ, ex leui cauſa vellet repetere? nõ eſſet audiendus. Quid ſi non habens filios conſanguineis legauit bona ſua aſsignando vnicuiq; prædiũ magni valoris, & quia poſt mortem timet iurgia, eis in vita ſanus tradidit? poterit vtique reuocare. Neque enim debet præſumi velle legata irreuocabilia facere, & ſe bonis in vita & libertate fraudare, argu. eorũ quæ tradũtur in.d.l.cũ quid.

51 Sed hæc in legatis extraneorum. In quæſtione autem principali ſupra propoſita, vtrum melioratio filio teſtamento relicta fiat per traditionem irreuocabilis? Tello hîc nu.83.cũ ſeq.

adhærens communi opinioni ſupra relatæ, tenet traditionem factam ſimpliciter operari irreuocabilitatem: ſecus ſi fiat cum relatione ad teſtamentum. Idem ſequitur Moli.lib.4. cap.2.num.19.cum ſequentibus.& ante eos Gregor.in.l. 2.titul.15.partit.2.verb.maioria.col. fin. & Gomez. hîc num.fin. & clarius tit.de legatis. num.4.verſicu.item quæro.Nam cum exceptio traditionis expreſſa in text. ſpecialiter referatur ad contractum inter viuos:quamuis præceſſerit etiam ſermo vltimarum voluntatum:eius caſus deciſio,quæ per argumentum à contrario videtur indiſtinctè excludi, ſatius relicta in diſpoſitione iuris,iuxta dictam communem opinionem decidetur.Sed cum eam opinionem ſupra improbauerimus:ſi iſtud argumentum deſumptum à contrario ſenſu verborum text.profuturum eſt:potius illi ſenſui eſſet adaptandum vt traditio nihil ad irreuocabilitatem proficeret, quam in quouis alio legato nihil proficere ſupra probauimus.

Cæterũ in melioratione contrariũ tenuit Peralta ſupra relatus,cui adhæret Mierc.1.parte.primoge. quæſtione. 31. Quorum opinio in hoc caſu verior videtur,vt melioratio teſtamento relicta filio,ſiue quotæ bonorum,ſiue rei aut quantitatis certæ, fiat ex traditione irreuocabilis: per eadem media, quibus fit donatio,de quibus ſupra in principio gloſſæ. Idq; per hunc text.cuius mens videtur non aliena ab hac ſententia,ſed ei potius conformis. Tum,quia ſuperflua eſſet expreſsio vltimarũ voluntatum facta in principio,ſi exceptio ſequens traditæ poſſeſsionis eſſet ſolum referenda ad contractum inter viuos. Cûm plusquam manifeſtum erat, meliorationem factam in teſtamento eſſe reuocabilem, nec caſus iſte noua lege indigebat,ex ijs præcipuè,quæ ad declarandas iuris difficultates dicũtur conditæ.Tum etiam, quia exceptio ſequens relata ad regulam præcedentem ex ea debet ſuppleri.l.regula.§.fin.de iur. & facti ignor.vt pariformiter determinet omnes caſus regulæ, ad quos determinatio reſpicit.l.iam hoc iure.ff.de vulga.Maximè cum in omnibus ſit eadem ratio, nec reperiatur maior difficultas in teſtamento,quam in contractu, Cum vtroquè modo facta deambulatoria,& reuocabilis in principio legis ſupponatur. Nec obſtat,quod exceptio in litera text. ſit relata ad caſum ſpecialẽ traditæ poſſeſsionis ex contractu. Quia id gratia frequentioris contingentiæ fuit expreſſum: Nec ex eo debet

inferri

inferri, quòd exceptio non habeat locum in traditione ex teſtamento, argum. g. o. in clemen. 1. de reſcrip. verb. poſsidentes. in fine. Quam ad hoc not. ibi Imo. & Felin. in c. nonne. num. 5. de præſumptiô. Maximè cùm lex id expreſsè non neget, ſed per contrarium intellectum. Quòd genus deducendi non eſt omnino firmum, ſecundum gloſ. verb. petere. in. c. cupientes. §. quod ſi per viginti. de electio. in. 6. Et hæc opinio, quæ in puncto iuris videtur vera, poterit facilè recipi. In traditione quidem ſimplici: quia communis opinio non repugnat. In facta autem cum relatione cauſæ præcedentis, ex dictis rationibus. Quibus licèt repugnet natura teſtamẽti, prodeſt tamẽ qualitas meliorationis. In qua traditio, quæ non ſolet immutare titulũ reuocabilem, hunc effectum operatur, hîc in tex. Cuius pater non ignarus (quilibet enim præſumitur ſcire leges. l. leges ſacratiſs. C. de legibus.) ſic tradendo, videtur velle facere irreuocabilem. arg. doctrinæ Bart. in. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 4. ad Trebel. Et hinc ſumi poteſt differentiæ ratio inter hunc caſum, & alia legata, in quibus non reperitur iure cautum, quòd per traditionem fiant irreuocabilia, vt dictum eſt.

Ex quibus inferes, quòd cùm ex lege. 10. infra donatio ſimplex facta filio intelligatur melioratio, & per conſequens legatum, vt ibi dicemus glo. 1. num. 4. quòd tale legatum fiet per traditionem irreuocabile. Eſt enim melioratio, & erit not. limi-
52 tatio ad regulam ſuprâ poſitam. * Inferes etiam, quòd ſi filius eſſet melioratus per donationem cauſa mortis, quamuis ea in ſui reſolutione æquiparetur vltimis voluntatibus. l. illud, de donat. cauſ. mor. l. fin. C. eo. & not. DD. in. l. 2. de lega. 1. quamuis etiam per traditionem non ſoleat fieri irreuocabilis. l. ſenatus. §. donatio. l. inter mortis. verſi. Nam mortis. ff. de dona. cau. mor. l. non omnis, ſi cert. pet. Traditio tamen faceret irreuocabilem, ex hoc tex. Quamuis mentio mortis operaretur retentionẽ vſus fructus, iuxta ea, quæ in pacto de nõ reuocãdo adiecto donationi nõ traditæ, dicemus infrâ glo. 8. nu. 3. & ſeqq.

GLOSSA SEXTA.

PER traditionem ſcripturæ etiam nouæ transfertur poſſeſsio. Et per eam etiam fit irreuocabilis melioratio.

1 *PER traditionẽ ſcripturæ fit irreuocabilis melioratio, ſi corã tabellione tradatur.*
2 *Poſſeſsio transfertur per traditionem inſtrumenti.*

3 *Irreuocabilitas an cauſetur ex traditione inſtrumenti, an ex authoritate tabellionis.*

4 *Tabellio quade cauſa fuerit neceſſarius in traditione inſtrumenti noui.*

5 *Tabellio neceſſarius non eſt in alio quouis modo tradendæ poſſeſsionis, etiã per traditione inſtrumentorum veterum.*

6 *Donatio non requirit tabellionem, nec ſcripturam publicam, niſi eſſet inſinuanda.*

7 *Poſſeſsio, quæ transfertur per traditionem inſtrumentorum, non requirit, quod res donatæ ſint inconſpectu.*

8 *L. clauibus. ff. de contrah. empt. explicatur.*

9 *Traditio ſcripturæ vtilis erit ad cauſandam irreuocabilitatem meliorationis, quo ad bona futura, & quo ad iura, & actiones.*

10 *Melioratio teſtamento relicta fiet irreuocabilis per traditionem teſtamenti coram tabellione.*

1 O *Le ouiere entregado ante eſcriuano la eſcritura dello.* Hæc eſt
ſecunda exceptio text. in qua cauſatur irreuocabilitas
meliorationis, per traditionem ſcilicet ſcripturæ ipſiuſ-
met donationis. Noſtri omnes laborant in inueniẽda huius rei
dubitandi ratione. Nam cum melioratio fiat ex traditione poſ-
ſeſsionis irreuocabilis, vt in exceptione præcedẽti: & ad id ſuf-
2 ficiat tranſlatio per actũ fictum, vt ibi diximus: * videbatur, ꝙ
quemadmodum per traditionem inſtrumentorum transfertur
poſſeſsio. l. 1. C. de donat. ita ſufficeret prima exceptio ad hũc
caſum, & ſic videtur iſta ſuperflua. Et ſi obijcias textũ illũ lo-
qui in traditione inſtrumentorũ veterũ, quibus continetur ius
donantis: iſtum autem in traditione ſcripturæ nouæ donatio-
nis, qua continetur ius donatarij, ex qua iure communi non
transferebatur poſſeſsio, ſecundum omnes in d. l. 1. & Imol.
Aretin. & Alex. num. 11. in l. 3. de acquir. poſſeſſ. & eſt com-
munis opinio ſecundum Gomez in. l. 45. Tauri numer. 57. &
Matien. hic nu. 2. Replicabo iure partitarum inductum etiam
fuiſſe, vt per traditionem ſcripturæ nouæ continentis ius do-
natarij transferretur poſſeſsio. l. 8. tit. 30. par. 3. tradunt Greg.
ibi. Cifuen. hic. nu. 2. verſ. Tertius caſus, Lupus nu. 25. Gomez
num. 16. Caſtillo, nu. 102. Et ſic videtur iſtam exceptionem
ſuperfluam eſſe, cum ſecundum hoc ſufficiat præcedens.

3 Tello hic num. 65. & in. l. 22. nu. 5. & Moli. lib. 4. c. 2. nu. 11.
vt tex. iſte aliquid noui inducat, intellexerunt hunc caſum eſſe
hic expreſſum, non quia per iſtam traditionem non eſſet ma-
nifeſtum

nifeſtum transferri poſſeſsionem, cum id eſſet expreſſum lege Partitæ, & ſufficeret prima exceptio ſupra poſita. vt hîc etiã caſus cõtineretur: ſed quia hoc nõ ſufficit ad cauſandã irreuocabilitatẽ meliorationis. Quæ hoc caſu nõ cauſatur ex vi traditæ poſſeſsionis, ſed ex eo ꝙ inſtrumentũ traditũ eſt corã tabellione, cuius authoritas hoc operatur. Hic tamen intellectus non videtur ſatisfacere. Nam cum per traditionem ſcripturæ nouę tranſferatur poſſeſsio, ex d. lege Partitæ: ea debebat ſufficere ad inducendam irreuocabilitatem, vt in exceptione præcedenti: nec tabellio debebat eſſe hic neceſſarius, prout non eſt in alio quouis modo tradendæ poſſeſsionis. l. non idcirco. C. de fide inſtru. & ibi not. Bald. etiam in hoc traditę ſcripturę nouę, prout ipſi fatentur: oporteretq́; vt diſcriminis rationem darent. Nam aut tabellio debet eſſe neceſſarius ad tranſlationem poſſeſsionis: aut ea ſine tabellione tranſlata, non debebat eſſe neceſſarius ad irreuocabilitatem, cum tranſlatio poſſeſsionis ſufficiat.

4 Mihi videtur tabellionem hîc, & in l. 4. tit. 7. infra. nõ tam eſſe neceſſarium ad irreuocabilitatem, quam ad tradendam poſſeſſionẽ. Quia ſi poſſeſsio ſine tabellione traderetur, ei conſequẽs, & acceſſoria erat irreuocabilitas, ex prima exceptione huius tx. Vnde arbitror hanc legem, & d. l. 4. in expreſsione huius caſus. ſolum voluiſſe declarare dictam legem Partitę. Quæ non eſt expreſſa ad hoc, ad quod allegatur, ſcilicet, quòd per traditionem inſtrumenti noui, quo continetur ius accipientis, transferatur poſſeſsio. Verba legis ſunt. *Apoderandole de las cartas, porque la el ouo, o faziendo otras de nueuo, e dandoſela, gana la poſſeſsion.* Illa enim verba poterant intelligi non de ſcriptura iuris noui recipiẽtis, ſed de ſcriptura continente ius tradentis ſubrogata loco deperditę, vel cancelatę. Prout intellexerunt Gomez. in l. 45. Tauri. nu. 57. & Couar. lib. 3. variar. c. 16. nu. 12. eodem modo intelligentes. l. 2. tit. 12. lib. 3. Fori. quæ idem continet. Et quidem nõ immerito. Maximè cum leges Partitæ, vt plurimum concordent cum iure communi. Atque ita hic caſus non tam eſt noua & ſecunda exceptio ad regulam huius legis, quã primę & pręcedentis declaratio. Quaſi legis conditores ſignificarent, quod licet per traditionem poſſeſsionis rei donatę, fiat irreuocabilis donatio: & poſſeſsio poſsit pluribus modis tradi: aduertunt tamen quòd per traditionem ſcripturę nouę nollunt aliâs transferri, quam ſi tradatur corã tabellione. In quo nouum ius cõſtituũt,

cum

cùm communis traditio eſſet in contrariũ,&lexPartitæ non eſſet expreſſa.Vnde tabellio in nullo alio caſu tradendę poſſeſsionis neceſſarius eſt,vt in.d.l.non idcirco,etiam in traditio
5 ne inſtrumentorũ veterum. * Per quorum traditionem cùm ſine dubio poſſeſsio transferatur, vt in.d.l.1.C.de dona.id ſufficit ad cauſandam irreuocabilitatem,ex prima exceptione hu
6 ius tex. * Sed neque in hoc caſu ſcripturæ nouæ tabellio requiritur in confectione ſcripturæ donationis. Poterit enim fieri in priuata ſcriptura.l.ſi aliquid.l.ſi donatio per epiſtolã. C.de dona.tradit Boerius deciſ. 171.nu.17.quando inſinuatio non requiritur,de quo in.l.ſancimus. C.de dona. Et tradit Tello in.l.22.Tauri.nu.4.& nu.6.ad finem. Hæc tamen priuata ſcriptura,quemadmodum & publica ,coram tabellione tradenda eſt,vt ſic transferatur poſſeſsio , & cauſetur irreuocabilitas.Et eodem modo intelligenda eſt.l.4.tit.ſeq. & tradit Mieres.1.par.q.65.

Et procedunt iſta non ſolum ſi donatio contineat res mobiles,prout ſtrictè intelligebat Angel.in.l.3.ff.de acqui.poſ.quẽ videtur ſequi Vincen.ibi.nu.11.Sed etiam ſi contineat res immobiles,ſecundũ Gomez in.d.l.45.nu.56.ex.d.l. part. quæ in
7 immobilibus loquitur,& ex noſtro tex.qui generalior eſt , & ad futura etiã extẽdit. * Nec requiritur,quòd res donatæ ſint in conſpectu, ſecundũ gloſ. ver.traditis. in.d.l.1. C.de dona. quã ſequitur Caſtillo hic,nu.101.& communiter.DD.ſecundũ Gomez,vbi ſupra nu.58.& Couar.lib.3.vari.c.16. nu.11: quidquid dicat ibi alia gloſ. verb.inſtrumentis.& Bal.Nec quid quã in contrariũ facit tex.in.l.clauibus.ff.de contra.emp. Quoniam ibi non tractabatur de tradẽda poſſeſsione horreorum,
8 ſed merciũ,quę in eis continebantur. * Quæ merces non repræſentantur per claues horreorũ,quemadmodum cõtenta in inſtrumẽto per ipſum inſtrumentũ.Nã ſi ibi tractaretur de tradẽdis horreis,ſufficeret traditio clauiũ, quãuis nõ in conſpectu horreorũ.arg.d.l.1.C.de dona.&.d.l.partitæ. cũ idẽ ſit tradere ſignũ ſignificans,quod tradere ſignificatũ , ſecundũ Bal. & omnes ibi.Et in hoc tex. ille.in.d. l.clauibus ſingularis eſt , ꝙ etiã ſi merces nullo actu corporeo apprehendãtur, etiã viſu: poſſeſsio tamẽ acquiritur per traditionẽ clauiũ in conſpectu horreorũ.Per illã enim traditionẽ horrea appræhẽſa fuiſſe,& per cõſequens merces cõtentæ ſignificatur.Et hoc demonſtrat

cõſultus in verbis. *licet horrea non aperuerit.* Quaſi apertis horreis & viſis mercib⁹, ſine dubio poſſeſsio & dominiũ acquireretur: iuxta tx. in. l. 1. §. ſi iuſſerim. de acq. poſ. Illud autẽ ibi inducitur, ꝙ paria ſint apprehẽdere ipſam rẽ cõtinentẽ, quod eſſet apprehẽdere rẽ contentã. Vnde ibi ſatis probatur opinio Bar. nu. 18. in. l. 1. de acq. poſ. ꝙ tx. in. d. l. clauibus. omnino requirat claues tradi in præſentia horrei, quẽ aduerſus Alex. ibi. & Dec. conſ. 56. nu. 2. & Tiraq. de conſtit. 2. part. amplia. 3. ſequuntur & defendunt cæteri, maximè Iaſ. n. 91. & Coua. vbi ſup. n. 11.

9 Erit autẽ vtilis mod⁹ iſtæ tradẽdæ poſſeſsionis per ſcripturã donationis corã tabelliõe ad tollẽdas omnes difficultates, quas in gl. præcedẽti mouimus circa irreuocabilitatẽ meliorationis, quoad bona futura. Nã quãuis per modos, & rationes ibi adductas fiat etiã irreuocabilis: per hũc citra dubiũ fiet: etiã ſi poſſeſſio ex nũc ꝓ futuris nõ trãsferatur. Cũ modus iſte in lege expreſſus in omnibus ſit futurus ſufficiẽs. Erit etiã vtilis ad irreuocabilitatẽ donationis, quæ cõſiſteret in iurib⁹, & actionibus. In quibus, quamuis in glo. præcedẽti dixerimus, cõſtitutum operari ceſsionẽ, & trãsferre poſſeſsionẽ, & idẽ eſſe in omni clauſula, quæ ad id eſſet directa, & perfectionẽ act⁹ denotaret, & per conſequẽs hæc traditio inſtrumẽti donationis eſſet idẽ operatura. Quia tñ aliquibus cõtrariũ viſum eſt, vt ſola ceſsio id operetur, vt ibi diximus. n. 15. & in ſpecie traditionẽ inſtrumẽti etiã veteris, quo cõtinetur creditũ, nõ ſufficere ad trãſlationẽ poſſeſsionis, tradit Imo. in. l. fi. ff. de dona. & Vincẽ. in. l. 3. n. 15 de acq. poſ. ita vt nec donatarius poſsit virtute talis traditionis experiri, & agere contra debitores, ſecundũ Rebuf. in 3. p. cõſti. Galię. tit. de materia poſſeſsionis. in prin. nu. 84. Ad cauſandã tñ irreuocabilitatẽ donationis, de qua agimus, mod⁹ iſte ſufficiẽs erit, vt donatarius poſsit agere cõtra donantẽ, vt cędat ſibi ius, quod ex traditione ſcripturæ eſt in ſpe ſibi irreuocabiliter quæſitũ. Erit etiã vtilis ad cauſandã irreuocabilitatẽ meliorationis teſtamento relictæ: ſi teſtamentũ ipſum inſignũ poſſeſsionis, animo faciẽdi legatũ irreuocabile, corã tabellione filio tradatur. Quo caſu manifeſtior eſt volũtas patris, quã quãdo tradit res ipſa ex poſt facto. Imo & tũc poſſet dici, nõ tã velle facere legatũ irreuocabile, quam donare inter viuos, prout in teſtamento poſſe, diximus in gl. præcedẽti. & tradũt Scribentes omnes, in. l. hæredes palàm. §. fin. de teſtam.

GLOS-

GLOSSA SEPTIMA.

Melioratio, ſeu donatio facta filio ex cauſa oneroſa cum tertio, puta matrimonij eſt irreuocabilis. Filia tamen cauſa dotis nō poteſt per contractum meliorari. Et quid extra cauſam dotis. Et quid in teſtamento. Et vtrum ceſſante, aut ſoluto matrimonio, poſſit reuocari donatio eius cauſa facta. De dote monialis. De donatione profuſcipiendis ordinibus. Pro ſtudio. Pro alimentis. Et remuneratoria.

1 *Melioratio ex cauſa oneroſa cum tertio eſt irreuocabilis, & quando.*
2 *Filia cauſa dotis non poteſt meliorari.*
3 *Lex Regia de non meliorandis filiabus generalis eſt, etiam in non habente redditus.*
4 *Lex Regia de non meliorandis filiabus fuit condita ob moderandas dotes, non fauore maſculorum.*
5 *Filia an poßit teſtamento meliorari.*
6 *Filia an poßit per contractum extra cauſam dotis meliorari.*
7 *Filia tenetur imputare in legitimam rem, quam pater in teſtamento prælegauerat, & poſtea dedit in dotem.*
8 *Filia iam maritata non poteſt meliorari per contractum.*
9 *Matrimonio ceſſante, cuius cauſa eſt facta melioratio, etiam ſine culpa filij, poteſt reuocari melioratio.*
10 *L. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam. expenditur.*
11 *Soluto matrimonio non poteſt reuocari melioratio eius cauſa facta.*
12 *Filius emancipatus per matrimonium ex lege Regia, eo ſoluto, non reuertitur ad patriam poteſtatem.*
13 *Matrimonium, cuius occaſione fit irreuocabiles melioratio, non requirit (velationes.*
14 *Donatio filiæ ingredientis monaſteriū habet cauſam oneroſam, & eſt irreuocabilis, & non valet in vim meliorationis.*
15 *Donatio facta filio ad titulum patrimonij profuſcipiendis ordinibus habet cauſam oneroſam, & eſt irreuocabilis.*
16 *Donatio cauſa ſtudij reuocabilis eſt, niſi filius fiat aduocatus, aut doctor.*
17 *Donatio pro alimentis reuocabilis eſt, idem in donatione pro legitima.*
18 *Donatio remuneratoria facta filio non eſt irreuocabilis.*

1 O *El dicho contrato ſe huuiere hecho por cauſa oneroſa con otro tercero, anſi como por via de caſamiento, o por otra coſa ſemejante.*
Hæc

Hæc eſt tertia exceptio, ex qua cauſatur irreuocabilitas meliorationis, quando ſcilicet facta eſt ex cauſa onerofa cum tertio. In quo hæc duo copulatiue requirũtur, quòd ſit cauſa onerofa, & cum tertio prætendenti intereſſe. Et ponit lex exemplum in matrimonio. Si pater conuentione inita cum nuru aut cõſocero filiũ melioret, vt cum ea matrimonio copuletur. In quo deciſio tex. eſt conformis iuri communi. Secundum quod, quemadmodum donatio dotis eſt irreuocabilis. l. Põponius Philadelphus. ff. fami. hercif. Ita & donatio facta filio cauſa contrahendi matrimonium cum certa erat irreuocabilis, tanquàm pars contractus dotis, & eius acceſſoria: ratione mulieris, quç aliàs decepta remaneret, ſi ea donatio facta ſuo marito, ſub cuius occaſione nupſit, non valeret. Prout tradunt Guido deciſ. 145. Decius conſil. 414. nu. 12. Bertran. conſil. 227. nu. 10. volu. 2. Rimi. in. §. 1. inſtit. de dona. num. 492. Si autem filius, vel filia non eſſent matrimonio cum certo coniuge deſtinati: ſed meliorarentur in genere, quo ditius vel nobilius poſſent matrimonio copulari: non eſſet irreuocabilis melioratio. Neque enim habet cauſam onerofam cum tertio, quod lex requirit. Vnde ſi deficeret etiã traditio, poſſet reuocari. Omnis enim donatio, etiã dotis, non eſt onerofa, ſed lucratiua, ſi non interſit tertio. d. l. Pomponius Philadelphus. l. fin. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. cred. Niſi tempore contracti matrimonij ratificaretur melioratio. argu. l. 1. & 2. C. ſi maior factus ratum habuerit. Imo ſufficeret, quòd filius de cõſenſu patris ſub ea ſimplici relatione vxorem duceret, ſecundum Tello hic, num. 72. Mati. glo. 8. nu. 4. Baeça de dote. c. 21. nu. 37. Moli. lib. 4. c. 2. nu. 17. Mieres. 1. p. q. 39. nu. 10. Tunc enim eadem cauſa onerofa verſatur reſpectu contrahentis, quæ aliàs decepta remaneret. Vt in contractibus reſpectiuis ſequuto implemento. l. naturalis. per totam. ff. de præſcri. verbis. l. 1. ff. de rerũ permu. l. iuris gentium. §. 1. ff. de pactis. l. cum precibus. l. quoniam aſſeueras. cum alijs. C. de rerũ permu. l. 3. tit. 6. par. 5. Pro quo conducunt quæ dicemus in. l. 6. infra glo. 4. nu. 8. de filio renitente donationem, cuius occaſione vxorem duxit. Si tamen filius inſcio patre indignã duceret, nõ efficeretur irreuocabilis melioratio. Neq; enim filius, qui vt melius duceret, fuit melioratus, adimpleuit ex ſua parte, eodẽ argumento contractuũ reſpectiuorũ, & totius tituli de cõd. ob cauſam. Sed quid ſi filius

L non

nõ fuit melioratus ſub ea cauſa quod ditius & nobilius matrimonium inueniret, prout ſupra citati loquuntur: ſed eſſet melioratus ſimpliciter ſine cauſa: an melioratio fiat irreuocabilis, ſequuto matrimonio. Et quidem ſi ratificetur, fiet per ſupra dicta, non aliàs. Sed an ſufficiat ſimplex relatio patris, qui vt matrimonium celerius perficeretur, & filius vxorẽ duceret, aſſeruit ſe illum melioraſſe? Tello vbi ſupra dicit ſufficere, dum loquitur in melioratione facta pro contrahendo matrimonio in genere, *vel etiam ſine cauſa aliqua.* Mouetur ex iiſdem rationib9 ſupra adductis. Quia aliàs mulier fraudata remaneret, per text. in.l.in bonæ fidei.ff.de pecu.ibi. *Ego autem arbitror non ſolum de peculio conueniri, ſed & ſi quid præterea dolo malo patris, capta fraudataquẽ eſt mulier.* & per ea, quæ dicemus in.d.l. 6. Sed hic caſus attentius conſiderãdus eſt. Neq; enim poteſt videri fraudata mulier ex vera aſſertione ſoceri. Eſt enim dolus falſa aſſeueratio ſcienter facta cũ intentione fallendi, vt probat Soci. conſ. 159. verſi. ſecundo principaliter. & conſ. 160. verſic. ſecundo quod fortius. volu. 2. Qui dolus non cadit in patre, qui non aſſeruit ſe irreuocabiliter melioraſſe, ſed tantum melioraſſe: & nurui incumbebat melius ſcrutari. Argu. l. qui cum alio contrahit. de regu. iur. Ex præcedentibus etiam infertur, quod ſi melioratio fieret poſt contractũ matrimoniũ, licet pro ſuſtinẽdis eius oneribus, non efficeretur ea ratione irreuocabilis. Cũ ceſſet cauſa onerosa tertij, quã cõſiderat iſte tex. qui ea occaſione cõtraxit, prout in pacto de nõ meliorãdo dicemus. in. l. 6. inf. gl. 4. nu. 5.

2 Cęterũ quãuis tx. iſte procedat generaliter tã in filio quam in filia: Alia tamen lege filia eſt prohibita cauſa dotis, & matrimonij meliorari. l. 1. ti. 2. ſup. Quæ quãuis in ordine huius libri præceſſerit hanc noſtrã legẽ, fuit tamẽ illi poſterior, vt ex inſcriptione patet, & eã in hoc corrigit. Vnde melioratio data filiæ dotis ratione, quę ex hoc tx. erat irreuocabilis ex illo annullatur, & nõ valet. In quo lex illa nõ eſt impeditiua matrimonij ſed iuſta. Vt tradit Coua. in. 4. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 3. & Mier. 1. p. q. 50. nu. 8. & Auend. c. 14. correctorũ. verſi. neq; ex huiuſmodi. Menc. in auth. res quæ. nu. 24. C. cõmunia. de leg. & Baeça de

3 dote. c. 2. ad longũ.* Procedit autẽ lex illa Regia quantũ ad non meliorãdas filias dotis ratione, nõ ſolũ in habẽtibus redditus. de quibus in priori parte tex. fit mẽtio: ſed generaliter etiã in nõ habentibus. In omnibus enim eſt generalis ſecũda pars legis

de.

de non meliorandis filiabus. prout ibidem probat Baeça. c. 4. nu. 2. & Tello hîc nu. 74. licet contrariū voluerit Auen. vbi ſupra. n. 5. quē late reprobat Ayora parti. 3. p. q. 27.*
4 Fuit etiā lex illa cōdita ad moderandas dotes in fauorem tā filiorū, quam filiarū, potius quā ad commodū filiorū maſculorū tantū, prout intellexit Auen. vbi ſup. nu. 7. & Baeça. c. 2. nu. 29. Quod perperā in contrariū intelligebat Rojas de ſucce. c. 3. n. 26. intelligēs patrē qui ſolas filias habere, poſſe quālibet cauſa dotis meliorare. Quod falſum exiſtimo, vt rectius tenet & cōprobat Baeça in cōmen. illius legis. c. 6. Et inde etiā inferes nec patrē poſſe meliorare cauſa dotis filiā, quę ſola ſuperſit maritāda. Vt ibi etiā probat Bae. nu. 15. Omnes enim rationes legis, & in ijs caſibus militat, vt & in eis idē ius ſeruetur. l. illud. ad. l. Acqui. Eſt tamē aduertendū legē ſolū vetare meliorationē filię per cōtractū dotis, matrimonij ratione, vt probat tx. illis verbis, *Ni ſe cu tiēda ſer mejorada tacita ni eſpreſſamente por ninguna manera de contrato entrevivos.*
5 Ac proinde in teſtamento poterit meliorari, vt probat Bae. ibi. c. 20. & Mati. gl. 2. nu. 4. & gl. 3. & Rojas vbi ſupra. nu. 40. & Gute. de iura. cōfir. c. 59. n. 55. Quāuis contrariū voluerit Auen. vbi ſup. in fi. verſi. & quāquā.*
6 Sed an filia extra cauſā dotis, & matrimonij poſſit per cōtractū meliorari? videtur ꝙſic. Ceſſat enim ratio finalis legis. Quę prout dictū eſt, nō fuit condita ꝓpter filios maſculos. ſed ꝓpter moderādas dotes: ꝓut oſtēdūt verba legis. *Por via de dote en caſamiēto.* Qua ratione ceſſante debet etiā ceſſare diſpoſitio. l. adigere. §. quāuis. de iur. patro. Et ſic tota legis diſpoſitio loquitur in nuptijs præſentibus aut pactis, illis verbis, *dar y prometer, dierē y prometierē.* quę nō poſſunt referri niſi ad certū generū. Maximè cū lex tractet de reformādis dotibꝰ, quę citra matrimoniū eſſe nō poſſunt. l. 3. ff. de iu. dotiū. l. fi. C. de dona. ante nup. Neq; .n. poteſt dici filia cauſa dotis meliorata, quę nec nuptui traditur, nec de eiꝰ dote aut matrimonio quidquā paciſcitur. Aliàs filia matrimonio inutilis, anus, aut impedita nō poſſet meliorari, cōtra naturalē ęquitatē. l. maximū vitiū. C. de libe. præt. Sed veriꝰ eſt legē generalē eſſe vetātē filiæ meliorationem per contractum, vt oſtendunt præciſſa verba. *Por ninguna manera de contrato entre vivos* Per quæ non ſolū vetatur filiæ melioratio pro nuptijs pactis; ſed pro dote etiā futura, quo, ſcilicet melius nubat; in quo non ceſſat, ſed viget eadē ratio legis. Nā quāuis inordinatus parētū affectus, qui illa

L 2 lege

lege reprimitur, arctius impellat in genero & nuptijs præſentibus: non tamen poteſt idem affectus negari, etiam in genere, pro collocandis matrimonio filiabus. l. fin. C. de dotis. promi. l. qui liberos. de ritu nup. Et quamuis lex tractet de reformandis dotibus, quæ non ſolent dici ſine matrimonio: largo tamen modo, ſecundũ communẽ vſum loquẽdi dotata dicitur filia, cui eſt dos aſsignata: & ea appellatur dos. l. lex Iulia. ff. de fundo dota. l. ſi ſponſa. ff. de iure dotium. l. Theopompus. de dote prælegat. l. Seiæ. §. prædia. de fund. inſt. Not. Bart. in. l. Titio centum. §. Titio genero. num. 5. de condi. & dem. cuius opinionem ſequũtur, & dicunt communem alios referentes Iaſ. nu. 2. in. l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam. Ripa in rubr. ſolut. matri. nu. 61. Bal. Noue. de dote. 1. p. num. 22. Quamuis in caſu quo loquitur Bart. de excludendo filiam, tanquam dotatam ex forma ſtatuti, contrarium teneat Imo. ibi. nu. 9. & Ful. in. l. non ſine. de bonis quæ libe. & Corra. in. d. l. qui liberos. nu. 40. Vt vel ſic melioratio data filiæ per contractum pro dote aut matrimonio, quamuis non præſenti, ſed futuro in genere, debeat dictæ legi Regiæ ſubijci. Et ſi obijcias iſta procedere, quoties filia melioraretur pro dote, aut matrimonio ſaltim in genere: non aliàs, ſi melioraretur ſimpliciter, non pro dote aut matrimonio: quo caſu melioratio non intelligatur pro dote. Nam quamuis ſoleat dici legatum, vel promiſsionem quantumuis ſimplicem, factam virgini tacite intelligi pro dote, licet id non exprimatur, vt tradit Bar. per tex. ibi in. l. quod autem. ff. de iure dotiũ. & Bal. in. l. nulla. C. eo. Illud intelligitur, quando fit mentio de matrimonio: non alias, ſecundum Bar. in. q. mulier habens amplum patrimonium, & Bal. vbi ſupra. & in. l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quan. profe. & Alex. ad Bart. in. d. l. quod autem. Et ſic talis melioratio ſimplex, quæ neq; eſt dos, neq; intelligitur facta pro dote, non debet ex lege Regia impediri. Quia reſpondeo, illud eſſe, quoties promiſsio non eſſet prohibita. Aliàs ſemper intelligeretur in peiorem partem, propter remouendã fraudẽ legis. Præſumitur enim color quæſitus, prout in muliere, & filio fami. correis qui iuuãtur Senatus conſultis Velleiano, & Mace. vetantibus fideiuſsionẽ, ac ſi fideiuſſiſſent. l. vir vxori. §. fi. ad Velle. l. ſed. & Iulianus. §. 1. ad Macedo. Pro quo faciunt verba finalia illius legis Regiæ vetantis omnem fraudem aduerſus ſuam diſpoſitionem. Nõ obſtat, ꝙ ſecũdũ hoc filia matrimo

nio,

nio inutilis, anus, aut aliàs impedita non poſſet meliorari. Quo niã hoc caſu poſſet defendi ceſſare legis diſpoſitionem. Ceſſat enim omnino eius ratio, nec in aliquo fraudatur, ex cõmuni regula d.l. adigere. §. quamuis. cum alijs.

7 Illud ſummè notandũ eſt, ꝙ cum filia poſsit teſtamento meliorari, ſi poſtea ei daretur in dotem res in qua fuit meliorata, haberet eã præcipuã loco meliorationis, nec eſſet in legitimam imputanda, ex doctrina Bal. in. l. filia legatorum. C. de lega. Videtur enim pater in vita ſoluiſſe legatũ. l. Lutius Titius teſtamento. de lega. 2. Et dos ſumet naturã legati, cum eius loco ſubrogetur, & habebitur præcipua loco meliorationis, prout haberetur ex teſtamento. Et pro hoc Dec. in. l. filiæ dotem. nu. 1. in fi. C. de colla. conſiderat, quòd traditio facta in vita fit fauore mulieris, & ꝙ non debet in eius odium retorqueri. Sed contrarium verius eſt, non ſolum in terminis legis Regiæ, ſed etiam de iure cõmuni, quo poterat dos à collatione liberari, auth. ex teſtamento. C. de colla. Et ſic illud dictũ Bal. reprehendunt Sali. Fulgo. & Corn. in. d. l. filia legatorum. Iaſ. & Dec. in. d. l. filię dotem. quibus prædicta opinio ſcrupuloſa videtur, & contrariũ plus placuit Moli. ad Dec. vbi ſupra. Quorum fundamenta refert Iaſ. nu. 4. quæ ſtrictius procedunt, ſtante lege Regia, quæ facilè fraudaretur ſi opinio Bal. eſſet vera. Et pro hoc facit tex. in. d. l. filia legatorum. Et idem erit ſi prælegatum non fuit rei certæ, ſed quotæ bonorum aut quantitatis, licet ſit relictum ſimpliciter, & non pro dote. Conſumetur enim, aut extenuabitur per dotem poſtea datam. Et in ea quantitate ceſſabit melioratio, ex tex. in. d. l. filia legatorum. Vbi tradunt communiter DD. in. l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. 1. vbi reſoluit Iaſ. nu. 16. Suſtineretur tamẽ in reliquo, ſi fortè dos ſit minor quam melioratio, vt ex aliorũ cõmuni opinione reſoluit ibi Iaſ. n. 18.

8 Ex ratione etiã illius legis Regiæ infertur, quòd nec filia iã maritata poterit meliorari per contractum. Eſt enim vere dos, quæ datur etiam iam nuptæ. §. eſt & aliud. inſt. de dona. l. cum multæ. l. ſi conſtante. C. de dona. ante nup. l. 1. tit. 11. p. 4. Bart. in. l. Lutius Titius teſtamento. in fi. de lega. 2. Iaſ. vbi ſupra. proximè. nu. 19. vt vel ſic legi Regiæ ſubijciatur. Argu. l. hac ędita li. C. de ſecu. nup. vbi taxa dotis ſecundo nubentis, de qua ibi ſeruanda eſt etiam ſi detur contractis nuptijs, & hoc tenet Baeça in commen. illius legis Regiæ. c. 5. ex nu. 7. Vbi etiã nu. 38.

 probat

probat,nec valere augmentum dotis,ex quo reſultet prohibita melioratio. Eſt enim idẽ iudicium acceſſorij & principalis.l.ſi marito.§.ſi fundum.ſolu. matr. & ibi not. facit tex.in authen. æqualitas.C.de pactis conuen.Et quòd leges loquentes.de dote, ſeruantur etiam in augmento, vt not.Bal. per tex.ibi,in.l. etiã.C.de iure dotium.& in.l.3.§.hæc verba,per tx.ibi in fine. ff.de nego.geſtis.& Iaſ. num. 2. in. l.quod in rerum.§.ſi quid poſt,de lega. 1.& alij quos ad hoc citat Baeça.

9 Redeundo ad intentũ in donatione ſeu melioratione facta filio in cauſam matrimonij cũ certa,quærunt omnes hìc, an matrimonio ſine culpa filij nõ ſequuto,poſſit reuocari? Nã ſi culpa & facto filij ceſſauit donatio,eſt inefficax.l. pater Seuerinã. de cond.& demon.l.14.tit.4.par.6.tradit Soci.nu.10.in.l. in teſtamẽto.la.2.ff.de cond.& demõ. Quando autẽ ſine culpa filij, noſtri hìc concludũt,donationẽ non poſſe reuocari,ſequuti Seguram in.l.vnũ ex familia.§.ſed etſi fundũ.nu.127.delega.2. Ciſue.nu. 5.Caſtillo.nu.105.Arias nu.28.Lupus.nu.45.Loazes in.l.filius fam lias.§.diui.n.85.deleg.1.Mouẽtur,quia dos & donatio propter nuptias æquiparant ur.l cùm multæ. C. de don.ante nup.Sed donatio pro dote eſt irreuocabilis, etiã ſi matrimonium non ſequatur.l. ſi extraneus,in fine.ff. de cond. ob cauſam, vbi not.Roma. Alex.& Iaſ. Ergo idem in donatione in cauſam matrimonij.

Contrarium defendit Tello hìc nu.77.quem ſequũtur Mati.gl.8.& Baeça de dote.c.21.num.29.& ſeqq.& Moli.lib.4.c. 2.nu.18.& Mieres.1.par.q.39.nu.11. Ex eo,quia omnis diſpoſitio ob cauſam non habet effectum, ceſſante cauſa, vt in toto titulo de cond.cauſa data.Et quemadmodum donatio citra cauſam oneroſam eſt reuocabilis:eodem modo donatio ob cauſam matrimonij,quod ceſſauit:cùm hæc duo æquiparentur. l. 1.ff.de cond ſine cauſa.Ex eo etiam, quia ex hac lege irreuocabilitas eſt conceſſa huic donationi in quantum oneroſa cum tertio: ſed ceſſante cauſa tertij, omnis donatio etiam dotis, eſt mere lucratiua.l.Pomponius.ff.fami. herci.l.fin. §. ſi à ſocero. vbi Bart. ff. quæ in fund. credi. ergo debet poſſe reuocari. & hoc in terminis huius tex.eſt ſine dubio.

Ad fundamentum contrarium reſpondet Tello hìc nu.78. fatendo dotem eſſe irreuocabilem, etiam non ſequuto matrimonio. Quia eſt potiùs ſolutio in executionem obligationis

patri

patris de dotando. l.fin. C.de dotis promi. Et idem eſſe in donatione propter nuptias, ad quã etiam pater tenebatur, vt ibi, & not.glo.in authen.dos data. C.de dona. ante nup. quam ibi ſequuntur omnes. Vnde cũ ſoluatur debitũ, ideo ceſſante etiã cauſa, nõ repetitur. Sed donatio in cauſam matrimonij, de qua loquimur, non eſt donatio propter nuptias, ſecũdum Pau.conſ. 345. volum.1. Bertran.conſ.60.volu.2. Ripam in.l.1.ſolu ma trimo.nu.141. Sed eſt donatio merè ſimplex, & ad quam pater non poteſt compelli. Et ſic ceſſante matrimonio eſt ireuocabilis. Hæc ſolutio, quamuis aliàs placuerit, non videtur bona. Non ex eo quòd donatio in cauſam matrimonij non ſit do natio propter nuptias: de hoc enim agemus in.l.9.infra. Sed ex eo, ꝙ donatio vera propter nuptias (ſi eſſet in vſu) imo & dos ipſa data ob cauſam matrimonij, eo nõ ſequuto, debet poſſe repeti per patrem. Prout probat Baeça vbi ſupra. & refert & ſequitur Mati.hìc. Idq; ex eadem generali regula, quòd datum ob cauſam, cauſa non ſequuta, condicitur. Quæ efficacius militat in dote. Eſt enim reſpectiua ad matrimonium: & habet infitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur: quaſi ſine eis dos dici non poſſit.l.item quia.§.1.ff.de pactis.l.3.l.plerumque.§.ſi ante.l.promittendo.l.ſtipulationem.ff.de iure dotium. l.fin C.de dona. ante nup.

10 Non obſtat text.in.d.l.ſi extraneus.in fine. Quoniam ſecundum Bald.& Matien. ſupra relatos, probat hanc eandem communem, non ſolum reſpectu futuri mariti, qui dotẽ receperat, à quo pluſquam manifeſtum eſt non ſequuto matrimonio eſſe repetendam: ſed etiam in quantum cõdictio datur patri, & nõ filiæ. Quod probat tx.illis verbis. *Sed & ſi pater pro filia det, & ita conuenit: niſi euidenter aliud actum ſit, condictionem patri competere Marcellus ait.* Imo ſi dos eſſet data ipſi filiæ cauſa contrahendi dicti matrimonij: eo non ſequuto, ab ea etiam per patrem repeteretur: ex eadem regula. Prout probat text. in.l.ſi ego.in principio.ff.de iure dotium. bi. *Sed condictione tenebitur.* Et probatur. Quoniam pater dando dotem, etiam ſi nihil dicat, ſemper videtur interponere tacitam ſtipulationem, pro recuperanda dote.l.vnica.§.accedit.in fine. C. de rei vxo.act. Quæ extenditur ad hoc, vt dotem ſibi conſeruet, non ſequutis nuptijs, ſecundum Balduin, conſil.16. verſic.ſed poſito quod potuerit.lib.1.& cõſ.196.col.1.lib.3.& hæc probat Boe.

deciſio. 331. nu. 2. quos referunt & ſequuntur Baeça, & Mati. Ex quo infertur non recte percepiſſe illius legis ſenſum Seguram & ſequaces, quos ſupra retulimus. Ipſi enim exiſtimarũt, quod verba illa, *Et ita conuenit*, ſignificabãt, non aliâs patri cõpetere repetitionem, niſi eſſet ita conuentũ: ac proinde regulariter filiæ dari. Cũ potius tx. probet contrariũ, illis verbis, *Niſi euidenter aliud actum ſit.* Quibus ſignificatur condictionẽ regulariter dari patri: niſi eſſet actum, vt daretur filiæ. Cum quibus non conuenirẽt illa verba, *Et ita conuenit*: ſi in illo ſenſu eſſent accipiẽda. Referũtur enim ad conuentionẽ, cuius I. C. meminerat in principio, ſcilicet patrẽ conueniſſe, vt quoquo modo finitũ eſſet matrimoniũ: dos ei redderetur. In quibus (obiter) non minor difficultas verſatur. Videtur enim deciſionẽ conditionalẽ eſſe, & ab eo pũcto pendere, quod pactum illud fuerit appoſitũ: quaſi aliâs cõdictio daretur filię. Et tamẽ omnes ibi conueniũt, ꝙ condictio nõ datur ex vi pacti: ſed ob cauſam nõ ſequutã. Cũ cõdictio oriatur extra id quod agitur. l. ſi is. in fi. ff. cõmo. Cuius cõtrariũ ſignificant illa verba: & etiã præcedentia. in verſi. *Et veriſimile eſt, in hunc quoq; caſum cũ, qui dat, ſibi proſpicere.* Cũ etiam omnes conueniãt idem futurum, ſi pater nihil eſſet ſtipulat⁹. Quo caſu lex interponit tacitã ſtipulationẽ pro patre, vt in. d. §. accedit. in fi. Quæ ſeruit etiã nõ contractis nuptijs, vt dictum eſt. Imo, & in extraneo, in quo tx. ille loquitur in principio, idẽ ius ſtatuendũ eſſet: etiã ſi nihil eſſet ſtipulat⁹. Nã quãuis ſoluto quoquo modo matrimonio dos ptineret ad mulierẽ, vt in. d. §. accedit: nuptijs tamẽ nõ cõtractis, condictio cõpeteret dotanti, d. l. ſi ego. in prin. ff. de iur. dotiũ. Sed reſpõdeo, ꝙ quamuis verũ ſit condictionẽ ibi nõ dari ex vi pacti, & eandẽ cõpetiturã etiã ſi pactũ non eſſet adiectum: poſuit tamẽ I. C. illam ſpeciem gratia augendæ difficultatis. Videbatur enim cõdictionẽ dandam fœminę. Quoniã qui dederat dotem ſtipulatus fuerat in vtroq; caſu ſoluti matrimonij: nõ autem meminerat caſus nõ ſequuti matrimonij. Atq; ita videbatur, quòd quemadmodum qui in vnum caſum ſoluti matrimonij ſtipulatur, videtur in alio donare. l. ſi cum dotẽ. ff. ſolu. mat. eodem modo qui in vtrumq; caſum ſoluti matrimonij ſtipulatur, videatur in caſu non ſequuti donare: vt ſic in eo mulier habeat condictionẽ. Contrarium reſpõdet I. C. illis verbis. *Et veriſimile eſt, in hunc quoq; caſum cũ qui dat ſibi proſpicere.* Non quidem ex vi pacti, quod non extenditur

ad.

ad nõ ſequutas nuptias:ſed ex eo,quia ſibi prouiſit in omnem euentum ſoluti matrimonij, veriſimile ſit nihil voluiſſe donare,ſed condictionem etiã ſibi reſeruare in caſum non ſequuti matrimonij. Eadem ſpecies retinetur in verſic.fin. In quo illa verba. *Et ita conuenit*, non excludunt à contrario caſum, quo nihil conuenerit. Is enim non eſt contrarius caſui,quo *ita conuenit*. ſed benè excludũt caſum quo ita nõ cõuenit: qui eſt cõtrarius caſui,quo *ita cõuenit*. Vnde licet tx. nõ bene inducatur, vt per cõtrariũ probet, ꝙ in caſu quo nihil cõuenerit cõdictio detur fœminæ,& nõ patri. Rectè tñ inducetur vt probet, ꝙ ſi nõ eſſet ita conuẽtum,prout fuit in caſu illius tex. *Vt quoquo modo, &c.* Sed conuenerit in vnum tantum caſum ſoluti matrimonij : Tunc quemadmodum in alio caſu ſoluti matrimonij dos acquireretur filiæ,& in eum pater videretur donare,vt in.d.l.ſi cum dotem.fauore dotis ſecundum omnes ibi: eodem modo videatur etiam donare in caſum non contracti matrimonij: vt tunc filia habeat cõdictionem:eodem fauore dotis: qui licet ſoluto matrimonio militet efficacius , non deſinit etiam verſari eo non contracto.l.2.§.fi.de priui.credi.Quod ſic intellexit gl.in.d.l.ſi extraneus.verb.in hunc quoq;.Quã licet DD. reprobẽt in quãtum ſignificat cõdictionem dari ex vi pacti: ſed in quãtum ex pacto adiecto in vnum tantum caſum ſoluti matrimonij collegit cõdictionem dari fœminæ in caſum non contracti,benè dicit.Nec aliàs poſſunt ſtare verba illa, *Et ita conuenit*. Nam ſi pacto in totum non adiecto, vel adhuc adiecto in vnum tantum caſum ſoluti matrimonij, ſemper condictio competeret patri: fruſtra eſſent verba illa adiecta & de nihilo deſeruirent.

Rurſus ex præcedẽtibus infertur,quòd nec Segura, & ſequaces ſupra relati intellexerunt mentem Roma. Alex.& Iaſ.quatenus ex illo tex.in.d.l.ſi extraneus.in fi.collegerunt ibi caſum notabilẽ,qui alibi nõ reperitur,ſcilicet,quòd quamuis donatio ſit prohibita inter patrẽ & filium in poteſtate.l.2.C.de inoffi. dona.& id limitetur per glo.1.ibi in principio. in cauſa dotis, ex.l.Pomponius Philadelphus.ff.fami.hærciſ.id tamen extenditur,vt procedat etiam nõ ſequuto matrimonio,vt ibi. Et ſubdit Iaſ.rationem quam ſupra tradidimus. Quia priuilegia dotis extẽduntur,etiam non ſequuto matrimonio.d.l.2.§.fi ff.de priui.credi. Idem tradit Alex.in. l.2. §. quod ſi in patris.nu.1. & in.l.ſi cum dotem.nu.7.ſolut.matrimo. Etenim id non col-

 legerunt

legerunt iſti Authores ex tx. inducto prout putauit Segura, & ſupra retulimus. Sed ex verbis, *Niſi euidēter aliud actū ſit,* (prout refert Alex. in. d. §. quod ſi in patris.) Quib' ꝓbatur donationē dotis valere inter patrē & filiā in poteſtate, etiā nō ſequuto matrimonio, ſi id, ſcilicet, euidēter actū ſit. Quæ deciſio pariſormiter militabit, nō ſolū in dote tradita: ſed etiā in promiſſa. Eſt. n. vtriuſq; æquale priuilegiū. l. fi. C. de dotis promi. ibi, *Dederit vel promiſerit.* l. vnica. §. accedit. C. de rei vxori. actio. ibi. *Dantur vel promittūtur,* cū traditis à Iaſ. in. §. fuerat. inſt. de actio. nu. 127. In quo caſu poſſet applicari diſtinctio Tellij ſupra aducta, vt donatio dotis, ſi actū ſit, valeat & ſuſtineatur, etiā nō ſequuto matrimonio, dotis fauore. Et etiam, quia eſt quaſi ſolutio pēdens ab obligatione parentis ad dotandū, vt in. l. fi. C. de dotis prom. Et idē ſit in donatione propter nuptias, ſi eſſet in vſu: quæ erat neceſſaria, & ab eadē obligatione pendebat. vt ibi. Sed in melioratione in cauſam matrimonij cū certa, quæ verè non eſt donatio propter nuptias: vel in donatione in cauſam motrimonij cū certa, quæ quamuis quoad collationem ſit donatio propter nuptias. vt dicemus in. l. 9. infra gl. 3. ex nu. 20. cū tamē vtraq; non ſit neceſſaria, & ad quā pater poſsit cōpelli: licet deficiēte cauſa onerofa tertij, & ceſſante matrimonio, poſsit etiam tradita reuocari, non obſtāte quod ex ſola traditione ſoleat aliàs melioratio fieri irreuocabilis, vt in prima exceptione huius tx. vt titulus cauſæ finalis ceſſantis præponderet ad reuocandum: licet etiam poſsit ex ſola traditione irreuocabilis remanere, etiā ſi ceſſauerit cauſa oneroſa tertij, ſi id, ſcilicet expreſſè actū ſit: Si tamē non eſſet tradita, nō fieret irreuocabilis ex cauſa oneroſa, quæ ceſſauit, licet id expreſſè actum eſſet. Ceſſat enim fauor dotis, & obligatio parentis ad dotandum, ex quibus id cōſtituitur in dote, in. d. l. ſi extraneus. & per conſequens ad dandam donationem. Et viget deciſio noſtri text. facientis reuocabilem ſimilem donationem, niſi in caſibus expreſsis traditionis, aut cauſæ oneroſæ, quæ hîc non interuenerunt. Nec ſufficit eſſe actum expreſſè, vt fieret irreuocabilis: cum ſolum pactum ad id non ſufficiat, vt dicemus in gl. ſequenti.

11 Redeundo ad tx. aduertendum eſt, quòd ſi matrimonium cuius cauſa melioratio facta fuit. ſortitum fuit effectum, licet poſtea morte diſſoluatur, etiam ſine prole: melioratio firma manet. Quia effectus cauſæ conſumatus non indiget ad ſui valorē,

quod

quòd cauſa vnde proceſſit duret: imò ea etiã ceſſante, ipſe perſeu.ra. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbor. l. fi. in prin. ff.
12 vnde libe.* Arg. emancipationis, quæ per matrimonium cõtrahitur, ex. l. 8. tit. 1. ſupra. Quæ ſoluto matrimonio non diſſoluitur, nec filius reincidit in patriam poteſtatem. l. qui liberatus. ff. de adoptio. gl. verb. generaliter. in auth. conſtitutio quę de digni. Et tradit Iaſ. in. d. §. ſacram. nu. 8. & Caſtillo. in. l. 47. Taur. gl. fin. & Arias in. l. 45. Tauri. nu. 34. & 49. & Mincha. de ſuc ceſ. progre. §. 1. nu. 25. & Baeça de non melio. fili. c. 14. nu. 6. & Mati. in. d. l. 8. in fi. Et alij quos poſt huius operis primã æditionem refert & ſequitur Gute. Practi. quæſtio. huius libri. 2. c. 9.
13 nu. fin.* Sed an valorem meliorationis requirãtur hîc, quæ ibi ad emancipationem requiruntur? matrimonium, ſcilicet, & Eccleſiaſticæ benedictiones, quas eſſe ibi de eſſentia omnes fatentur, teſte Mati. gl. 1. in fine. Sed contrarium dico. Ibi enim ideò requiruntur, quia ſunt expreſſæ. Aliàs effectus matrimonij neque à vellationibus, neque à copula pendet. l. nuptias. de regul. iur. latè tradit Tiraquel. in. l. ſi vnquam. verb. donatione largitus. nu. 224. Couar. de ſponſalibus. 2. par. c. 1. §. vnico. in prin. Et omnes cõditiones matrimonij eo cõtracto ſine copula neq; vellationibus, verificantur, vt late probat Lup. in Rubr. §. 55.

Procedit autem deciſio legis huius non ſolum in melioratione, in qua loquitur, ſed etiam in donatione, quæ non eſſet data pro tertio & quinto, aut expreſſo titulo meliorationis: ſi ſcilicet eſſet facta pro matrimonio contrahendo cum certa. Quoniam quamuis non intelligatur melioratio, ſed data pro legitima, & cõferenda, vt ſupra dixi, & dicã in. l. 9. infra: quãtum ad hoc tamẽ, vt ex cauſa onerosa fiat irreuocabilis æedẽ rationes militãt, etiã de iure cõmuni, iuxta dicta ſupr. in prin. Prout in quauis donatione data pro legitima ex cauſa oneroſa diximus ſupra gl. 2. num. 5.

Sed quatenus tx. extẽdit hanc cauſam oneroſam cum tertiò ad alias ſimiles matrimonio: pluribus modis exẽplificatur per Caſtillo hîc. Illa erunt exempla congrua, quæ contineant cauſam oneroſam cum tertio. Quale erit ſi donetur filiæ ingreſſæ
14 monaſteriũ.* Talis enim donatio dos eſt, ſecundũ Bar. in. l. Titio centum. §. Titio genero. in fi. ff. de cond. & dem. & in. l. 1. §. ſi parens. ff. ſi quis apare. fue. manu. Bal. in. l. quoniã nouella. ad fi. C. de inof. teſtamen. Curtius in authen. res quæ. num. 26. C. commu-

communia delega. Feli. in. c. eccleſia. de cõſti. col. 22. & Corra. in. l. qui liberos. nu. 22. de ritu nup. Et per cõſequens verſatur cauſa onerosa cõtracta cum monaſterio, cuius ratione fiat irreuocabilis donatio. Et ex eadẽ ratione ſi dos monialis daretur titulo meliorationis, vel re ipſa cõtineret meliorationẽ, iuxta terminos legis Regiæ, de qua ſupra nu. 2. eſſet nulla, & nõ valeret. Illa enim lex vetãs filiã dotis ratione meliorari, exẽplificabitur etiã in dote monialis, vt in cõment. illius legis probat Bacça. c. 14. Eſt enim vere dos, prout ea, quę datur nubẽti, vt dictũ eſt. Et in ea cõcurrunt à fortiori, eędẽ rationes illius legis. Cũ & de per ſe vetita ſit harũ dotiũ exactio, niſi ratione alimẽtorum. vt in. c. nõ ſatis. iũcta glo. de ſimo. Vt vel ſic talis dos ſubiaceat legi vetanti meliorationẽ dotis Cũ aliàs ſtatuta excludẽtia fœminas propter maſculos ligent moniales, ſecundũ Abb. Anto. & Imo. in. c. quod clericis. de foro cõpe. Pariſ. conſil. 62. nu. 6. lib. 3. Brunus in tracta. de ſtat. exclud. fœmi. art. 6. q. 5. nu. 20. ad finem, & alios quos refert Bacça vbi ſupra. nu. 6.

15 Melioratio tamen, quæ fieret filio clerico pro ſuſcipiẽdis ordinibus, valebit irreuocabiliter. In ea enim verſatur cauſa onerosa cũ Epiſcopo, qui aliã non ordinaret, ne de ſuo aleret. c. Epiſcopus. c. tuis quæſtionibus. de præben. Et ita tenẽt Faber. in. §. fin. inſt. de inoffi. teſtam. & in. l. ſi emãcipati. C. de colla. col. 1. & Aymon cõſ. 136. & Ciſue. nu. 1. Tello. nu. 81. & 82. Mati. gl. 9. nu. 8. hìc. Couar. in. c. Raynaldus. §. 2. nu. 7. de teſta. Auend. reſpõ. 17. in fine. Et poſt huius operis primã æditionem, Gutc. lib. 2. pract. quæſtio. huius libri. q. 65. nu. 7. & Azeb. in. l. 10. infra, nu. fin. Et idẽ erit in donatione, quæ nõ eſſet data pro tertio & quinto, aut expreſſo titulo meliorationis. Quoniã quãuis ea eſſet in legitimam imputanda, & cõferenda, vt dicemus in l. 9. infra. glo. 3. nu. 25. quo ad irreuocabilitatẽ tamẽ eadẽ cauſa onerosa verſatur, prout in melioratione, aut donatione ex cauſa onerosa matrimonij cum tertio, de qua agimus.

16 Quod autẽ in donatione cauſa ſtudij tradũt hìc Cyſue. Lupus, Arias, Caſtillo, ꝙ ſit irreuocabilis ex ęquiparatione dotis, defendi nõ poteſt, ſecundũ Tello nu. 113. & Mati. glo. 7. nu. 2. Cũ magis cõmunis opinio ſit in contrariũ, niſi filius eſſet aduocatus, aut doctor, aut ante reuocationẽ efficeretur talis. Vel niſi donatio eſſet iã in ſtudio cõſumpta, ſecũdũ Bart. in. l. 1. §. neq; caſtrẽſe. n. 2. de coll. bon. & in. l. filię cuius. C. fam. her. Vbi

Bal.

Bal.nu.10.& Salic.q.3.& eſt communis opinio ſecundũ Iaſ. in.l.1.ff.ſoluto matrimonio.nu.55.& ibi Ripa. num.140.Argumentum enim illud de dote ad ſtudium inefficax eſt: cùm obligatio dotandi ſit neceſſaria, ſtudij verò non.ſecundum Ripam, Tello, & Mati.ſupra relatos.

17 Quod etiam traditur in donatione pro alimentis, falſum eſt. Eſt enim inualida, & reuocabilis, ſecũdum gl.in.l.1.C.de inof. dona.communiter recepta ſecundum Gomez. hîc. num. 5. Et idem eſt in donatione pro legitima, vt diximus ſup.gl.2.nu.5.

18 Donatio etiam remuneratoria pro ſimili adduci non debet. Eſt enim potius debiti ſolutio, quam donatio.l. ſed & ſi lege. §.conſuluit.de peti.hæred.l. Aquilius.ff.de dona. not.DD.in.l. ſi donatione.C.de colla.& Tiraquell. in.l. ſi vnquam. verbo. donatione largitus.num.11.cum ſequentibus. Et ſic ſui natura eſt irreuocabilis ſecundum gloſ.fin.in authen.vnde ſi parẽs. C.de inoffi.teſtam.& in.d.l.ſi donatione.& vtrobique ſequuntur communiter DD.& in.l.filium quẽ habentem.C.fami.herciſ. circa intellectum Azo. ibi. & eſt communis opinio ſecundum Tiraquel.vbi ſupra.num.68.& Mati.hîc. gloſ.9. nu. 2.Modo merita ſint æquiualentia, & probata, aliàs quam ex aſſertione parentis, ſecundum eoſdem. Quę autem ſint iſta merita dicam in.l.12.infra.num. 16.ea, ſcilicet, requiri pro quibus poſsit dare actio. Quod vix poterit in filio exemplificari, vt aduertit Matien. Et ſic ipſe tenet poſſe ſemper reuocari ex eo quòd lex requirat traditionem vel cauſam onerosam cum tertio. Et extra eos caſus generaliter ſtatuat donationem eſſe reuocabilem.

GLOSSA OCTAVA.

Donatio facta filio ſit irreuocabilis ex iuramento. Et quid in pacto de non reuocando. Agitur late de intellectu tex.in l. vbi ita donatur.de dona.cauſa mortis. Et vtrum legatum ex pacto de non reuocando iurato tranſeat in donationem.

1 *Exceptio in quibuſdam confirmat regulam in reliquis.*

2 *Donatio inter patrem & filium, & virum & vxorem ſit irreuocabilis ex iuramento, ſi fiat cum pacto de non reuocando.*

3 *Homagium non firmat donationem reuocabilem, niſi ſit mixtum iuramento.*

Melio-

4 Melioratio facta filio, in terminis huius legis, an fiat irreuocabilis ex ſolo pacto de non reuocando.
5 L. vbi ita donatur. ff. de do na. cau. mor. expenditur, & nu. 11. ad longum.
6 Pactum de non reuocando appoſitum in clauſula ordinaria executionis contractus non immutat eius naturam.
7 Pactum de non reuocando, & de non contraueniendo, & de ratum habendo, ſynonoma ſunt.
8 Pactum de non reuocando non immutat naturam contractus.
9 Pactum de non reuocando non poteſt ſupplere defectum traditionis.
10 Inſinuatio non poteſt renunciari.
12 Donatio cauſa mortis cum pacto de non reuocando iudicatur inter viuos, ex præſumptione potius & coniectura, quam per transfuſionem.
13 Perinde dictio licèt improprietatem denotet, aliquando tamen omnimodam identitatem ſignificat.
14 Pactum de non reuocando adiectum donationi cauſa mortis ſolum facit quòd præſumatur inter viuos, eius tamen naturam non immutat.
15 Donatio cauſa mortis, quæ inter virum & vxorem valet, ſi fieret cum pacto de non reuocando non valeret.
16 Donatio cauſa mortis inter coniuges cum pacto de non reuocando morte confirmatur, & interim poteſt reuocari.
17 Donatio cauſa mortis poteſt fieri pacto nudo.
18 Donatio cauſa mortis facta coniugi pacto nudo, ſine traditione, cum pacto de non reuocando eſt nulla, & morte non confirmatur.
19 Idem in donatione facta filio in poteſtate in ſimilibus terminis.
20 Donatio cauſa mortis facta coniugi, vel filio in poteſtate ſine traditione valet, & morte confirmatur.
21 Donatio præſumpta an confirmetur morte, ſi fuit tradita ficte.
22 Donatio cauſa mortis ex pacto de non reuocando iudicatur inter viuos, etiã ſi valeret prout cauſa mortis, nõ aũt poſſit valere prout inter viuos.
23 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum an valeat iure cõmuni, reiecta mentione futurorum.
24 Donatio omnium bonorum etiam præſentium non valet Iure Regio.
25 Donatio cauſa mortis omnium bonorum etiam præſentium & futurorum non eſt prohibita Iure Regio.
26 Diſponens non videtur eligere viam, per quam ſua diſpoſitio ſubuertatur.
27 Donator non interpretatur elegiſſe viam, per quam præſumatur donatio (valida.
28 Actus ſemper præſumitur factus eo modo, quo licitè fieri poteſt, quando alias reſultaret delictum.

Dona-

29 *Donatio cauſa mortis cum pacto de non reuocando iudicatur inter viuos, etiam quoad fructus.*
30 *Donatio in propria ſignificatio ne ad traditam refertur.*
31 *Donatio cauſa mortis ſine traditione cum pacto de non reuocando, an iudicetur inter viuos pura.*
32 *Pactum de non reuocādo in donatione cauſa mortis non tradita, non poteſt conſumere eius naturam, quoad expectandam mortem.*
33 *Donatio cauſa mortis ſine traditione cum pacto de non reuocando habet vim donationis inter viuos collatæ poſt mortem.*
34 *Pactum de non reuocando adiectum donationi cauſa mortis facit donationem eſſe inter viuos, nec requiritur adijcere quod nullo caſu reuocetur.*
35 *Pactum ſimplex de non reuocando comprehendit omnes modos, quibus donatio cauſa mortis poteſt reuocari.*
36 *Melioratio teſtamento relicta, ſeu aliud quo duis legatū ex pacto de non reuocando non immutat propriam naturam, nec fit irreuocabile.*
37 *Legatum à donatione inter viuos plurimum diſtat.*
38 *Ex donatione cauſa mortis quandoque fit tranſitus in legatum.*
39 *Donatio inter viuos per verbū legati habetur loco donationis cauſa mortis.*
40 *In dubio non videtur quis velle ſe arctare, niſi quatenus importat ad actum qui geritur.*
41 *Donatio cauſa mortis facta in teſtamento, vel codicillis cū pacto de non reuocando non tranſit in donationem inter viuos, ſed poteſt reuocari.*
42 *Legatum ex pacto de non reuocando iurato an tranſeat in donationem inter viuos, & fiat irreuocabile. quod non. nū. 46.*
43 *Legatum valet vt donatio inter viuos, ſi fiat adiecta pœna, vt ſi reuocetur valeat vt donatio. & nu. 49.*
44 *Iuramentum facit valere actum meliori modo quo poteſt.*
45 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum valet facta Eccleſiæ, vel cum iuramento.*
47 *Iuramentum adiectum diſpoſitioni reuocabili non immutat eius naturam, ſed ſolum addit vinculum periurij.*
48 *Contractus poteſt fieri inter acta teſtandi, & eſt irreuocabilis.*
50 *Donatio cauſa mortis facta coniugi vel filio cum pacto de non reuocando & iuramento eſt irreuocabilis.*
51 *Iuramentum non ſupplet duos defectus.*

Q*Ve en eſtos caſos mandamos que el dicho tercio no ſe pueda reuocar.* Vltra caſus igitur in prędictis limitationibus expræſſos alij addi non debent. Cum lex procedat per modum regulæ generalis & exceptionis.

Quo-

1 *Quo caſu exceptio in quibuſdā confirmat regulā in reliquis. l. Nam quod liquidè. §. fin. de penu. lega. not. Bart. in. l. quæ ſitum. §. denique. de fund. inſtr. Bald. in. l. 1. §. excipiuntur. in fine. ff. de ferijs. Roma. conſi. 271. num. 5. Deci. in. l. 1. de regu. iur. num. 21. Sed nec aliæ exceptiones adduci poterant, niſi quæ ad expreſſas peſſent referri.

2 Excepta donatione iurata, quam omnes agnoſcunt eſſe irreuocabilem. Quod iuramento tribui debet, cùm non poſſit frangi ſine interitu ſalutis æternæ. argum. c. quāuis pactum. de pactis. in. 6. & c. cùm contingat. de iur. iur. Et iſta eſt communis opinio, ſecundum Alex. Iaſ. Deci. Rimi. in. l. ſi donatione. C. de colla. Alci. in. d. c. cùm contingat. num. 207. Seguram in l. vnum ex fami. §. ſed ſi fundum. nu. 133. de leg. 2. Peral. in eadem. l. vnum ex famī. in princi. nu. 23. Ant. Gabriel lib. 3. tit. de donatione. conclu. 4. Iuli. Clarū lib. 4. §. donatio. q. 8. verſ. ſed quæro. Mencha. de ſucce. crea. §. 29. num. 14. Dueñas regu. 219. ampli. 2. Gute. de iuramento. c. 4. nu. 4. Tello hîc num. 91. & Mati. glo. 9. nu. 6. & ij quàm plures alios referūt. Et idem videmus in donatione inter virum & vxorem, quæ huic ſimilis eſt, vt prædicti omnes aſſerunt, poſt Bart. in. l. Seius & Augerius ad. l. falci. & in. l. item ſi poſſeſſor. §. item ſi iurauero. de iure iur. cuius opinio communis eſt ſecundum Tello hîc, Anto. Gabri. vbi ſupra, conclu. 3. Gute. c. 3. nu. 2. & diximus ſupra gloſ. 1. num. 36. Firmabitur autem donatio iuramento, ſi fiat cum pacto de non reuocando, vel de ratum habendo. Aliàs iuramentum non immutat contractum ſui natura reuocabilē, vt ex communi opinione tradit Deci. conſi. 239. Iaſ. conſ. 430. nu. 1. volu. 4. Rimi. in. §. 1. de donatio. num. 268. Couar. in Rubrica, de teſtamen. 2. par. num. 14. verſi. Quinta conclu. Tello hîc nu. 93. & latius Mieres. 1. p. q. 22. num. 8.

3 Vbi num. 11. reſoluit vim hanc iuramenti ad homagium non eſſe extendendam. Cùm in eo ceſſet rei ſacræ interpoſitio, ex qua vis iuramenti pendet. (Eſt enim homagium fidei ſolius humanæ adſtrictio. Secundum Couar. in. c. quamuis pactum. 1. par. §. 2. nu. 2. & Pine. in. l. 2. de reſcind. vend. 3. par. c. 1. num. 13. Et frangens homagium non eſt periurus, ſecundū Grego. in. l. 26. ver. *Le fiziere.* tit. 11. par. 3. Auend. c. 27. correctorum. 2. p. num. 2.) Licet contrarium in propoſito huius tex. tenuerit Peral. in. d. l. vnum ex famil. in princi. nu. 23. Cuius

opinio

opinio admittenda erit, quoties homagium eſſet mixtum iuramento, prout multoties contingit, in ſolo autem homagio, ſuperior opinio verior eſt.

4 Ex quo, non immerito, ad illã quæſtionem infertur, vtrum per ſolum pactum de non reuocando, citra iuramentum, efficiatur irreuocabilis melioratio facta filio. Nam Moli. libro. 4. primogen. cap. 2. ex num. 40. Poſt Peral. in. l. cum pater. §. à filia. num. 3 2. de legat. 2. contendit irreuocabilem fieri. Per tex. quem ad hoc putat expreſſum, in. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſa mortis. Vbi donatio cauſa mortis, quæ de ſui natura reuocabilis eſt, per tale pactum efficitur irreuocabilis, & tranſit in donationem inter viuos. Plus eſt quod tradit hîc Tello, ex numero. 94. cum ſequentibus. quod ſi pactum hoc de non reuocando apponatur in melioratione teſtamento relicta, eſt ſufficiens ad cauſandam irreuocabilitatem, non ſolum ſi ſit iuratum, ſed etiam ſimplex (loquitur enim alternatiue.) Mouetur ex dict. l. vbi ita donatur. Cuius argumento idem, inquit, eſſe futurum in quouis legato, cui donatio cauſa mortis, de qua, ibi, æquiparatur. l. illud. ff. de dona. cauſa mortis. Maximè quia legatum, & donatio habẽt ſimbolum. Eſt enim legatum donatio. l. legatum. iuncta gloſ. de legat. 2. Et de donatione quandoque fit tranſitus in legatum. l. miles ad ſororem. de legat. 2. Et quandoque ex legato, in donationem, per traditionem, ſcilicet, rei legatæ. l. Lutius Titius teſtamento. de legatis. 2. tradit gloſ. in dict. l. legatum. & magis communis opinio, de qua ſupra gloſ. 5. numero. 47. Ex quo à fortiori idem futurum dicit, per iuramentum additum pacto, ex Areti. conſilio. 74. num. 3. Guido conſilio. 246. num. 1. Iaſ. in. l. non omnis. numero. 2. ff. ſi cer. peta. & alios quos refert ipſe Tello. numero. 99. & Couarru. in Rubrica. de teſtamen. 1. parte. numero. 14. verſiculo. quarta. concl. Idque fundatur. Tum, quia ea eſt iuramenti natura, vt faciat valere actum, meliori modo, quo poſsit. l. cum pater. §. filijs matrem. de legatis. 2. vbi tradunt Bartol. Paul. & Imol. M. Anton. de viribus iuramen. num. 137. Bartol. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſſor. numero 13. &. 14. Roma. & alij in. l. 1. §. ſi quis ita. de verbor. numero. 24. Alexand. conſil. 29. in fine. volumine. 2. Corne. conſil. 214. numero. 6. &. 11. volumine. 2. Boerius deciſio. 314. numero. 4. in fine. Alcia. late in cap. cum contingat. num. 159. de iureiuran. Couarru, in cap.

quamuis pactum. 2. parte. §. 6. & in cap. Raynaldus. §. 3. num. 10. Mincha. de ſucceſ. creatio. §. 29. num. 2. Tum etiam, quia cum ex traditione rei legatę, fiat hîc tranſitus in donationem, à fortiori, ex iuramento, quod eſt ad hoc maioris efficaciæ. Quod probat ex donatione inter patrem & filium, quæ per traditionem non fiebat irreuocabilis iure communi. l. donationes quas parentes. C. de donation. inter virum: & tamen per iuramentum, etiam ſine traditione, fiebat: ex communi Doctorum ſententia, de qua ſupra in principio. Idem in donatione cauſa mortis, quæ etiam tradita erat reuocabilis. l. ſi alienam. l. ſi mortis cauſa. l. Senatus. §. 1. de donation. cauſa mortis. & tamen per iuramentũ, etiã ſine traditione fiebat irreuocabilis, vt tradunt Aretinus, Guido. Iaſ. Coua. ſupra citati. Tandem adducit huius opinionis authores. Imol. in l. hæredes palam. §. fin. de teſtamentis. Vbi tenet, quod ſi teſtator dixiſſet, quod ſi legatum non valet vt legatum, valeat in vim donationis præſenti, & acceptanti, fit irreuocabile. Et Roman. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. colum. 2. in principio. de verborum. vbi, inquit, quod ſi legato ſit adiectum pactum de non reuocando, & quod ſi reuocauerit, ex tunc donat inter viuos, fit irreuocabile. Idem tenent ibi Alexander. num. 4. Zaſius, numero. 17. Crotus numero. 13. Decius. conſilio. 243. col. 2. Rube. conſ. 24. n. 11. in fi. Roge. in d. l. hæredes palam. §. fi. nu. 6. Adducit etiam Roma. conſ. 294. in prin. vbi tenet, quod legatum tranſit in donationem inter viuos, per pactum de non reuocando. Quibus conſequens eſt à fortiori, vt id fiat per iuramentum ex rationibus ſupradictis. Et ad hæc dicit non obſtare eam communem traditionem, qua dici ſolet iuramentum, vel pactum de non reuocando, non immutare naturã actus, ſuper quo interponitur. c. fi. de procu. in. 6. l. cum prę cario. ff de præca. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Quia illud intelligitur, quando pactum, vel iuramentum repugnat naturæ actus, ſuper quo interponitur, taliter, quod ſtante pacto de non reuocando ſimplici, vel iurato, omnino deſtruit natura actus: & ita intelligit illa iura. Sed quoties natura actus reuocabilis poteſt mutari in aliam irreuocabilem: tunc, non ſolum iuramentum, ſed & ſimplex pactum de non reuocando operantur illam transfuſsionem, ex dicta. l. vbi ita donatur. Quæ omnia, ſi vera ſunt, conuincunt contra ea, quæ modo di-

cebamus

cebimus, quod per homagium de non reuocando melioratio non fiebat irreuocabilis. Et contra ea etiam, quæ diximus in gloſſ. præcedenti. num. 10. ad finem. Sed opiniones iſtæ mihi periculoſæ videntur. Habet autem articulus triplicem inſpectionem. Prima, vtrum melioratio data per contractum, quam per pactum iuratum de non reuocando, vel de ratum habendo, concedimus irreuocabilem fieri: eandem firmitatem obtineat per ſimplex pactum de non reuocando. Secunda, vtrum melioratio teſtamento relicta cum tali ſimplici pacto, fiat etiam irreuocabilis. Tertia, retento eodem themate, vtrum, ſi iuramentum additum ſit, ſaltim fiat irreuocabilis.

5 Horum omnium vis, & fundamentum pendat ab intellectu text. in dicta. l. vbi ita donatur. Inquit Martianus. *Vbi ita donatur cauſa mortis, vt nullo pacto reuocetur, cauſa donandi magis eſt, quam mortis cauſa donatio, & ideo perinde haberi debet, atque alia quæuis inter viuos donatio.* Iſtum text. quatuor modis limitat. Guillier. in cap. Raynuntius. verbo: teſtamentum. el. 4. ex numero. 25. & alijs modis. Petrus Dueñas. regula. 217. & per quinque concluſiones declarat optime Couarru. in rubrica de teſtament. 2. parte. numero. 13. & 14. & Anton. Gabriel. de iureiurando. concluſione. 9. Ex eo text. communiter Doctores colligunt, quod donatio cauſa mortis tranſit in donationem inter viuos per pactum de non reuocando. Et licet Bartolus, ex illo text. generalius colligat, quod conuentio vel pactum appoſitum in contractu contra ſubſtantiam ipſius (ſi verborum ſignificatio patitur) facit contractum, vel conuentionem in alium contractum tranſire, qui ſit conformis, & quadret cum pacto appoſito. Hæc regula, & deductio tam generalis vix, imò nunquam poterit exemplificari, extra caſum text. donationis, ſcilicet, cauſa mortis. Quo Argumento Ludouic. Molin. vbi ſupra aſſerit, quod melioratio facta filio, quæ ex hoc text. regulariter eſt reuocabilis, quemadmodum fit irreuocabilis per traditionem, fiet etiam per tale pactum. Et eandem opinionem poſt huius operis primā æditionem defendit etiam Guter. lib. 2. practi. quæſti. huius libri. quæſtione. 77. quamuis noſtris argumentis non ſatisfaciat.

6 Et quamuis text. ille ſoleat intelligi quando pactum apponitur in ea clauſula, quæ donationem inducit: nec procedat in clauſula ordinaria, quæ ſolet apponi ad executionem

contractus: qua partes promittunt ſtare contractui, & non reuocare. Quaſi ea actus diſpoſitionem non immutet, nec augeat. Clemen. 1. de præbe. in fine. not. Abb. in. c. cum noſtris. in fin. de conce. præbe. prout tenuit Bald. in. l. cum quis. ff. de condi. ob cauſam. Alexand. in. l. quæ dotis. num. 11. ſolut. matrimonio. Guiller. vbi ſupra. num. 27. & Couar. num. 12. verſicu. Tertia conc. Quod etiam tenuit Dec. in. l. non omnis. ſi cert. peta. nu. 11. & in. l. fin. num. 21. C. de pactis. & conſil. 305. num. 7. & alij quos refert Anto. Gabriel. libro. 2. tit. de iure iuran. conclu. 9. num. 3. & 4. Ludo. tamen Moli. generalius intellexit, text. procedere etiam in ea ordinaria clauſula Quoniam text. generalis eſt, nec aperit quo loco, vel quibus verbis ſit apponendũ
7 pactum. *Nec obſtare traditionem Bald. & aliorum: quoniam loquũtur in pacto de non contraueniendo, in quo veram putat eorum diſtinctionem, prout ante eum exiſtimauit etiam Aymon. conſ. 51. verſicul. non obſtat dum tertio. volum. 1. quem refert Anto. Gabriel. vbi ſupra. numer. 5. In clauſula autem de non reuocando, quocumque loco ſita ſit, procedere text. illum, prout iacet. Videntur tamen traditiones iſtæ periculoſæ.

In primis, quod attinet ad hunc proximum articulum, communis opinio vera eſt. Multum enim refert, quòd pactum nõ reuocandi adijciatur donationi cauſa mortis, tali loco, quo conſtet donãtẽ voluiſſe donare irreuocabiliter: an verò adijciatur in finali clauſula, qua contrahentes promittunt contractũ non reuocare, vel ratum habere, & ad implementũ obligãt ſe, itaq;. Ea enim, tanquam generalis, non tollit naturam contractus. d. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Nec videtur in hoc poſſe congruam differentiæ rationem aſsignari inter pacta de non reuocando, & de non contraueniendo, vel etiam de ratum habendo, ſecundum Ferratium. cautela. 30. num. 2. Omnia enim ſynonima ſunt, & idem ſignificant, & eandem vim habent.

Quod vero attinet ad pũctum principalem, verius etiam videtur, vt donatio (in terminis huius legis) non fiat irreuocabilis ex pacto de non reuocando, quocumque loco adijciatur, etiam ſi in ipſa clauſula donationis: quantuncumquè conſtiterit donatorem voluiſſe donationem irreuocabilem facere, prout etiam defendit Mieres. 1. parte. quæſtione. 30. *Primo
8 ex dicta generalis regula, quòd iſtud pactum de non reuocando nõ immutat naturã cõtractus, ſuper quo interponitur. d. l. quæro.

quæro.§.interlocatorem.ff.locati.d.l.cum præcario.ff.de præ
cario.c.fin.de procura. in. 6. Prout eſt ordinarium, quòd clau-
ſula acceſſoria ſequatur valorem, vel reuocabilitatem princi-
palis contractus, ſecundum gloſ.not.in.l.ſi patronus.verbo. Fa
biana.ff.ſi quid in frau. patro.ibi.*Quia cum reſcindit.* Quam mul
tum commendant Bald. & Iaſ.in.l.ex teſtamento. C.de fideic.
latiùs Iaſ.in.l.ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. de verbor. nu.
48. Tiraquel. de conſtitu. 3. par.limita. 7.num.28.Decius.nu
2.& Cagnol.num.7.in.l.cum principalis.ff.de regul.iur.
Secundò, quia ſi ad irreuocabilitatem meliorationis ſuffice-
ret ſolum pactum de non reuocando, omnis huius legis labor
& ambages ſuperflui eſſent, & de nihilo deſeruirent. Fruſtra
enim tanta deliberatione traditionem poſſeſsionis, aut cau-
ſam onerosam expoſceret, ſi ſimplex voluntas idem operare-
tur. Et multo eſſet inanior, ſi finalis & ordinaria inſtrumenti
clauſula ſufficeret, prout Ludoui. vult: per eam enim lex om-
9 nino inultis redditur. *Quæ cum per ſolam traditionem volue
rit donationem fieri irreuocabilem, non poteſt id ſuppleri ex
pacto de non reuocando, quod nec operatur traditionem, nec
eſt eiuſdem efficaciæ. Et ſic videmus, quòd donatio inter pa-
trem & filium in poteſtate, vel inter coniuges, quæ ſine tradi-
tione erat nulla de iure communi, nec morte confirmabatur.l.
donationes quas parentes.C.de dona. inter. & diximus ſupra
gloſ.1.num.7.etiam ſi fieret cum pacto de non reuocando, ſi-
militer nulla eſſet, nec morte confirmaretur, ex dicta generali
regula. Nec enim in iure eſt inuentum, quòd pactum de non
reuocando habeat vim traditionis. Quo argumento idem eſt
in caſu noſtri text. qui in effectu ſolum diſponit, quod donatio
inter patrem & filiũ in poteſtate, quę de iure communi pote-
rat morte confirmari, valeat nunc irreuocabiliter. Sed talis do
natio ſine traditione, quamuis haberet pactũ de nõ reuocãdo
non confirmaretur morte: ergo nec nunc valeat irreuocabiliter.
Similiter idẽ videmus in donatione tradita inter dictas perſo
nas filiũ, ſcilicet & vxorẽ, quæ quamuis poſſet morte confirma
ri, vt dictũ eſt: etiã ſi adderetur pactũ de non reuocãdo, nihilo
minus vſque ad mortem poterat reuocari, ex dicta generali
regula. Quo argumento idem erit in caſu noſtri tex. in dona
tione non tradita. Cum tx. iſte in effectu, quoad facultatem re
uocandi, idem diſpoſuit in donatione non tradita, quod iu-

re cõmuni erat diſpoſitum in traditã; licet quoad primordialem valorem noſtri diſtinguãt, prout diximus, glo. 1. ſupra, ex num. 30. Et quamuis in donatione facta à matre, vel filio emancipato, iure cõmuni, non requireretur traditio: ex hoc text: requiritur, & ſic in ea eſt idem in hoc iudicium, vt traditio non poſſit ſuppleri ex pacto.

10 Tertiò, id probatur argumento Inſinuationis. Quæ cùm à lege fuerit introducta pro plenipri deliberatione, vt enixa donantis voluntas planius oſtenderetur, vt in authen. de appel. & intra quæ tempora. non poteſt per donatorẽ ex quauis alia clauſula ſuppleri, aut renuntiari, quin poſſit pœnitere. Cùm eius effectus non pẽdeat à poteſtate donantis, ſecundum Bartolum in l. ſancimus. §. fin. C. de donatio. & in l. Modeſtinus. ff. eod. vbi ſequuntur Roman. & Alexander. & dicit eſſe communem opinionem Paulus. conſilio. 98. & 103. idem Alexandea. numero. 12. in l. nemo poteſt. de legatis. 1. poſt Bart. ibi. & Menchaca. de ſucceſsio. creatio. §. 5. numer. 2. Tiraquel. in l. ſi vnquàm. in præfatione, nu. 143. & Gute. in d. l. nemo poteſt. nu. 339. Eodem argumento irreuocabilitas donationis, quam lex voluit induci ex traditione, non debet ſuppleri ex pacto de nõ reuocando, vel quouis alio, quantumcũque enixo & efficaci, quod nõ ſit ſuffic es ad tranſlationem poſſeſsionis. Et quamuis eius tranſlatio ab eadem voluntate pendeat, & ſit tam facilis ſicut pactum, maximè per modos fictos: adhuc lex ſic diſpoſuit, non aliàs ſola voluntate contenta, niſi oſtenderetur eo modo & ordine, quo præcepit, argumento. l. ſed etſi

11 ante. ff. ad Trebel.

Ad tex. in d. l. vbi ita donatur, reſpondetur, quòd ibi ſolum probatur, quòd donatio cauſa mortis ex pacto de non reuocando transfunditur in donationem inter viuos. Et licèt. DD. ibi videantur ſignificare illam donationem cauſa mortis, de qua ibi, origine fuiſſe donationem cauſa mortis, ex pacto autem adiecto conuerſam, & transfuſam in donationem inter viuos: quaſi illud pactum, id operetur per fictionem & transfuſionẽ, prout videntur ſignificare verba illa. *Perinde haberi debet*. Iuncta l. ſi alienam. §. Marcellus. in fine. & l. ſenatus. §. mortis. in fine.

12 eo. tit. de dona. cauſa mor. Vbi iſta donatio cum tali pacto appellatur cauſa mortis. * Proprius tamen exiſtimo dici & iudicari inter viuos, ex coniectura & præſumptione, potius quàm

ex

ex tranſfuſione. Fuitque iure conſulti iudicium, quòd illa do-
natio, quæ erat quaſi anomala, & pro vna & altera parte habe-
bat indicia; & poterat diuerſo iure ex enſeri: ex maiori præſum-
ptione collecta ex pacto de non reuocando iudicaretur dona-
tio inter viuos. Quia licet pro contraria parte extaret mentio
mortis, quæ denotabat donantem voluiſſe donare cauſa mor-
tis. l. Seia. §. fin. de dona. cauſa mortis. & diximus ſupra glo. 2.
nu. 3 2. Verba illa habent duplicem ſenſum. Vnum, quod do-
nator donat cauſa mortis, alterum quod mouetur cauſa mor-
tis ad donandum inter viuos. Et ibi ex pacto de non reuocan-
13 do, verba illa. *Cauſa mortis*, interpretantur in hoc ſecundo ſignifi-
cato, vt donatio iudicetur inter viuos.* Atq; ita verba illa. *Pe-
rinde haberi debet* (quæ aliàs ſolet denotare improprietatem, &
ſimilitudinem, ſecundum Bartolum in extrauagan. ad repri-
mendum. verſiculo. perinde.) omnimodam identitatem dono-
tant, vt aliàs tradit Bald. in. l. ſed & ſi lege. §. perinde. de peti.
hæred. Quaſi illa donatio nihil diſtet ab alia quauis inter vi-
uos. Et ſi qua improprietas & ſimilitudo poteſt in ea conſide-
rari, in eo erit, quòd ſit ex coniectura & præſumptione colle-
cta. Et hoc eſt quod voluit dicere I.C. in d. §. Marcellus. in mor
tis cauſa donationibus facti quæſtiones eſſe. Quaſi diceret mul
toties ex pactis appoſitis dubitari & decidi, quid voluerit do-
nator. Vtcumq; ſit ſiue per præſumptionem & coniecturam,
ſiue per transfuſionem: donatio cauſa mortis cum tali pacto
eadem eſt, vt alia quæuis inter viuos. Ex quo deducitur, quod
omnes qualitates, quas haberet donatio inter viuos expreſſa
inter illas perſonas: eaſdem habeat iſta donatio, quæ iudicatur
inter viuos. Vnde ſi donatio inter viuos expreſſa erat reuo-
cabilis: hoc non immutaretur ex pacto. Et ſic text. ille ni-
hil obſtat.

Molina replicat, quod in dicta. l. vbi ita donatur. pactum
de non reuocando principaliter operatur irreuocabilitatem: &
ex ea, cum ſit incompatibilis cum donatione cauſa mortis, fit
tranſitus in donationem inter viuos. Vnde contendit, quod
pactum operatur irreuocabilitatem, etiam ſi natura actus
repugnet, quando poteſt tranſire in ſpeciem irreuocabi-
lem. Sed reſpondeo, quod etiam ſi hoc eſſet verum: in
terminis tamen huius text. meliorátio ex pacto non poteſt
tranſire in ſpeciem donationis irreuocabilem. Nam hoc non

 ſen-

pendet à voluntate donantis, niſi eo modo voluntas præſtetur,
14 quo lex diſponit, vt ſupradiximus.* In terminis etiã d.l. vbi ita donatur, verius eſt, vt principalis effectus pacti ſit, vt ex eo donatio iudicet inter viuos. Quod lex apertè ſignificat illis verbis. *Perinde haberi debet atque alia quæuis inter viuos donatio.* Et inde reſultat irreuocabilitas, quæ donationi inter viuos ordinaria eſt. Quod ſi ea eſſet reuocabilis, pactum non immutaret eius naturam. Quod manifeſtius conuincitur ex verſi. ſeq. ibi. *Ideoquê*
15 *inter viros & vxores non valet.** Vbi videmus donationem cauſa mortis, quæ inter coniuges valet. l. ſi eum. in fi. ff. de dona. inter virum. ex pacto de non reuocando iudicari inter viuos, licet ea non valeat & prohibita ſit. l. 1. 2. & 3. eo. tit. Et ſic pactum nihil addit, vel addimit donationi inter viuos: ſed qualis illa eſſet, ſi expreſſè fieret, talis iudicatur facta tacitè cum mentione mortis, & pato de non reuocando.

Et licet verum ſit, quod in illo exẽplo donationis inter virũ & vxorem, illud non valere ſit maioris efficaciæ, quam valor donationis cauſa mortis: cum iſta licet valeat inter coniuges, vt in d. l. ſi eum. interim tamen non tranſit dominium. l. ſed interim. ff. eo. nec retrotrahitur quoad dominium, nec quoad fructus, vt ibi. §. 1. vbi gloſ. & alij: facta autem cum pacto de non reuocando, ex quo iudicatur vt alia quæuis inter viuos, morte confirmata retrotrahitur, ſaltim quoad fructus. l. donationes quas parentes. C. eo. Hoc non eſt in conſideratione, nec I. C. poſuit ſimilem illationem loco augmẽti, quaſi id melius eſſet: ſed loco diminutionis, ad hunc finem, de quo agimus, vt oſtenderet illam donationem, quæ iudicatur inter viuos, ſortiri eaſdẽ qualitates, quas haberet donatio inter viuos inter eaſdem perſonas. Cum & hoc bono intellectui quadret, ne ſcilicet ſit maioris efficaciæ donatio, quæ ex præſumptione iudicatur inter viuos, quam expreſſa. Cum ſatis ſit, quòd vtriuſque ſit idem iudicium. l. cum quid. ſi cert. pet. Et ſi quod aliquando futurum eſt maioris efficaciæ, id expreſſo potius quam tacito tribuendũ eſt. l. pen. ff. de iniuſto rup. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legi. hære. ſecundũ Bar. nu. 9. & Iaſ. 2. lectu. nu. 10. in d. l. cum quid. de quo plura per Tiraquel. in legi. connub. l. 15. gloſ. 5. num. 48. & ſequentibus.

16 Quod in ipſomet exemplo donationes inter coniuges, manifeſtius apparet. Nam ex pacto de non reuocando, licet iudice-

tur

tur inter viuos, & morte confirmetur,& retrotrahatur,vt di-
ctum eſt:ſed non obſtante pacto reuocabilis eſt ad nutum do-
nantis,quemadmodum eſſet alia quæuis inter viuos. Quod te-
net gloſ.ibi,verb.non valet.quatenus illam donationem morte
aſſerit confirmari. Cui conſequens eſt, vt interim poſsit reuo
cari.l.cum hic ſtatus.§.ait oratio.ff.de donatio.inter.l.donatio
nes quas parentes.C.eod. Quod eſt regulare in omnibus dona-
tionibus,quæ morte confirmantur. Vnde ſi in terminis illius
legis pater donaſſet filio in poteſtate cum mentione mortis &
pacto de non reuocando: talis donatio iudicaretur inter viuos:
& ſic confirmaretur morte,& interim poſſet reuocari. Prout
iure communi accidit in alia facta filio inter viuos,& prout ibi
deciditur in donatione inter coniuges. Vt vel ſic conſtet pa-
ctum de non reuocando non operari irreuocabilitatem, ſi do
natio ſui natura reuocabilis eſt.

Ex quibus infertur in caſu illius tx.in.d.l. vbi ita donatur.
verſi.*Ideoquè inter viros & vxores non valet*. Quod ſi donatio ibi
non fuiſſet facta coniugi per traditionem rei donatę,prout tx.
loquitur,(de donatione enim agens de propria & actuali,quæ
fit per traditionem eſt intelligendus. Eſt enim donatio qua-
ſi doni datio.l.Senatus.§.donatio.l.inter mortis.verſi.nã mor-
tis.ff.de dona.cauſa mortis.) Sed eſſet facta per ſolemnem ſti-
pulationem. Prout illo iure poterat fieri ſecundum gloſ. in.d.
verſi.nam mortis.Et probat tx.in.l.mortis cauſa donatio etiã.
& in.l.Senatus.§.fin.illo tit. Vel hodie eſſet facta pacto nudo,
17 ex.l.ſi quis argentum. §. ſin autem. C.de dona.*Quæ procedit
etiam in donatione cauſa mortis. ſecundum gloſ. in.l.cum pa-
ter.§.Mæuio.de legat.2. Quæ eſt communiter approbata per
omnes ibi,ſecundum Alex.num.7. Iaſ.nu.10.in.l.2.de lega.1.
Soci.conſ.125,nu.3.Ange.nu.10.& Iaſ.nu.61.in.§.in perſo-
nã.inſti.de actio.Gomez.c.de donatione.nu.16. Couar.in Ru
bric.de teſtam.3.par.nu.14. & alios quos referunt & ſequun-
tur Minch.c.12.contro.vſufre.nu.7.& de ſucce.progre.§.27.
nu.32.Menc.in.l.eam quam.C.de fideic.num.65.Tiraq. in.l.ſi
vnquam.verb.donatione largitus.nu.248.Iuli.Clarus lib.4.§.
donatio.q.14. Licet contrarium tenuerit Roma. in.l.1.ff.de
dona.cauſa mor.Imol.& alij in.l.cum ex cauſa.de re iudi.quos
refert Iaſ.in.l.iuris gentium.§.quinimò.nu.20.de pactis.ſen-
tiens etiam hãc eſſe communem opinionẽ. Idem ſentit Horoſ.

ibi nu. 64. licet priori adhæreat. Et licet opinio Romani in pũcto iuris ſit verior. cum tex. in d. §. ſi autem, non poſſit ad donationem cauſa mortis applicari. Nec eius fundamentis poſſit commodè ſatisfieri, prout conatur ſatisfacere Ange. vbi ſupra: Iure tamen Regio, communis opinio tenenda eſt, cum inter pa-
18 ctum & ſtipulationem nõ ſit differentia. l. 2. tit. 16. infra. * Infertur inquam, quòd eo caſu donatio cauſa mortis facta coniugi cum pacto de non reuocando iudicaretur donatio inter viuos, cum iiſdem qualitatibus quas haberet donatio inter viuos facta per ſtipulationem, aut pactum. Et ſic donatio non ſolũ non valeret, ſed nec morte confirmaretur, ex traditionis defectu. l. Papinianus. iuncta gl. verb. donationem. ff. de dona. inter. quã eſſet communiter receptam diximus ſupra gloſ. 1. numero. 7.
19 * Etidem eſſet ſi talis donatio fieret filio in poteſtate ſine traditione. Quia cum iudicetur inter viuos, nec valeret nec morte confirmaretur iure communi, vt ibi etiam diximus, quãuis ex hoc text. valeret reuocabiliter & morte confirmaretur.
20 Quod licet nimis rigidum videatur, * cũ eo caſu donatio facta filio vel coniugi, ſi verè eſſet cauſa mortis, valeret vtiq; & morte confirmaretur, etiam non tradita, ſecundum Bal. in l. ſi mortis. nu. 4. C. ad l. Falci. quem ſequuntur Roma. & Ange. in l. ſi donatione. C. de colla. Alex. ad Bart. in l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi. Socin. regul. 103. limi. fin. & in conſ. 91. incipit. viſa. verſi. ſed pacto. circa medium. 1. par. & Corn. conſ. 79. & conſ. 144. lib. 2. Lupus in Rubr. §. 77. nu. 2. Ex quo tamen facta eſt cum pacto de non reuocando, lex declarat voluntatem donantis, quod voluit donare inter viuos, & quod ſua donatio habeat eaſdem qualitates, quas haberet donatio inter viuos: valeat vel non. Et ſibi imputet, qui cum aliter ſentiret, & vellet, ſic donauit. Lex enim ſaniori iudicio eius voluntatem interpretata eſt, vt donatio iudicetur, vt alia quæuis inter viuos, etiam ſi non valeat. vt ibi.
21 Imò & hinc poſſet attentari, quòd iſta donatio cauſa mortis facta cum pacto de non reuocando inter coniuges ad hoc, vt morte confirmetur, nõ ſolum requirat traditionem, ſed etiam quod ea traditio non ſit ficta, ex conſtituto, ſcilicet, vel aliàs. Quæ cum ſoleat eſſe ſufficiens, non tamen erit quoties donatio eſt præſumpta. Ne duæ fictiones, ſeu præſumptiones concurrant, vt tradit Iaſ. in l. 1. ff. de condi. indeb. num. 12. Sed in hoc contra-

contrarium verius arbitror. Iaſ. enim loquitur in donatione
præſumpta. Sed hæc de qua loquimur, licet ſit præſumpta &
coniecturata quantum ad hoc, vt iudicetur inter viuos: quan-
tum ad hoc autem, vt ſit donatio, expreſſa eſt, & non videtur
ad eam poſſe adaptari dictum Iaſonis.

22 Ex ſuperioribus etiam infertur falſum eſſe, quod tradit Pau.
conſi. 75. incipienti. in Chriſti nomine notandum, volu. 2. vbi
dicit, quod illa l. vbi ita donatur. non procederet nec haberet
locum, quando donatio inter viuos eſſet nulla, aut inualida.
Quo caſu aſſerit, quòd donatio cauſa mortis ex pacto de non re
uocando non tranſit in donationem inter viuos: ſed quod ſal-
tim valet, vt donatio cauſa mortis, & pactum nihil operatur. Et
ponit exemplum in eo, qui donaret cauſa mortis cum pacto de
non reuocando omnia bona ſua præſentia, & futura. Quia cum
ea donatio poſsit valere in vim donationis cauſa mortis: non
autem in vim donationis inter viuos. l. licet. l. fin. C. de pactis.
l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbor. cum ex ea auferatur
libera teſtandi facultas: valebit quidem vt donatio cauſa mor-
tis, nec ex pacto tranſibit in donationem inter viuos. Quem ſe
quitur Soci. conſ. 235. nu. 3. volumine. 2. Alexand. in dict. l. ſti-
pulatio. num. 19. Ruinus conſi. 51. verſic. & dato. & conſ. 52.
verſic. & idem in caſu noſtro. volumine. 1. Gratus conſ. 20. ver-
ſiculo. Tertio dato. volumine. 1. Guillier. in dict. cap. Raynun-
tius, verbo. teſtamentum. el. 4. num. 25. verſic. quæ capit. Due-
ñas. regula. 217. limi. 1. Gutt. de iuramen. c. 12. num. 4. Anto.
Gabriel. de iure iura. concl. 9. nu. 8. Mati. in l. 7. gl. 1. n. 18. & l.
8. glo. 1. nu. 2. tit. 10. lib. 5. & Grati. reg. 96. nu. fi. Quæ traditio
licet eſſet dubia de iure communi, ex eo, quod tradit Alexand.
in l. quæ dotis. numero. 11. ſoluto matrimonio. & Guillier. vbi
23 ſupr. * Vbi tradunt, quod donatio omnium bonorum præſen-
tium & futurorum non eſt nulla: ſed valet ſaltim in bonis præ
ſentibus, reiecta mentione futurorum, prout etiam defen-
dit Decius numer. fin. poſt Salice. nume. 8. in dicta l. fin. C. de
pactis. * Iure tamen Regio donatio omnium bonorum præ-
24 ſentiũ nõ valet. l. 8. tit. 10. infra. quæ eſt. l. 69. Tau. Vbi Gome.
nu. 2. tenuit, quod eius deciſio procedit etiam de iure cõmuni, & quod
donatio bonorũ omniũ præſentiũ & futurorũ non valet, etiã
quo ad preſentia, & dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ, prout etiã refert
Iul. Cla. §. donat. q. 20. n. 2. Ex ea tñ ratione de qua agimus, etiã

ſi talis.

ſi talis donatio vno vel altero modo concepta eſſet nulla: non valeret etiam in vim donationis cauſa mortis, aduerſus Paul. Alex. Soc. & reliquos ſupra citatos. Contra quos eſt text. in d. l. vbi ita donatur, verſi. ideoque. vbi donatio, quæ poterat valert in vim donationis cauſa mortis, iudicatur inter viuos ex
25 pacto de non reuocando, etiã ſi inualida ſit. * Et licèt Gomez vbi ſupra. num. 5. teneat donationem cauſa mortis omniũ bonorum eſſe prohibitam: eius opinio vera non eſt, etiam ſi eſſet donatio omnium bonorum præſentium & futurorum. Et contrarium tenuerunt Paul. Alex. Soci. & alij ſupra relati, & Soci. Iunior conſi. 44. num. 35. volum. 2. Matth. de Afflict. deciſ. 336. nu. 6. Aymon conſil. 139. num. 10. Dec. conſi. 578. nu. 7. in fine. Et eſt communis opinio ſecundum Imol. in Rub. de teſtam. nu. 5. & Iul. Clarum lib. 4. §. donatio. q. 19. verſ. ſed quid. pro quo citant glo. in d. l. fin. C. de pactis. ver. accommodauerit. in fine. Nec alicui rigidum videatur, quod donatio quæ poteſt valere tanquam cauſa mortis, iudicetur inter viuos etiã ſi inualida ſit. Quia maior rigor eſſet, ſi donatio valida præſumeretur, cùm donator ex interpretatione legis voluerit inualidè donare.

26 Non obſtat, quòd non ſit veriſimile quòd donator voluerit aſſumere viam, per quam diſpoſitio ſubuertatur, argum. l. 3. de mili. teſtam. cum alijs, cum in dubio ſit eligenda via, per quam diſpoſitio ſuſtineatur, & non pereat. l. ſi quando, de legat. 1. l. fundus, qui locatus. de fund. inſtr. l. quoties. ff. de rebus dubijs.
27 * Illud enim procedit in diſpoſitionibus fauorabilibus, non in donatione. Cuius diſpoſitio, quemadmodum eſt exceſſa, & non præſumitur. l. cùm de indebito, de proba. l. Campanus. de ope. liber. eodem modo non adiuuatur, vt præſumatur valida, quæ ex legis diſpoſitione, & interpretatione eſt nulla. Argumento eius, quod tradit Decius conſil. 177. in prin. & Iaſ. in l. ſi procuratori falſo. num. 4. de cond. indeb. Quòd ita eſt reprobata donationis præſumptio, quòd etiam ſi actus reſultet inutilis, id
28 potiùs acceptandum eſt. * Minus obſtat quod adducebat Pe. Duc. vbi ſupra. Quòd quando actus poteſt vno modo fieri licitè, & alio modo illicitè, in dubio videtur factus eo modo, quo licitè fieri poteſt. gl. ver. probaretur in l. 2. C. de peti. hæred. & conſuluit Aretin. conſil. 23. nu. 10. & Curtius conſil. 20. num. 7. Quia illud procedit in taliter prohibitis, quòd in contrarium

trarium reſultat delictum.l.apud Labeonem.§.ſi communem.
ff.de iniu.l.ſi quis ſeruum.in fine.de ſeruo corrup. no'.Barto.
poſt gloſ.ibi.in.l.non ſolum.§.ſed vt probari. ff. de noui ope.
nun. Hoc enim,ex generali regula iuris,præſumendum non
eſt.l.merito.ff.pro ſocio.Non ſic,quando tam actus,quam eius
valor,pendet à libera voluntate agentis,maximè donãtis. Qui
in dubio non præſumitur donare,vt dictum eſt, vel præſumi-
tur inualide voluiſſe donare,prout lex interpretatur ,cum qua
ſe videtur conformare. Argumento eorum quæ not.Bart.An
ge.Cuma.& Alex.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ad Trebel.
29 Infertur etiam ex ſuperioribus falſum eſſe, quod tradit idẽ
Paul.d.conſ.75.num.2.volum.2.Vbi dicebat, quòd in termi-
nis.d.l.vbi ita donatur.donatio cauſa mortis ex pacto de non
reuocando iudicatur inter viuos,quoad hoc, vt non admitta-
tur pœnitentia:quoad hoc tamen, vt donator interim faciat
fructus ſuos, talis donatio habebit naturam donationis cauſa
mortis.Quem in hoc reprehendit Pet.Due. vbi ſupra.aſſerens
hoc eſſe alienum à mente omnium Doctorum.in.d.l.vbi ita do
natur.cuius verba in verſi.*Perinde haberi debet atq; alia quæuis inter
viuos donatio*.ad hoc ſunt aduerſus Pau.potiora.

Procedit autem tex.in.d.l. vbi ita donatur. iuxta terminos,
quibus loquitur,quãdo donatio incepit â traditione, prout ſu-
30 pra intelleximus.*(donatio enim in dubio de tradita intelligi-
tur.l.Papinianus.iũcta gl.verbo.donationẽ.ff de dona. inter vi
rũ.c ea ſit propria donatio,id eſt,doni datio.l.Senatus.§.do-
natio.ff.de don.cau.mor.)*Cęterũ ſi fieret p ſtipulationẽ,aut pa
31 ctũ(quod poteſt,vt ſupra dictũ eſt) & fieret nõ inter cõiuges,
prout loquitur tx.in.d.verſi.ideoq;,ſed inter extraneos: diffici
lius videtur,vtrũ ex pacto de non reuocando iudicetur, vt alia
quæuis inter viuos.Facit difficultatẽ,quia ſi iudicaretur:cõſe-
quẽs eſt, vt donatarius poſsit cõpellere donatorẽ,vt rẽ donatã
tradat.l.ſi quis argentũ.§.fi.C.de dona.§.aliæ.inſt.eo.vt & ipſe
32 lucretur fructus rei donatæ,tanquã ſuæ ex tali donatione.*In
contrariũ facit,ꝙ pactũ de non reuocando (licet cõprehendat
omnes modos,quibus donatio cauſa mortis reuocatur,vt ſtatim
dicã,aduerſus Crotũ in.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta. nu. 48
de verbor.)nõ tamẽ poteſt conſumere naturã donationis cauſa
mortis.Quæ eſt, ꝙ morte donantis perficiatur: & ꝙ ex promiſ-
ſione nõ cõpetat actio,niſi cõtra hæredes donãtis. l. Seia. ff.de
dona.

dona.cauſa mor. Cũ donator potius cenſeatur velle ſe habere, quã donatariũ.l.1.l.Senatus.§.1.l.non videtur.ff.eod.declarat Gomez.c.de donatio. 16. Quæ omnia licet ex traditione, & pacto conſumatur, & compræhendantur: hoc tamen vltimum non videtur conſumi, nec comprætendi in ſolo pacto. Quòd cum ſolum dirigatur ad cauſandam irreuocabilitatem, nõ debet, nec poteſt, inducere obligationẽ tradẽdi ſtatim ante mortem. Cum id ſit contra naturam actus, & præter vires, & potentiam pacti de non reuocando. Cum pacta numquam extendantur ad non cogitata.l.in lege.ff.de contra. emp. Nec pactũ in ductum ad vnum finem extẽditur ad aliud.l.lecta, ſi cert. peta. Cum reguletur ab intentione.l.non omnis.ff.eo.

33 In quo articulo mihi videtur, quòd donatio iudicabitur inter viuos, ex dict.l.vbi ita donat: ſed non vt alia quæuis pura, ſed propter mentionẽ mortis, intelligetur collata poſt mortem. Nec enim vnum repugnat alteri. Poteſt enim donatio inter viuos fieri ſub conditione, & ad tempus.l.2.C. de donat. quæ ſub mo. Nec pactum de non reuocando ſtringit in contrarium, vt dictum eſt. Quod tenet Bald.in.l.2.num.2.C.de iure dotium.verſi.primo caſu. Et pro hoc facit tex.in.l. Nã & ſi cũ moriar.ff.de cond.inde.vbi in obligatione collata poſt mortẽ, licet actio non detur in vita, ceſſat tamen ſoluti repetitio. Cuius argumento idem erit in hac donatione, vt quamuis traditio iuncta pacto in omnibus operetur donationem inter viuos, reiecta mẽtione mortis, & impediat dati repetitionem: ceſſante tamen traditione, quamuis donatio ex pacto ſit irreuocibilis: actio tamen non dabitur in vita, propter mentionẽ mortis, quod pactum non potuit conſumere.

34 Circa illud vero, quod ſupra tetigimus, pactum de non reuocãdo cõſumere omnes modos, quibus donatio cauſa mortis poterat reuocari. Crotus in.d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, nume.48.de verborum.aſſerit, in terminis.d.l.vbi ita donatur, ad hoc, vt illa donatio iudicetur inter viuos, eſſe neceſſarium, donãtem promittere nullo caſu reuocare, nec ſufficere ſimplex pactum de non reuocando. Ex verbis dictę legis ibi. *Vt nullo caſu reuocetur.* Quibus ſimilia reperiuntur, in.l. ſi alienã.§. Marcellus.in fine, & in.l.Senatus.§.donatio.eo.tit. Eãdẽ eſt opinionem tenuit Corneus conſil.289.verſi.nec obſtat lex, & verſi. vltim.hæc cõcluſ.volu.4. Et opinio videtur veritati conſona. Nam

Nam cum donatio cauſa mortis reuocetur tribus caſibus, ſcilicet, per conualeſcentiam donatoris, per mortem donatarij ante donatorem, & per pœnitẽtiam, vt in.l. non omnis, ſi cert. pe ta. iuncta gl. & in principio inſtituta de donat. & hoc limitetur, niſi per donatorem ſint appoſita pacta in contrarium, vt in d. §. Marcellus. & d.l. Senatus. §. mortis. Et pacta ſolũ valeãt in caſu expreſſo, quo ad quem, donatio non poterit reuocari ex pacto, in alijs vero remanet reuocabilis, vt in dictis iuribus, vbi not. Bart. Paul. & alij. Quemadmodum ergo, ſi exprimeretur caſus conualeſcentiæ, in alijs duobus donatio remaneret reuocabilis, & ſi exprimeretur caſus præmorientis donatarij, in alijs duobus remaneret reuocabilis: eodem modo, expreſſo caſu pœnitentiæ (ad quem ſolum videtur dirigi pactum ſimplex de non reuocando) debet in alijs licere reuocare: niſi pactum ſit conceptum per verba, *Nullo caſu*. Quod illa iura videntur requirere.

Sed Crotum repræhẽdit Couar. in rubr. de teſta. 2. par. nu. 11. ſignificans cõmunem opinionẽ eſſe in contrarium. Vltra quem, ad obiecta reſpondeo, non eſſe parem vim pacti relati ad conualeſcentiam, vel ad mortem donatarij, cũ pacto de nõ reuocando, etiã ſimplici. Nam licet illa non comprehendant alios modos, vt in dictis iuribus: iſtud vero, etiã ſimplex, licet videatur referri ad ſolam pœnitentiam, compræhendit & alios duos modos, qui in effectu ſunt taciti, ab eadem voluntate, & pœnitentia collecti. Quaſi donator conualeſcendo, vel præmortuo donatario, videatur tacite pœnitere, vt explicat Gomez cap. de donatione, numer. 19. Vnde, pactum de non reuocando, quemadmodum impedit caſum expreſſæ pœnitentis: ita etiam caſum tacitum per conualeſcentiam, aut mortem donatarij, & in omnibus facit donationem videri inter viuos.

35 Quoad ſecundam huius puncti partem ſupra propoſitam, vtrum melioratio, ſeu prælegatum teſtamẽto, vel codicillis relictum cum pacto de non reuocando, tranſeat in donationem inter viuos irreuocabilem: vidimus rationes, & authoritates Tellij, quibus id nititur oſtẽdere, & quòd ex tali pacto melioratio fit irreuocabilis. Inter quas, maius fundamentũ deſumptũ eſt ex illa.l, vbi ita donatur. Qui tex. ex ſuperioribus ſatis eſt demõſtratũ, quã parũ vrgat ad hoc, vt donatio cauſa mortis ex

pacto

pacto de non reuocãdo (quæ ibi iudicatur donatio inter viuos) fiat irreuocabilis: quando facta expreſſe eſſet reuocabilis. Quæ etiam ſi in hac ſpecie, de qua agimus, concederemus, prælegatumque tranſire in donationem inter viuos, ex pacto de non reuocando: extenderemuſq; deciſionem tx. in. d. l. vbi ita donatur, vt procederet etiam in legato: cum tamen donatio inter parentes & filios, non tradita ſit reuocabilis, ex hoc text. hoc non immutaretur ex dicto tranſitu, prout nec immutatur in. d. l. vbi ita donatur. vt oſtenſum eſt. Nunc autem in hac ſpecie, nec illud intellectui quadrat, vt legatũ ex pacto de non reuocando tranſeat in donationem inter viuos irreuocabilem: non ſolum puram, & præſentem (quod eſſet abſurdius ſi prætenderetur) ſed neque collactam poſt mortem, iuxta ea quæ ſupra dicebamus, circa tx. in. l. nam & ſi cum moriar. ff. de condi. indeb.

36 * Dicis valere argumentum de donatione cauſa mortis ad legatum. l. illud. ff. de dona. cauſa mortis. Vnde quemadmodum donatio cauſa mortis, ex pacto de non reuocando iudicatur inter viuos, eodem modo legatum. Ex hoc non infertur donationem futuram irreuocabilem, prout non eſt in illa. l. vbi ita donatur, quando facta expreſſe, non eſſet, vt dictum eſt. Sed nec in tranſitu, quamuis ibi iudicetur inter viuos, non ſic erit in legato. Nam quamuis diſpoſita in legatis trahantur ad donationem cauſa mortis. d. l. illud. ſed quod è cõtrario, diſpoſita in donatione cauſa mortis, trahantur, ad legata non inuenimus.

37 * Dicis dari ſymbolum inter legatum, & donationem inter viuos, ac propterea facilẽ eſſe tranſitum. Legatum eſt donatio. l. legatum. de leg. 2. §. 1. inſt. eod. quia nullo alio termino potuit commodius diffiniri. Sed à donatione plurimum diſtat, origine, progreſſu & reſolutione. Qui donat eo animo eſt, vt ſtatim donatarius habeat; eſt enim donatio doni datio. l. Senatus. §. donatio. de dona. cauſa mortis. Qui legat in id tempus diſpoſitionem differt, quo nihil ipſe habere poteſt. §. 1. inſtitu. de de legat. ibi. *ab herede præſtanda*. Qui donat inter viuos, irreuocabiliter dat. l. perfecta donatio C. de donatione. quæ ſub mod. Qui legat, ſemper habet tacitum intellectum, niſi ſe pœniteat: & eſt hæc conditio inſita legato, cum eius natura reuocabilis ſit, & deambulatoria l. 4. de adim. legat.

38 * Dicis non eſſe nouum, vt ex donatione fiat tranſitus in legatum. l. miles ad ſororem. de legatis. 2. Illud in donatione cauſa mortis eſt, propter abſentiam, dona-

donatarij. Et licet idē eſſet in donatione inter viuos, vt ex aliqua cauſa tranſiret in legatum, poſſet ſuſtineri: cum diſpoſitio deſcendat de maiori ad minus. Sed quod ex legato fiat tranſitus in donationem inter viuos irreuocabilē ex pacto de non reuocando. arduum eſt & exorbitans. Dicis propter traditionem rei legatæ tranſire. l. Lutius Titius teſtamento. de lega. 2. negamus, & latius diximus ſupra gloſ. 5. ex num. 47. Et licet in melioratione, ſeu prælegato inter filios hoc concedamus: id ratione traditionis eſt, ex noſtro tex. Quod ad pactum de non reuocando non poteſt extendi: cum non ſit eiuſdem naturæ & efficaciæ, vt in præcedenti articulo dictum eſt. Præterea tranſitus iſte ex præſumptione fieri debet: quaſi teſtator id præſumatur voluiſſe. Dicemus ne ex pacto de non reuocando adiecto legato, teſtatorem voluiſſe inter viuos donare? Mihi inſufficiēs con
39 iectura videtur.* Nā verbū legati eſt tātę efficaciæ, & præſumptionis in contrarium: vt ſcriptum in donatione inter viuos immutet eius naturam, & faciat præſumi donationem cauſa mortis reuocabilē. Quod patet. Nam omnis donatio, in qua mentio mortis non fit, etiam ſi ab ægroto, vel conſtituto in aliquo periculo fiat, eſt donatio inter viuos, & non cauſa mortis. l. Seia. §. cum pater. ff. donatione cauſa mortis. l. Seia. ff. de dote prælег. Si tamen fieret per verbum legati, etiam ſi in ea non fieret mentio mortis, eſſet iudicanda donatio cauſa mortis reuocabilis, ſecundum Dynum in. l. 1. C. de reuoca. dona. Guido. deciſ. 457. Ripa de peſte. 2. p. num: 177. Couarru. in Rubr. de teſtamen. 3. parte. num. 25. ad finem. Iulium Clarum. §. donatio. quæſtione. 4. verſiculo. & hæc. Quæ præſumptio multo fortior redditur ex eo, quòd ſit ſcripta in teſtamento. Cuius libera diſpoſitio nullum pactum admittit in contrarium. Adeo quòd contra bonos mores id eſſe iura fateantur. l. licet. C. de pactis. l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verborum. Quibus non obſtat pactum de non reuocādo. Quia ex quo eſt adiectum diſpoſitioni ſua natura reuocabili: ſemper intelligitur, niſi pœniteat: ſecundum gloſſ. verbo. acceperit. in. l. ſi alienam. §. Marcellus. ff. de dona. cauſa mortis. Quam licet in propoſito illius text. (in donatione, ſcilicet, cauſa mortis) reprobent ibi Bartol. & Albe. quos refert & ſequitur Iaſ. in. l. quæ dotis. numero. 33. ff. ſoluto matrimonio. per text. in dict. l. vbi ita donatur. intelligendo vt nos ſupra intelleximus: In alia tamen

N quauis

quauis diſpoſitione reuocab.li, gloſ.opinio vera eſt. Ex regula generali,ſupra propoſita,quod pactum de non reuocando non immutat naturam contractus ſuper quo interponitur.l. cum præcario ff.de præca.c.fin.de procu.in.6.in.l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati.*Cum in dubio non videatur quis ſe ar
40 ctare,niſi quatenus habet neceſſe.& importat ad actionē,quæ geritur.l.ſolutum.§.ſolutā.ibi.*non enim credibile eſt.* ff.de pigno. actio.Minus obſtat.d.l. vbi ita donatur. Quia ibi ideo pactum de non rauocando fuit ſufficiens coniectura ad intelligendum, quòd donabat inter viuos:quia donatio fiebat per actum inter viuos. Et verbum donationis eſt aptum vtrāquè donationem comprehendere,ſiue mortis cauſa,ſiue inter viuos.l.alienatum. §.donationis.de verbor.ſign.Vnde nilmirum ſi ex maiori pręſumptione ſumpta ex pacto de nō reuocāda,præſumatur donatio inter viuos:non obſtante mentione mortis,quæ poterat intelligi pro cauſa donandi,vt inquit text. Et adhuc non diffitemur cum Chriſto.de Caſtelli. & Signo. ibi. quos refert & ſequitur Tello hîc. numero. 103. quod ſi efficacius conſtaret, quod donator voluit donare cauſa mortis,pactum nihil operaretur. Diuerſum tamen eſt quando quis diſponit per actum teſtamenti, cuius libera diſpoſitio non admittit pacta in contrarium.

41 Et hinc dixit Bart.poſt Iaco.de Are.in.d.l.ſi alienā.§.Marcellus.quod ſi donatio cauſa mortis eſſet facta in teſtamento vel codicillis,cum pacto de non reuocando: adhuc poſſet reuocari,nec trāſiret in donationem inter viuos. Quo caſu limitat d.l.vbi ita donatur.Quos ſequitur Guill. in cap. Raynuntius. verb.teſtamentum.el.4.num.27.verſicu.ſecundo limitatur. & Anto.Gabriel.de iure iur.concluſione.9.num. 10. Et adducit Guill.rationes.Quia talis donatio facta teſtando vel codicillando,non differt à natura vltimæ voluntatis. In qua nullum pactū de non reuocando apponi poteſt. Cū ſit ambulatoria vſq; ad mortem.l.4.ff.de adim.lega. Et talia impediunt liberam teſtandi facultatem.l.fin.C.de pactis.Et eandem vim habet verbum legati adiectum donationi inter viuos,ad hoc vt præſumatur reuocabilis.ex Dyno,& alijs ſupra citatis. Cum igitur hæ duæ præſumptiones ſint ſufficientes, ad hoc, vt diſpoſitio ſit reuocabilis,non obſtante verbo donationis, quod eſt aptum comprehendere vtrāque: & non obſtante pacto de non reuo-

cando

cando, quod inducit donationem inter viuos, vt in. d.l. vbi ita donatur: à forciori, erit reuocabilis diſpoſitio facta per verbum legati inter acta teſtandi, non obſtāte pacto, quod idem author agnoſcit non cauſare irreuocabilitatem, niſi quando diſpoſitio reuocabilis, cui eſt adiectum, poteſt tranſire in aliam irreuocabilem. Qui tranſitus à verbis & mente eſtantis iuris præſumptione omnino alienus eſt.

42 Quo ad tertiam ſuperioris puncti partem, vtrum ſaltim iuramentum adiectum tali pacto faciat irreuocabilem meliorationem teſtamento relictam, ſeu aliud quoduis legatum, vt tranſeat in donationem inter viuos irreuocabilē: Tello ſupra citatus ex numero. 100. tenet quod ſic. Hoc videtur habere aliquid maioris difficultatis, vltra ea, quæ ſupra adducta ſūnt. Quamuis enim veriſsimum ſit legatum ex ſimplici pacto de non reuocando non fieri irreuocabile: Roma. tamen Alexand. Zaſius, Crotus, & alij quos citauimus ſupra, num. 4. ad mediū, licet in heredis inſtitutione fateātur omnino inutile eſſe quoduis pactum ſeu iuramentum, quo tollatur libera teſtandi facul-
43 tas: *in legato tamen concedunt poſſe irreuocabile fieri, adiecta pœna, vt tranſeat in donationem inter viuos, ſi contingat mutari. Idem tenuerūt Claudius in. d.l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. numero. 5. Couar. in Rubrica de teſtamen. 2. part. num. 17. Iulius Clarus lib. 3. §. teſtamētum. quæſtione. 95. Quibus
44 conſequēs eſt, vt & iuramentum eandem vim habeat. *Ex alia traditione communiter etiam recepta: vt iuramentum diſpoſitioni adiectum faciat actum valere meliori modo, quo poſsit. l. cum pater. §. filijs matrem. delegatis. 2. cum alijs ſupra adductis. numero. 4. verſiculo. Tum quia. Cum enim actus prohibitus, nec impoſsibilis ſit: ſed qui à teſtatore fieri potuit, eo ſaltim modo quo dictum eſt: hæc eſt vis iuramenti, vt id operetur, & implicitè intelligatur à teſtatore factum. Et quamuis videatur impedimento eſſe, quod ſolet dici, pactum impediens libertatem teſtamenti eſſe contra bonos mores. l. fin. C. de pactis. ac proinde non poſſe firmari iuramento. c. non eſt obligatorium. de regul. iuris. in. 6. hoc iam non obſtat. Illi enim boni moris quaſi pro nihilo reputantur, prout in ſuperiori caſu, etiam citra iuramentum, videmus diſpenſatum. Et aliàs tradit Fortunius, de vltimo fine. illatio. 20. verſiculo. Tertius caſus. & Couarruuias. in Rubrica. de teſtamen.

N 2 2. parte

45 2. par.nu.5.* Prout etiam videmus in donatione omnium bonorũ præſentiũ & futurorũ, quæ citra iuramentũ valet facta eccleſiæ. Secundùm Bar.nu.13.in.d.l.fi. C. de pactis. Quē ibi ſequuntur magis communiter. DD. ſecundùm Decium.nu.31. Cagno.num.203. Purpu.nu.242. Gomez in.l.69. Tauri. nu. 6. Et alij, quos referunt & ſequuntur Dueñas, reg.219. lim. 1. Couarr. in Rubric. de teſtam. 2. part. nu. 6. Tiraq. de priui. piæ cauſæ. priui. 100. Gute. de iuram. confir. c. 11. nu. 7. Et eadē cũ iuramento valet indiſtinctè. vt tradit Fortu. vbi ſupra. nu. 349. Decius in.l. pactum quòd dotali. nu. 2. C. de pactis, & alij quos referunt, & ſequuntur Gomez. Couarr. Gute. ex. nu. 11. Quãuis contrarium teneant plures, quos refert & ſequitur Iul. Clarus. §. donatio. quæſt 20. Et tamen neutro caſu valeret, ſi eſſe contra bonos mores.

46 Sed ijs non obſtantibus contrarium verius videtur, vt melioratio teſtamento relicta, nec aliud quod vis legatum, ex iuramento tranſeat in donationem inter viuos, nec fiat irreuocabile. Eſt enim legatum ſui natura reuocabile, & de ambulatorium, nec admittit pacta, nec iuramenta in contrarium (prout etiam poſt huius operis primam editionem placuit Gute. lib. 2. pract. q. 79.) Ex tali enim pacto, ſeu iuramento corrumpitur propria natura, & ſubſtantia legati. arg. d. l. cùm precario. c. fin. de procura. in. 6. iuncta glo. verb. reuocatur. Quam ſequuntur, & commendant Abb. Felin. numer. 12. Decius. numer. 7. in. c. cum acceſiſſent. de conſti. Iaſ. in. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de cond. indeb. & eſt communiter recepta ſecun-

47 dùm Couarru. in. c. quamuis pactum. 2. par. §. 2. numer. 3.* Et quemadmodum in quæſtione præcedenti tenuimus pactum de non reuocando non ſufficere: ex iiſdem rationibus, nec iuramẽtum ſufficiet. Eſt enim eiuſdem naturæ cùm pacto. vt in. d. c. fi. de procu. in. 6. iuncta gloſ. c. quemadmodum de iur. iur. l. fin. ff. de libe. cauſa. l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iur. iur. l. fin ff. qui ſatisda. cog. l. fin. C. de non numer. pecu. Et ex alijs reſoluit Couarr. in rubr. de teſtam. 2. part. num. 6. Et eſſe communem opinionem pluribus citatis refert Anton. Gabriel, tit. de iureiuran concl. 10. & Molin. lib. 4. c. 2. num. 56. Et hoc ipſum agnoſcit Tello hîc. num. 98. & 99. ſolum nititur probare, quòd legatum tranſit in donationem inter viuos irreuocabiliter ex iuramento. argum. dict. l. vbi ita donatur. de donat. cauſa mort.

mortis. Sed quam ſit in hoc longa differentia inter legatum & donationem, in præcedenti articulo oſtenſum eſt: vt ex legato in donationem ſit difficilis tranſitus, etiam ex mente diſponentis. Qui licet re vera voluerit ſic legando facere actum irreuocabilem. ſed inde non ſequitur, quod voluit donare in-
48 ter viuos.* Quia cum hoc ei liberum eſſe, etiam inter acta teſtandi. Ex gloſſ. & communi opinione in.l. hæredes palàm. §. fin. de teſtamen. & tunc donatio eſſet irreuocabilis: cum quilibet contractus teſtamento celebratus ſit talis, vt conſtat ex longa allegatione Mincha. cap. 51. controuer. vſufre. non eſt nouum nolenti quod potuit, vt quod vult non conſequatur. l. in ambiguo. de reb. dub. gloſſ. fin. in.l. vxor patrui. C. de leg. cum alijs. Atque ita ſimilis diſpoſitio nullam aliam vim recipit ex iuramento, quam periurium in reuocante, ſecundum gloſſ. in cap. fin. de procurato. in. 6. Prout contingit in eo, qui promittit non reuocare teſtamentum adiecto iuramento. Quem magis communis opinio agnoſcit poſſe adhuc reuocare, remanere tamen periurum, ex late traditis à Couar. in Rubrica de teſtament. 2. parte. numero. 15. Iuli. Claro. lib. 3. §. teſtamentum. q. 94. Ant. Padilla. in.l. Clari. nu. 20. C. de fideicom. Moli. lib. 4. c. 2. nu. 2.
49 Non obſtat ſupra dicta communis traditio, quod legatum poteſt irreuocabile fieri adiecta pœna, vt ſi contingat mutari tranſeat in donationem inter viuos. Ea enim opinio non eſt ſine contradictore. Nam Caro. Molin. ad Alexand. conſ. 25. libro. 3. ex generalitate rationis & text. in dict.l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verborum. generaliter etiam intelligit non ſolum inſtitutionem, ſed neque legatum poſſe quauis via irreuocabile fieri, etiam adiecta dicta pœna. Cuius opinio nō diſplicuit Couarru. in Rubrica. de teſtament. 2. parte num. 17. & eam late probat Peral. in. l. ſi quis in principio teſtamenti. numero. 134. cum ſequentibus. de legat. 3. Et forſan ea opinio in puncto iuris verior eſt. Et licet non ſit, non obſtat. Procedit enim in expreſſa donatione, vel quæ fit præſenti & acceptanti, vt loquitur Imol. in. d.l. hæredes palàm. §. fin. de teſtam. Vel quæ fit per expreſſum titulum donationis, in caſum mutationis legati, prout loquūtur cæteri. Quod non eſt extendendum ad pactum de non reuocando quantumcumque iuratū. Cum is actus re vera non ſit donatio inter viuos, ſed legatum,

vt verba ſonant. Ex quibus colligitur intentio diſponentis. l. nõ aliter. de l. g. 3. & genus actionis. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de pact. Cui reuocabilitas conſona, & pacta in cõtrariũ diſſona ſunt.

Et hoc mihi verum videtur. Nam ſi concederemus legatũ ex pacto iurato tranſire in donationẽ inter viuos (quod negandum eſt) vellemusque quæſtionem ſubterfugere aſſerendo, quod iuramentum vltra tranſitum in donationem inter viuos, non debet immutare naturã donationis, ſi ea eſſet reuocabilis, vt in noſtro tx. arg. tx. in d. l. vbi ita donatur. verſi. ideoq; cũ ijs, quæ in propoſito ſunt ſupra dicta. n. 15. & ſeqq. id nõ eſſet tutũ. Nã tx. in d. verſi. ideoq; loquitur in ſimplici pacto de nõ reuocando, ex quo colligitur donãtẽ voluiſſe inter viuos donare. Et ea donatio vt alia quęuis iudicatur, modo ſit valida, mo-

50 do reuocabilis. * Et nõ eſt mihi dubiũ niſi, quod ſi ibi adijciatur etiã iuramẽtũ, donatio immutaret propria naturã, eſſetq; valida, & irreuocabilis, facta inter cõiuges, prout tx. loquitur: vel etiam inter patrem & filium in poteſtate, quod eſt idem. Cum ſit verum donationem inter has perſonas firmari iura-

51 mento, vt diximus ſupra nume. 2. * Nec obſtaret, quod dici ſolet, iuramentum non poſſe duos defectus ſupplere, ex traditis Bar. in auth. Sacramẽta puberũ. col. 2. C. ſi aduer. vend. Quẽ ſequũtur ibi cõmuniter DD. teſte Pau. nu. 10. Iaſ. n. 46. & 79. Cor. nu. 30. Alcia. in c. cũ contingat. de iure iura. nu. 130. Iaſ. conſilio. 118. volumine. 4. Decius conſilio. 239. & Tello hic. numero. 107. Etenim ſi in terminis text. in d. ct. verſicul. ideoque. iuramentum vltra pactum de non reuocando adijceretur, ſolum ſuppleret vnum defectum, irreuocabilitatem, ſcilicet. Nam quo ad tranſitum ex donatione cauſa mortis, ad donationem inter viuos, ſufficit ibi pactum, vt patet, & dictum eſt. In terminis autem legati, de quo agimus, ceſſat etiam obiectum. Cum ſit negatum, neque ex pacto, neque ex iuramento tranſire in donationem, nec effici irreuocabile.

GLOSSA NONA.

Donatio irreuocabilis poteſt reuocari ex reſeruatione eius facultatis. Et vtrum reuocatio donationis extendatur ad fructus. Et quid de melioramentis, & deteriorationibus. Et ius reuocandi non tranſit ad heredes, fiſcum, aut creditores.

1 DOnatio vndequaq; irreuocabilis poteſt reuocari, ſi ſit in eodem contra-
ctu reſeruata facultas reuocandi. (nu.6.
2 Donatio, quæ ex reſeruatione reuocatur, an reuocetur cũ fructibus. q non.
3 Titulus reuocabilis non præſtat ad acquiſitionem fructuum. & num. 7.
4 Contractus conditionalis, ceſſante, vel adueniente conditione, reſoluitur. &
quid in donatione. & num. 8.
5 Venditione reſoluta ex pacto additionis in diem, vel legis commiſſoriæ, fru-
ctus etiam reuocantur. & num. 9.
6 Donatio inter viuos, quæ ex aliqua cauſa reuocatur, nõ trahit ſecũ fructus.
7 Donatio cauſa mortis cum fructibus reuocatur. & cum quibus. nu. 17.
10 Poſſeſſor bonæ fidei quos fructus lucretur. (uocatur.
11 Fructus etiã naturales non reuocantur, quando donatio ex aliqua cauſa re-
12 Donatione reuocata propter ſuperuenientes filios, fructus non reuocantur.
13 Donatio ex cauſa ingratitudinis reuocatur cum fructibus à die tantum cõ-
miſſæ ingratitudinis.
14 Donatio inofficioſa non reuocatur cum fructibus.
15 Dos inofficioſa cõtinẽs meliorationẽ an reuocetur cũ fructibus, lege Regia.
16 Donatio ex defectu inſinuationis reuocata in exceſſu, non reuocatur cum
fructibus.
18 Legatum in vita traditum reuocatur cum fructibus.
19 Donatio tradita inter patrem & filium in poteſtate, de Iure Cõmuni, cum
fructibus reuocatur.
Lucrum factum per filium cum pecunia patris cui acquiratur.
20 Donatio inter virum, & vxorem reuocatur cum fructibus naturalibus, non
cum induſtrialibus.
21 Bona fides non requiritur pro lucrandis fructibus induſtrialibus donatio-
nis inter coniuges.
22 Donatarius, qui reuocata donatione lucratur fructus recuperat, etiã melio-
ramenta, nec tenetur cum fructibus compenſare, licet ſecus ſit in bonæ
fidei poſſeſſore.
23 Diminutio rei reſtituendæ ſemper reſarcitur ex fructibus.
24 Melioramenta facta in re maioratus ei cedunt, nec recuperantur.
25 Deterioratio rei maioratus recuperatur ab hæredib9 poſſeſſoris, & quãdo.
26 Deterioratio vnius rei maioratus nõ cõpenſatur cũ melioratione alterius.
27 Ius reuocandi donationẽ ex reſeruatione non tranſit ad hæredes.
28 Ius reuocandi donationem ex ingratitudine non tranſit ad hæredes. (de.
29 Ius reuocãdi donationẽ reuocabilẽ nõ trãſit in fiſcũ ex delicto, niſi ex frau-
30 Ius reuocandi donationem reuocabilem non datur creditoribus, niſi propter
fraudem.

1 SI *no reſeruaſſe el que lo hizo en el miſmo contracto el poder para lo reuocar.* Hæc eſt exceptio ad caſus ſuperiores, in qua (etiam concurrentibus requiſitis ſupraപoſitis, ex quibus melioratio fit irreuocabilis) adhuc poterit reuocari, ſi ea facultas ſit expreſſè reſeruata. Dummodo in eodem contractu id fiat, prout, inquit text. Aliâs perfecta donatio non recipiet ex poſt facto modificationem. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub modo, & tradunt hìc Lupus, n. 70. & Mati. num. 2. Et faciunt, quę nos dicemus in. l. 11. infra. gloſ. 2. numero. 2. Etſi melioratio fuiſſet facta ex cauſa onéroſa: etiam ex conſenſu meliorati non reciperet ex poſt facto reuocationem, per ea quæ dicemus in l. 6. gloſ. 4. num. 8.

2 In hoc autem articulo ſtatim ſeſe offert quæſtio de fructibus: vtrum reuocata donotione ex reſeruatione, fructus etiam reuocentur, an verò ad donatarium pertineant. Et videtur fructus eſſe cum re donata reſtituendos. Primò, quia ex dicta reſeruatione res donata poſsidetur tiulo reuocabili.* Qui titulus

3 non præſtat ad acquiſitionem fructuum, vt in donatione cauſa mortis probat tex. in. l. cum quis. ff. de condi. ob cauſam. & in. l. videamus. la. 2. §. idemque eſt ſi mortis. ff. de vſuris. & tradunt Ange. Pau. Alexan. in. l. 1. C. de ijs quibus vt indig. gl. in. l. ſi mortis cauſa donatus. ff. de dona. cauſa mortis. vbi not. Bart. not. etiã Angel. in. §. 1. num. 2. in fine. inſti. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Bald. conſ. 294. incipit. donatio cauſa mortis. lib. 3. Et ex illo tex. in. d. l. cum quis. not. Ange. & Alex. ibi. generaliter, quòd quoties titulus eſt reuocabilis nõ præſtat ad acquiſitionem fructuum. Conducunt etiam tradita per Roma. conſ. 454. incipit, in re præſenti, in tertio dubio, quem ſequitur Felin. in cap. cum cauſa. num. 27. de re iudi. quod cum titulus annullatur, res eſt reſtituenda cum fructibus. Allegant tex. quẽ dicunt ſingularem. in. l. filio. §. contra tabulas. ff. de inoffi. teſtamen. vbi filia exhæredata, rupto per querelã teſtamẽto, reuocat ab auo (qui tanquam prçteritus obtinuerat per contra tabulas) patris hæreditatem cum fructibus, reſciſſo titulo aui.

Secundo, Nam ſimilis donatio cum facultate reuocandi videtur eſſe conditionalis, ſcilicet, niſi reuocauero. Vnde facta reuocatione, & ſic adueniente conditione, donatio reſoluitur, acſi nũquam fuiſſet donatum.* Prout videmus in cõtractibus con-

4 ditionalibus. in quibus ceſſante cõditione affirmatiua, vel adueniente

niente negatiua, ſub qua contractũ eſt, reſoluitur cõtractus, ac ſi nũquã factus fuiſſet. l. pecuniã. verſi. perinde vbi not. Alex. nu. 4. ff. ſi cert. peta. l. neceſſario. ff. de peri. & cõmo. l. ſi quis fundum. ff. de contra. emp. Quemadmodum per contrarium ſi eueniat conditio affirmatiua, vel ceſſet negatiua, perinde eſt ac ſi à principio contractus fuiſſet purus. l. qui Balneũ. verſi. amplius. l. potior. verſi. cũ enim. ff. qui potio. in pigno. habe. ſecundum Alexandrum. ſupra.

Et in propoſito de hoc videtur tex. in. l. 1. §. item cum ipſe. ff. de dona. *Item cum ipſe,* inquit tex. *ea mente dat, vt ſtatim quidem faciat accipientis: ſi tamen aliquid factum fuerit aut non fuerit, ad ſe reuerti: ea non propriè dicitur donatio: ſed totum donatio dicitur, quæ ſub conditione ſoluatur: qualis eſt mortis cauſa donatio.* Vbi ceſſante vel adueniente conditione, donatio reſoluitur: ac ſi donatum nõ fuiſſet. Quo caſu quemadmodum nulla poterat eſſe quæſtio de fructibus: eodem modo reſoluta, ex conditione, donatione. Quod tex. oſtendit manifeſtius in exemplo donationis cauſa mortis, quæ reuocatur cum fructibus, vt in. d. l. cum quis. Idem ſignificat tex. futurum in alijs exemplis illius regulæ: qualia erunt, quoties donatio aliàs reſoluatur: cum exemplum poſitum non arctet regulam. §. hactenus. inſti. de gradibus.

5 Hoc ipſum patet in venditione cum pacto additionis in diẽ. vel legis commiſſoriæ (cuius meminit gloſſ. in. d. §. item cum ipſe. quantum ad reſolutionem contractus: licet non meminerit fructuum) eſt tamen expreſſum, quod reſoluta ex pacto vẽditione, reuocantur fructus. l. eum qui emit. in principio. l. itẽ quod dictum. l. Imperator. ff. de in diem. addictio. l. fin. ff. de iure fiſci. l. is qui. §. ſi fundus. ff. quod vi aut clam. Quod non ſolũ procedit vbi venditio fuit conditionalis, id eſt, vendo, ſi alius intra menſem meliorem conditionem non attulerit, vt in. l. 4. ff. de in diem addictio. ſed etiam in caſu, quo loquimur, vbi fuit pura, allata tamen meliori conditione reſoluenda: id eſt, vendo, & ſi alius infra menſem meliorem conditionem non attulerit, res ſit inempta. Quo etiam caſu allata meliori conditione, fructus venditori reſtituuntur, vt probatur in. d. l. itẽ quod dictũ iuncta. l. 2. in fi. eiuſdẽ tit. prout intellexit gl. ibi. verb. lucrari. & in. d. l. itẽ qđ dictũ. gl. 1. & in. l. 2. §. ſi in diẽ. ff. pro emptore. verb. effici. Cũ quibus tranſeũt cõmuniter Scribẽtes in ijs locis, & tenet Ioa. And. & Abb. nu. 6. & Imo. nu. 16. in. c. illo vos

de pigno.poſt.glo.ibi verbo.præſumitur. Et eſt communis opinio,vt agnoſcũt Corra.lib.3.miſcella.c.9.Couarr.libr.3.variar. c.9.colum.2.Tiraq.de retra.lib.2.§.5. gloſ.2.num.3. Mincha. c.49.contro.vſufr.in principio.Tametſi Tiraquel. in.l. ſi vnquam.verb.reuertatur.nu.230.Couar. & Mincha.contrarium voluerint . Quorum opinio licet aliquando placuerit, rectius conſiderando communis videtur verior.Non obſtat text.in.d. l.2.in fine.de in diem addictio.&.d.l.2.§.ſi in diem.pro empto re. Quoniam intelliguntur, ſi melior conditio allata non ſit. Prout declarat tex.in.d.l.item quod dictum. Quæ declaratio non poteſt referri ad venditionem conditionalem : ſed ad puram reſoluendam. Nam in conditionali fructus, etiam non allata meliori conditione,non pertinent ad emptorem , niſi à die purificati contractus.l.4.de in diem addictio. Et ſic illa.l.item quod dictum.non poteſt referri niſi ad declarationem.l. 2. in fine.Quod ex contextu omnium patet,ſi iungas.l. 2. &.4.&.l. item quod dictum. Omnes enim ſunt Vlpiani, ab eodem loco deſumptæ,ex libro,ſcilicet.28.ad Sabinum. Et quãuis alia fragmẽta Pauli,Iuliani,& Pomponij ſint in illo titulo interiecta, in legibus.3.5.6.7.&.8.Illæ tamen leges Vlpiani iunctæ & cõtinuatæ hunc habent ſenſum manifeſtum.Non obſtat,quod acquiſitio fructuum,de qua in.d.l.2.in fine. allata meliori conditione,ſit inutilis: & diſtinctio,quam ibi facit I.C. inter venditionem conditionalem,& puram, fruſtratoria. Etenim,quamuis allata meliori conditione, id verum ſit : & in eum caſum non diſtinguat I.C. In eum tamen , quo melior conditio nõ afferretur, tunc multum intereſt inter vtramque venditionem. Nam ſi fuit conditionalis,fructus pertinent ad emptorem à die tantum purificati contractus: ſi autem pura, à die venditionis. Et hęc videtur expreſſa mens I.C.Non obſtat tx. in.l.2.C.de pactis inter empto. procedit enim in pacto de retrouendendo.vt ſtatim dicam.

Tertiò,vltra prædictas rationes, ſi melioratio fieret filio in poteſtate, videtur efficatius reuocationem fieri cum fructibus. Etenim reuocata donatione , negotium reducitur ad eos terminos,quos haberet,ſi facta non eſſet. Argumẽto tex.in.d.l. 1.§.item cum ipſe.ff.de dona.& eorũ,quæ in præcedenti fundamento dicta ſunt. In quibus filius propter patriã poteſtatem reperitur omnino incapax ex cauſa profectitia retinẽdi.l.cum

opor-

oportet, ibi. *Ex eius ſubſtantia*. C. de bonis quæ lib eris. §. 1. ibi, *Ex reparis* inſti. per quas perſo. nob. acqui. Quãuis enim ea patria poteſtas correcta ſit, quantũ ad validandã donationẽ ex traditione, vt in noſtro tex. & diximus ſupra gl. 1. nu. 31. per facultatẽ tñ reuocandi retinuit ſibi pater cũ correctionis, ſeu diſpẽſationis effectũ: vt facta reuocatione, quẽadmodũ filius remanet incapax rei donatę: ita etiã fructuũ. Circa quos, tãquã ex re patris perceptos, idẽ impedimentũ præſtat patria poteſtas: ſecundũ gl. in. d. l. cũ oportet. & in. d. §. 1. in verbis citatis.

6 Sed iis non obſtantibus in propoſita quæſtione, verius videtur reuocata donatione aliàs perfecta & irreuocabili ex facultate reuocãdi reſeruata, fructus interim à filio perceptos nõ reuocari: nõ ſolũ ſi is ſit emãcipatus, ſed etiã in poteſtate. De hac re extat gloſ. notabilis. in. l. generaliter. §. proinde. verbo ex aliqua cauſa. ff. de fideicom. liber. quæ vult, fructus non augere rẽ donatam, vt ex aliqua cauſa reuocata donatione, cum ea reuocentur. Quam ad hoc notat Bald. in Margarita. verbo. fructus. Cateli. in memorab. iu. verbo. legatum factum à teſtatore. Berbe. in viato. iu. tit. de reuo. dona. colum. 2. verſi. an autem in caſibus. Iaſ. in. l. ſi hæc res. num. 2. ff. de condi. ob cauſam. & multum commendant Tiraq. in. l. ſi vnquã. verbo. reuertatur. nu. 228. Moli. in conſue. Pari. §. 30. Pinc. in. l. 2. de reſcindend. vendi. 2. parte. cap. 4. numero. 51. Et eſt ratio, quia quoties donatio inter viuos ex aliqua cauſa reuocatur, reuocatio non datur, prout ex tunc, ſed prout ex nunc. Et ideo fructus ante reuocationem percepti à donatario, qui habuit titulum à vero domino, & fuit verè dominus. l. non ideo minus. ff. de rei vend. non reuocantur. Et etiam quia nec fuerunt donati, nec contenti in donatione, ſed à donatario tanquam ex re propria percepti. l. ſancimus. §. fi. C. de dona. l. in ædibus. §. ex rebus. l. cum de donatione. ff. eo. Vbi fructus non computantur in valore donationis: & tamen computarentur, ſi eſſent in donatione comprehenſi. Vnde reuocatio non poteſt dari ad id, quod donatum non fuit. l. verbum redendi. ff. de verborum. ſignificatione.

7 Non obſtant contraria. Nam iura illa in. d. l. cum quis. & in. d. §. idemque eſt ſi mortis. loquũtur in donatione cauſa mortis: in qua reuocatio datur prout ex tunc. Ea enim ſtat in ſuſpenſo interim quòd donator viuit. l. non videtur. l. Seia. ff. de

de dona.cauſa mor.l.non omnis.ſi cert.peta.§.1.inſtit. de dona. Et ideo ex quocunq; capite contingat reuocari,fit reuocatio cũ fructibus.prout declarat Iaſ.vbi ſupra,diſtinguens in hoc donationem cauſa mortis,à donationibus inter viuos. ex doctrina gloſ.in.d.§.proinde.Et ſic quod ex illo tex.in.d.l.cum quis. generaliter collegerunt Ang.& Alex.titulum reuocabilem nõ præſtare ad acquiſitionẽ fructuũ:extra caſum donationis cauſa mortis,de qua text.agit,tutum non eſt.Sed neq; modificatio Iaſonis,vt illud intelligatur quoties titulus eſſet reuocabilis facto hominis. Tum,quia lex fortius reſoluit,& annullat.l. ſi libertus.de iure patro.per quẽ id not.Bart.in.l.ſi inſulã.nu.9. de verborum.cõmuniter receptus ſecũdùm Ripam ibi.nu.58.Tũ, quia etiam,quando donatio reuocatur ex conditione, ſeu reſeruatione reuocandi,fructus non reuocantur , ex generali regula gloſſæ in.d.§.proinde:& tamẽ permiſſa reuocatione ex diſpoſitione legis, reuocãtur,vt in donatione cauſa mortis.Et ſic extra eam,regula illa tam generalis non eſt admittenda.Non obſtat tx. in.d.l.filio.§.cõtra tabulas.ff.de inoffi.teſtam.& quę ex eo tradunt Rom.& Feli.vbi ſupra.Etenim ibi pater præteritus,qui egit contra tabulas,licet obtinuerit,non habuit bonũ titulũ.Stãte enim filia exheredata, cuiꝰ erat primus locus querelandi, non debebat pater admitti.Fuit tamẽ admiſſus de facto, ſecundũ omnes ibi.& ideò ab ipſo hæreditas cum fructibus auocatur.Nos autẽ loquimur in verò domino, qui habuit titulũ à

8 verò domino,licet reuocabilẽ.*Non obſtat,ꝙ donatio cũ facultate reuocandi videatur conditionalis.Etenim non eſt cõditionalis,ſed pura,ſub conditione tamẽ reſoluenda. Reſolutio autẽ non fit prout ex tunc,ſed prout ex nunc. Cõditio enim exiſtẽs non trahitur retro quo ad fructu .ſecundùm Bart.& alios in.l. fin.§.ſed quia.C.cõmunia de lega.Prout refert Alex.num.2. in l.domos.de lega.1.per text.in.l.1.§.ſerui appellatione.ad Sylla. Quia nec fuerunt donati,nec in donatione compræhenſi, nec augent rem donatam , vt cum ea reuocentur,ex dictis rationibus. Et quamuis text.in dict.l.1.§.item cùm ipſe. ff.de donat. ponat exemplum in donatione cauſa mortis: illud quantum ad reuocationem, ſeu reſolutionem , in genere intelligendum eſt:ſed non quantum admodum,& effectus reuocationis. Nam in donationem cauſa mortis fit reuocatio prout ex tunc, & ſic reuocantur fructus:in donatione autem inter viuos, quæ

ex

ex conditione reſoluitur,ſit reuocatio,prout ex nunc,& non re
uocantur fructus.Et idem reſpondeo ad exemplum additionis
in diem,vel legis commiſſoriæ,quod ponit gl. in .d.§.item cum
9 ipſe.*Illa enim pacta reſoluunt,prout ex tunc, vt etiam accidit
in actione reddibitoria.l.cum autem. §. cum reddibetur. ff. de
edi ædict.Quod non eſt in pacto de retrouendendo, in quo lo-
quitur text.in dict.l.2.C.de pactis. inter emp. & ideo ibi non
veniunt fructus,niſi à die oblatæ ex pacto quantitatis. Et ex
ijs deducitur etiam reſponſio ad impedimentum, quod in fru-
ctibus poterat præſtare patria poteſtas . Etenim cum dona-
tio fuerit in omnibus effecta irreuocabilis ex traditione,corre
cta patria poteſtate,ex noſtro text. reuocatio ex reſeruatione
facta, quamuis fuerit ſufficiens ad auocandam rem donatam,
non tamen potuit extendi ad fructus (niſi id etiam eſſet re-
ſeruatum.)Quia nec fuerunt in donatione comprehenſi,nec re
uocatio fit,prout ex tunc,vt dictum eſt.

10 Sed tunc ſubintrat alia difficultas, vtrum dicta concluſio ſit
intelligenda de fructibus induſtrialibus: an etiam de naturali-
bus. Et videtur nõ poſſe de naturalibus intelligi.Nã ſi ad aliũ
quẽuis bonæ fidei poſſeſſorem ſpectemus.(Quãuis negotiũ nõ
ſit ſine controuerſia ab ipſiſmet iure conſultis incepta , qui in
l.bonæ fidei.ff.de acquir.rerum dominio.& in.l.fructus.in fine.
ff.de vſuris.ſibi ipſis contrarij diuerſa decidunt.) Illa videtur
eſſe magis cõmunis opinio,vt quãuis quoad primordialẽ acqui
ſitionem,diſtinguatur inter habẽtem titulum,vt is fructus ſuos
faciat,vt in.d.l.bonæ fidei.& non habentem,vt ſuos nõ faciat.
d.l.fructus in fine.Quoad reſtitutionem tamen,vnus & alter te
neatur reſtituere(quamuis diuerſis actionibus)omnes fructus
naturales,non ſolum extantes:ſed etiam conſumptos , ex qui-
bus tamen ſit effectus locupletior,ſaltim ex æquitate text.in.l.
ſi me & Titium.ff.ſi cert.peta. Quam opinionem tenet Barto.
num.6.in.l.ex diuerſo. ff. de rei vend. cuius opinio eſt in hoc,
magis communiter recepta,ſecundum Abb.in.c. grauis.nu.6.
de reſti.ſpo.& Couar.libr.1.variarum.c.3.nu.6.verſicu.ijs ſa-
ne.& agnoſcit Mincha.c.70.contro.vſufrc.nu.3.&.4.

In fructibus etiam induſtrialibus,videtur dictam commu-
nem ſolum poſſe intelligi in conſumptis, quamuis ex eis dona
tarius ſit factus locupletior:non verò in extantibus. Sic enim
diſponitur in alio quouis bonæ fidei poſſeſſore,etiã ſine titulo.

Quam-

in bonæ fidei poſſeſſore. Qui licet ratione bonæ fidei quaſi dominus ſit, vt in.d.l.bonæ fidei.ff.de acqu.rerum dominio.l. qui ſcit, verſ.porro.ff.de vſuris: vere tamen dominus nõ eſt, cũ nec titulũ habuerit à verò domino, & ſic loquũtur iura ſupra adducta. Sed quoties titulus proceſsit à verò domino per donationẽ inter viuos, licet reuocabilẽ prout ex nunc: is verũ dominiũ, licet reuocabiliter, trãsfert: & ad fructuũ acquiſitionẽ indiſtinctè preſtat, vt d'ctũ eſt, ex doctrina illius gl.in.d.l.generaliter. §. proinde.de fideic.liber. Prout in caſu, de quo agimus, quãdo donatio aliàs perfecta reuocaretur ex facultate reuocãdi reſeruata.

12 Ex quibus infertur, quòd quoties donatio reuocatur propter ſuperuenientes liberos ex.l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat. quòd fructus (quicunque illi ſint) ante illud tempus percepti non reuocabuntur, ex doctrina illius gloſ.in.d.§.proinde. Et etiam, quia reuocatio datur prout ex nunc, à tempore ſcilicet ſuperuenietis filij.vt probat ille tex. verb.*Reuertatur*. Quod ſonat prout ex nunc, vt ibi intelligunt Ripa.num.99.& Tiraq. num. 227. & probat Segura in.l.1.§.ſi vir vxori.nu.78. de acqui. poſſeſ. & Anton.Gabri.lib.3.tit. de dona.concl.2.limi.fin. Quod autẽ, tradit Ripa ibi.num.103.natis filijs reuocationẽ fieri ipſo iure, vt vel ex eo die fructus debeantur: verius eſt circa eos conſiderari bonam fidem donatarij cauſatam ex ignorantia, Quod tenuit Gali.in.l.Cẽturio,in.13.concl.ff.de vulgar. & Tiraq. vbi ſupra.num.220. Qui addit bonam fidem adhuc non interuerti per ſcientiam nati filij: ſed amplius requiri, quòd donator declaret velle ſe ex ea cauſa donationem reuocari. de quo ibi per eum.num. 222.

13 Infertur etiam, ꝙ quando donatio reuocatur propter ingratitudinem ex.l.fin.C.de reuo.dona.nõ reuocabũtur fructus ante cõmiſſam ingratitudinem percepti, quicunq; illi ſint. cûm reuocatio detur prout ex nũc. Ab eo autẽ die omnes reuocabũtur ſecundũ Ripã ibi.nu.221.quaſi ſint percepti à malę fidei poſſeſſore. Arg.tex.in.l.1.C.de ijs quibus vt indig.vbi ingratus hęres, qui omiſsit vlciſci necem defuncti, tenetur ad integros fructus à die cõmiſſæ ingratitudinis. Quia nõ videtur bonę fidei poſſeſſor, qui officium pietatis ſcienter omiſsit. Quem tex. in ſui ratione not.ibi Paul.Ang.Alex.& Iaſ. vt vaſalus ingratus à die cõmiſſę felonię cõtra dominũ, teneatur ad integros fruct9, etiam ſi non extent, & ex eis non ſit factus locupletior, prout

diſponitur

diſponitur in alio quouis malæ fidei poſſeſſore.§.ſi quis à non domino.in fine inſtit.de rerum diu. Quod etiam ſequũtur plures alij relati à Tiraquel.vbi ſupra.num.272.Et idem erit quoties donatio reuocaretur propter non impletum modum, vt ab eo tantum die,& non ante,fructus reſtituantur. ſecundùm Segur.in.d.§.ſi vir vxori. num.75.

14 Infertur etiam,ꝙ quoties donatio reuocatur tanquàm inofficioſa,quo ad exceſſum inquo eſt inofficioſa,puta ſi eſſet reducenda ad tertium,vel ad quintum:non reuocaretur quo ad fructus perceptos in vita donatoris,ſed ab eius tantum morte. Ab eo enim tempore fit reuocatio, prout ex nunc. Nam cùm fiat per querelam ratione legitimæ: & ea non debeatur viuo patre: eo demum mortuo,donatio reuocatur,vt dicemus in.l.7.infra, gloſ.1.num.7. Et ante id tempus fructus non reuocabuntur. Quod tenuit Segu.vbi ſupra.num.77.verſic.Tertia erit.& verſic.Quarta erit.Arias in.l.27.Tauri.num.7.Greg.Lupus, in.l. 8.tit.4.part.5.verſic.*En vida* Boerius deciſi.98.Quod etiam in materia dotis inofficioſæ,tradit Molin.in tractat.de inoffi.donа.num.79.& in tract.de dona.factis in contra.matri.num.65. &.69.Quod etiã probatur in.l.dotis.C. de colla. vbi dos nimia in collatione reuocatur quo ad exceſſum:iuncta.l.filius emancipatus.§.filia.de colla.dotis.vbi dos nũquam confertur cùm fructibus.l.ſi quis filium.§.ſtipulatio.ff.de colla. bonorum : tradit Soci.conſil.57.num.4.lib.4.& Decius in.l.poſthumo nato. C. de contra tab.col.1. * In dote tamen inofficioſa, quæ eſſet data

15 filiæ contra legem Regiam de non meliorandis filiabus.l.1.tit. 2.ſupra: Baeça in eius cõmentarijs.c.33.defendit dotem reuocari cùm fructibus. Quia ex dicta lege actus eſt nullus. de quo agemus in.l.10.infra, gloſ. fin.

16 Infertur etiam,quòd quoties donatio reuocatur ex defectu inſinuationis,quo ad exceſſum legitimę ſummę. vt in. l. ſancimus,verſic.ſi quid autem.&.l.pen.verſi.cæteris.C.de dona. fructus interim percepti non reuocantur.Nec enim augent rẽ donatam,vt cùm ea reuocentur,ex doctrina illius gloſſæ, in. d. §. proinde. Quod probat text.in.d.l.ſancimus.§.fin.quatenus non coniungit fructus cùm re donata.Quod ſignificat Ripa in d. l. ſi vnquam.num.99.& Tiraquel.verb. reuertatur. num. 227. Et ſic etiã intelligitur tex.in.l.in ędibus.§.ex rebus.ff.dona. per gloſ.1.& alios ibi.

In

17 In donatione autem cauſa mortis, in qua diximus fructus reuocari, ex text. in d. l. cùm quis. ff. de cond. ob cauſam. Quamuis Iaſ. ibi, ſub. l. ſi hæres. nu. 2. eiuſdem tituli, dicat donatarium nō eſſe in bona fide, qui percipit ex titulo, quē ſciebat reuocabilē: ac proinde teneri ad omnes fructus, nedum extantes, ſed etiam conſumptos. Verius eſt talem donatarium nō eſſe poſſeſſorem malæ fidei, ſed bonæ. Cum potior ſit ad hoc titulus, licet reuocabilis à vero domino, quàm titulus irreuocabilis à non domino. Qui cum ſufficiat ad bonā fidem. §. ſi quis à non domino. de rerum diui. cum alijs: à fortiori titulus reuocabilis à vero domino. Ac proinde in eo ſequemur ordinem bonæ fidei poſſeſſoris, vt dictū eſt. Vt quāuis teneatur ad fructus, etiam conſumptos, vt inquit Iaſ. intelligatur tamen de naturalibus conſumptis: ex quibus ſit factus locupletior. Ad eos verò ex quibus nō ſit factus locupletior: vel ad induſtriales conſumptos, etiam ex quibus ſit factus locupletior, non teneatur, vt dictum fuit ſupra in alio quouis bonæ fidei poſſeſſore.

18 Et ex ijs poterit inferri ad id, quod tradit Gomez. c. delegatis. nu. 4. ꝙ quoties legatū traditur in vita, cū cōmemoratione teſtamēti, licet poſſit reuocari, non tamē reuocabitur cū fructibus, ſed eos interim lucrabitur legatarius. Quod tanquàm bonū verbum refert, & ſequitur Guterius. in. l. nemo poteſt. deleg. 1. nu. 258. & ambo referūt hanc eſſe cōmunem opinionē. Quod ſi ita eſſet, conduceret ad ampliationē eorū, quę ſupra dicta ſunt gl. 5. nu. 47. & ſeqq. vbi tenuimus legatū, nedū ex cauſa præcedenti, ſed etiā ſimpliciter traditum poſſe reuocari. Sed quod ad fructus attinet, prædicta opinio non videtur vera. Eſt enim legatū eo caſu quaſi donatio cauſa mortis, vt agnoſcit Bal. in. l. 2. nu. 5. C. de iure dotiū. & alibi pluries. Et eum ſequūtur illi omnes, quos ibi retulimus. Et ſic reuocatio cū fructibus danda eſt, Arg. tex. in. d. l. cū quis. Et in ſpecie tradit Cremē. ſing. 15. quē refert & ſequitur Tiraq. in. l. ſi vnquā, verb. reuertatur. n. 278.

19 Infertur etiā, ꝙ donatio inter patrē, & filium in poteſtate tradita, quæ de Iuri cōmuni erat reuocabilis, vt diximus ſupra gl. 1. nu. 2. & pendebat à morte, & erat ſimilis donationi cauſa mortis, vt ibi diximus: poſſet reuocari cū fructibus, arg. text. in d. l. cū quis. Imò in ea eſſet fortior fructuum reuocatio. Quia cū ad acquiſitionē fructuum ſit neceſſaria donationis cōfirmatio per mortem, & retrotractio ad tēpus donationis, vt in. l. dona-

tiones quas parentes.C.de donat.inter virum:ea non poteſt ha
bere locum in donatione reuocata. Quia non habet vltimum
extremū habile, vt not.in.l.ſi is qui pro emptore. ff.de vſucap.
& ſic fructus reuocarentur. Quamuis in induſtrialibus eſſet re-
currēdum ad reſolutionem illius quæſtionis, quàm tāgit gl. in
l.cum oportet, verb.ex eius ſubſtantia.C.de bonis quæ libe. &
in.§.1.verb.ex re patris.inſtit.per quas perſo.nob.acq.circa lu-
crum factum per filiū cū pecunia patris. In qua, illa videtur ma
gis cōmunis reſolutio, vt lucrum diuidatur. Quod tenuit Bart.
in.l.1.§.neq; caſtrenſe. numer.7.ff.de colla.bono.& in.l.illud
nu.2.C.eod.quem ſequūtur plures relati per Iaſ.ibi, nu.7.& per
Rim.in.d.§.1.nu.70. Et dicit cōmunem, & veriorē Curtius in
d.l.illud.nu.15.& Grego.in.l.5.tit.17.part.4.& in.l.3.tit.15.
par.6. & Anto.Gomez in.l.29.Tauri.nu.24.quos vide.
Infertur etiam, quòd donatio inter coniuges, quæ eſt ſimilis
20 donationi inter patrē, & filiū in poteſtate, & donationi cauſa
mortis, vt diximus in gl.1.ſupra.nu.3.ꝙ reuocabitur cū fructi-
bus. argu.tex.in.d.l.cū quis. Prout intellexit Lup. in Rubr. §.
72.nu.1. Sed id in fructibus naturalibus intelligendum eſt, vt
probat tex.in.l.fructus.ff.de vſuris. Induſtriales autē indiſtin-
ctè lucrabitur, vt ibi. & in.l.de fructibus.ff.de dona.inter virū.
Quæ ſecūdùm illam eſt intelligēda, ſecūdûm gl.1.ibi cōmuniter
receptā ſecundùm Pinc.in.l.2.de reſcind.vend.2.par.c.4.n.49.
In illis enim nedū conſumptis vtiliter, ſed etiam extātibus, ſpe
ciale ius verſatur: vt quāuis donatio non teneat.l.3.§.ſciendū.
ſeu etiam reuocetur.l.cum hic ſtatus.ff.de dona.inter virum. li-
citā habeant donationē. Ex eo, ꝙ quamuis donatarius efficia-
tur locupletior, donator tamē non fit pauperior. Quod in ea ma
teria neceſſariū eſt ad inualidandā donationem.l.ſi ſponſus. §.
concessa.ff.eo. * Et licet gl.in.d.l.de fructibus. requirat ad hoc
21 bonam fidem, etiam cauſatā ex iuris errore, quo arbitretur do-
nationem valere. Quam ibi ſequitur Salic.& Aretin.conſi.17.
nu.11.& Imol.in.c.ſi quis præsbiterorum.num.30.de rebus ec-
cleſ. & Lupus vbi ſupra, in fine, & Segura in.l.1.§.ſi vir vxo-
ri.nu.55.col.17.verſic.ex hoc poſſet inferri.& alij plures in.l.
quod vxor.ff.de acquir.poſſeſ.ita quòd hæc videtur magis cō-
munis opinio, & pro tali eā refert Pincl.vbi ſupra: ipſe tamen,
poſt Fulgo.in.l.ex annuo.ff.eod.& Connan.lib.8,c.11.cōtrariū
defendit, hanc, ſcilicet, bonam fidem non requiri. Quia nec I. C.

id

Id expreſsit, ſolũq; conſiderauit, ꝙ ex fructibus induſtrialibus donator non fiebat pauperior, ex regula tex. in d. §. conceſſa. Quod etiam tenuit Mincha. c. 70. contro. vſufrc. nu. 11.

62 Ex quibus infertur ad id, quod tradit Caſtillo hîc. nu. 115. ꝙ reuocata donatione ex reſeruatione facultatis reuocandi, filius recuperabit impenſas, ſeu melioramenta, ſi qua fecit in re donata, nec tenebitur cũ fructibus compenſare. Quamuis enim quilibet alius bonæ fidei poſſeſſor teneatur impenſas cũ fructibus cõpenſare. l. ſumptus. ff. de rei vend. is verò qui rei dominus eſt, licet tẽporaliter, vt rogatus poſt mortem reſtituere, vel etiã donatarius, de quo agimus, vel alij inter viuos, à quibus res donata reuocatur ex cauſis legalibus ſupra adductis: ita fructus ſuos facit, vt non teneatur cum impenſis, & melioramentis cõpenſare, ſed etiam ea poſsit repetere. De hoc eſt glo. ſingu. in l. emptor verb. ſuperfluum. ad finẽ. ff. de rei vend. Quã ad hoc notat Bart. & Bal. ibi. Paul. Imol. Cuma. Alex. & Iaſ. in l. domos. de legat. 1. Alex. conſ. 123. ad finẽ, lib. 1. Bertran. conſ. 283. col. 2. verſi. ad tertium, lib. 1. Alex. in l. inſulam. §. fructus, in fine. ſolu. matrim. Ant. de Fano. de pigno. 4. membro. 5. partis. nu. 13. Boerius deciſ. 44. nu. 19. Afflict. deciſi. 87. col. 2. verſi. item ex quo. Lupus in Rubr. §. 62. num. 15. Et alij, quos referunt & ſequuntur Pine. vbi ſupra. num. 62. Molin. lib. 1. c. 26. nu. 14. Tiraq. in l. ſi vnquàm, verb. reuertatur. num. 235. id ipſum aplicãs ad donationem, quæ reuocatur per ſuperuenientiam liberorũ. Quam cõcluſionẽ Caſtillo vbi ſupra extendit ad expenſas, etiã voluntarias bona fide factas. ex traditis à Bart. in l. in fundo. ff. de rei vend. Et facit text. vbi notat Bar. in l. ſi in area. C. eo. tit. & text. vbi notat Bart. in l. ſin autem. §. in re. de peti. hæred. Et quod poterit donatarius retinere rem, donec ſibi expenſæ ſoluantur. vt in d. l. ſi in area. & in l. ſi pœnæ. §. i. & in l. repetitio. de condit. indeb.

63 Quamuis autem non teneatur melioramenta cũ fructibus cõpenſare: bene tamẽ tenebitur ex fructibus ſuplere, vel reſarcire diminutionem contingentem in re donata. Argumento grauati reſtituere poſt mortem. l. ſi is qui. l. mulier. §. ſi hæres, verſic. ſed enim. ff. ad Trebel. notat Roman. ſingu. 261. Ripa. in l. in fideicomiſſaria. num. 18. ad Trebel. poſt Paul. & Alexand. in l. Balliſta. eod. tit. Pinel. in l. 2. de reſcinden. vendit. 2. part. cap. 4. num. 63.

24 In maioratu tamen bonisq; perpetuo vinculatis, idẽ ſtatuen-
dum eſſet: vt poſſeſſor, qui reſtituit, poſſet melioramenta repe-
tere, nec teneretur cum fructibus compenſare, vt tradunt Lupus
in Rubric. §. 62. num. 15. & Pinel. in l. 1. de bonis mater. 2. par.
num. 71. niſi lege Regia eſſet aliter diſpoſitum. Neque enim re-
cuperat dictas expenſas ſeu melioramenta, etiam ſi longe exce-
dant valorem fructuum: ſed cum ipſa re tranſeunt in ſequen-
tem ſucceſſorem. l. 6. tit. 7. infra. Quam licet Lupus vbi ſupra.
iniquam eſſe aſſerat, & à ſe dum conderetur (qui tanquàm Re-
gius Senator intererat) ſummo conatu cõtradictam: & licet du-
ra etiam videatur Caſtillo, ibi. propter medietatem lucrorum
vxoris, & propter legitimas aliorum filiorum, quibus per patrẽ
eo præ textu facili ratione poteſt derogari: eam tamen aliqui-
bus rationibus defendunt Gomez ibi, & Mincha. de ſucceſ.
creat. §. 5. num. 13. Anton. Padilla in Rubrica de fideicommiſ.
num. 10. Molin. lib. 1. c. 26. num. 14. Burgos de Paz iunior. q. 6.
& Gute. lib. 2. practi. quæſtio. q. 81. & ſeqq. & Pinel. vbi ſupra.

25 Quod licet in melioramentis ita ſe habeat: in deterioratione
tamen rerum maioratus, hæredes poſſeſſoris, qui melioramen-
ta non repetunt, deteriorata tamen reſartiunt. d. l. mulier. §. ſi
hæres. ad Trebel. Per quem id tradunt Gregor. Lupus, in l. 7.
tit. 9. part. 6. verb. *Por ſu culpa*. Peral. in l. 3. §. qui fideicommiſ-
ſam. num. 43. & ſeqq. de hæred. inſtit. Molin. lib. 2. c. 27. Qui
latè examinat, vtrum eo caſu ſit neceſſarius dolus, vel lata cul-
pa poſſeſſoris. Et concludit, quòd licet in hærede reſpectu fidei-
commiſſarij requiratur dolus, vel lata culpa, vt in dict. §. ſi hæ-
res, iuncta gloſ. verb. culpæ. quam ibi ſequuntur communiter
DD. In fideicommiſſo tamen perpetuo, qualis eſt maioratus
(cuius inſtitutio fauorabilis eſt tam primo vocato, quàm ſe-
quentibus) poſſeſſor tenetur etiam de leui culpa, licet non de
leuiſſima. l. ſi ſeruus legatus. §. cum quid, & ibi not. de legat. 1.
26 Bart. in l. cum res. §. culpa. num. 9. de legat. 1.* Probatq; eo caſu
diminutionem culpa contingentem non debere cum meliora-
mentis aliarum rerum compenſari. ex Bart. in l. ſi negotia. nu.
1. ff. de negot. geſtis. Et id non ſemel vidiſſe in hæredibus præ-
latorum pronuntiari. In donatario tamen, cui ex reſeruatio-
ne, vel aliàs reuocatur donatio, dolus tantum vel lata culpa con-
ſiderabitur. argum. fideicommiſſarij, de quo in dict. §. ſi hæres.
Nec erit deneganda compenſatio deteriorationis culpa con-
tingentis

tingentis cum melioramentis aliarum rerum. Cum licet ad diminutionem teneatur, poſsit tamen ad melioramenta aliarum rerum agere, vt dictum eſt. Quod ceſſat in maioratu, ſeu fideicōmiſſo perpetuo, ex d. lege Regia.

27 Illud vltimo loco prætermittendum non eſt, ius hoc reuocandi donationem ex reſeruatione talis facultatis, non tranſire ad hæredes. vt probat Sigiſmun. conſi. 5. num. 18. quem hic ſe-
28 quitur Tello in fine. * Quemadmodū non tranſit ius reuocādi ex ingratitudine, quādo nō fuit in vita lis cœpta per donatorē. l. fin. C. de reuocan. donat. ibi. *Hoc tamē vſq; ad primas perſonas, &c.* Vbi notat Ripa. num. 201. multiſq; ſimilibus compro-
29 bat. * Eodem modo neque trāſibit in fiſcum ex delicto, ex quo bona eſſent confiſcanda ſecundùm eoſdem Sigiſmun. & Tello. Niſi donatio eſſet facta in fraudem. l. in fraudem. de iure fiſci. l. ſi aliquis. 2. reſp. C. de dona. cauſa. mort. & notatur. in. l. poſt cōtractum. ff. de dona. vbi Roman. num. 2. ponit plures coniecturas probandi fraudem. & Iaſ. in. §. item ſi quis in fraudem. de
30 actio. nu. 34. cum. ſeqq. * Et idem erit in futuris creditoribus, qui non reuocabūt, niſi donatio eſſet facta in fraudem. Eſt enim eorum idem ius. Cùm fiſcus ex delicto iure creditoris agat. l. aufertur. §. fiſcus. l. imperatores. ff. de iure fiſci. l. ſi quis poſt hac. §. ſed in ijs. C. de bonis proſcrip.

Et licet videatur hæc procedere quoties creditores, vel fiſcus vellent reuocare alienata per debitorem, quæ ipſe debitor aliàs non poſſet reuocare: vt in ijs diſtinguatur, an fuerint alienata in fraudem, vel non. Videaturq;, quòd in ijs, quæ ipſe debitor poſſet aliàs reuocare, non ſit inquirendum de fraude: cum creditores ſuccedant in omni iure debitoris, & per conſequens in iure reuocandi donationem, quod eſt eſtimabile, & eſſet in eius perſona liberum. Adhuc in ijs idem ius ſtatuendum eſt, vt ſi donatio à principio non fuit facta in fraudem, non poſsit per fiſcum, aut creditores reuocari. Quod tenuit gloſ. verb. vendicauerint, loquens in donatione reuocabili inter patrem, & filium, in. d. l. ſi quis poſt hac. §. 1. vbi id ſequuntur Odoffr. Cynus, Salicet. & Bald. in. l. executorem. numer. 33. C. de execu. rei iud. Imol. & Roman. in dict. l. poſt contractum. quos hic ſequitur Tello. num. 130. licet cōtrarium tenuerit Alciat. in dict. l. poſt contractum. num. 13. Idem in donatione facta vxori, probat text. in. l. res vxoris. C. de donat. inter virum, in fine. ibi. *Fiſco-*

noſtro ad eaſdem res nullam in poſterum communem habituro. Vbi notat Odoffr. colum. 3. verſic. ſed denuo. Et quamuis in donatione cauſa mortis, contrarium probet text. in dict. l. ſi aliquis. ff. de donat. cauſa mort. & gloſ. in d. l. ſi quis poſt hac. §. 1. Illud erat, quia quemadmodum ex delicto quis fiebat inteſtabilis, & eius teſtamentum antea factum euertebatur. l. ſi quis filio. §. irritum de iniuſto rupto: eodem modo euertebatur etiam donatio cauſa mortis, quæ in hoc vltimis voluntatibus ſimilis erat. l. illud. ff. de donat. cauſa mort. Quod hodie lege Regia ſublatum eſt, vt diximus in gloſ. 1. ſupra. num. 23. & ſic donatio cauſa mortis non reuocabitur per fiſcum, aut creditores.. arg. ſupra dictorũ. Quo etiam argumento idem erit in donatione facta filio etiã in poteſtate, quæ ex defectu traditionis, aut cauſæ onēroſę ſit reuocabilis, iuxta forma huius text. Quæ cum in facultate reuocandi cõueniat cum donatione tradita facta ſecundũ ius cõmune. eſt tamen adhuc illi firmior, ex quo in vita valet mero iure, vt diximus ſupra gloſ. 1. nu. 30. & ſeqq. vt vel ſic per fiſcum, aut futuros creditores non reuocetur. Quamuis ſi attento tempore mortis ratione futurorũ creditorum, & æris alieni poſtea contracti, non poſſet contineri, intra tertium & quintum bonorum, poſſet per querelam ratione legitimarum aliorum filiorum reuocari: cum etiam donatio irreuocabilis huic periculo obnoxia ſit, vt dicemus in. l. 7. infra, gl. 1. num. 16.

GLOSSA DECIMA.

Donatio perfecta poteſt ex ingratitudine donatarij reuocari. Et ſi ſit inoffícioſa. Et propter ſuperuenientes liberos. Et vtrum eo caſu ſuſtineatur pro tertio, aut quinto. Et quid ſi donatio ſimplex ſit facta filio vnico. Et quid in dote, aut donatione pro matrimonio.

1 *Donatio perfecta ex triplici capite ſolet poſſe reuocari.*

2 *Donatio perfecta reuocatur propter ingratitudinem donatarij: ex cauſis, ex quibus aliàs exheredatio permiſſa eſt.*

Donatio ex cauſa onēroſa cũm tertio, non reuocatur ex ingratitudine donatarij.

4 *Melioratio facta cum grauaminibus reſtitutionis non reuocatur facto donatarij in damnum vocatorum.*

Donatio

5 Donatio inofficioſa qualiter reuocetur per querelam. & num. 24.
6 Donatio inofficioſa, etiam re, & conſilio facta filio ſolum reuocatur pro legitima querelantis. aduerſus Molin.
7 L. ſi totas. C. de inoffi. donat. explicatur. & nu. 29. 30. 31. & 32.
8 L. Titia Seio. §. imperator. delegat. 2. explicatur.
9 L. ſi liqueat. C. de inoffi. dona. explicatur.
10 Donationes plures inofficioſæ, quo ordine reuocentur.
11 Legata reuocantur in quantum grauant legitimam occaſione donationis prioris.
12 Pro inofficioſis donationibus reuocandis conſideratur tam poſteritas, quam quod inofficioſæ actum eſt, cum exemplis.
13 Donatio perfecta reuocatur in totum propter ſuperuenientes liberos, in vita. & num. 21.
14 Donatio facta filio, natis alijs, reuocatur pro legitima, etiam in vita patris. & num. 22.
15 Querela inoficioſæ donationis, & remedium ſuper naſcentis filij in quo differant.
16 Memoria filiorum futurorum impedit remedium. l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat.
17 L. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. poteſt per donatorem renuntiari.
18 Donatio facta filio reuocatur per querelam, ne filius careat legitima.
19 Renuntiatio, aut voluntas parentis, non impedit querelam inofficioſæ donationis.
20 Quibus caſibus, nato filio, non reuocatur donatio, non ceſſat querela, ſi ſit inofficioſa.
23 Donatio facta extraneo, ſiue ſit bonorum omnium, ſiue partis reuocatur, nato filio.
25 Donatio quinti facta extraneo à non habente filios, eis natis reuocatur.
26 Relinquitur arbitrio iudicis quota pars donata reuocetur, nato filio.
27 Donatio facta eccleſiæ reuocatur nato filio, pro eius tantum legitima.
28 Donatio quinti facta extraneo ab habente filios non reuocatur nato alio.
30 L. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. non procedit in donatione facta filio, ſed extraneo.
31 L. ſi totas. C. de inoffi. donat. procedit etiam in querela.
33 Donatio quantumuis inofficioſa facta vni filiorum non reuocatur, aliàs quam per querelam, mortuo patre.
34 Donationes factæ filijs, quo ordine reuocentur, natis alijs.
35 Melioratio tertij, vel quinti facta vni filiorum non reuocatur, natis alijs.

36 *Donatio ſimplex facta vni filiorum ſuſtinetur intra tertium, & quintum natis alijs.*

37 Donatio *ſimplex facta filio vnico, an ſuſtineatur intra tertium & quintum, nato alio. & num.* 40. 42. 43. 45. 46. Reſoluitur, quòd non. *num* 51. & 52.

38 *Donatio omnium bonorum, etiam præſentium,* Iure Regio *non valet, firmata tamen iuramento. num.* 39.

41 *Querela inofficioſæ donationis reuocat donationem filij pro ſola legitima.*

42 *Donatio inofficioſa,* Iure Regio, *quæ dicatur, & num.* 48.

44 *Donatio ſimplex facta filio non imputatur, neque confertur, ſed facta vnico ſic. num.* 50.

47 *In quo differant bes, vel ſemis, de* Iure *Communi, à tertio & quinto, de* Iure Regio.

49 *Diſpoſitio etiam iurata, intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

51 *Donatio omnium bonorum per filium denuo natum non reuocatur à fratre, quo ad quintum.*

53 *Donatio ſecunda non poteſt facere, quòd prior reuocetur.*

54 *Donatio irreuocabilis pro legitima non poteſt pro æquali parte ſucceſſionis donatarij reuocari, licet pro exceſſu poſſit.*

55 *Prohibitus meliorari non impeditur capere æqualem partem ſucceſſionis. & num.* 65.

56 *Querela inofficioſæ donationis reuocat pro æquali parte ſucceſſionis, quando donatarius non fuit melioratus.*

57 *Vtrum pater poſſit diſponere de tertio, & quinto, non obſtante donatione facta filio vnico, nato alio.*

58 *Donatio facta filio vnico ob cauſam matrimonij reuocatur, nato alio, pro æquali parte ſucceſſionis.*

59 *Donatio ob cauſam non reuocatur ex remedio. l. ſi vnquã. C. de reuoc. dona.*

60 *Dos data filiæ reuocatur natiuitate alterius pro legitima.*

61 *Dos ampla data filiæ vnicæ an reuocetur, nato alio, pro tertio, & quinto. Quod pro virili. num.* 63.

62 *Maritus habet electionem vtro tempore velit conſiderari inofficioſitatem dotis tempore datæ, aut mortis. & num.* 65.

64 *Donatio facta filio vnico comprehendet tertium, & quintum, ſi intelligamus id patrem voluiſſe.*

67 *Melioratio tertij, & quinti facta filio vnico, non reuocatur per natiuitatem alterius.*

68 *Donatio tertij facta filio vnico in quem ſenſum accipiatur, nato alio.*

69 *Donatio ſimplex facta filio vnico cum grauaminibus reſtitutionis, an rumpatur*

patur

- patur quo ad tertium & quintum per natiuitatem alterius.

70 *Maioratus factus filio vnico non reuocatur natiuitate alterius, quo ad tertium & quintum.*

OPor alguna cauſa, que ſegun leyes de nueſtros Reynos las donaciones perfetas, y con derecho fechas, ſe pueden reuocar. Hæc eſt vltima exceptio, in qua oſtenditur meliorationem tertij in caſibus text. irreuocabilē, adhuc poſſe reuocari, ex cau-
1 ſis, ex quibus id licet in alia quauis perfecta donatione. * Solet autem perfecta donatio ex triplici capite reuocari. Vel per ingratitudinem donatarij. l. fin. C. de reuocan. dona. l. 10. titul. 4. part. 5. Vel quia inofficioſa, vt in toto t. C. de inoffi. dona. Vel per ſuperuenientes liberos. l. ſi vnquàm. C. illo tit. l. 8. d. tit. 4.
2 Ingratitudinis autem exempla ponunt iura illa in dict. l. fin. & in dict. l. 10. Quæ extenduntur ad ſimilia. ſecundùm gloſ. verb. voluerit. in dict. l. fin. & eſt communis opinio ſecundùm Ripam, ibi. num. 137. quæſt. 41. & Iuli. Clar. lib. 4. §. donatio, quæſt. 21. verſic. huius autem. Omnes fere redducuntur ad cauſas ingratitudinis, ex quibus eſt permiſſa exhæredatio. ſecundùm Peral. in. l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. num. 5. delegat. 2. ex quibus poterit reuocari melioratio aliàs irreuocabilis, vt in text. Sed ius hoc ad hæredes non tranſmittitur: vt probant illa iura, vbi Ripa. num. 201. & Gregor. verb. *Sus herederos*, multipliciter intelligunt, quos vide. * Melioratio autem fa-
3 cta ex contractu oneroſo cum tertio non reuocaretur ex ingratitudine donatarij, propter ius tertij. l. ijs ſolis. 2. reſponſ. C. de reuocand. donat. argum. l. Sancimus. de pœnis. l. nō debet. de regul. iur. Et argumento donationis ob cauſam, quæ ob ingratitudinem non reuocatur. ſecundùm gloſ. verb. inueniatur in. d. l. fin. quam ſequuntur omnes ſecundùm Ripam, ibi. num. 148. & Tiraquel. in. l. ſi vnquam, verbo. donatione largitus. num. 142. & Iuli. Clarum vbi ſupra, verſic. ſed quæro. Quod tradunt hîc Lupus. num. 74. & Matien. gloſ. fin. num. 2. Et limitat Mieres. 1. part. quæſt. 22. num. 24. niſi tertij deceſſerint, quia iam
4 tunc ceſſat eorum intereſſe. * Melioratio etiam facta cum grauaminibus reſtitutionis, de quibus in. l. 11. infra. non reuocabitur per ingratitudinem donatarij, quo ad ſubſtitutos. Ius enim eis quæſitum, quemadmodum non poteſt tolli per pactum. l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo. Prout diximus ſupra gloſ. 5. num. 35. & ſeqq. eodem modo, nec per delictum. l. ſi filius. C.

de bonis proſcrip. notat Bartol. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus num. 12. de damno infe. Durante tamen vita primi donatarij ingrati fructus pertinebunt ad donatorem. l. Statius Florus. §. Cornelio, de iure fiſci, ſecundum Ripam, vbi ſupra, num. 206.

5 Quoties autem donatio eſt inofficioſa, facta, ſcilicet, in damnum legitimæ filiorum, reuocatur per querelam. Et tunc quidem diſtinguitur. Quia ſi ſit facta filio, ſiue ſit inofficioſa re tantũ, ſiue re, & conſilio, ſeu animo fraudandi, non reuocatur, niſi vſque ad legitimam aliorum. l. ſi liqueat. C. de inoffi. dona. l. Titia Seio. §. Imperator. delega. 2. Intelligendo verba illa. *Id quod donatum eſt, pro media parte reuocari.* Non de dimidia bonorum donatorum, ſed de dimidia quartæ eorum, quæ eſt legitima nepotis fraudati. Si autem ſit facta extraneo, tunc ſi ſit inofficioſa re tantũ idem, vt reuocetur vſque ad legitimam. l. 1. 2. & 3. C. eo. Si autem re & conſilio, reuocetur in totum. l. ſi libertus. §. pen. de iure patron. Niſi aliquid filio relictum ſit: tunc enim reuocat pro ſupplemento tantùm legitimæ. l. 1. & fin. C. eod. Arguendo à querela inofficioſi teſtamenti. l. omnimodo. C. de inoffic. teſtamen. ad cuius inſtar eſt introducta querela inofficioſæ donationis. l. 1. 2. 4. cum alijs. C. de inoffic. dona. Hæc diſtinctio, & concluſiones ſunt Bart. in dict. l. 1. numer. 3. & in dict. §. Imperator. numer. 1. Et eſt communis omnium opinio, ſecundum Rube. ibi, numer. 139 Pau. de Monte. in. l. poſt contractum. numer. 3. & 6. ff. de dona. Bertran. conſil. 38. num. 3. libr. 1. & conſi. 179. num. 8. lib. 2. Pari. conſil. 72. num. 28. & conſi. 73. nu. 26. lib. 1. Iaſ. in authen. vnde ſi parẽs. C. de inoffi. teſtamen. ad finem. Couaruu. lib. 2. variar. c. 19. num. 12. Iuli. Clar. §. donatio. q. 24. verſic. aut vero, & verſi. ſed quid ſi pater.

6 Non omittam quòd C. Mo. in tractatulo de inofficioſ. donat. ſub nomine Caballini, conſiderans duritiem communis intellectus ad text. in dict. §. Imperator. Intellexit, quòd quemadmodum donatio inofficioſa re, & conſilio facta extraneo, quando filio querelanti nihil relictum eſt, reuocatur in totum: eodem modo facta filio, aliàs in parte virili ſucceſſuro, reuocetur in virilem. & ita procedat text. in dict. §. Imperator. Et pro hoc etiam inducit eleganter text. in dict. l. ſi libertus. §. penul. quæ non magis loquitur in donatione facta

extraneo

extraneo quàm filio. Et ſimiliter quemadmodum dicta donatio facta extraneo, quando filio aliquid relictum eſt, reuocatur pro ſuplemento legitimę: eodem modo reuocetur, quando filio facta eſt, & ita procedat text. in dict. l. ſi liqueat.* Ne-
7 què obſtare text. in. l. ſi totas. C. eod. vbi in fortioribus terminis reuocationis, ſcilicet, quæ fit ex voluntate donatoris propter ſuperueuientes liberos, etiam ſi nihil relictum ſit, reuocatio tamen ſolum datur pro rata legitimæ. Intelligit enim text. illum non loqui de ea reuocatione, quæ fit ex voluntate donatoris: ſed de ea, quæ fit contra eius voluntatem per querelam. Et quod ibi donatio, quamuis omnium bonorum, non fuit inofficioſa re, & conſilio, cum filij reuocantes non extarent tempore donationis: & ſic non intelligatur eorum fraude facta. Sed ſu fſe tantum re inofficioſam, ac proinde ſolum reuocari pro rata legitimę. iuxta dict. l. 1. 2. & 3. C. eodem.

Cæterum quamuis, non poſsit negari hunc intellectum in parte verum videri, vt infra latius explicabimus. Neque etiã poſsit negari aſperitas communis intellectus ad text. in dict. §. Imperator. Non tamen videtur aptior intellectus Molin.
8 * Nam tex. ille non dicit donationem in totum reuocari, ſed pro media parte. Mediam autem remanentem non dicit, neque eſt aptum intelligere, remanſuram ex vi ſucceſsionis: quaſi text. ſupponat donatarium, reuocata in totum donatione, aditurum hæreditatem, & pro media parte ſucceſſurum, vt vult ille. Textus enim aperte ſignificat, dimidiam remanentem ex vi donationis, quam in ea parte validam ſupponit, remanſuram.

9 Textus etiam in dict. l. ſi liqueat, non admittit intellectum Molin. Ibi enim nihil fuit relictum pro legitima alterius filij. Cum text. dicat matrem exhauſiſſe patrimonium donationibus in vnum filium collatis. Quæ exhauſsio nihil remanſiſſe ſignificat, aut fuiſſe tale, quod non ſit in conſideratione. Prout & ſignificat verbum: *exinaniſſe*, quo vtitur dict. §. Imperator: & tamen donatio pro legitima tantum reuocatur, licet fuerit inofficioſa re, & conſilio. Nec ſatisfacit intellectus Moli. quod verbum, *Exhaurio*, non ſignificat ibi conſumptionem totius patrimonij: prout nec in. l. cum donationibus, & l. ſi mater, ibi præcedentibus. Quæ loquũtur quando aliqu.d

aliquid relictum eſt pro legitima aliorum, & tamen vtuntur iiſdem verbis, & dicunt facultates exhauſtas. Vt ſic tex. in d. l. ſi liqueat, qui eſt eorundem Imp. Diocle. & Maxi. intelligatur ſecundùm eandem formam loquendi. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de lega. 1. Nam cum propria, & genuina verbi ſignificatio dicat nihil fuiſſe relictū nō eſt impropriand a in caſu. l. ſi liqueat, licet fuerit impropriata in caſu legum præcedentium. In quibus nec genuina verbi ſignificatio fuit neceſſaria, neque impropriatio reliquit dubitationem. Cum ex tex. tex. conſtet aliquid relictum: cum reuocatio ſolum detur pro defectu. Cuius contrarium, vltra ſignificationem vocabuli, conſtat in dict. l. ſi liqueat, vbi reuocatio datur pro rata legitimę, per quæ ſignificat nihil remanſiſſe in bonis, prout & verbum. *exhaurio*. Cuius ſignificatio impropriand a non eſt. l. Labeo. de ſupe. lega. vt vel ſic, communis opinio ſupra relata, in omnibus amplectenda, & defendenda ſit.

10 Et hoc quando fuit vna donatio inofficioſa. Si autem fuerunt plures: ſi quidem omnes re, & conſilio inofficioſæ, omnes reuocabuntur, iuxta ſupra dicta. Cū non poſsit dici, quòd magis prima, quam vltima ſit legitime facta. Si autem fuerunt factæ filijs, vel fuerunt re tantum inofficioſæ: ita, quod ſolum ſit reuocandus exceſſus: Tunc ſiquidem donationes fuerunt inualidæ, morte autem confirmatæ: omnes reuocabuntur pro rata, vt reducantur ad modum permiſſum, vt dicemus in. l. 12. infra numer. 12. prout & reducuntur legata, vt dicemus in. l. fin. gloſſ. 2. numer. 18. Si autem fuerunt irreuocabiles: ſiquidem eodem tempore factæ: idem, vt reuocentur pro rata. Cum non poſsit dici vna fortior altera. dict. l. ſi libertus. §. fin. de iure patr. Si autem fuerunt diuerſo tempore factæ, vltimæ reuocabuntur, quæ exceſſerunt modum: non reuocatis, aut diminutis prioribus, quæ fuerunt legitimè factæ. vt ibi. Et tradit Bart. numer. fin. in. l. 1. C. de inoffi. donat. &

11 fuit opinio Petri. & Cini, ibi, quos cæteri ſequuntur.* Prout in legatis grauantibus legitimam occaſione donationis irreuocabilis prioris, quòd non valeant quatenus grauant, remanente donatione valida, tenuit ibi Guill. de Cuneo, & ſequuntur Bart. Bald. Salic. & ceteri omnes, ſecundùm Paul. nu. 5. Quidquid. Ioann. Azo. & gloſſ. dixerint. Et eſt etiam communis opinio, ſecundùm Rube. in dict. l. Titia Seio. §. Imperator. nu. 74.

num.74.delegat.2. Ne donatio prior, quæ legitimè facta eſt, & intra modum permiſſum, reuocetur. Quæ ratio militat etiam in donatione licet irreuocabili poſteriori. Quamuis enim legata facilius reuocentur. Argu.l.1.C.de bonis autho. iud. poſsi. l. in ratione.§. quod vulgo ad.l.Falc.l.etiã.ff.de inoffi.teſtam.eadem facilitas verſatur in donatione poteſteriori. Cũ prima ſit legitimè facta, & per quam eſt contracta obligatio ſtandi promiſſis, quæ præualet ſecundæ. Per quam non potuit priori parari præiuditium. argum.l.ſi ſuperatus.ff.de pigno.& tradit gloſ. in dict.§.imperator. Et facit tex.in.l.1.§.ſed ſi emit, &. §. ſi quis in fraudem.in fine.ff.ſi quid in frad.patro. vbi alienatio legitimè facta non reſcinditur. Et probatur in.l.ſi liqueat.& l.ſi mater.C.de inoffic.donat. vbi ſolum fit reuocatio eius, quod inmoderate geſtum eſt.

12 Sed quamuis hæc veriſsima ſint, aptius tamen & generalius, ex eorum ratione, conſtituetur regula, vt non tam attendatur prioritas aut poſterioritas, quàm quod legitimè, aut inofficioſe geſtum eſt, vt in dictis iuribus. Ex ea enim poterit vtiliter inferri, quòd ſi donatio poſterior ſit legitimè facta, prior autem non: quòd iſta ſit reuocanda. Prout poſſet euenire inter filios: ſi quis tres habens vni donaſſet decem vncias, & beſſem vnius: alteri ex poſt facto donaſſet vnciam, & trientem alterius: remanente tertio filio vacuo. Is enim non reuocaret ſecundam donationem, quæ legitimè facta eſt: ſed à priori auocaret vnciam, & trientem alterius pro ſua legitima: in ijs enim fuit inofficioſa. Similiter ſi extraneo fieret donatio beſsis, & filio quadrantis, & alteri vnius vntię: remanente tertio filio vacuo. Is neque reuocaret donationem extranei, neque ſecundi fratris, ſed donationem quadrantis pro ſua legitima, a quo etiã eſſet ſuplenda legitima ſecundi. Et ſic de cæteris, quæ in propoſito fingi poſſunt. Quæ etiam ad ius Regium poſunt aplicari. ſi pater habens tres filios, &.15.in bonis: vni donaſſet.13. alteri.2. tertius enim reuocaret à priori legitimam, imò & ſecundus ſuplementum. Quia prima donatio vltra tertium, & quintum, & legitimam donatarij, eſt inofficioſa: vt in. l. 10. infra. Hæc enim, & ſimilia procedunt ab illa radice, vt quod immoderate geſtum eſt reuocetur, quòd autem legitimè ſuſtineatur. Quod ſi omnia eſſent legitimè facta, vt quia inofficioſitas prouenit occaſione denuonati. multum prodeſſet prioritas, & in

pari

pari cauſa prçferretur,in quantum legitimę poſteriorum pate-rentur. vt dicemus infra. num. 34.

13 Solet etiam reuocari donatio perfecta per ſuperuenientes filios. Quo caſu, quamuis facta extraneo reuocetur in totum. l.ſi vnquàm.C.de reuocand. donat. Quæ loquitur in donatione facta libertis, & extenditur ad quęlibet extraneum. ſecundùm gloſ.ibi communiter receptam ſecundùm Ripam quæſt. 2.& Tiraq.verb.libertis.num.84.& Iuli.§.donatio.quęſt. 22. in princip.& Gregor.in.l.8.tit.4.par.6.verb. *A otro*, ita intelli-

14 gens illam legem.* Donatio tamē facta filio, quamuis etiam ex eodem capite in vita donatoris reuocetur, ſolum tamen reuocatur pro legitima de nuo nati. Text. eſt in.l.ſi totas. C.de inoffic.donat. ibi. *Vt filij vel nepotes poſtea ex quocumq; legitimo matrimonio nati debitum bonorum ſubſidium conſequantur ad patrimonium tuum reuertetur.* Ne ita aſpere procedatur cōtra fratrem. Inter quas duas.ll. iſta eſt communis concordia. quàm poſuit gloſ. vtrobique,& ſequuntur Bart. Bald.Salic.Ang.& cæteri. Bart. Alberic. Bald. Paul. Imol.& cæteri,in. l. Titia Seio.§. Imperator. delegat.2. Alexand.conſil.50.num.7.lib.6.Iaſ.conſil.171. col. 2.lib.4. Tiraquel.verb.libertis.num.60.& ſeqq. & agnoſcunt eſſe communem opinionem, Ripa ibi.num.111.& Iuli. §. donatio,quæſt.22.verſic.ſecundo.& Ant. Gabr. lib.3. tit. de donatione,concl.2.ampli.10.Gregor.in.d.l. 8. verbo. *A otro.* Gomez de donatio.num.11. Couarru.lib.1.variar. c. 19. num.1. Matien.in.l.3.gloſ.3.nu.3.tit.6.lib.5.Grat. reg.150. nu.22.

15 Difert autem remedium hoc à querela. Quia iſtud fuit introductum fauore parentis, vt bene probat Ripa in dict. l. ſi vnquàm.num.116.ex præſumpta eius voluntate. Quia ſi cogitaret de filijs futuris,non donaſſet, neque extraneum filijs prætuliſſet.argum.l.cum auus.de cond.& demonſtr.l.cum acutiſsimi.C.de fideicōmiſ.l.generaliter.§.cum autem. C. de inſti. & ſubſtit.ſecundùm gloſ.in dict.l. ſi vnquàm, communiter receptam ſecundùm Ripam,quæſt.1.& Tiraquel.in præfa.num. 5.Iuli.dict.quæſt.22.in fine principij. Et ſequuntur alij plu-

16 res quos refert Anton. Gabr. vbi ſupra. nu.2. * Et eſt magis communis opinio eorum,qui inde deducunt à cōtrario,quòd ſi ſit de liberis cogitatum,ceſſat illa reuocatio. Quod tenuit Bart. num.8.in dict.§.Imperator.& eſt communis opinio ſecūdùm Tiraquel.in præfa.num.63.Bernand.Diaz reg.213.limit. 8.

Greg.

Gregor.in.d.l.8.verb. *Ni ban eſperança.* Iuli.vbi ſupra verſic. ex qua.Mincha.lib.1.contro.vſutre.c.10.num.39. Gute. de iuramento.1.part.c.9.num.3.Grati.regul.150.nu.30.
17 * Et eorum etiam, qui inde deducunt poſſe per patrem illi legi renuntiari. Quod tenuit Barr.vbi ſupra nu.7. cuius opinio eſt magis cõmunis ſecundũ Socin.conſi.147.nu.12.lib.2.Tiraq.vbi ſupra nu.174.& Ripã nu.116.Iuli.ver. Tertio.Gute. nu.9.Ant.Gabr.nu.63.Grati.vbi ſupra num.7.qui plures alios referunt.

18 Querela tamen ſolum reſpicit fauorem filij; ne priuetur legitima, vt in toto titulo.C.de inoffi. donat. Quod patet, quia ſi ea remaneret in bonis patris, donatio non reuocaretur, vt explicat gloſſ. magna in princip. in. l. 1. C. eod. quam ibi ſequuntur omnes. Et competit etiam contra voluntatem donatoris.
19 * Quia quantumcunquè ipſe cogitaſſet de liberis ſimo & poſt ſuſceptos, noluiſſet reuocari donationem: ſi eſſet inofficioſa, adhuc eſſet locus querelæ, cui non poteſt per patrem renuntiari. Cum ſit fauor, ſeu ius alienum.l.ſcire debetis. iuncta glo.C.vt in poſſeſſ.lega.arg. à cõtrario.l.ſi quis in conſcribendo C.de pactis. Maximè per patrem, qui renuntiando non præiudicat filijs. l. cum non ſolum.C. de bonis quæ liber. Et hanc opinionẽ tenuit Bart.in dict.§.Imperator, nu. 7. ſequitur Iaſ. in dict.l.ſi quis in conſcribendo, numer.8.& Gregor.in dict. l. 8.verb. *Ni ban eſperença.* Et alij quos refert & ſequitur Tiraq.
20 in dict.l.ſi vnquam. in princip.num.90. * Atquè ita querela inofficioſæ donationis ſubſidiaria eſt ad dict.l.ſi vnquam, & dict. l. ſi totas. Quia in caſibus in quibus denegatur parenti reuocatio, vt in pluribus limitationibus, quas refert Anton. Gabr. vbi ſupra: in eis ſi donatio inoffitioſa ſit, nunquam filio denuo nato tollitur querela, ſed ei ſemper ſalua manet. Imò ſi donatio eſſet facta filio, & reuocata per patrem pro legitima denuo nati, iuxta dict.l.ſi totas: adhuc ei vtilis eſſet, & ſalua remaneret querela, ſi pater amitteret reuocatum. Quamuis enim iure communi reuocata legitima, donatio remaneat inexpugnabilis, nec noceat inofficioſitas ſuperueniens, ex communi opinione, de qua in.l.1.C.de inoffi.dona. Iure tamen Regio, cum attendatur tempus mortis, ex.l.7. infra, non noceret filio reuocatio patris nõ conſeruata, quim iterum à fratre donatario poſſet per querelam reuocare legitimam, prout ſi remanſiſſet in bonis, & fuiſſet amiſſa, vt ibi dicemus.

Præterea

21 Præterea reuocatio ex.l.ſi vnquam.cõpetit ipſi parenti donatori in eius vita. Non ſolum in donatione facta extraneo, vt in verbis finalibus illius.l.ſecundum glo.ibi quæ eſt in hoc cõmuniter approbata, ſecundum Ripam quæſt.41. Iul. §. dona-
22 tio quæſt.23.verſi.præterea quæro: * ſed etiã in donatione facta filio.vt probatur in.l.ſi totas.C.de inoffi.don.ibi: *ad patrimonium tuum reuertitur*, vbi notant omnes, & eſt communis opinio, ſecundum Rub.in.d.§.imperator, num.106. Querela tamẽ non competit niſi demum mortuo patre, cum detur ratione legitimæ, quæ eo viuo non debetur.l.1.§. ſi impuberi. de colla. bonorum, & eſt opinio clara in qua nemo vnquam dubitauit. & dicemus, in.l.7.infra glo.1.nu.7.

23 Præterea ex.l.ſi vnquam, reuocatur donatio, ſiue ſit omniũ bonorum, ſiue etiam partis, vt ibi: *Omnia vel partem aliquam.* Quę verba licèt. DD. varie intellexerint, vt ibi refert Tiraq. illa eſt communis opinio, vt intelligantur de parte etiam minima, ſecundum Ripam quæſt.7.propter dictionem, *Aliquam.* Ex glo. verb.aut eorum parte.in.c.1.de foro compe. Quamuis res modici valoris non reuocaretur. vt ex alijs cõcludunt Ant.Gabr.
24 vbi ſupra nu.45. & Iul.q.22.verſi.Quarto. * Querela verò ſolum reuocat pro legitima: niſi donatio fieret extraneo, & eſſet inofficioſa re & conſilio, & nihil filio relictum eſſet, vt dictũ eſt. In donatione tamen facta filio, quamuis remedium.l.ſi vnquam.ſit ſimilis remedio.l.ſi totas: & vtrunq; differat à remedio querelæ in ijs, quæ dicta ſunt: In hoc vltimo conueniunt. Quia vtrunq; remedium ſolum reuocat pro quantitate legitimę denuo nati. vt in.d.l.ſi totas, ſecundum communem intellectum ſupra relatum.

25 Non omittam quoſdam ex noſtris eximare Iure Regio nõ differre donationem factam filio & extraneo, quantum ad reuocationem, quę fit in vita occaſione denuo nati filij: ſed vtrãquè ſolum reuocari pro legitima. Ita, vt donatio facta extraneo ab eo, qui nõ habet filios, ſolum reuocetur pro legitima, remaneat autem valida pro quinto. Quod tenuerũt Lupus in rubrica.§.54.num.2.Bern.Diaz regu.213.limit.5. Caſtillo in.l. 12.Tauri.nu.24.Gute.de iuramento.c.9.num.18.qui pro hac etiam allegat Gome.c.de dona.nu.11. Allegant pro ſe tex.in.l. 3.tit.de las donationes.foro.ll.vbi, donatio facta vxori, natis filijs, non reuocatur quoad quintum. Et pro hac parte poteſt induci

duci text. in d. l. 8. tit. 4. part. 5. illis verbis. *O gran partida.* Quæ ſunt ampliora verbis. l. ſi vnquam. ibi. *vel partem aliquam.* quæ, vt dictum eſt, intelliguntur de minima: Verba autem. *gran partida.* non poſſunt intelligi de minima parte. l. propter litem. de
26 excu. tuto. vbi Bald. * Vt quamuis Greg. ibi. & in gloſ. 1. ex ſententia Tiraquel. & aliorum relinquat arbitrio iudicis, quota pars donata reuocetur: non ſit incongruum arbitrium intra quintum, quod in patre liberum eſt. Sed extenſio hæc periculoſa eſt. Et verius videtur nedum donationem ampliorē quinto non ſuſtineri in ſolo quinto, vt lex Fori ſignificat: ſed etiā donationem minorem quinto, natis filijs, reuocari. Aliàs lex Partitæ, & l. ſi vnquam. & communis Doctorum traditio, & ratio non præferendæ prolis alienæ, qua iura mouentur, omnino euertuntur. Non obſtat lex Fori. Quoniam inefficax eſt, niſi probetur vſu recepta, quod nemo teſtificabitur, vt dicemus infra. l. 3. gloſ. 2. num. 4. Verba autem. l. Partitæ. multo ſtrictius, ex eadem ratione, intelligenda ſunt. Cum communis Doctorum ſententia ſolum reſeruet rem modici valoris, vt dictum eſt. Et in ea adhuc arbitrium iudicis, non pro ampliando, quod lex vetat, ſed potius pro reſtringendo, adhibetur. Gomez etiam diuerſo caſu, loquitur in donatione, ſcilicet,
27 facta Eccleſiæ. * Quæ non extranei, ſed filij iure vtitur. ſecundum Bart. in d. §. Imperator. num. 6. cōmuniter receptum, ſecundū Rube. ibi. nu. 236. Et adhuc ea opinio non eſt ſine ſcrupulo, vt notat Iuli. §. donatio. q. 23. verſic. quæro.

28 Vno caſu donatio quinti, aut infra, non reuocaretur natiuitate filij: quando, ſcilicet, eſſet facta ab eo, qui haberet filios. Quamuis enim, ſi eſſet amplior reuocaretur, ſaltim pro legitima denuo nati, ne ſit melioris conditionis extraneus, quam filius, à quo reuocatur, vt in d. l. ſi totas: Intra quintum autem ſuſtineretur. ex d. l. ſi vnquam. ibi. *filios non habens.* à cōtrario. Cui etiam cōſonat lex Partitæ. ibi. *Porque no han hijos:* Et tenuit Iacob. Butri. in. l. 1. C. de inoffic. donat. & Fabe. in d. l. ſi vnquam, & Paulus conſil. 435. col. 2. lib. 2. & Corne. conſi. 11. col. 3. lib. 3. & Bertran. conſil. 227. col. 3. lib. 2. & Iuli. §. donatio. q. 22. verſ. ſecundo. Vt extraneus prælatus extantibus, & magis dilectis. l. qui filiabus in princ. de leg. 1. cēſeatur etiam prælatus futuris. Et quamuis contrarium tenuerit Ang. in d. l. ſi vnquam, & Bal. in d. l. 1. num. 3. in fin. & Cuman. in. d. §. Imperator. &

Barbat.in.c.fin.de donat.& Socin.conſil.22.lib.4.ex identitate rationis.d.l.ſi vnquam.Prima tamen opinio verior eſt,& & conformis communi opinioni ſupra relatæ, quòd ſola memoria filiorum futurorum impedit remedium.l. ſi vnquam. Maximè cum Iure Regio filiorum legitima ampliſsima ſit, cuius tenuitas de Iure communi,mouit etiā huius vltimæ opinionis authores ad extendendam.l. ſi vnquam.

29 Non etiam omittam.Carol.Moline.in.d.tractat. de inoffic. donat.acri ingenio contendere donationem factam filio non ſolum reuocari pro rata legitimæ denuo nati, ſed pro virili parte ſucceſsionis.Contendit enim deciſsione text.in.d.l.ſi totas,non tractare de reuocatione donationis, quæ fit voluntate parentis tacita,vel expreſſa,occaſione ſuper naſcentis filij, de qua in.d.l.ſi vnquam:ſed ſolum de reuocatione, quæ,eo mortuo,poſſet per querelam ſuper naſcentis fieri. Pro quo multipliciter inducit illum text.Quod magis ſtringit eſt,quòd lex ſita ſit ſub titulo de inoffi.donat.vt ſecundùm cum intelligatur tractare de querela.l.Imperatores,de in diem adiectio. Aliàs copilatores legem ponerent ſub titulo de reuoc. donat. prout poſuerunt.l.ſi vnquam. Quo text. de medio ſublato,veriſsimum putat.l.ſi vnquam, quæ multò poſtea lata eſt,extendendam ad donationem factam filio. Non quidem,vt reuocetur in totum,prout reuocatur facta extraneo, ſed in virilem. Ne hic caſus remaneat indeciſſus, in quo militat eadem ratio veriſsimilis mentis parentis. Imò quòd nec poteſt excogitari ratio,quæ illam excludat. Nam quæ communiter traditur, vt ſolum reuocetur legitima,ne ita aſpere procedatur contra fratrem, debiliſsimam eſſe. Quia inter fratres magis vitari debet inæqualitas. vt nos diximus ſupra in Rubrica. num.34. Et quòd ſi non conſideratur præuentio, & poſſeſsio donatarij, ſed ſola fraternitas: ea ratio ita viget in fauorem denuo nati, ſicut in extante. Ambo enim fratres ſunt, & filij donatoris, & quos lex æqualiter præſumit amare, vt ibi dicebamus. Et ſic durius, & aſperius ageretur cum denuo nato, ſi non admitteretur ad virilem. Neque patrem fuiſſe contrariæ intentionis, prout patebit ſi decidendi ratio.l. ſi vnquam. ad aptetur ad caſum.l.ſi totas.Quid enim ſibi voluiſſe patrem credendum eſt, duobus filijs integrum patrimonium diuidens, niſi eos, quos ſibi ſolos ſucceſſuros intelligebat,æqua-

les

les in ſucceſsione facere? & veriſsimile eſſe, ſi denuo natus tunc extaret, vel ſuſcepturum ſperaret, eandem ei æqualem partem facturum?

Sed quamuis hic caſus veriſimilis videatur. Multum tamen obſtant verba finalia illius. l. ſi totas, ibi. *Ad patrimonium tuum reuertitur.* Quæ ſunt ſimilia verbis. l. ſi vnquam, ibi. *Reuertatur.* & ſonant reuocationem fieri in vita patris donatoris (prout in caſu. l. ſi vnquam. agnoſcunt omnes) & tamen ſolum datur pro legitima. Et probatur etiam, quia lex loquitur cum patre de filio denuo nato ſolicito, & ad eius conſultationem lata eſt: & ſi text. ageret ſolum de querela, filij potius intererat remedium quærere. Probatur etiam, quoniam ſi text. ille non ageret de reuocatione in vita patris, caſus re-
30 manebat indeciſſus.* Cum. l. ſi vnquam. ſolum tractet de donatione facta extraneo. Imo & non defuerunt, qui ſtrictius intelligerẽt in ſola donatione facta liberto, vt tenuerũt Guili. Cynus, Fulgoſ. & Salic. in. l. 1. C. de inoffi. donat. & Cuman. in dict. §. Imperator. prout ibi refert Rubeus. num. 113. & alij, quos refert Tiraquel. verb. libertis. nu. 32.

31 Non obſtat, quod text. ſitus ſit, ſub Rubrica de inofficioſ. dona. Quoniam mihi veriſsimum eſt, quod text. procedit etiam in querela, & id ſaltim ſignificaſſe copilatores tali ſituatione. Et ratio eſt manifeſta. Quoniam ſi text. ille non procederet etiam in querela: ſequeretur, quod tacente patre, denuo natus non poſſet querelare. Cum nulla alia lege iuris communis cautum ſit: vt donatio, quę à principio non fuit inofficioſa, quauis ratione quereletur: imo generales regulæ ſunt in contrarium. l. 1. eod. titul. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo. Et ſi illi caſui ſupernaſcentis filij prouidendum erat: ſatius erat dare remedium filio, cuius intererat: quam patri, qui tacendo poterat nocere. Vt præſumamus legem concedentem patri reuocationem, non reliquiſſe filium ſine remedio: ſed ſupoſuiſſe etiam habiturum querelam, ſi pater tacuiſſet. Et ſecundùm hoc nullo meliori loco text. poni poterat, quam quo ſitus eſt, vt hoc ipſum oſtenderetur.

32 Non obſtat veriſimilitudo Molin. Quoniam non minus veriſimile eſt Imperatores, ſeu potius eorum iure conſultos, qui condendis legibus intererant, quos doctiſsimos fuiſſe

 intelligen-

intelligendum eſt, eam veriſimilitudinem conſideraſſe. Et adhuc reuocationem pro ſola legitima conceſſerunt. Et in hoc aliquid, & multum actum eſſe credendum eſt. Obſtabāt enim aliæ rationes plurimæ, vt donatio in vita in nihilo reuocaretur, etiam poſt cōditam.l.ſi vnquam. Eius enim ratio non pręferendæ prolis alienæ, omnino deficit in donatione facta filio. Et quemadmodum ſi habens filios donaſſet extraneo, non reuocaret nato alio, vt ſupra dictum eſt, per illum text. in verſiculo. *filios non habens*. à contrario. Imo & fortius, ſi filios nō habens cogitaret de liberis futuris, eis ſuperuenientibus, non re-
83 uocaret, vt ſupra etiam dictum eſt: * Et ſimiliter ſi habens filios donaſſet vni eorum omnia bona, non reuocaret donationem, occaſione alterius ſuperſtitis, vt omnes agnoſcunt, & dicemus in.l.7.glo.1.num.7.ex eadem ratione, quòd non ſit pręlata proles aliena. Quibus caſibus lex amplexa eſt veriſimiliorem præſumptionem valoris actus præſentis, qui à libera voluntate proceſsit, & eam prætulit cuicumq; aliæ. Cum actus agentium regulentur ab intentione.l.non omnis.ſi cert.petat. quæ omnium potiſsima eſt, vt actus valeat, meliori modo quo poſsit.l.1.§.ſi quis ita.l.quoties in ſtipulationibus.ff.de verbo. l.omnimodo.ibi. *Voluntatibus proſpicientes*. C.de inoffi. teſta. Et contenta eſt filio relinquere ſpem acquirendorum, vel ſaltim, querelam poſt mortem parentis. Eodem modo donatio facta filijs non debebat poſſe reuocari occaſione denuo nati. Cū non ſit prælata proles aliena: & ne is ſit melioris cōditionis, quam extans: cum vtriuſq; per donationem ſit ablata legitima. Adhuc, vt caſus inopinatus aliquid operetur, conceditur in vita reuocatio. ſed reſtrictè pro ea tātum parte, pro qua poſt mortem competeret querela.

84 Imò quamuis ex opinione Moli. ſequatur, quòd ex donationibus æqualibus, reuocatio eſſet facienda æqualiter, & percōſequens, ex inęqualibus eſſet facienda pro rata. Verius tamen eſt, vt attendatur prioritas donationum, vel quod inofficioſè, aut legitimè factum eſt. iuxta dicta ſupra num.10.& ſequentibus. Vt reuocatio, quæ eſt ſimilis querelæ in quantitate, ſit etiam in forma reuocandi. Vnde ſi duobus filijs ſit donatum totum patrimonium æqualiter diuerſo tempore, & naſcatur alter: pater in vita, aut denuo natus per querelam reuocat legitimam à ſecundo. Quod ſi primo eſſent donatæ decem vnciæ, ſecundo

ſecundo duæ:nato alio,fieret reuocatio à ſecundo beſsis vnciæ, à primo autem beſsis alterius. Vt denuo natus conſequatur ſuam legitimam,quę eſt vncia,& triens alterius. Et ſic de reliquis. Et idem Iure Regio, mutatis mutandis. Vt ſi habens in bonis. 15.donaret filijs. 12.& ex poſt facto extraneo. 3. id eſt quintum:nato alio: reuocaretur donatio quinti poſterior, pro eius legitima.Quia licet, non ſit inofficioſa vt putà intra permiſſum) nec occaſione denuo nati aliàs reuocabilis, vt dicebamus,num.20.reuocatur tamen,vt poſterior,& quę non potuit fieri,niſi ſaluo iure priorũ.Quod ſi habens filios donaſſet extraneo, quintum, & ex poſt facto filijs reliquum patrimonium.non reuocaretur quintum, nato alio: vtpotè donatum ab habente filios, & intra quantitatem permiſſam: ſed legitima denuo nati reuocaretur ex donationibus poſterioribus, in quantum legitimæ donatariorum paterentur,incipiẽdo ab vltima. Et hoc modo eſt intelligendus ille text. in d.l.ſi totas, ibi. *Ex donationibus factis detractum.* Quidquid dicat Molineus.

55 Sed ijs omiſsis. Quod ad nos attinet,illud pro certo conſtituendum eſt,meliorationem tertij, aliàs irreuocabilem, iuxta forma text.factam vni,ex duobus, aut pluribus filijs,non reuocari per natiuitatem alterius,vel aliorum:neque in vita parẽtis ex eius voluntate, ex remedio ſupernaſcentis filij: neq; ex remedio querelę poſt mortẽ ipſius.Etenim cum vtrumq; remedium ſolum reuocet pro legitima,vt in d.l.ſi totas. Cõſtat tertium datum vni ex pluribus filijs,nõ eſſe aliorum legitimã,vt hic & alijs.ll.huius tituli.Et idem erit, ſi melioratio cõtineret etiã quintũ,quod nullatenus legitima eſt.l.12.infra. Ac proinde,donatio,quæ nec fuit re,neq; conſilio inofficioſa,cũ fraus non dicatur intra permiſſum.l.1.§.quod autem.l.ſi patronus. in fin.ff.ſi quid in fraud.patro.l.qui autem.§.ſi ſeruum ff.quæ in fraud.cred.& ſic non poteſt per querelam reuocari,vt probat text.in.l.3.tit.8.infra.nec poſsit etiam per remedium ſupernaſcentis filij,quod in quantitate, & forma reuocãdi, idem eſt quod querela,vt in.d.l.ſi totas.& ſupra dictum eſt.

56 Quod quidem ſimiliter procedet, etiam ſi melioratio eſſet tacita,collecta ex donatione ſimplici rei, vel quantitatis certæ facta vni filiorum.Quamuis enim ea donatio per natiuitatem alterius filij eſſet in aliquo reuocanda,ex regula text. in dict. l. ſi totas. vel etiam per querelam: non tamen reuocaretur pro

tertio & quinto, ex rationibus ſupra dictis. Nam cum à principio reputetur melioratio, & prius intelligatur data pro tertio & quinto, & ea interpretatio excludat alios eo tempore natos, vt in.l.10.infra: eadem ſuſtinenda eſt, quo ad denuo natũ. Quia cum eius cauſa ſolum poſsit reuocari pro legitima, vt in d.l.ſi totas. non poterit reuocari pro tertio & quinto. De quibus iam per interpretationem legis diſpoſitum eſt, & per talem diſpoſitionem dijerunt eſſe legitima, ex ſupra dictis. Et hanc opinionem tenuit Arias.in.l.27.Taur.num.8.verſic.infertur. Bernard.Diaz reg.213.limit.4.Baeça de dote.c.9.nu 45.Molli.lib.4.c.2.nu.81.ver. ſed quamuis.& adiuuatur ex traditis à Tiraq. verb. filios non habens. num.3.

37 Cæterũ ſi donatio ſimplex fuiſſet facta filio vnico, & eſſet ita ampla, quod per natiuitatem alterius eſſet reuocanda. Quãuis Iure cõmuni expeditum ſit, ſolum reuocari, in quantum ſit neceſſum pro legitima denuo nati, ex d.l.ſi totas. & communi opinione ſupra relata: Iure tamen Regio, inter noſtrates non leuis verſatur difficultas: an donatio ſuſtineatur in tertio & quinto, & legitima donatarij: an vero reuocetur, & pro qua parte. Omnes fere innixi dict.text.& cõmuni opinione, conſtituunt, donationem ſolum reuocari, quo ad legitimam neceſſariã denuo nati. Et quod pro ea metiẽda, ſint prius deducẽdæ tertia, & quinta bonorum partes. Quo ad quas, & legitimã tãgentem donatario reſpectu denuo nati, conſeruetur donatio. Quod tenuit Gomez, lib.2.c.4.nu.11.& Caſtillo, in.l.12.Tauri.num.24.& defendit Couar.lib.1.Variar.c.14.num.4.Quẽ moderni omnes ſequuntur Baeça de dote.c.9.num.48.Molina, lib 4.c.2.num.81.Mieres.1.part.q.21.num.10.Matien. in l.3.infra, gloſ.3.nu.4.Guter.de iuram.c.9.nu.14.&.15.Grati. reg.150.num.22.Quorum principale fundamentum eſt d.l.ſi totas. Ex qua ponunt pro conſtanti, quod cum donatio nõ reuocetur, niſi quo ad legitimam denuo nati, non debet reuocari quo ad tertiũ, & quintum. Quia hæ partes nõ ſunt legitima denuo nati: cũ poſsit pater de eis libere diſponere in alterum filium, & quo ad quintum, in extraneos.

Et loquuntur in caſu, quando reuocatio fieret in vita patris, ex ipſius voluntate, iuxta text.in d.l.ſi totas. Quæ, prout dictũ eſt, ſimilis eſt.l.ſi vnquam. in forma reuocandi, licet ſolum reuocet pro legitima, ſecundum communem opinionem. Et per conſequens, idem futurum ſignificant, quando reuocatio fieret

mortuo

mortuo patre per querelam. Quæ ſimiliter ſolum datur pro legitima. vt in l. 1. & reliquis illius tit. Et hic caſus minus dubitabilis eſt, ſuppoſito primo. Nam ſi donatio voluntate parentis non reuocatur pro tertio & quinto: multo minus reuocabitur per querelam. Cum facilius & vberius reuocetur donatio ſecundum voluntatem, quam contra. l. Titia Seio. §. Lutius delegat. 2.

Contrariam opinionem tenuerunt Bernard. Diaz. regul. 213. limitat. 4. Gregor. in. l. 8. tit. 4. partit. 5. verb. *A otro.* Imò quòd donatio reuocetur etiam, quo ad æqualem partem tertij & quinti: ita quod vnus plus altero non reportet. Mouentur, quia cum pater non habuerit niſi vnicum filium tempore donationis, non poteſt intelligi, quod eum voluerit meliorare. Cum non haberet alios, quorum reſpectu, poſſet hic præferri: nec præſumatur prædilectio reſpectu naſciturorum, quorum merita nondum nouit. Cum melioratio, & prælatio non cadat, niſi inter plures. l. vtrum. la. 1. de aſsig. liber. §. 2. inſtit. eodem.

In primis aduertendum eſt, prædictos authores loqui in donatione omnium bonorum: iuxta text. quem allegant, in dict. l. ſi totas. Quod exemplum Iure Regio, videtur incongruum.
38 Quamuis enim Iure cõmuni, ea donatio valida eſſet: * Iure tamen Regio, donatio omnium bonorum, etiam pręſentium inualida eſt. l. 8. tit. 10. infra. vt diximus ſupra gloſ. 8. nu. 23. Cõſequens eſt, vt nato alio filio, nõ ſit neceſſum patri remediũ l. ſi vnquam. aut. l. ſi totas. ad reuocandam donationem, quæ ex eo capite, poteſt in totũ reuocari. Et pater vti beneficio legis, & meliorare, & grauare quemlibet ex filijs in tertio & quinto.
39 Iuxta. l. 11. infra. * Et quãuis ei legi poſsit cum iuramento renunciari, ſecundùm Gomez. hi. nu. 4. & Guter. de iuramen. c. 11. num. 13. Vt tamen quæſtio in aptioribus terminis diſcutiatur. Finge patrem habentem in bonis. 15. donaſſe filio vnico. 12. & retinuiſſe. 3. id eſt, quintũ. Naſcitur alter. Videtur priorem donationẽ ſolum poſſe reuocari pro vno, quod (ſuper tribus remanentibus) neceſſarium eſt pro legitima denuo nati. Et quod donatio remaneat valida pro. 7. ratione tertij & quinti, & pro. 4. ratione legitimæ donatarij. Idque ex ratione text.
40 in d. l. ſi totas. * Quemadmodum enim Iure communi (ſecundum quod legitima filij vnici erat triens. Authen. nouiſsima.

P 4 C. de

C.de inoffic.teſtam.) ſi patet ei donaſſet omnia bona (prout donauit in caſu text.in d.l.ſi totas) filius denuo natus ſolũ præſtaret occaſionem patri reuocandi pro duabus vncijs, remanẽte donatione valida in alijs duabus,& intregro beſſe(prout in caſu tex.in d.l.ſi totas.in donatione facta duobus,reuocatur in tertia parte trientis, remanente valida in alijs duabus tertijs partibus, & integro beſſe)& per conſequens, ſi ea pars reuocanda remanſiſſet in bonis,nõ liceret reuocare donationem, aut ſi aliquid minus remanſiſſet, ſolum liceret reuocare pro defectu: Eodem modo Iure Regio, (quo legitima neceſſaria denuo nati in dicto exẽplo ſunt.4.) ſolum poſsit reuocari donatio pro vno,quod deficit: remanente valida in. 11. pro tertio & quinto,& legitima donatarij. Cum lex cõtenta ſit,quod denuo nato detur legitima neceſſaria, quæ aliàs ſufficeret ad excludendam inofficioſi teſtamẽti querelam,vt in d.l.ſi totas, ibi. *Id quod ad ſubmouendam inoficioſi teſtamenti querelam non ingratis liberis relinqui neceſſe eſt.*

41 Et hoc conuincitur efficacius argumento querelæ inofficioſæ donationis,cui ſimile eſt remedium.l.ſi totas. cum nihil amplius reuocet quam querela, legitimam,ſcilicet, vt ibi.Quẽadmodum ergo,Iuri communi, donatio facta filio vnico non poſſet in aliquo reuocari per querelam denuo nati, ſi in bonis patris remanſiſſent duæ vnciæ,quæ pro ipſius legitima ſufficiunt, prout fatetur gloſſa magna.in princ.in.l.1.C. de inoffi. donat. quam ſequuntur omnes,& per conſequens, ſi quid minus remanſiſſet.ſolum fieret reuocatio pro defectu. Argum.l.
42 omnimodo.C.de inoffi.teſtam.* Et eodẽ modo Iure Regio,donatio filij non poſſet reuocari per querelam,in quantũ continet tertium & quintum,& legitimã donatarij, cũ in ea quantitate non ſit inofficioſa, vt in.l.3.tit.8.infra.ſed ſolum in huius quantitatis exceſſu:Conſequens eſt, vt & per remediũ ſupernaſcentis filij, ſolum poſsit fieri reuocatio donationis, pro defectu legitimæ denuo nati,quæ ſit cõmẽſurãda deducto tertio & quinto,pro quibus,& legitima donatarij remaneat valida.

43 Præterea quamuis denuo nato filio, legitima donatarij ſolum ſint.4.reliqua autem in donatione contenta non ſint eius legitima neceſſaria. prout erant tempore donationis, nec poſsint ad eum tali titulo pertinere:cum tamen ſint data titulo donationis, non debent per patrem poſſe reuocari. Cum

quamuis

quamuis mutetur titulus prioris donationis pro legitima neceſſaria: poſsint tamen ſuſtineri pro melioratione. Et non debet patri licere facto ſuo reuocare quod dedit, & voluntate ſua poteſt remanere. l. poſt mortem, iuncta gloſſ. ff. de adoptio. Cum primeua præſumptio ſit, quod voluerit facere actũ in omnem euentum, & meliori modo, quo poſsit valiturum, vt ſupra dicebamus. l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtr. l. ſi quando. ff. de lega. 3. l. 1. §. ſi quis ita. l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verbor. (Quemadmodum ſi debitor in. 4. donaſſet creditori. 12. quæ debebat, aut etiam ſcienter ſoluiſſe (quod eſt idẽ, non poſſet condicere. 8. l. cuius per errorem. de reg. iur. l. 1. ff. de condit. indebi.) Cum tertiũ non ſit etiam legitima neceſſaria denuo nati, & multo minus quintum, & lex cõtenta eſt, quod ipſi detur legitima neceſſaria.

44 Præterea donatio ſimplex facta filio, ſui natura, ſi aliud expreſſum non ſit, non imputatur ei in legitimam. l. ſi quãdo. §. & generaliter. C. de inoffi. teſtam. Neq; confertur. l. illud. C. de collat.. Sed refertur ad tertium & quintum, vt dicemus in. l. 10. infra gl. 3. Cui conſequens eſt, vt pro tertio etiam, & quinto ſuſtineatur, nato alio, ſi aliud actum non ſit. licet in reliquo ſit imputanda, & in exceſſu reuocanda, vt ibi.

Quibus etiam conſequitur, vt & ei donationi, tanquã perfectæ, & irreuocabili, non poſsint adijci grauamina, iuxta. l. 11. infra. Cum perfecta donatio & irreuocabilis non recipiat ex poſt facto conditiones. l. perfecta donatio. C. de donat. quæ ſub mo. & diximus in dict. l. 11. glo. 2. nu. 2.

45 Per contrariũ videtur, contra vnius & alterius opinioni authores ſupra relatos, eã donationẽ ex remedio ſuper naſcentis filij, non ſolũ non remãſurã validã pro tertio & quinto, prout priores volebant: nec ſolũ poſſe reuocari pro æquali parte ſucceſsionis, vt ſecundi exiſtimant: ſed etiã poſſe reuocari pro integro tertio & quinto, & dimidio aliorum bonorẽ, & ſic pro. 8. Ità, ꝙ patre id volente, penes donatarium ſolum remaneant. 4. pro ipſius legitima neceſſaria. Etenim quamuis. l. ſi vnquam. non procedat in donatione facta filio, & in ea. l. ſi totas. ſolum reuocet pro legitima. In tertio tamen & quinto, propter earũ partiũ. maximè tertij, lubricam, naturam, non poteſt aliàs obſeruari deciſio. l. ſi totas. quã ſi recurramus ad coniecturas. l. ſi vnquam. Cum enim pendeat à voluntate parentis, quod tertiũ

ſit legitima vel nō,& quintū includatur in donatione, vel nō: neceſſario eius voluntas attendi debet, vt reuocentur, vel non, & ſatisfiat. l. ſi totas. Et quāuis in hoc nihil poſsit eſſe clarius, quā voluntas patris reuocantis donationem, quæ facit ceſſare omnes alias coniecturas. l. continuus. §. cum ita. de verb. Adhuc ea voluntas veriſimilima eſt, & legi conformis. Nā quamuis bona in donatione contenta (vltra vnum, quod deficit pro legitima neceſſaria denuo nati, ſuper bonis apud patrem remanentibus) non ſint legitima neceſſaria filij denuo nati: per ipſius natiuitatem deſierunt etiam (vltra. 4.) eſſe legitima neceſſar a filij donatarij. Et filius denuo natus, ex ratione. l. ſi vnquam. debet operari, vt patri concedatur libertas, quam nō habebat: & haberet, ſi denuo natus extaret, tempore donationis. Sed ſi extaret, in voluntate patris poſitum erat, quod tertium eſſet legitima, vel non: & quintum includeretur in donatione, vel nō: cum poſſet cuique eorum dare. Ergo, & nūc nato alio, in voluntate ipſius debet eſſe, quod tertiū non ſit legitima prioris, prout erat tēpore donationis: & diſponere de eo, & de quinto, quod retinuit, in alterutrum, etiam reuocando à primo pro tertio, & legitima neceſſaria denuo nati. Ex ratione tex. in d. l. ſi vnquam. Quia ſi cogitaret alium ſibi ſuperfuturum, non tam immodice priori donaſſet, nec ſibi facultatem legis ademiſſet gratificandi cui eorū vellet. Maxime ſi in denuo nato concurreret maior ratio, bonorum naturæ. Aut ſaltim, ſi voluiſſet in melioratione maiorem præferre, potuiſſet tertium & quintū vinculare, pro ornamento familiæ, quod non potuit facere extante ſolo donatario.

46. Et hoc ipſum adiuuat ratio partis cōtrariæ, quod in donatione facta filio vnico nō videtur pater eū meliorare: cū nō extaret alius, cui ille præferretur. Sed pater donauit filio eā quantitatē, quę ſibi eo tēpore ratione legitimæ competebat, & in qua hæredem ſibi neceſſarium futurum credebat. Quæ neceſsitatis ratio (quāuis futuræ) excludit omnem intellectum meliorationis, ſeu liberalitatis. l. rem legatam. de adim. lega. Et facilius ex ratione. l. ſi vnquā. cōcedit reuocationē donationis, quaſi factæ futuro hæredi, & ea ſolum contemplatione. l. tale pactum. in ſi. ff. de pactis. cum da ū tanquam legitima neceſſaria, prout tunc erat, deſinat, nato alio, tale eſſe: & cauſa ſolum duret in ea, quæ nunc ſit legitima neceſſaria: & in reliquo ceſſet, & faciat

locum

locum reuocationi. argum. tit. de cond. cauſa data.

Vnde, quemadmodum ſi vni ex duobus filijs fieret donatio irreuocabilis pro legitima, & in eius rationem, ea expreſſa adiectio limitaret donationem, & impediret ne exceſſus legitimæ poſſet pro meliorationi accipi, ſed potius poſſet reuocari, tanquam excedēs cauſam. vt in illo tit. de cond. cauſa data. vel tanquam ſolutum indebitè. l. 1. & per totum. de cond. indeb. Eodem modo donatio facta filio vnico, intra quantitatem omniū bonorū, excepto quinto (quæ eſt quantitas ipſius legitimę neceſſariæ, & tāquam talis cenſetur data) nato alio, ſolum ſuſtineatur in ea quantitate, quę nunc ſit ipſius legitima neceſſaria.

47 Et ſecundum hoc non obſtat inductio, quam feci. de. l. ſi totas. Eſt enim diuerſa qualitas tertij & quinti de Iure Regio, quam beſsis, de Iure communi. Secundum quod, bes (vel etiam ſemis, ſecundum numerum filiorum) nunquam eſt legitima, ſed pater donādo in vita filijs, vel extraneis, ſemper intelligitur de illis expendere, reſeruato triente, vel ſemiſſe pro legitimis. l. cum quęritur. authen. nouiſsima. authen. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſt. l. 1. cum alijs. C. de inoffi. dona. Iure autē Regio, tertiū habet diuerſam qualitatē. Quia ſemper eſt legitima filiorū, & nūquam poteſt dari extraneis. Et quāuis poſsit deſinere eſſe legitima neceſſaria cuiuſuis filiorum: iſtud nunquā ſit, niſi quando alter in eo eſt melioratus. Et quamuis donatio ſimplex iudicetur melioratio. l. 10. infra. Illud eſt in ea, quæ ſit facta vni ex pluribus filijs, vt tx. ille loquitur. Tunc enim tertiū deſinit eſſe aliorum legitima. Sed ſi fiat filio vnico: cū tempore donationis non extaret alter, cuius occaſione deſierit eſſe legitima, & ſortiretur nomen, & effectum meliorationis: conſtat datum tanquam legitima, prout eo tempore erat: & nato alio, deſinere eſſe donatarij legitimam, & effici amborum. Et quāuis pater poſsit facere, quod non ſit legitima neceſſaria cuiuſuis: hoc tamen facit meliorando alterutrum. Quod nondum fecit, & nato alio poteſt facere, meliorādo quē voluerit, etiam reuocando à primo, ex rationibus ſupradictis.

Quintum etiam habet aliam qualitatem, quia cum ſit deputatum pro funeris impenſa, & legatis extraneorum gratuitis. l. fin. infra. nunquam intelligitur datum filio tacitè, niſi in vim etiam meliorationis collectæ ex ſimplici donatione facta vni ex pluribus, prout in. d. l. 10. vbi dicemus glo. 2. (hoc enim ſolo

caſu

caſu id reperitur cautum.) Quæ melioratio cum in vnico non detur, & donatio ei facta poſsit intelligi pro legitima: in eam rationem videtur ſolum data, & prout excludit meliorationem tertij, ita etiam & quinti.

48 Non etiam obſtat, quòd donatio facta filio non ſit inofficioſa intra tertium & quintum, & legitimam: vt vel ſic, quemadmodum non poteſt pro ijs partibus reuocari per querelam, non poſsit etiam per patrem: cum vna & altera reuocatio detur ſolum pro legitima, quam lex illa declarat eſſe eam, quæ deducitur ex bonis, ſeparato tertio & quinto. Etenim illud eſt in donatione facta vni ex pluribus filijs, prout loquitur text. in d. l. 10. Atq; ita ille tex. in d. l. 3. non dixit ſimpliciter, *Legitima, y tercio y quinto.* ſed adiecit, *de mejoria.* Et ſic excluſit donationem factã filio vnico. Prout clarius colligitur ex eodem tex. ibi. *En caſo que el que la dio podia hazer la dicha mejoria, quando hizo la dicha donacion.* Arguendo à caſu potentiæ, de quo loquitur text. ad caſum voluntatis. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. l. 1. §. vſus. de procu. Cum pater in dubio non videatur velle meliorare filium vnicum: cum non haberet alium, cui præferret: nec futurorum memoria præſumatur, ſecundum Bart. in. l. Titia Seio. §. imperator. nu. 8. de leg. 2. & actus agentium non operentur vltra eorũ intentionẽ. l. nõ omnis. ſi cer. pet. Cũ ergo pater nõ videatur meliorare filiũ vnicũ: nato alio, & per patrẽ meliorato, conſtat priorẽ donationẽ eſſe inofficioſam in omni quantitate, quæ excederet legitimam ipſius neceſſariam.

Nõ obſtat, ꝙ licet nato alio, donatio nõ poſsit valere pro legitima, ſuſtineatur pro melioratione, ex quo data eſt titulo donationis. Quoniã contra voluntatẽ patris, aut etiã præter, nõ poteſt incipere habere nouum ſenſum meliorationis, quẽ à principio non habuit, propter alterius defectum. Cum denuo natus plus operetur ad reuocandũ. ex d. l. ſi vnquam, & d. l. ſi totas. & ſic non debet operari contrarium. l, legata inutiliter. de legat. 1. & de adim. legat.

Non obſtat, quòd primeua præſumptio donantis ſit, ꝙ actus
49 in omnẽ euentum valeat meliori modo, quo poſsit. * Quoniã illud. etiã in diſpoſitione iurata, intelligitur rebus ſic ſtantibus. l. fin. ff. de admuni. c. 2. de renuntia. & latè probant Roman. in l. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. Decius conſil. 335. num. 3. Roland. conſilio. 1. volum. 2. Nata conſilio. 548. numer. 21. Aymon conſil.

conſil.25.num.1.Menoch.conſil.219.num.29.Tiraquel. in.l. ſi vnquam.in princ.num.161.Inter futuros autem ſucceſſus, nullus eſt maior pro mutanda voluntate, quam filius ſuperueniens,& ſic eſt ap probatus in.d.l.ſi vnquam.Et quamuis in donatione facta filio,hic caſus ſuperuenientis alterius ſolum proſit pro mutanda voluntate vſque ad quantitatem legitimę denuo nati.ex. d.l. ſi totas. limitata.d.l. ſi vnquam. ea limitatio includit etiam tertium,quando non eſt datum titulo meliorationis , & reſeruat etiã quintum, quod non eſt in donatione compræhenſum , vt dictum eſt.

Non obſtat ſimile de debitore donante, aut ſoluente ſcienter plus debito.In eo enim ceſſat omnis error,& per conſequens conditio. Quod non eſt in debitore ſoluente ignoranter. Et qua ratione lex admiſsit huius errorem ad reuocandam ſolutionem,eadem admiſsit errorem parentis,ad reuocandam donationem nato filio. Quaſi non ſic feciſſet , ſi non erraſſet, & conſideraſſet. Et ita hic caſus non poteſt aſsimilari debitori

50 ſoluenti ſcienter,qui in nullo erat.* Non obſtat quòd donatio ſimplex non imputetur,neq; conferatur. Quoniam ſi facta ſit filio vnico,Iure Regio, verius eſt imputari,& nato alio cõferri , vt dicemus in. l.10. gloſ.2.infra.

Quibus etiam conſequitur,vt ſi pater vellit remanere donationem validam pro tertio & quinto,poſsit adijcere grauamina,ſecundum formã,text.in l.11.infra. Vt cui licet adimere, & reuocare,liceat etiam reformare , & modificare.argum.l.ſi Titio.§.fin.cum.l.ſeq.delegat.1.l.conficiuntur. de iure codi. l. iuris gentium.§.adeo.ff.de pactis,ibi. *Nam ſi poteſt tota res tolli, cur non & reformari?*

Quid dicendũ? Mihi ſemper veriſsima viſſa eſt opinio Bernar.& Gregor.in quantum exiſtimant patrem donantẽ filio vnico,non cenſeri eum meliorare,ſed tantum donare pro legitima.Vtpotè,qui magis probem deciſionem text.in.l. 10.infra (quatenus ſimplicem donationẽ præſumit,& intelligit eſſe meliorationem,& diſpoſitionem de tertio & quinto) non

51 poſſe verificari in donatione facta filio vnico.* Quãuis enim ſi donatio eſſet omnium bonorum,compræhenderet etiã quintum,& illud tunc (ſi donatio eſſe iurata) eſſet irreuocabile, cũ nullo modo ſit legitima,vt aduertit Baeça.d.c.9.num.46.Si tamen donatio non fuit omnium bonorum,ſed de re,vel quantitate

tate, quæ poterat intra tertium & quintum tantum cõtineri, vel etiam quæ fuit amplior, & impleuit tertium & quintum, & dimidium aliorum bonorũ, aut circiter, exiſtimo talem donationem, quæ tempore, quo fuit data, non excedebat legitimã donatarij, ſed intra eius limites cõtinebatur (cum legitima filij vnici ſint omnia bona excepto, quinto) in eam rationem videri datam: nec poſſe intelligi pro melioratione: nec patrem habuiſſe hunc ſenſum: cum non haberet aliũ filiũ, cuius reſpectu donatio poſſet dici melioratio: quæ cum dicat prælationẽ, non cadit in vnico. Neq; ex poſt facto, nato alio, poteſt donatio incipere habere nouum ſenſum, quem à principio nõ habuit. Cũ filius denuo natus plus operetur ad reuocandum, & non debet operari confirmationem. vt ſupra dictum eſt.

12 Nec minus mihi veriſsima videtur ſupra Doctorum opinio, in quantum ſignificant priorem donationem ſolum poſſe reuocari vſque ad virilem partem donatarij. Etenim quamuis ex hoc vltimo fundamento, & alijs ſupra ſecundo loco adductis, videatur poſſe reuocari pro integro tertio & quinto, & ſolum remanere efficacem in ſola legitima neceſſaria donatarij, reliquas autem partes in arbitrio patris liberas eſſe. Non tamen debet, nec poteſt ea libertas extendi vltra æqualem partem ſucceſsionis donatarij, licet eo vſque poſsit. Quam opinionem de Iure communi tenuit etiam Ripa in dict. l. ſi vnquam. numer. 111. & Molin. in tractat. de inofficioſ. donat. num. 46. & de donat. factis in contr. matrim. num. 48. & ſeq. Sed quia eius rationes fundantur in nouo illo intellectu, quem ſupra tradidimus, ad. l. ſi totas, quòd ſolum loquatur in querela. & quòd. l. ſi vnquam, ſit extendenda ad donationem factam filio: diuerſis tamen rationibus opinio eſt, Iure Regio veriſsima.

13 Primò, quia per ſecundam diſpoſitionem parentis non poteſt effici, vt prior donatio in plus reuocetur, quàm aliàs eo non diſponente reuocaretur. Hæc eſt generalis regula, gloſſæ in d. l. Titia Seio. §. Imperator, in quantum tenet, non poſſe per ſecundam donationem reuocari priorem. Quam ibi, & in l. 1. C. de inoffic. donat. ſequuntur Scribentes omnes, vt dicebamus ſupra num. 11. Cui neceſſarium conſequens eſt, vt nec liceat facere, vt in plus reuocetur, quam aliàs poſſet. Sed ſi pater nihil diſponere, ſed vel inteſtatus decederet, aut filios

inſtituiſſet

inſtituiſſet ex æquo, virilis pars hæreditario iure pertineret. donatario. l. ſcripto. ff. vnde libe. l. nam ratio. de bonis damna. l. inter filios. C. fami. hercisc. Ergo & per ſecundam diſpoſitionem non poſsit hæc pars ei adimi.

54 Secundo, quia quamuis donatio intelligatur facta pro legitima, & non pro tertio & quinto: non tamen debet eſſe minoris roboris, quam ſi expreſſe fieret pro legitima, & in eius rationem. Sed ſi filio vnico, aut etiam vni ex pluribus, fieret donatio irreuocabilis pro legitima, & in eius rationem: quamuis ea expreſſa adiectio limitandæ donationis gratia impediret, ne donatio poſset pro melioratione accipi, & non poſſet vltra æqualem partem ſucceſsionis, etiam altero non meliorato, ſuſtineri, per ea, quæ dicemus in l. 10. gloſſ. 1. num. 2. Pro virili tamen parte donatarij, etiam facta alteri filio denuo nato, aut extanti, tertij & quinti melioratione, non poſſet prima donatio reuocari, ex ratione gloſſæ. in d. §. Imperator, & ne facto patris fiat inofficioſa donatio, & reuocetur in plus, quam de iure aliàs, non facta ſequenti melioratione, reuocaretur. l. poſt mortem, iuncta gloſſ. ff. de adoptio. Ergo ſimiliter donatio ſimplex facta filio vnico non poſsit vltra virilem partem ſucceſsionis reuocari, & per hæc ſatis fit ijs, quæ diximus ſupra num. 46.

55 Tertiò, quia quamuis hic filius vnicus non videatur per ſimplicem donationē melioratus: non poteſt ab eo donatio in plus reuocari, quam ſi eſſet prohibitus meliorari. (qui ſunt ſtrictiores termini, quibus quæſtio poteſt accommodari.) Sed ſi eſſet prohibitus meliorari, adhuc donatio ab eo non reuocaretur, vltra æqualem partem ſucceſsionis: vt in dote filiæ ſtatim dicemus. Ergo idem in donatione ſimplici filij vnici.

56 Quarto, arguendo à querela inofficioſſæ donationis. Per quam, quamuis prima donatio nō poſsit per denuo natū, etiam per patrem melioratum, vltra æqualem partem ſucceſsionis reuocari, ex fundamentis præcedentibus: eo tamen vſquè poterit. Nam cum donatio intelligatur pro legitima, & non pro melioratione: ſi pater decederet inteſtatus, aut filios inſtituiſſet ex æquo: non prohibetur denuo natus per querelā reuocare donationē, pro ſua virili parte, in qua per alterum, qui in donatione non fuit melioratus, reperitur læſus. Nam ſi quo caſu, ſua virilis pars poterat diminui, illud futurum erat per alterius meliorationem

tione: ſed ille per donationem melioratus non fuit: ergo poteſt per querelam reuocare. Prout poſſet, ſi donatio eſſet facta expreſsè pro legitima, & excederet æqualem partem ſucceſsionis, vt dictum eſt. Quibus conſequitur, vt & voluntate patris poſsit in vita eo vſquè reuocari. Cum ea reuocatio ex d.l. ſi totas, detur pro quantitate, pro qua poſset dari querela. Cum & facilius, & vberius detur reuocatio donationis ſecundũ voluntatem donatoris, quàm contra, aut præter. l. Titia Seio. §. Lucius, de leg. 2. Ex ex ijs poterit facilè reſponderi ad argumenta cõtraria, ſi quæ ſunt, quibus in ſuperioribus non ſit ſatisfactũ.

57 Sed quatenus ex dict. opinione Bern. & Gregor. deducitur vtrũque filium ſucceſſorum æqualiter, & nõ poſſe vnum plus altero reportare: Quamuis virilis pars donatarij ſalua ſit, ex iam dictis. Quo ad partem tamen denuo nati, erit in voluntate patris eum æqualem facere cum donatario, ſi velit nihil diſponere. Sin minus fatendum eſt, in omnem euentum poſſe diſponere de tertio & quinto, quod ex omnibus bonis attento tempore mortis poſsit deduci. Duobus ſeruatis. Quod non reuocetur donatio prior vltra virilem, neque etiam adijciantur grauamina, etiam in exceſſu legitimæ neceſſariæ, tanquam donationi perfectæ, vt dictum eſt. Et quòd non adimattur ſecundo legitima neceſſaria, neque in ea grauetur. Quòd ſecundùm quantitatem prioris donationis, & numerum filiorum denuo natorum, in plus vel minus verificabitur.

Quo circa in prædicto exemplo, cum donatio prioris ſolum ſit remanſura valida in. 7. & ſemiſſem vnius: & exceſus ille vltra. 4. legitimæ (de quo pater diſpoſſuit, qui non poteſt reuocari) intelligatur prius conſumptus pro tertio, quam pro quinto, vt iſtud vltimo cenſeatur liberum, & integrum reſeruatũ, vt dicemus in, l. 10. infra, glo. 3. num. 9. licebit parenti diſponere de tribus, in rationem quinti. & de ſemiſſe vnius, qui reſtat, in rationem tertij: & in eo meliorare quem voluerit, & apponere grauamina. iuxta. l. 11. infra. Quod ſi donatio eſſet minor virili parte: vt quia continuit. 6. liceret diſponere de tribus, pro quinto, & duobus, pro tertio. Quòd ſi continuit. 4. liceret diſponere de integro tertio, & quinto: cum nec prior donatio reuocetur, & ſufficiat pro legitima: & denuo nato etiam ſupe ſit ſua legitima. Et eo ordine erit ſimiliter facienda computatio, ſi duo aut plures denuo naſcantur. Et hæc mihi vera videntur,

Et

Et eſt opinio magis conformis æqualitati filiorum, impediens in quantum poteſt, odium inæqualitatis, de quo egimus in Rubrica. Et reſeruans parenti facultatem diſponendi de quinto, cui etiam iura fauent. vt dicemus in.l. 10. infra, gloſ. 2. vbi etiã agemus de imputatione huius donationis factæ filio vnico, caſu quo alij non naſcantur.

58 Quæ omnia non ſolum procedunt, ſi donatio facta filio vnico eſſet omnino ſimplex: ſed etiam ſi eſſet facta ex cauſa oneroſa matrimonij cum tertio. Hæc enim donatio, quamuis etiam facta vni ex pluribus filijs intelligatur pro legitima, vt dicemus in.l. 9. gloſ. 3. ex num. 13, & adhuc ſit amplior, quam ſi fieret expreſſe pro legitima: ex quo, ſi excederet legitimã, valeret etiã pro tertio & quinto. vt dicemus in.l. 10. infra gl. 1. ſi tamen fiat filio vnico, habet eundem intellectum, quem facta pro legitima: vt nato alio, non excedat æqualem partẽ

59 ſucceſsionis, prout in donatione ſimplici, ſupra dictũ eſt. Quãuis enim remedium. l. ſi vnquam. non habeat locum in donatione ob cauſam. l. 1. C. de pactis, vbi notat communiter Scribentes, ſecundùm Ripam in d.l. ſi vnquam, quæſt. 13. & Tiraquel, verb. donatione largitus. num. 122. tenent etiam alij plures, quos refert Anton. Gabriel, tit. de donatione, concluſ. 2. num. 41. & eſt communis opinio ſecundùm Iuli. Clarum. §. donatio. quæſt. 23. verſic. item quæro. Quia tamen poteſt, ſine dubio, Iure communi, reuocari pro legitima denuo nati. Tam

60 in vita parẽtis, ex remedio. l. ſi totas. Prout in dote, tenuerunt Imol. in. c. fi. de donat. col. 3. Iaſ. conſ. 171. col. 7. verſi. ſed præmiſsis, lib. 4. Bertr. conſ. 383. lib. 1. Tiraq. verb. libertis. nu. 63. Baeça de dote. c. 9. nu. 70. Quã etiam, eo mortuo, per querelã. l. 1. & alijs. C. de inoffic. dona. l. 1. C. de inoffic. doti. Quo magis intelligamus donationem factam filio vnico non eſſe meram, ſed ob cauſam præciſſam, vel impulſiuam: eo magis Iure Regio, excludit præſumptionem meliorationis, quam ſimplex. l. rem legatam. de adim. legat. Cum ſimplex habeat neceſſitatem de futuro, quòd pater intelligat in quantitate donata filium vnicum ſibi ſucceſſurum præciſè: donatio vero ob cauſam (vltra hanc) habet aliam de præſenti, deſiderium ſcilicet parentis collocandi filium in ſtatu. Vt vel ſic, nato alio, poſſit maiori ratione, quàm ſimplex, reuocari pro virili parte denuo nati, iuxta ſupra dicta.

Q Sed

61 Sed videamus quid iuris ſit in dote ampla data filię vnicæ, quæ contineat etiam tertium, & quintum. Vt ſi pater habens in bonis.15.daret.11. Naſcitur alter. Videtur idem, vt poſsit fieri reuocatio, tam per querelam, quam etiam in vita parentis, vſque ad æqualem partem, prout dictum eſt in donatione ob cauſam matrimonij. Et fortius in dote, quæ præciſſa eſt.l.fin.C.de dotis promiſ.l.qui liberos. de ritu nupt.& vrgentius excludit præſumptionem meliorationis. Imò videtur, dotem non poſſe ſuſtineri pro virili: ſed eſſe reuocādam pro integro tertio & quinto, & quòd ſolum remaneat valida pro legitima neceſſaria filię. Propter legem Regiam.1.tit.2.ſupra, quæ vetat dotis ratione filiæ meliorationem. Per quam hoc tenuerunt Bern.Diaz regul.213.limit.4.verſic. & adeo. Quem (qui ſolum loquitur in tertio) ſequuntur, & extendunt etiam ad quintum, Baeça vbi ſupra.num.63.& ſeqq.Gute.de iuram. c.9.num.19.Grati.regul.150.num.22.

Per contrarium videtur dictam dotem non poſſe in aliquo reuocari. Nam cum à principio fuerit legitimè conſtituta, & intra legitimam filiæ vnicæ, quæ ſunt omnia bona patris excepto quinto: & ſic nec potuit dici meliorata. cum non fuerit alter, cui præferretur, nec receperit vltra legitimam: non potuit dos dici vetita per dictam legem. prout etiam agnoſcit Baeça d.c.9.in princip. Et per conſequens, nato alio, non
62 debet poſſe reuocari: *propter conceſſam marito electionem, vtro tempore velit conſiderari inofficioſitatem dotis: an tempore, quo conſtituta eſt, an tempore mortis ſoceri.l.3.tit.8. ſupra. Quæ non eſt correcta ex d.l.1.prout dicemus in.l.7.infra, gloſ.1.nu.23. Secundùm quam videtur, quòd quemadmodum diminutio contingens in bonis ſoceri non nocet doti, quæ à principio legitimè conſtituta eſt, etiam ſi reducta ad tempus mortis reperiatur inofficioſa, & ſic non poſsit querelari: eodē modo non poſsit, nato alio, qui tāquam nouus hoſpes operatur eandem diminutionem bonorum. Et per conſequens, nec poſſit in vita reuocari: cum ea reuocatio non fiat in plus, quam per querelam, vt ſupra dictum eſt.

63 Sed ijs non obſtantibus, vèrius eſt dotem ſuſtineri pro parte virili, & pro eadem denuo nati reuocari: tā in vita patris, quā per querelam, poſt mortem. Idq; ex ijſdem rationibus, quibus id diximus fieri in alia quauis donatione, quæ militāt vrgētius

in

In dote, propter legem Regiam. Et quamuis ſecundùm eã, videretur reuocanda pro integro tertio & quinto, & remanſura valida in ſola legitima neceſſaria, vt prædicti voluerũt:* Ve-
64 rius eſt filiam, ex illa lege, nõ ſolum poſſe dotis ratione capere legitimam neceſſariam, ſed amplius partem tertij & quinti, quæ ſibi tanquam vni filiorum contingat, vt dicemus in.l. 6. infra, gloſ. 1. Vnde nato alio, non debet eſſe prohibita retinere, quod, ſi à principio frater exiſteret, poſſet capere. argum.l. inuitus. §. cui damus. ff. de regu. iuris.

65 Non obſtat electio conceſſa marito. Illud enim eſt ad hoc, vt diminutio contingens in bonis ſoceri nõ noceat doti. Prout nec, Iure communi, nocebat cuiuis donationi, quæ à principio non fuit inofficioſa. ſecundum omnes in.l. 1. C. de inoffi. donat. vt dicemus in.l. 7. infra, gloſ. 1. Filius autem denuo natus fortius operatur ad reuocandum. Quia & concedit querelam contra donationẽ, quæ à principio nõ fuit inofficioſa: & à fortiori reuocationẽ in vita, ex voluntate donantis, ex d.l. ſi totas. Et in hoc dos, Iure Regio, non habet maius priuilegium, quam habebat quæuis alia donatio Iure cõmuni. Solum ex illa.l. 3. retinuit quod ipſa, & quæuis alia habebat de Iure communi: & quod in alijs donationibus, excepta dote, eſt illa lege correctũ: vt ſcilicet, attẽdatur tempus mortis, & diminutio bonorũ contingens noceat. Sed neq; illa electio conceſſa marito proderit ad hoc, vt ſaltim reuocatio non detur in vita, ſed expectetur tẽpus mortis, vt ſi fortè interim ex bonis quæſitis poſsit dos redintegrari: prout nec Iure cõmune, impeditur reuocatio pro legitima denuo nati, quę tamẽ ante mortẽ non debetur.l. 1. §. ſi impuberi. de coll. bon. & ex facultatibus interim quæſitis poſſet ſupleri: ſed adhuc reuocatio datur dimẽſa legitima attento tẽpore preſenti. ſecundũ Salic. in d.l. ſi totas. nu. 1. in fin.

66 Quæ omnia neceſſario limitanda ſunt, niſi aliàs conſtaret, quòd in donatione facta filio vnico pater voluerit eum meliorare, & diſponere de tertio & quinto, reſpectu naſciturorum. Et quamuis hoc non procederet in dote, propter legem Regiam: procederet tamen in quauis alia donatione facta filio. Et ad hoc nullæ melius coniecturæ adduci poterunt, quam eæ, quæ ex voluntate parentis faciunt ceſſare diſpoſitionem.l. ſi vnquam. Nam quamuis ea non procedat in donatione facta filio. Quia tamen pendet à voluntate parentis,

quòd tertium ſit legitima, vel non, & quintum includatur in donatione, vel non: vt in ijs partibus ſatisfiat. l. ſi totas, recurrendum eſt ad coniecturas. l. ſi vnquam. vt ſupra dicebamus. Inter alias autem limitationes. l. ſi vnquam, nullæ maiores ſunt quam, quæ procedunt à voluntate donantis. Nam cum reuocatio ex ipſius voluntate præſumpta concedatur: ea ceſſante, denegabitur. Atque ita illa lex limitatur, niſi vel ei ſit per donatorem renuntiatum, vel etiam ſit habita memoria filiorum futurorum, vt ſupra dicebamus. Ijs ergo caſibus concedendum eſt: quòd, quemadmodum ceſſat diſpoſitio. l. ſi vnquam, & donatio non reuocatur in totum in vita donatoris: neque etiam reuocabitur donatio facta filio pro legitima denuo nati, ex. l. ſi totas, cum vtrūq; remedium ſit introductum fauore parentis, & ab eius pendeat voluntate. Et ſimiliter concedendum eſt, quòd quamuis danatio, ſi ſit inofficioſa, poſsit reuocari per querelam, non obſtante renuntiatione parentis, vt ſupra etiam dictum eſt: non tamen poſsit reuocari pro tertio & quinto. Vt voluntas parentis nolentis reuocari donationem extendatur ad omne ius ſuum: & limitet querelam ad ſolam legitimam neceſſariam: & extendat donationem ad tertium & quintum. Cum hoc à ſua voluntate procedat, de qua ſatis videtur conſtare per dictam renuntiationem, aut memoriam filiorum. Per quam quēadmodum declaratur voluntas parentis, ꝙ etiam nato alio filio, donatio per ſe non reuocetur: eodem modo extendit valorem donationis ad omne ius ſuum, quod, nato alio, poterat ſibi in donatarij fauorem cōpetere, & ſic ad tertium & quintum.

67 Nec minor adhoc voluntatis coniectura colligi poteſt, ſi filio vnico eſſet facta donatio per verbum meliorationis tertij & quinti. Hęc enim (quāuis à principio, propter alterius defectū, inutilis) valebit tamen, vt conditionalis, ſi alij naſcātur. Et verificata conditione alijs natis, ſuſtinebitur & valebit, nec poterit per patrē, aut querelam pro tertio & quinto, & legitima donatarij reuocari. Prout tenuit Baeça de dote. c. 9. num. 15.

68 *Diuerſum eſſet filio vnico fieret donatio ſimplex nō per verbum meliorationis, ſed per verbum donationis tertij. Hæc enim non habet aliquā coniecturam, quòd pater voluerit, nato alio, valere in vim meliorationis. Nec talis eſt tertij natura: cum non differat à legitima, niſi quando aliquis eſt in eo melioratus,

melioratus, vt ſupra dictũ eſt, quod hic nec tacite, nec expreſſe reperitur: cum in dubio memoria filiorũ futurorũ nõ præſumatur. ſecundùm Bart. in l. Titia. §. Imperator. nu. 8. de leg. 2. Debet enim, vt aliquid operetur, eſſe ſpecialis, certa, & non vaga. vt ex alijs probat Anton. Gabr. tit. de donat. concluſ. 2. num. 50. Quim & donatio tertij ſimilis eſt donationi rei certæ: refertur enim ſua natura ad corpora. l. non amplius. §. cum bonorum. de legat. 1. Vnde, quemadmodum ſi filio vnico ſit donatus fundus, non poteſt donatio intelligi melioratio, nato alio: eodem modo ſi ſit donatum tertium. Et faciunt, quæ in donatione quinti facta filio vnico, dicemus in l. 10. gloſſ. 2. num. 20.

69 Similis etiã coniectura capi poterit, ſi donationi factæ filio vnico ſint adiecta grauamina reſtitutionis, iuxta formam. l. 11. infra. Quia tunc, natis alijs filijs, non reuocaretur quo ad tertium & quintum, ſed valeret in vim meliorationis vinculatæ. Nam cum grauamina intelligantur adiecta meliori modo, quo poſſunt, vt diſpoſitio ſortiatur effectum. l. fundus qui locatus. de fund. inſtr. (cuius ad propoſitum meminit Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 101. de verbor. & Felin. nu. 4. in c. 1. de reſcript.) ad idem. l. non vtique, verſic. proinde, de eo quod certo loco. l. diuus. in princip. de vſu. & hab. quã ad hoc notat Aretin. in. l. quod in rerum. §. 1. de leg. 1. & Iaſ. in l. 1. num. 1. de eo quod certo loco. Et per conſequens grauamina adiecta donationi ſimplici indiſtincte valeant, in quantum donatio æquiualeat quinto, quaſi grauamina ſignificent donationem factam pro quinto: Intra tertium tamen non poteſt talis coniectura capi, niſi caſu quo tertium deſinat eſſe legitima, & fiat melioratio. Quod cum non poſſit accidere niſi nato alio: merito in eum caſu videntur adiecta, vt donatio valeat in vim meliorationis. Quod tenuit Molin. lib. 4. cap. 2.
70 num. 81. & Mieres. 1. par. quæſt. 21. num. 10.* loquentes in maioratu facto filio vnico. Qui non reuocatur natis alijs quo ad tertium & quintum, ex præſumpta voluntate donantis, qui per talem conſtitutionem voluit generi, proſapiæ, & familiæ conſulere. Sed quidquid ſit in maioratu: non videtur ad quamuis donationem extendendum. Nam maioratus tenuit à principio, vtpotè factus Regia licentia. Grauamina autem adiecta donationi ſimplici factæ filio vnico, licet poſſint quo

ad quintum ſuſtineri: quo ad tertium autem, ex quo à principio nulla ſunt. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſt. cum tertium non potuerit in filio vnico conſiderari diſtinctum à legitima, niſi in vim meliorationis, non videntur poſſe ſuſtineri: niſi ex ea ratione, quòd donans viſſus fuerit de liberis naſcituris cogitaſſe, & adhuc donauerit. Quod apparebit, ſi grauamina, & ſubſtitutiones ſint appoſitæ facta mentione filiorum, qui naſci poterant. Si autem alij ſint vocati, donator tanquam de eis oblitus (prout ſemper præſumitur) eis natis, poterit vti remedio. l. ſi totas. C. de reuocan. donat. de quo agemus in. l. 11. gloſ. 6. num. 7.

LEX SECVNDA.

EL Padre, ò la madre,[1] ò qualquier dellos,[2] puedan, ſi quiſieren, hazer el tercio de la mejoria que podian hazer à ſus hijos, ò nietos,[3] conforme a la ley del Fuero, à qualquier[4] de ſus nietos,[5] ò deſcendientes legitimos: pueſto que ſus hijos, padres de los dichos nietos, ò deſcendientes, ſean biuos,[6] ſin que en ello les ſea pueſto impedimento alguno.

GLOSSA PRIMA.

MElioratio à matre fieri poteſt, & ex quibus bonis. Et vtrum damnatus ad mortem, aut monachus profeſſus, quibus permiſſum eſt teſtari poſſint meliorationem facere.

1 *NEpos poteſt meliorari, etiam ſi filius ſit in medio viuus.*
2 *Melioratio à matre fieri poteſt.*
3 *Mulier coniugata non poteſt donare ſine licencia mariti, etiam cauſa mortis. Poterit tamen reuocare.*
4 *De quibus bonis poßit mulier coniugata meliorationem facere.*
5 *Arræ ad vxorem pertinent, & in eis poteſt meliorationem facere. Et quid*

quid ſi tranſeat ad ſecundas nuptias.
Pœnæ ſecundo nubentis ſunt æquales viro, & vxori.
6 *Vidua luxurioſè viuens amittit ea omnia, quæ ſecundo nubens.*
7 *Coniux non poteſt meliorationem facere ex quarta, quam habuit à coniu-*
ge præmortuo diuite.
8 *Damnatus ad mortem, an poßit meliorationem facere.*
9 *Monachus profeßus, cui ex lege permittitur teſtari, an poßit meliorare.*

1 MElioratio poteſt fieri non ſolum filio, ſed etiam nepoti,
etiã ſi filius ſit in medio viuus. In quo lex iſta extẽdit
legem Fori, qua permittebatur meliorare nepotem: vt
id procedat nedum ſi pater mortuus ſit, ſed etiam ſi viuat, &
ſit in medio. Et eſt lex quondam. 18. Tauri.
2 *O la madre.* Quatenus text. iſte cum præcedẽti, & ſequẽtibus
loquũtur ſemper indiſtinctè in patre, & matre: ſatis oſtendũt,
facultatẽ meliorandi non ſolum competere patri, ſed etiã ma-
tri. Quod, ſi ad mulierẽ cõiugatam, viuo marito referas: ſi qui-
3 dem in vltima voluntate, cõcluſio eſt manifeſta: * ſi autem per
contractum donationis, licentia mariti omnino erit neceſſaria.
l. 2. tit. 3. ſupra. Cum in omnibus cõtractibus requiratur, qua
lis eſt donatio. l. ſi donationis. C. quod metus cauſa. l. benè à Ze
none. C. de quadrien. præſ. & diximus ſupra. l. 1. gl. 5. n. 28. Et
ꝙ licẽtia in donatione requiratur, ex magis cõmuni opinione
defendit Minch. c. 13. contro. vſufr. Etiã ſi donatio eſſet reuo
cabilis, iuxta legẽ præcedẽtẽ. Argumẽto donationis cauſa mor
tis. In qua, quãuis licentiam mariti, aliàs in cõtractibus requiſi-
tã, non eſſe neceſſariã, tradat Rom. in. l. 2. de verbor. in princ. &
Rube. cõſ. 27. in fin. & latè defendat Iaſ. in. l. 2. de leg. 1. nu. 11.
& Minch. c. 12. cõtro. vſufr. nu. 5. & Mati. in. d. l. 2. tit. 3. ſupra.
gl. 1. nu. 2. ex æquiparatione vltimarũ voluntatũ. l. illud. de do
na. cauſa mor. l. fi. C. eo. Contrariũ tamen tenuit Anchar conſil.
384. incipienti dubiũ in hoc facit. Alex. num. 13. Soci. nu. 12.
in. l. 2. de legat. 1. Alex. Aretin. Barbat. & Socin. in. l. 2. de ver-
bor. Corneus conſil. 41. videtur in hac conſultatione, & conſi.
126. licet in hac conſultatione, lib. 1. Guiller. in. c. Raynutius,
verb. teſtamentum, el. 4. num. 35. & alij quos refert Gomez,
lib. 2. c. de donatione, num. 16. verſic. quarto infero, & Min-
cha. vbi ſupra, & Moli. lib. 2. c. 9. num. 4. Ex quorum allegatio-
ne hęc videtur eſſe magis communis opinio, prout agnoſcit
Iaſ. in d. l. 2. de legat. 1. num. 11. & ibi etiam Ripa. num. 10. &

Minchac.de ſucceſ.progre.§.1.num. 24. & Tiraquel. poſt. ll. conubia. gloſ.3. num.79. Quamuis enim aſsimiletur vltimis voluntatibus : in ſui tamen creatione (excepta teſtium ſolemnitate, propter ſpecialem deciſsionem illius.l.fin.) in reliquo contractibus æquiparatur. Et in ea debent eſſe neceſſaria ea omnia, quæ in contractibus.vt ſupra citati aſſerũt. Ex quibus à fortiori, idẽ futurũ eſt in donatione inter viuos reuocabili, quæ vere contractus eſt. Et licet ratione reuocabilitatis videatur parum intereſſe: propter authoritatem tamen mariti, in qua.d.l.Regia videtur etiam fundari, opinio eſt iuſta. Vnde ſi licentia deficeret, donatio eſſet nulla, etiam non reuocata in vita. Cũ licẽtia ſit pro forma requiſita, & lex procedat prohibitiue. ſecundùm Bart.num.20.in.l.non dubium.per text. ibi. C.de legibus. quem ibi ſequuntur Bald.Fulgo.Ange. Salic. & Iaſ. Et eſt cõmunis opinio, quam in terminis, ſequitur Minch. c.10.contro.vſufre.nu.6. Quamuis contrarium tenuerit Caſſan. quem refert & ſequitur Tiraq.poſt.ll.cõnubi.gloſ. 4. nu. 6. In reuocatione autem donationis reuocabilis licentia neceſſaria non eſſet: vt in ſimili reſoluit Bald.conſ.209.licet conſulẽtes.lib.4.Guid.deciſ.223.ad fin.Minch.vbi ſupra.c.12.nu.8.

4 Cum mariti itaq; licentia poterit mulier meliorationẽ facere, etiam irreuocabiliter, de bonis paraphernalibus. Et valebit ſtatim pleno iure, tradita ſcilicet, vel facta ex cauſa oneroſa, iuxta legem præcedentem. De illis enim bonis mulier plenè poteſt diſponere : ſunt enim propria vxoris : nec maritus in eis habet etiam vſum fructum, niſi ex eius conſenſu. l. hac lege. l.fin. C. de pactis conuen.l.17.tit.11.partir.4. Idem erit quo ad bona dotalia, vt valeat melioratio, etiam irreuocabiliter tradita, vel facta ex cauſa onoroſa. Non tamen præiudicabitur maritus in admiſtratione, & vſufructu ſibi debitis.l.doce ancillam.C.de rei vend.l.dotis fructus. l. plerumq;. ff. de iure dotium.l.pro oner bus.C.eod.l.25.tit.11.part.4. Sed nec licẽtia, ſeu conſenſus preſtitus ad donandum, præiudicabit marito in adminiſtratione, & vſufructu dotis. Solum enim auferet in vxore impedimentum legale.l.Lutius Titius Caium. ff. de admi.tuto.vbi not.Bart.idem in.l.ſi cum dotem.§.transgred amur.num.7.ff.ſolut.matrim.vbi & alij.fac.t.l.fin.in fine principij.C.de bonis quæ liber. Niſi expreſsè id eſſet actum, ſecundùm Bart.vbi ſupra.

In

5 Inter bona etiam mulieris computantur arræ à marito ſibi datæ, vel promiſſæ. Vt inde melioratio tertij & quinti ab ea facta, deducatur. Poteſt enim de eis diſponere. l. 3. tit. 2. ſupra. Prout bene aduertit Tello in. l. 19. Taur. nu. 12. aduerſus Rode. in. l. 1. tit. De *las arras*. nu. 68. & Lup. in Rubr. de donat. §. 27. nu. 1. Qui volebāt, ꝙ licet arræ ad vxorem pertineant: extantibus tamen filijs illius matrimonij, eis arræ pro æquis portionibus deferantur. ex. l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori. ita vt mater in eis non poſſit aliquem meliorare, vel inæqualiter diuidere.

Erit tamen opinio Roder. ſeruanda in caſu, quo videtur loqui, ſcilicet, in muliere tranſeunte ad ſecunda vota. In qua loquitur text. quem ille citat, in authe. lucrum. C. de ſecu. nup. & in authentico de nup. §. veniunt autem. Et ipſemet Roder. in. l: quoniam in prioribus in declaratio. l. Regni. limit. 10. num. 2. dicit iſto caſu opinionē procedere ſine ſcrupulo, & idem tenet Molin. lib. 2. c. 10. num. 62. Talis enim mulier ſecundo nubēs, non ſolum in arris, ſed in & in omnibus bonis, quæ quomodo libet habuit à primo marito, etiam ex ſucceſsione filij, ſolum habet vſunfructum. l. fœminę. C. de ſecu. nup. Non tamen poteſt alienare. authentic. ex teſtamento. C. eod. Sed talia bona omnibus filijs illius matrimonij æqualiter ex lege deferuntur, vt in d. authent. lucrum. Quod latè ornat Anton. Gabr. tit. de ſecund. nupt. Ac proinde mater non poterit in eis meliorationem vni filiorum facere. Nam prout notat Bald. in d. authen. lucrum. vbi lex diſponit homo diſponere non poteſt. Et hæc opinio poſt huius operis primam æditionem placuit Gute. lib. 2. practi. quæſtio. q. 18. & Ayoræ parti. 3. par. q. 15.

Et idem erit in marito ſecundo nubente. Cum regulariter omnes pœnę ſecundo nubentis ſint æquales viro & vxori. authentico de nup. §. ſi vero expectet ibi. *Et hoc eſt commune mulieris, & viri.* notat Bald in authen. eiſdem pœnis. num. 8. & in l. generaliter. num. 1. per text. ibi. C. de ſecun. nup. Ripa. num. 1. in. l. fœminæ. eod. tit. & Boerius deciſ. 187. col. 2. & Anton. Gabriel vbi ſupra concluſ. 3. num. 3. Et probatur in. l. 4. tit. 1. ſupra. quæ eſt. l. 15. Tauri, vbi hoc notat Gomez. num. 3. Qui num. 16. dicit, quòd mulier quæ non tranſit ad ſecunda vota non impeditur diſponere de bonis habitis à primo marito, quamuiscumq; luxurioſè viuat. Ex eo, quòd iura illa ſint pœnalia, & non extendenda. Sed in hoc contrariū videtur verius.

6 * Nam regulariter pœna impoſita ſecundo nubenti extēditur ad viduam luxurioſè viuentem.l.ijs ſolis.C.de reuocan.donat. quaſi ex congruentiori,& fortiori ratione. Et tradit Ripa in d.l.fœminæ.num.51.Hypolit.in Rubric.de raptu virgi. num. 54.Lupus in Rubric.§.67.col.1.Mincha.de ſucceſ.crea.§.12. num.39.Anton.Gabriel vbi ſupra,concl.8. Et facit.l.5.tit.9. infra,in fine. Quæ licet loquatur in medietate lucrorum: idem eſt quo ad omnia bona,quæ ſibi ex primo marito obuenerunt. vt per Lupum in Rubr.§.11.num.6. Et probatur in.l.3.tit. 12.part.4.quibus ea bona filijs prioris matrimonij reſeruātur. Imo ex tunc à lege aplicantur.Quæ delatio pro æquis portionibus intelligitur, & ſic mulier non poterit aliter diuidere.

7 * In quarta etiam,quam coniux pauper habuit ex bonis prę mortui diuitis,etiam ſi non tranſeat ad ſecunda vota, non poterit meliorationē facere.Tenetur enim,ex lege,dictā quartā filijs eiuſdē matrimonij reſeruare, vt in authen.præterea.C. vnde vir & vxor.l.7.tit.13.par.6. de quo dicā aliquid in.l. 9. infra.gl. 2.ex nu. 50.Ac proinde in ea quarta ceſſat prouiſsio coniugis: cū lex filijs illius matrimonij æqualiter detulerit.

8 Ex quibus poterit inferri ad eam quæſtionem, quam latè examinat idem Roderic.in.l.quoniam in prioribus,in declar. l.Regni,limitat.10.num.3.ſcilicet: vtrum damnatus ad mortem,qui ex.l.3.tit.4 ſupra.poteſt teſtari, poſsit etiam meliorationē facere. In quo Roder. defendit non poſſet. Mouetur, quia quādo bona à lege cōfiſcabantur expreſsè, nihil reſeruabatur aſcendentibus,nec deſcēdētibus. vt eſt magis cōmunis opinio approbata in.l.5.tit.31.par.7. vbi notat gloſ. Tamen quādo confiſcatio veniebat in conſequentiā pœnæ:tunc lex miſerationis gratia,ſi damnatus habebat duos filios, reſeruabat dimidium: ſi autem plures,totum.l.cum ratio.§. ſi plures. de bonis damnat. authen. bona damnatorū.C.de bonis proſcrip.& in d.l.5.Eo igitur caſu tenet, quòd licet damnatus poſſit teſtari: nō tamen poterit immutare delationem,quam illæ. ll. faciunt de ſuis bonis,vltra permiſsionem legis: & ſic vnum ex ibi vocatis inſtituere, cæteros excludere: vel vnum ex eis meliorare. & ſic de facto conſulius reſpondit. Quia bona non ſunt damnati, ſed fiſci: & filijs ſunt conceſſa ex legis indulgentia.vt dictis.ll.Et facit.l.ſi deportatus.C.de bonis proſcrip. Et videtur bonus caſus in argumentum in.d authent.lucrum.

C. de

C.de ſecun.nup.cum ijs,quæ in præcedentibus dicta ſunt,circa mulierem tranſeuntem ad ſecundas nuptias. Quibus dicit non obſtare.l.5.tit.*de las mandas*.lib.3.fori. Quia licet agnoſcat de iure fori per illam legem damnato conceſſam eſſe facultatē teſtandi,vt probat ille text. à contrario ſenſu:non ex eo venit in conſequentiam immutatio illarum legum, quæ bona ſua certo ordine deferebant, tanquam ex condemnatione fiſco delata.Et ſic,quod in tali teſtamento ſibi permiſſo, non poterit illum ordinem præuertere: quia diſponeret de bonis fiſci, non de proprijs.Et licet ſuo tempore non eſſet condita dict.l.3.titulo.4.ſupra.quæ eſt.l.4. Tauri.idem poſt eam conditam tenuit Couar.in Rubr.de teſta.3.par.nu.17. 7

Contrarium tenuit Gregor.in dict.l.5.titul.31.partita.7 per textiin.d.l.3.quæ eſt.l.4.Taur.Vbi idem defendunt Tello num.14.& Matien.gloſſ.6.Moli.l.br.2.cap.10.num.69.Mieres.1.part.quæſt.1.num.50. Etiā de iure fori,quod idem diſpoſuerat reſpectu ſubſtantiæ teſtandi,ſecundum Montal. ibi. & Rode.vbi ſupra. Et hoc eſt verius, prout etiam poſt huius operis primam æditionem,ſequitur Gute.libr.2. practi. quæſtione.39.num.4.Nam leges hæ nouæ (vltra conceſsionem teſtandi)habent alium effectum,quod bona, quæ de iure abdicabantur à dominio delinquentis,& tranſibant in dominium fiſci,hodie non tranſeunt:ſed remanent delinquentis,exceptis cōfiſcatis,vt in.d.l.Fori.ibi.*Que deuan perder lo que han.* Et ſic nō eſt neceſſaria indulgentia fiſci,de qua in.d.authen.bona damnatorum.Sed damnatus deſponit liberè de bonis ſuis.Itē quia in.d.l.tractatur etiam de legatis: legare autem extraneis non poſſet, ſi eſſent bona reſeruata filijs,prout de illo iure (etiam in pias cauſas) non poterat,ſecūdum Coua. vbi ſup.Si ergo ex lege permittitur legare extraneis in dānū filiorū:à fortiori poterit & filio legare,quod prælegatū eſt & melioratio. Et hoc clarius deciditur in.d.l.3.tit.4.ſupra.quæ eſt.l.4.Tauri. ibi. *de ſus bienes.*& ibi.*como ſi no fueße condenado.*

Et ſic ceſſant fundamēta Rode.& eius illationes. Procedūt enim de iure antiquo,ſecundū quod dānatus ad mortē amittebat bona,& ſequuta dānatione nō erant ipſius,ſed fiſci, ex cuius indulgētia,liberis dānati prædicto ordine deferebantur. Quod hodie ſec⁹ eſt:cū habeat liberā teſtamēti factionē de bonis ſuis,ac ſi dānat⁹ nō eſſet;& ſic poterit meliorationē facere.

Atque

Atque ita hodie illa authentica. bona damnatorum. correcta eſt. Quia etiam non condito teſtamento, hæreditas defertur ſecundum iuris ordinem, nec curandum eſt de ordine. d. authenticæ. Secundum Tello, vbi ſupra. nu. 10. quidquid dicat Lupus ibi. nu. 16. & Grego. in. d. l. 5. Nam quoad huius ſucceſsionem ex teſtamento, vel ab inteſtato, iſte reputatur non damnatus, & bona remanent ſua, vt dictum eſt.

9 Poterit etiam ex præcedentibus inferri ad eam quæſtionē. Vtrum pater monachus facta profeſsione poſsit facere teſtamentum, in quo aliquem ex filijs melioret. Pro intellectu ſuppone, quòd licet monachus teſtari non poſsit. c. 2. de teſta. authen. ingreſsi. C. de ſacro. eccleſ. & dixi in lege præced. gloſ. 3. nu. 12. Vno tamen caſu poteſt, ſcilicet, quando habens filios, non facto teſtamēto, profitetur religionē. Quo caſu, etiam poſt factam profeſsionem, poteſt teſtari diuidendo bona inter filios. auth. ſi qua mulier. verſic. ſed ſi perſona. C. de ſacro. eccleſ. quam ſic communiter intelligunt. DD. prout diximus. d. gloſ. 3. nu. 9. & 16. Eo igitur caſu procedit quæſtio. Vtrum pater poſsit facere meliorationem. Et ratio dubitandi eſt. Quia licet concedatur facultas teſtandi, lex dat formam, vt ſolum poſsit bona diuidere. Quæ quodammodo ex legis prouiſsione filijs pro æquis portionibus deferuntur. Cum ſolum diuiſio parenti permittatur, quæ pro æquis portionibus in dubio intelligitur. Argum. l. vt liberis. C. de colla. Et pro hoc poſſunt induci verba ſequentia. d. authenticæ. ibi. *legitima nulli diminuta.* Nam licet verum ſit meliorationem tertij & quinti, legitimam non eſſe, per profeſsionem tamen legitima facta eſt, quēadmodum & per mortem naturalem, per quam omnia bona inteſtati patris ex lege filijs deferuntur æqualiter. l. ſcripto. ff. vnde liber. l. cum ratio. de bonis damna. §. 1. inſt. t. de hæred. quæ ab inteſta. Et pro hoc facit. d. auth. lucrum. C. de ſecū. nup. cum ijs, quę ſupra dicta ſunt de muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias.

Sed in hoc contrarium arbitror, vt monachus, qui teſtatur poſsit meliorare. Nam cum. d. auth. ſi qua mulier. permittat teſtari diuidendo: diuiſio ad ea omnia extendi debet, quæ ex lege poſsit, etiam, ſcilicet, meliorādo. Et in hunc ſenſum potius faciunt pro hac parte, verba illa. *legitima nulli diminuta* cum melioratio non ſit legitima. Nec obſtat, quod ea ſit facta legitima per profeſsionem, quemadmodum & per mortem inteſtati parentis.

parētis. Quoniam mors ciuilis ſolum æquiparatur naturali,ſi, & in quātum,eſt à iure expreſſum.l.ex ea parte.§.in inſulam. de verbor. Profeſsio autem non æquiparatur in hoc morti, cum poſt profeſsionem liceat teſtari. Quod quidem intelligē-dū eſt,quo ad tertiū.Quod licet nō ſit legitima vnius cuiuſq; filij: verè tamē inter omnes legitima eſt, & in eo nullū habet 1
ius monaſteriū. Et ſic poterit in eo vnus filius meliorari. Licet contrariū tenuerit Greg.in.l.17.tit.1.part.6.quē reprehēdit Molin.lib.2.c.9.num.58. In quinto autem non licebit monacho meliorationem facere.Quia cum non ſit filiorum legitima debetur monaſterio (ſi ſit capax,ſaltim in communi) vt in d. authent. ſi qua mulier,verſic.ſed ſi perſona,& in d.l. Partitæ, verſic. *Dexando a cada vno.* Secundùm quæ iura, monacho non licet filijs, vltra legitimam dare, vt reliqua bona monaſterio relinquantur. Niſi taliter diuidat,vt tantā partem faciat monaſterio, quantam cuilibet filio,ſi æqualiter diuiſsit: vel quantam filio, cui plus dedit, ſi inæqualiter diuiſsit. ſecundùm gloſſ. in dict. authent. verb. connumerata. Eo enim caſu licebit filijs, vltra legitimas, & ſic ex quinto dare, vt in dictis iuribus. Quod ſecundum numerum filiorum, & diuiſsio- 2
nem à patre factam poterit exemplificari. Vnde ſi fecit meliorationem tertij vni filio: iam non licebit quidquam ex quinto dare: cum etiam dato integro quinto monaſterio (prout eo caſu debet dari) non poſsit æquari cum filio meliorato. Si autē tertium diuiſsit inter filios: & vult amplius ex quinto eis dare: tunc demū poterit, ſi ex dicto quinto tantum remaneat monaſterio, quantum habet filius, qui plus recepit ex bonis patris: aliàs nō poterit ex quinto filijs quidquam dare. Et hæc erunt reducenda, quæ tradit gloſſ. ibi, verb. connumerata. & Gregor.in d. l.Partit. verb. *Vno dellos.* & Molin. vbi ſupra.

GLOSSA SECVNDA.

DE melioratione facta ab vtroq; parente, de bonis vtriuſq;, ſimul vna carta.

1 *MElioratio poteſt fieri ab vtroq; parente, de bonis vtriuſq;, ſimul vna carta.*

2 *Melioratio facta ab vna, de conſenſu alterius, de bonis vtriuſq;, non poteſt reuocari*

reuocari à conſentiente, etiam ex ingratitudine.

3 *Donatio de re communi non nocet ſotio, etiam præſenti, qui expreſſè non conſentit.*

4 *Maioria facta ab vtroq; coniuge, ex pacto dotali, in filium primo naſciturum, non præiudicat alijs.*

1 Qualquier dellos. Quemadmodum melioratio poteſt fieri à quolibet parẽtum: poterit etiam ab vtroq;, ſimul vna carta, de bonis vtriuſq;, ſiue per contractum, ſiue etiam per teſtamentũ. Et quidẽ ſi facta fuit per contractum irreuocabilẽ: vt quia interuenit traditio, aut cauſa onerosa: à nemine po erit reuocari. vt in.l. præcedenti. Si autem fuit reuocabilis, ſiue per contractum, ſiue etiam per teſtamentum, de ea iudicaretur, prout ſi eſſent duæ.l. eo quod à multis.C. ſi cert. peta. Et quilibet eorum poterit pro ſua parte reuocare. Secundùm Oldral. conſ. 174. Corne. conſ. 159. col. 2. vol. 4. Quorum opinio eſt recepta cõmuniter ſecundùm Couar. in Rubr. de teſtam. 2. par. nu. 8. Alciat. poſt alios in.l. licet.C. de pactis. Niſi pacto ſe vterq; parentũ aſtringeret, non reuocare meliorationẽ factam in contractu reuocabili. Quod tradit Mieres. 1. par. q 23. nu. 3.

2 Si autem melioratio eſſet facta ab vno, cũ conſenſu alterius, de bonis vtriuſq;, & eſſet reuocabilis, poſſet reuocari à donãte, non à conſentiente. l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. l. nec fratris, vbi notat Bald. C. de donat. cauſa mort. l. ſi ſine voluntate. C. ad Velle. l. 9. tit. 13. part 5. Quam ad hoc inducit Grego. ibi. & tradit Roder. in. l. quoniam in prioribus, in declar. l. Regni. limi. 5. num. 12. Quem ſequuntur Couar. vbi ſupra, & Tello in. l. 17. Tauri. num. 13. Et eſt opinio ab omnibus recepta communiter. vt poteſt videri ex lõga allegatione Molin. lib. 4. c. 2. num. fin. & Mieres. vbi ſupra. Et procedit hoc, etiam ſi donatarius committeret contra talem conſentientem aliquam ex cauſis, propter quas perfecta donatio poteſt reuocari. Nam iſte non eſt donatarius reſpectu conſentientis, ſed reſpectu donantis: quamuis donans poſsit dic donatarius reſpectu conſentientis. l. 2. in princ. l. in ædibus. §. pen. ff. de donat. & tradit Roder. vbi ſupra. num. 15. * Ad hoc autem, vt conſentiens ſibi præiudicet, eius voluntas, & conſenſus expreſſus eſſe debet: nec ſufficit fuiſſe præſentẽ. l. ſi fundum per fideicommiſſum. delegat. 1. vbi notat Alexan. & Iaſ. & alij plures, quos refert Tiraquel. de retractu. §. 1. gloſſ. 9. nu. 154.

3

num.1 5 4. Meneſ.in.l. quoties ab omnibus. num. 5. C. de fidei-com. Et not gloſ. in.l. cum proponas. C. de pactis. dum citat tex. in dict.l. ſi fundum. licet prius contrarium videatur tenere, & ibi hoc ipſum ſequuntur omnes. Quæ omnia vtilia ſunt ad meliorationes, quæ in contractu matrimonij ſolent ab vtroque coniuge fieri in filium primo naſciturum, titulo maioriæ. ex
4 traditis à Tiraq. de primog. quæſt. 68. *In quo tractatu, quæſtione. 6. & 7. agit de pacto dotali inter coniuges in contractu matrimonij, quod ex bonis vtriuſque fiat primogenium in filium primo naſciturum. Et concludit ſolum valere in id, de quo coniuges diſponere poſſunt: ſaluis, ſcilicet, aliorum filiorũ legitimis. Quod ex ijs legibus in tertio & quinto verificabitur, vt dicemus in.l.11. infra. glo. 6. nu. 10.

GLOSSA TERTIA.

Nepos maſculus ex filia, vel neptis ex filio, cauſa dotis, an poſſint ab auo meliorari.

1 *Nepos maſculus ex filia poteſt ab auo meliorari.*
2 *Neptis ex filia, vel filio, non poteſt ab auo meliorari cauſa dotis.*
3 *Auus an teneatur, vel poſſit dotare neptem, & ex quibus bonis.*
4 *Filia naturalis qualiter poſſit à patre dotari.*

Qve podia hazer á ſus hijos conforme á la ley del fuero.* Quæ eſt l. 9. tit. 5. *de las mandas.* lib. 3. quæ hic approbatur, & extẽditur in duobus, ſcilicet, vt procedat etiam in matre, ex identitate rationis, & procedat etiã, viuo patre Ex verbis autẽ iſtius legis notauit Rojas de ſucce. c. 3. nu. 38. cũ præcedẽtibus. ꝙ tunc demum poterit meliorari nepos, quando pater, aut ma-
1 ter ipſius nõ eſſent prohibiti meliorari. *Inde inferẽs, quod cũ ex.l.1. tit. 2. ſupra. filia ſit prohibita cauſa dotis meliorari, nepos maſculus ex filia non poterit cauſa matrimonij meliorari. Quod late comprobat ex num. 31. Sed huius tex. inductio incongrua eſt. Iſta enim verba, *que podia hazer a ſus hijos.* demonſtratiua ſunt. & non diſponunt. l. ex ijs verbis. C. de teſtam. mili. notatur in.l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. Et licet diſponerẽt: eſſet referẽda diſpoſitio ad legẽ Fori, quæ hic allegatur. Secũdũ quã, cũ filia nõ eſſet prohibita meliorari, quodcũq; argumẽtũ ex illis verbis ſumeretur, quoad nepotes bene ꝓcedere.

Sed

ſed cum ex. d.l. 1.hoc ſit immutatum: & filia iam non poſſit cauſa dotis meliorari: non poteſt ex iſto tex.qui refertur ad legem Fori, & ſic ad tempus, quo filia non erat prohibita, ſummi argumentum quoad nepotes. Maximè cum ſumatur in ſenſu contrario. Quod argumentum nihil valet, quoties reſultat abſonus intellectus, ſecundum gloſ.communiter receptam, in.l. conuenticula. C.de epiſcopis, & clericis. Et inde ſequeretur, quod neptis ex filio maſculo poſſet cauſa dotis ab auo meliora
2 ri, quia & pater eius poteſt.*Cum verius ſit contrarium, quod neptis ex filio maſculo comprehendatur ſub prohibitione illius legis Regiæ. Cum eius omnes rationes in hac nepte verificentur, vt comprobat Baeça, de non melio.filia.c.7.nu.33.& ſeqq. Quæ rationes non verificantur in nepote maſculo ex fœmina, vt rectius perpendit idem Baeça ibi, ex num.35. atque ita poterit meliorari.

Neptis autem ex fœmina plane comprehenditur in dicta prohibitione, ex iiſdem rationibus, quibus neptis ex filio. Licet contrariũ tenuerit Tello in.l.17.Tauri, nu.75. in vtraque nepte: quamuis cauſam neptis ex filio, faciliorem iudicet. Quẽ ſequitur indiſtincte Mati.in dict.l.1.tit.2.ſupra gloſ.2.num.5. Mouentur ex eo, quod lex ſit correctoria in filia, ac proinde non extendenda, quæ in correctorijs, & odioſis non venit appellatione filiorum.l.lege.§.hoc capite.ff. de ritu. nup. & not. Bart.in.l.liberorum.ff.de verbor.ſignifi.vbi Alci. num. 12. & not.DD.in.l.Gallus.§.inſtituens.ff.de libe.& poſthu. Maxime cum in nepte ſit diuerſa ratio, quæ in filia. Etenim filia iuſte potuit prohiberi meliorari. Cum pater, quamuis teneatur præciſſe eam dotare.l.qui liberos.de ritu.nupt.l.fi.C.de dotis promiſ. poteſt ab ea ſe obligatione exonerare dando legitimam. Neptis autem, cui legitima non debetur, viuo eius patre, vel matre.l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. l. Gallus. §.in omnibus. ff.de liberis.& poſthum.§. ita demum, de hæred. quæ ab inteſta.non habet vnde poſsit dotari ab auo. Qui cum non teneatur dare dotem, ſi ipſa ſit diues, vel pater eius habeat, vnde dotare poſsit, ſecundum Bald.& Iaſ.in authen.res quæ.C. communia.delega.& alios quos referunt & ſequuntur Campe. de dote.1.par.quæſt.18.& Segura in.l.coheredi. §. cum filiæ.nu. 125.de vulga.& Mati.vbi ſupra.& eſſe communem opinionẽ teſtatur Ripa, in.l.1.num.74. ſolut.matrimonio. & Baeça vbi ſupra

ſupra.c.7.num.16.Eo ſaltim caſu eius donatio, tanquam pura & liberalis, videtur ſuſtinenda ex noſtro text. nec compræhendi in d.l.Regia. Quam etiam pro hac parte inducunt *illis* verbis. A *fus hijas legitimas.* quibus non continẽtur naturales, vt probat latè idem Baeça.c.13. Ergo à fortiori non debet contineri neptis legitima,ad qua maior eſt aui affectio.

3 Quę fundamenta non obſtant. Etenim, quòd ſit in nepte diuerſa ratio,quæ in filia, verum non eſt. Quia ſiue conſideres neptem, & eius patrem pauperes, & ſic auum teneri dotare. vt in. l. dotem dedit. ff. de collat. bonor. ſiue conſideres diuites,& ſic ceſſare aui obligationem,ex dicta communi ſententia: vtroq; caſu non eſt verum dicere auum non habere vnde dotet neptem,niſi ex tertio & quinto. Nam ſi quidem neptis, & pater ſunt pauperes: ſemper auus cenſetur dotare neptem contemplatione filij, & ex eius legitima. ſecundùm Bart.num. 2.per text. ibi in d.l. dotem dedit,& per text. in. l. Quintus.§.fin.de annuis lega. & Ripam in.l.in quartan.num. 202.ff.ad.l.Falci. Et ſic neptis confert dotem, tanquam profectitiam,in ſucceſsione patris.vt in d.l. dotem dedit. Quã non cõferret, ſi eſſet aduentitia.l.fin.C.de collat.Si autem fingas filium diuitem,& habere vnde dotet filiam ſuam, ſiue ipſam,ſibi ad hoc ſufficere, & auum nulla obligatione cogente velle dotare: in quibus terminis ſupra citati formant argumentum, vt magis ſtringat, ad hoc vt ſit diuerſa ratio in nepte, vt eo caſu dos tanquam mere liberalis,& aduentitia non poſsit aliunde ſolui, quam ex tertio & quinto, & ſic ceſſet ratio dictæ legis Regiæ. Adhuc eo caſu eſt ei locus.Non enim eſt verum auum dotare volentem non habere vnde dotet, niſi ex tertio & quinto. Nam licet in prædicto caſu, quo ſit exoneratus dotare, ſi adhuc dotet,dos indubio cenſeatur aduentitia,& data contemplatione neptis,& non filij. ſecundùm gloſ. in.l.qui in aliena. §. interdum, verb. facit hæredem. ff. de acquiren.hæredit. & alias quas citabimus in. l.9. infra, gloſſ.3. num.6.& notat in ſpecie Ripa vbi ſupra. num. 204. Hæc tamen interpretatio non eſt neſſaria. Fit enim propter voluntatem aui expreſſam, vel præſumptam. Poteſt tamen auus, quamuis nulla obligatione cogente dotet,exprimere ſe pro filio diuite dotare, & ratione eius legitimæ. Cum & tacita aui voluntas ad hoc ſit ſufficiens, prout conſiderauit Ripa vbi

R ſupra

ſupra.num.205.in auo,qui dotando neptem ex filio diuite, iuſsit eam dote eſſe contentam,per quę verba videtur dare animo compenſandi cum legitima, quæ in bonis ſuis per filium peti poſſet. argum. l. ſi adulta. C. de hæ red.actio. Quæ interpretatio voluntatis neceſſario ſumenda eſt in auo dotante nemptem diuitem, propter dictam legem Regiam,quæ ipſum inuitum etiam obligat, vt neptem nonelioret. Quo circa cum vtroque caſu,auus habeat vnde,dotet neptem, in ea militat eadem, vel maior ratio, quæ in filia: vt dicta lege Regia compræhendatur. Per quam,eo caſu,inducetur: vt dos, quæ data pro filio diuite eſſet in dubio aduentitia,& non imputanda in eius legitimam. ſecundùm gloſ. in.d. §. interdum. nunc ſemper cenſeatur profectitia: cum aliunde ſolui non poſsit, quam ex legitima filij, propter interdictam neptis,ex cauſa dotis,meliorationem,ex d.l.Regia. Quæ quamuis correctoria in filia, eſt ad neptem extendenda. Quæ tanquam ſub lata verbi ſignificatione compræhenſa.l. filij appellatione.l.iuſta.l.liberorum, de verbor.ſignifi.facit extendi legem, ex identitate, vel potius maioritate rationis.ſecundùm Bald. Paul. Rom. & alios in.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matrim. & tradit. Euer. in loco à ratione legis larga. num. 32. Maximè cum illa lex Regia bono publico moderandarum dotium proſpiciens, potius ſit in rem ipſam, quam in perſonas ſcripta.ac proinde ad omnem dotem ſiue filiæ, ſiue neptis extendenda ſit.

4 Non obſtat,quòd non compræhendat filiam naturalē:cum ſolum loquatur in legitima: ac proinde nec debeat compræhendere neptem legitimam, ad quam maior eſt aui affectio. Quia,quamuis Baeça.d.c.13.defendat illam legem non procedere in filia naturali reſpectu patris,qui non habeat filios legitimos: contrarium verius eſt, vt pater,etiam volens,non poſsit dare filiæ naturali maiorem dotem,quam, quæ illa lege taxata eſt: ex illa ratione,quòd ſit in rem ſcripta, & ne filia naturalis ſit melioris conditionis, quam legitima. Non obſtat, quòd non poſsit in ea verificari præceptum de non meliorando.Quia ſatis eſt,quòd ex eo,& alijs modis ibi expræſsis poſsit dos taxari. Nec etiam obſtat,quòd non ſint alij hęredes, qui reuocent. Quia ſatis eſt,quòd pater ipſe poſsit reuocare: cum actus ſit ipſo iure nullus. vt defendit idem Baeça.c.34.de quo agemus in.l.10.infra.gloſ.fin.num.4.

GLOSSA QVARTA.

Melioratio poteſt fieri pluribus coniunctim. Et an inter eos habeat locum ius accreſcendi. Et vtrum is, qui non admittitur ad partem, faciat partem. Et quòd pro melioratione non eſt neceſſaria electio dignioris.

1 *Melioratio non ſolum poteſt fieri vni, ſed & pluribus.*
2 *Cõmiſſarius, cui eſt data facultas meliorandi, poteſt meliorare duos.*
3 *Ius accreſcendi, an habeat locum inter plures coniunctimelioratos.*
4 *Is, qui non admittitur ad partem, an & quando faciat partem.*
5 *Diſtinguitur inter coniunctos verbis, aut re, vel re, & verbis.*
6 *Aplicantur ſupra dicta ad propoſitum meliorationis, & agitur de tertio relicto filio, & extraneo coniunctim.*
7 *Pro melioratione non eſt neceſſaria electio dignioris.*
8 *Melioratio facta ingrato habet vim remiſsionis ingratitudinis.*

1 A *Qualquier.* Queadmodum poteſt meliorari quicumq; filiorum, aut nepotũ: ita poſunt etiam meliorari duo, vel plures. l. vnũ ex familia. §. ſi duos, de leg. 2. vbi not. Bart. & Paul. idem Paul. nu. 4. in. l. cũ quidam. cod. tit. Et tenent omnes hic. Et probat tex. in. lege ſeq. ibi. *El hijo, o hijos, o nietos.* vbi not. Caſtillo dicens ita cõmuniter teneri. Et tenet etiã Segura in. d. l. vnum ex fami. §. ſed ſi fundũ. nu. 157. Quim, & melioratio poterit fieri filio, & nepoti ſimul: cum vterq; ſit capax meliorationis, vt hic. Et cum ſit relictum voluntarium, non admittentur ordine ſucceſsiuo: ſed ſimul. vt eſt communis opinio ſecundùm Alexand. & Iaſ. num. 24. in. l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & poſthum.

2 Eandem etiam facultatem habebit commiſſarius, cui ſit data facultas teſtandi, cum clauſula, ꝙ poſsit facere meliorationem in vnũ ex filijs, vel nepotibus. iuxta. l. 5. tit. 4. ſupra. Quia iſte poterit meliorare vnũ, vel duos, prout voluerit, vt in d. §. ſi duos. iuncto principio legis, & gl. 1. ibi, & not. Moli. lib. 2. primog. c. 4. num. 45. Niſi aliud cõſtet ex expræſſa commiſsione, quia teſtator iuſsit meliorationem fieri in vnum. Vel etiam id conſtaſſet ex tacita mente. vt quia voluit fieri maioratum, ſecundùm Molin.

3 Inter duos autem teſtamento coniunctim melioratos, ſi

portio vnius ſit quauis ratione facta caduca, habebit locū ius accreſcendi: ſiue melioratio ſit rei certę, ſiue etiam quotæ bonorum: quemadmodum in legatis. l. vnica. §. in primo, & §. pro ſecundo. C. de cad. tollen. cum alijs. Licet ſecus ſit in melioratione data duobus coniunctim in donatione, quamuis morte confirmata. prout dixi in lege præcedenti, gloſ. 1. num. 12. * Hanc regulam, quòd portio deficiens accreſcat coniuncto, intellexit Bartol. in. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. delegat. 1. quem cæteri ibi ſequuntur: vt procedat, quando pars omnino defecit in perſona collegatarij. Aliàs ſi is admittatur, vel admitti ſperetur aliquo iure actionis, retentionis, vel alterius æquitatis, per ſe, vel per alium: tunc, licet non admittatur ad partem, facit tamen partem, & impedit ius accreſcēdi. Et hinc intellexit (minus tamen bonè) varia iura, quæ illi regulæ videntur contraria, diſtinctis pluribus caſibus, & vnicuiq; cōſtituta ex illis ſpeciali ratione. Quos caſus Ciſue. in. l. 19. Tauri, num. 8. ſequutus eundem communem ſenſum, applicauit ad propoſitum meliorationis, de qua agimus. prout & nos infra forte melius applicabimus.

4

Hinc etenim primo Scribentes intelligunt text. in. l. ſi duobus. in principio. delegat. 1. vbi is qui non eſt in rerum natura, facit partem. intelligentes loqui de poſthumo: & ideò partem facere, quia admitti ſperatur. Qui intellectus diuinatorius eſt. Nec text. ille poteſt intelligi loqui de poſthumo, qui potius dicitur nō natus, quam quod non ſit in rerum natura. Et text. eſt ſitus inter duo iura, quę in poſthumo loquentia, contrarium decidunt: ſcilicet, text. in. l. qui quartam. §. fin. & in. §. fin. eiuſdem. l. ſi duobus. Quibus non ſatisfacit concordia Bartoli communiter recepta per omnes ibi, & in d. l. vnica. §. in primo. de cad. toll. quòd portio poſthumi ſtat in pendenti, dum naſci ſperatur: & ita intelligatur text. in d. l. ſi duobus. in principio, & eo non nato accreſcat coniuncto: & ita procedat. §. fin. eiuſdem legis, & dict. l. qui quartam. §. fin. Quo ad quæ iura, quæ in poſthumo loquuntur, licet diſtinctio ſit vera: quo ad text. tamen in dict. l. ſi duobus. in principio, non eſt bona. Nam ſi text. tractaret de poſthumo, & dum ſperatur naſci, diceret ſuam portionem eſſe in pendenti: non loqueretur tanto pondere, & deliberatione, ſolam partem dando coniuncto, & hæc putans verum

eſſe.

eſſe. Quibus verbis alteram partem non ſuſpendit, ſed omnino perpetuo excludit: vt vel ſic non poſsit intelligi loqui in poſthumo.

Secundò, ex dicta regula Scribentes intelligunt text in d.l. huiuſmodi.§.Titio.de leg.1.vbi quando res mea eſt legata cõiunctim mihi & alteri,quãuis legatũ nõ conſiſtat in mea perſona.§.ſed ſi rẽ,inſtit.de legat. facio tamen partẽ, & impedio ius accreſcendi,iure retentionis. Nam ex quo res legata non erat teſtatoris, ſed mea: non potuit tranſire dominium in legatarium,ſine traditione. ſecundùm Bart.num.12. ad finem, in.l.1.de legat.1.quem ibi ſequuntur omnes. Et ſic interim ego retineo,& impedio ius accreſcendi. Et eodem modo procedat text.in.l.fin.§.Seio.de legat.2.Vt ideò ibi portio vacans non accreſcit vxori,quia Seius maritus habuit ius retẽtionis: cum fuerint legatæ quindecim libræ argenti,& ſic genus. Quo caſu dominium legati non tranſit recta via in legatarium, ſed erat accipiendum de manu hæredis,ſecundùm Bart. Sed hic intellectus ad iſta iura nec eſt, nec potuit eſſe de mente conſulti. Nam ſi pars legati rei meæ non conſiſtit in mea perſona: parum importat,quod ego vellem retinere, & non vendere, ſi hæres poſsit compelli ſoluere ęſtimationem. Præterea in contrarium vrget text.in.l.planè.§.ſi duobus, de legat.1. vbi hæres poterat etiam pro parte vti iure retentionis: & tamen totum vadit ad coniunctum. Cui non ſatisfaciunt limitationes Bartoli,in d.§.Titio,quas rectè improbant Imol. Cuman. & Aretin. vtrobiq;. Nam ex quo legatum eſt nullum: fruſtra quæritur de iure retinendi. Cum iura indiſtinctè loquantur, & ſolum adhoc reſpiciant, quòd pars legati non conſiſtat in perſona collegatarij. Diſcrimen autem illud, quod conſtituebant Petrus de Bellap. Paul. Imol. & Bexu. quos magis communiter ſequuntur omnes,quòd ideò in d.§.ſi Titio.conſideratur ius retentionis,quia erat vetuſtius ipſo legato: quod non fuit in d.§.ſi duobus, vbi ius legati & retentionis eodem tempore,ſcilicet,teſtamenti productum fuit: minus quadrat. Neque enim poteſt diſcriminis aliqua ratio dari. Nam ſi ſufficeret ius retentionis ad impediendum ius accreſcendi: vno, & altero modo eandem vim eſſet habiturum. Sed neque ex ijs poteſt reſultare verus ſenſus dict.§.Seio. Illa enim ratio Bartoli, quem ſequitur Ripa.num.55.in.l.re coniuncti.de legat.3.

non quadrat. Nam text. non reſpexit ad hoc, quòd eſſet legatum genus: ſed ad hoc, quòd portio legatarij non conſtitit in eius perſona. Quod vero tradit gloſ. ibi, quæ eſt cõmuniter recepta ſecundùm Ripam vbi ſupra, & ſequuntur ibidem Bart. Imol. & Cum. & cum ea tranſeunt Paul. & Alber. quòd Marcella ibi non habet dimidium legati, ſed integrum: eſt contra verba, & rationem text. Qui fruſtra diceret vxori dimidiam deberi: ſi alteram dimidiam eſſet iure accreſcendi habitura. Vnde cum dicat dimidiam deberi: alteram dimidiam excludit. Nec ſatisfacit euaſsio Iaſ. in d. l. re coniuncti. nu. 97. quem ibi ſequitur Ripa. num. 55. quòd ille tex. dum dicit dimidiam deberi, intelligatur de dimidia, quæ fuit legata marito: de ſua enim parte nulla erat quæſtio: atq; ita Marcella conſequitur integrum legatum. Hoc enim incidit in intellectum gloſ. & eadem ratione non ſatisfacit.

Tertio ex dicta regula Scribentes intelligunt text. in l. planè. §. ſi coniunctim. de legat. 1. vt ideò ſeruus ibi faciat partem, & impediat ius accreſcendi: quia ſibi ſaltim legatum debetur de æquitate. l. pen. §. illo videlicet. C. de neceſſ. ſer. Quæ ratio minus ſatisfacit. Etenim æquitas illa iure Digeſtorum cognita non erat, vt aduertunt Imol. Alex. & Iaſ. in d. l. huiuſmodi. §. ſi Titio, & non producit aliquam obligationem, ſed ſolum procedit de vrbanitate. ſecundùm Bald. in d. §. illo videlicet, nec eſt ſufficiens, vt poſsit dici legatum deberi ſeruo, quod ſibi fuit à principio inutiliter datum. l. ſeruis. C. de legat. Vnde cum ſeruus nunquam poſsit admitti ad illam partem: fruſtra ius illius inutile conſideraretur, ad impediendum ius accreſcendi: niſi ex alia ratione ibi ceſſaret.

Quarto ex dicta regula intelligunt text. in l. ſi Titio & ei. de legat. 2. vt ibi incapax intelligatur indignus, qui ideò facit partem, & impedit ius accreſcendi: quia licet ipſe non admittatur, admittit tamen alium ex ſua perſona, ſcilicet fiſcum. Qui intellectus abſonus eſt. Etenim indignus capax eſt, licet retinere non poſsit. l. aliud eſt capere. ff. de verbor. ſignificat. & ſic immerito intellexit Bart. vt verbum genenerale incapacitatis excluderet verum incapacem, quem proprius ſignificabat, & includeret, ſeu verificaretur in indigno, contra verbi proprietatem. Rurſus ſi ibi ageretur de indigno, & fiſcus eſſet ex perſona eius admittendus: perperam dixiſſet

I. C,

I. C. ſola quinque deberi: ſi alia quinque deberentur fiſco ex perſona indigni: & male quadraret ratio. *Quia duobus hæres dare damnatur, & vnus capere non poteſt: quinq; ſola Titio dantur.* Quæ verba taxatiua, & negatiua directa ad hæredem alia quinque omnio excludunt, & in eis hæredem liberant. Item ſi ille non eſſet incapax propter delictum, ſed alia ratione, quæ fiſcum excluderet, tunc non impediretur ius accreſcendi, contra verba text. Rurſus ſequeretur, quòd ſi fiſcus nollet partem auferre, forte ratione oneris iniuncti: tunc pars accreſceret coniuncto, contra verba text. Atq; ita verius eſt, text. generaliter debere intelligi in quocumq; incapaci: & quòd ille impediat ius accreſcendi, & faciat partem, & ea remaneat penes hęredem grauatum.

Quocirca pro reſolutione, verius videtur: vt dicta regula, quòd portio deficiens accreſcit coniuncto, procedat, & intelligatur, quando portio fuit caduca, vel quaſi, aut pro non ſcripta. vt in d.l. vnica. §. & cum triplici. cum ſequentibus. C. de cad. tollen. Cæterũ ſi à principio fuit nulla, nec cõſtitit, nec potuit cõſiſtere in perſona collegatarij: Tunc procedant iura ſupra in contrariũ adducta. Quibus quia & alia obſtant, maximè tex. in d.l. planè. §. ſi duobus. deleg. 1. * Ego aliquando in hoc articulo diſtinguebam verbis tantum cõiunctos, à cõiunctis re tantum, aut re & verbis: & per conſequens diſtinguebam ius accreſcendi, quod habet locum inter verbis tantum coniunctos: à iure non decreſcendi, quod habet locum inter re tantum, vel re & verbis coniunctos. Et ſic conſtituebam regulam, quòd quoties alicui incapaci, aut ei qui non eſt, nec fuit in rerum natura, vel ei in cuius perſona aliàs legatum non conſiſtit, & mihi eadem res legatur: ita, quòd ambo ſimus verbis tantum coniuncti, ſecundùm exemplum, & opinionem vltra montanorum, quæ aduerſus Bart. & ſequaces in dict. l. re coniuncti. eſt veriſsima: Tunc, quia locum habet ius accreſcendi, & portio relicta vni fuit à principio inutilis, & nulla, nec conſtitit in eius perſona: non accreſcat. Quia cum nulla ſit, accreſcere non poſsit: non magis, quam ſi legata non eſſet: & tantum debeatur pars legati. Et ſic procedant iura illa in dict.l. ſi duobus. delegat. 1. l. ſi Titio & ei. delegat. 2. dict.l. huiuſmodi. §. ſi Titio delegat. 1. l. fin. §. Scio. delegatis. 2. l. planè. §. ſi coniunctim. delegatis. 1. Quibus iuribus ſi

 colleg-

collegatarij fuiſſent re tantum, aut re & verbis coniuncti: incapaci de medio ſublato, qui per concurſum dimidium auferebat: integrum legatum, ſine dubio, ex diſpoſitione teſtatoris pertineret ad coniunctum.

In quibus terminis procedit, & debet intelligi text. in d. l. planè. §. ſi duobus. de lgat. 1. prout colligur ex. §. ſi coniunctim. eiuſdem legis. in. 1. & . 2. reſpon. continuat do. §. ſi duobus, qui ſtatim ſequitur. Nam ex cõtinuatione lecturæ, & ex eo, quòd idem ſit author, qui non præſumitur ilico ſibi contrarius, clices per ſupra dictam diſtinctionem deberè concordari, tam ipſum, quam alios. Inquit igitur. *Si coniunctim res legetur, conſtat partes ab initio fieri.* Quaſi dicat, quòd ſi Titio, & Mæuio res legetur, licet non diſtributis expreſsè portionibus, lex ipſa diſtribuit: & ſic eſt ibi text. pro opinione vltra montanorum, quòd illi ſint verbis tantum coniuncti. *Nec tantum ij partem faciunt, in quorum perſona conſtitit legatum, verum ij quoq;, in quorum perſona non conſtitit.* Quaſi dicat, quòd inter ſimiliter verbis coniunctos non ſolum ceſſat ius accreſcẽdi per acceptationem collegatarij: ſed etiam per incapacitatem, aut defectum ipſius: quia pars acceptata, vel nulliter data non poteſt accreſcere. Et ſubdit exemplum, quo omnia declaret. *Vt putà ſi Titio, & ſeruo proprio ſine libertate.* Quo exemplo iſti ſunt verbis tãtum cõiuncti, ſecundùm Petrum, & vltra montanos, & in tali legato cenſentur à principio partes deſtributæ, & ſic pars propter incapacitatem collegatarij non accreſcit. In ſecundo reſponſo mutat caſum: & incipit loqui in re tantum coniunctis, incipiens per aduerſatiuam. *Sed ſi.* Et ponit aliud exemplum. *Si teſtator in pupillari teſtamento legauit alij eandem rem, quam mihi in ſuo teſtamento legauerat.* Et ſic loquitur in re tantum coniunctis: cũ non ſolũ in diuerſis orationibus, ſed in diuerſis etiã teſtamẽtis, ſit res duobus legata. Et in hoc exemplo reſp. I.C. (ſecundũ veram literam, reiectis diu nationibus Ioan. & Azon. quos refert gloſ.) quòd iſti duo non faciunt ſtatim partes per concurſum. ſed interim, quòd pupillaris ſubſtitutio ſtat in pendenti, habebit ſuam partem is, cui in ſuo teſtamento rem legauit: & ſi pupillaris ſubſtitutio non valuerit, quia pupillus peruenit ad pubertatem: manifeſte declarat I. C. totum legatum ad illum peruenturum. Si autem valuerit, vt quia pupillus deceſſerit: alter per concurſum facit partẽ. Secũdùm quæ, probat

text.

text. quòd ſi ex defectu teſtamenti pupillaris, defecerit legatum: totum remanet penes coniunctum, cui à principio res integra fuit legata, nec fuit per concurſum alterius pro dimidia ablata. Sequitur ſtatim. §. ſi duobus, ſupra multoties citatus. In quo l. C. ſine dubio, loquitur retento eodem themate inter re coniunctos, de quibus proximè loquutus fuerat. Et in eis dicit, quòd pars nulliter data accreſcit, ſeu potius nõ decreſcit coniuncto. Differentia autem inter illum text. & ſecũdùm reſpon. §. præcedentis. verſatur in eo, quòd in. §. præcedenti, pars ſtat in pendenti, quia non conſtat de nullitate, interim ꝙ ſubſtitutio pupillaris non eſt annullata. ſed in illo. §. ſi duobus, ſtatim conſtat de nullitate, & ſic non facit partem. Iſte intellectus colligitur ex Bart. in d. §. ſi duobus, ante numer. primum. & in d. l. huiuſmodi. §. ſi Titio, verſic. Quartus caſus, in fin. vbi iſto modo limitabat particulariter text. in d. §. ſi duobus. Quem ibi ſequuntur Angel. Paul. & Alex. licet reprobent Imol. Cuman. Aretin. & Iaſ. ex eo quòd text. in d. §. ſi duobus. loquatur in diſtinctè: cum verius ſit iſto ſolo caſu loqui, nec poſſe commodiùs intelligi. Adeò quòd etiam retento communi ſenſu ſupra dictorum iurium: adhuc iſta diſtinctio neceſſaria eſt: vt quocumq; titulo qui non admittitur ad partem faciat partem, procedat in verbis tantum coniunctis, non in alijs. In quibus cum vtrique res in ſolidum legetur: ex defectu alterius, potius ſibi non decreſcit. Quamuis Ciſuen. etiam ſupra citatus in diſtinctè loquatur, & idem ius inter quocumq; modo coniunctos conſtituat.

6 Ex quibus omnibus facili ratione poteſt inferri ad duos coniunctim teſtamento melioratos, quorum occaſione hæc ſe obtulerunt: vt quamuis inter re tantum, aut re & verbis coniunctos, quocumq, modo legatum non conſiſtat in alterius perſona, ſemper totum pertineat ad ſotium, ſeu coniunctum. Inter verbis autem coniunctos, quamuis etiam portio caduca, vel quaſi, aut pro non ſcripta accreſcat cõiuncto. vt in d. §. & cum triplici cum ſeqq. ſi tamen portio à principio non conſiſtat in perſona coniuncti: illa remaneat penes omnes hæredes, & non accreſcat coniuncto.

Vnde ſi melioratio tertij & quinti, vel rei aut quãtitatis certæ in eam rationẽ fieret vni ex filijs & poſthumo coniũctim, quamuis, non nato poſthumo, portio eius accreſcat coniuncto.

R 5 d. l.

d.l.qui quartam.§.fin.l.ſi duobus.§.fin.delegat.1.Si tamen melioratio eſſet relicta duobus filijs,quorum alter nunquã fuiſſet in rerum natura,huius portio non accreſceret coniuncto, ſed remaneret penes hæredes.d.l.ſi duobus.in princip.deleg.1. Dicimus autem filium nunquam fuiſſe in rerum natura,quẽ pater nunquam habuit. Quoniam ſi habuiſſet quidem, & is deſijſſet eſſe in rerum natura,etiã tempore teſtamẽti, eius portio, tanquam pro non ſcripta,accreſceret.vt in d.§.cum triplici.

Vnde etiam ſi duo ex filijs eſſent meliorati in re, quæ eſſet vnius eorum,ſciente patre: quamuis æſtimatio dimidiæ deberetur ei,cuius non erat res: æſtimatio autem alterius partis, quæ non conſtitit in perſona collegatarijs, cui res ſua non potuit legari.d.§.ſed ſi rem, inſtit.delegat. non accreſceret, nec deberetur coniuncto.vt in.d.l.huiuſmodi.§.ſi Titio.deleg. 1.

Vnde etiam ſi vnus ex melioratis eſſet incapax,faceret partem, & non accreſceret coniuncto. vt in dict.l.ſi Titio & ei. delegat.2.Ex quo infertur,quòd cum tertium ſit filiorum legitima, ſaltim quo ad id, quod non poteſt dari extraneo, vt dicemus infra gloſ.fin.& ſic extraneus, ſtantibus ſilijs, ſit incapax tertij bonorum: quòd quamuis ſi tertium eſſet filio, & extraneo coniunctim relictum, non poſſet dici partem deficere in perſona extranei,cum eius pars valeat intra quintum, & in eius rationem.vt dicemus infra.l.12.num.14.Si tamen eſſet etiam diſpoſitum in alterum extraneum de quinto:pars tertij relicta extraneo omnino non conſiſteret in eius perſona, & per conſequens non accreſceret filio. vt in dict.l. ſi Titio & ei.delegat.2.Extraneus enim tanquam incapax faceret partem,& impediret ius accreſcendi.vt ibi,& in d.l. planè.§.ſi coniunctim.delegat.1.Quod ſi de quinto diſpoſitum non eſſet, vel eſſet diſpoſitum in alterum filium. Quo caſu diſpoſitio eſſet referenda ad partem tertij, pars autem tertij relicta extraneo traheret in rationem veri quinti, per ea quæ dicemus in. l. 10.gloſ.3.num.6.& l.12.nu.13. in fine, &.14. vt omnia ſuſtineantur meliori modo quo poſſunt. Tunc vtroq; caſu,quãuis portio extranei valeat,& intelligatur intra quintum:erũt tamen ipſe & filius in tertio coniuncti eo modo quo poſſunt. Quia ſi portio extranei eſſet pro non ſcripta,aut fieret caduca, vel quaſi, accreſceret filio.Si autem id accideret in portione filij: in tantum accreſceret extraneo,in quantum erit neceſſum

pro

pro implendo quinto, ſupra dimidium tertij ſibi datum. Quia intra hos terminos poteſt extendi voluntas teſtatoris coniungentis, cum in reliquo extraneus ſit incapax.

7 Cum autem quilibet nepotum, aut filiorũ poſsit meliorari, vt probat tex. his verbis, *a qualquier*, ſolet quæri tenea tur ne pater in conſciencia eligere digniorem. Gome. nu. 8. in l. 17. Tauri, tenet quod ſic. ex Lupo in c. per veſtras. 3. not. §. 26. vbi late. Idem tenet Siman. de hæreti. c. 9. nu. 128. Sed verius eſt ſufficere, quod indignus non melioretur. Imò, & communiter tenetur, meliorationem factam indigno valere, vt defendit Couar. in regu. peccatum. 2. par. §. 7. nu. 7. nec patrem peccare. Liberũ enim eſt cuique rebus ſuis non ſolum vti. l. in re mandata. C. manda. ſed etiam abuti. l. ſed ſi lege. §. conſulit. ibi. *dum re ſua ſe abuti putat.* ff. de peti hæred. l. 1. §. & magis. verbo, *Prodegit.* ff. ſi quid in fraud. patro. Et talis non peccat mortaliter, vt in prodigo tradit Naua. in manua. c. 23. nu. 71. Nec obſtant, quę Lupus obijcit: procedunt enim in electione. c. pen. de electio. in. 6. Atque ita Segura in. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. num. 71. de legat. 2. indignum poſſe meliorari reſoluit:

8 *Imò & per talem meliorationem cenſeri remiſſam quamcunque cauſam ingratitudinis, bene aſſerit. num. 72. Facit. l. filio quem pater. de liber. & poſthum. vbi not. Bart. & communiter Scribentes. l. nõ putauit. §. ſi quis emancipatũ. ff. de contra. tabu. not. Bar. in. l. 3. §. fi. de adim. lega. de qua quæſt. latè agit Moli. lib. 2. c. 5.

GLOSSA QVINTA.

Qvicunque deſcendens poteſt meliorari, & eſt capax tertij & quinti.

1 *Quicumque deſcendens eſt capax meliorationis.*

2 *Patris appellatio ad auum extenditur in fauorabilibus.*

1 De *ſus nietos.* Idem in pronepotibus, ſeu quibuſcumque deſcendentibus, etiam ſi alij ſint in medio vt probat iſte text. verbo, *y deſcendientes.* qui appellatione filiorum &

2 nepotum comprehenduntur. l. liberorum. de verb. ſig.* Eodem modo patris appellatio auũ cõprehẽdit. l. iuſta. de verb. ſig. Et quãuis hoc ſit in fauorabilibus, & nõ in odioſis, ſecundũ gl. ibi quatenus allegat. l. lege. §. hoc capite. de ritu nup. & probat. l. patri. ff. de adul. & ſic intellexit Bar. in. d. l. liberorũ. nu. fi. & not.

Bart.&.Bal.in.l.quodvero.in fi.ff.de legibus.& in.l.quidquid. nu.2.C.de bonis mat. Adhuc ius moliorandi,quãuis odioſum, competit etiam auo, & alijs aſcendentibus. Vt probat iſte text.loquens in deſcendentibus, quorum reſpectu correlatiue veniunt aſcendentes,ſecundum gloſ.verbo.æternaliter.in Clementina vnica.de ſumma Trini.

GLOSSA SEXTA.

Vtrum tertium ſit legitima.

1 *Tertium non eſt propriè legitima reſpectu cuiuslibet filij.*

SEan viuos. Fuit hæc extenſio legis Fori vtilis,& neceſſaria. Quia ſi eſſent mortui,nulla eſſet ratio dubitandi.*Et hinc
1 deducitur, quod tertium non eſt proprie legitima reſpectu cuiuſlibet filij. Nam aliàs non poſſet relinqui nepoti,exiſtente filio in medio. Eo enim caſu nepos non ſuccedit auo, nec auus ei quidquam tenetur relinquere, ſed filio præciſſè relinquendum eſſet.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.l. Gallus. §. in omnibus.de libe.& poſthu.authen.in ſucceſsione. & in corpore vnde ſumitur.C.de ſuis & legi.libe. §.ita demum. de hæred. ab inteſta. Et idem patet in.l.11.infra:vbi tertium recipit quodcumque grauamen,quod nõ admitteret ſi eſſet legitima.l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſtam. Reſpectu tamen omniũ deſcendentium legitima eſt. Nam extraneo relinqui non poteſt vt in.d.l.11.niſi in defectum.Et ſic ceſſant argumenta, illationes,& limitationes Seguræ in.l.cohęredi.§. cum filiæ. ff. de vulga ex num.29. Vbi contendit nepotem, qui non habet ius ſuccedendi,quia pater eius eſt in medio,non poſſe meliorari in tertio,pro quo inducebat.d.l.Fori. Cuius cõtrariũ hic decidiitur,& aduertunt Caſtillo,& Gome.hic.& Ciſuen.in.l.19. Tauri.num.7.& Caſtillo,in.l.21. Tauri.num. 23. & Couar. lib.2.variar.c.2.nu.2. Atque ita viginti illæ limitationes, quas ad.d.l.Fori.ponit Segu.vbi ſupra.ex num. 84. vſque ad.240. quoad hunc articulum de meliorando nepote, exiſtente in medio filio viuo ſuperfluæ ſunt. Vtrum autem nepos vnicus ex filio vnico viuo poſsit meliorari,dicemus in.l.11.infra gloſ.6. num.3. Ex eo autem,quod diximus tertium non eſſet legitimã reſpectu cuiuſlibet filij,infert Ciſuen. hic,num.5.in fin. quod ſi patet

ſi pater inſtituat vnum ex duobus filijs in ſua legitima tãtum, & alium in reliquo: videtur eum meliorare, pro quo refert Seguram in.l.vnum ex familia.§. ſed ſi fundum.num.154.delegat.2.Sed ille loquitur, quando vnus fuit inſtitutus in legitima tantum, alter in tertio & quinto, quem vltra legitimam dicit habiturum meliorationem. Adhuc vera eſt opinio Ciſuen. cum inſtitutio vnius in legitima tantum ſit taxatiua, & excludat tertium, quod non eſt legitima neceſſario relinquenda, vt dictum eſt.

LEX TERTIA.

EL Padre y la madre, y aguelos, en vida, ò al tiempo de ſu muerte, puedan ſeñalar en cierta coſa, [1] ò parte de ſu hazienda, [2] el tercio è quinto de mejoria, en que lo aya el hijo, ò hijos, è nietos que ellos mejoraren: con tanto que no exceda el dicho tercio [3] de lo que montare, ò valiere la tercia parte de todos ſus bienes al tiempo de ſu muerte. Pero mandamos que eſta facultad de lo poder ſeñalar el dicho tertio è quinto, como dicho es, que no la pueda el teſtador cometer [4] à otra perſona alguna.

GLOSSA PRIMA.

QVod melioratio quotæ bonorum poteſt aſſignari in re certa, etiam cæteris præſtantiori. Et quòd ea aſſignatio non immutat ſubſtanciam meliorationis. Et an pro re donata, ſeu aſſignata debeatur euictio.

1 *MElioratio in re certa poteſt aſſignari.*
2 *Ratio dubitandi, & decidendi ad hanc legem tertiam.*

Legitimã

3 *Legitima an ſit preciſſê ſoluenda in ſingulis corporibus.*
4 *Pro melioratione, quælibet res, etiam prætioſior, poteſt aſſignari.*
5 *Deſcendentes, quibus licet diſponere de tertio in præiuditium aſcendentium, poſunt illud aſſignare in re certa, etiam ſi relinquatur extraneo.*
6 *Aſſignatio in re certa non immutat ſubſtantiam meliorationis quotæ.*
7 *Aſſignatio rei certæ pro melioratione, an ſit reuocabilis. & quando.*
8 *Euictio, quãdo habeat locũ in donatione, ſeu re aſſignata pro melioratione.*
9 *Aſſignatio vnius rei non poteſt fieri ex poſt facto poſt donationem irreuocabilem quotæ bonorum.*

1 MEloratio poteſt aſsignari in re certa, dummodo ea nõ
excedat valorem tertij & quinti reſpectu temporis
mortis, hæc tamen facultas tertio commiti non poteſt.
& eſt lex quodam. 1 9. Tauri.
2 *Pueda ſeñalar en cierta coſa.* Ratio dubitãdi ſecũdũ omnes hîc eſt.
Quia quẽadmodũ legitima debetur in ſingulis corporibus. l. 2.
C. quãdo & quibus quarta pars. l. Plautius. l. lineã. ff. ad. l. Falc.
not. gl. ver. portiones. in. c. Raynaldus. de teſt. vbi Coua. §. 2. nu.
5. plura citat: eodẽ modo videbatur idẽ ſtatuẽdũ in tertio, quod
reſpectu filiorum quodãmodo legitima eſt. Contrarium decidi-
tur: cum tertiũ non ſit proprie legitima eius, cui relinquitur,
cum poſſet alteri dari. ſecundûm Lupum. nu. 4. Gomez. nu. 1.
Caſtillo in princ. Arias. nu. 2. Mati. nu. 1. Poteſt etiam ratio du
bitandi aliter adaptari. Quia cum legitima aliorũ filiorum de-
beatur in ſingulis corporibus, vt dictũ eſt: videbatur nõ poſſe
fieri hãc aſsignationem pro tertio in aliqua re: ratione partis,
quam legitimæ aliorum habẽt in eadẽ re. Et tunc ratio deci-
3 dendi erit. * Quòd legitima nõ debetur in ſingulis corporibus
præciſsè: ſed poteſt in vno, vel duobus arbitrio patris aſsignari.
ſecundũ Bart. in. l. ſuus quoq;. nu. fin. de hæred. inſtit. cuius opi
nio eſt recepta cõmuniter ſecundũ Ripã. nu. 1 1 2. in. l. in quar-
tam, ad. l. Falci. & Couar. vbi ſupra, & Ant. Gabr. tit. de legiti-
ma, concluſ. 3. Quo argumẽto idem licebit in tertio. Præcipue
cũ legitima non debeatur, nec ſit deducenda ex rebus ſpeciali-
ter legatis. Species enim legata, ſeu pro tertio aſsignata dero-
gat legitimę aliorũ. Et ſic ſunt intelligẽda illa iura. Tradit Bal.
col. 2. in Rubr. de hæred. inſti. Alex. l. in ratione, la. 2. in princ.
ad. l. Falci. Iaſ. nu. 1 7. in. l. filium quem habentem. C. fami. hær-
ciſ. Rip. Couar. & Ant. Gabr. cõcl. 6. vbi ſupra. Rode. in. l. quo-
niam in prioribus. 5. limi. Mincha. de ſucce. creat. §. 1 0. n. 4 2 4.

Limita-

4 Limitat iſtum text. Couarru. vbi ſupra. niſi res aſsignata pro melioratione eſſet cæteris præſtantior: vt tunc non valeat aſsignatio. Cum ex ea fiat præiudicium legitimę aliorum, quę in rebus deterioribus remanet ſoluenda. Quod non poteſt per patrem expreſſe præcipi: ne dum tacitè, vt ex commuui aliorũ opinione probat Ripa vbi ſupra. nu. 128. & Fab. in auth. nouiſſima. nu. 5. C. de inof. teſta. quod ſequitur Mati. hîc gloſ. 1. nu. 2. & aliquibus exemplis vltra marinis conatur eſſe verum oſtẽdere. quem ſequitur Azebed. hîc n. u. 1. Tello tamen nu. 1. non admittit iſtã limitationem, cũ ſuppoſita vera vniuſcuiuſq; rei æſtimatione, ad quã lex iſta, & l. 7. inf. reſpexit. nulla fraus fiat alijs. Quod veriꝰ videtur. & ſequitur etiã Gut. li. 2. pract. q. 55.

5 Eadẽ etiam facultas aſsignandi meliorationem in re certa conceſſa parentibus ex hoc tex. competet deſcendentibus reſpectu tertij, de quo poſſunt diſponere in preiudicium aſcendentium, ex. l. 1. tit. 8. infra. Poterunt enim tale tertiũ aſsignare in vna re. Nõ ſolũ quando relinqueretur vni aſcendentiũ, ſecundũ Ciſu. & Gome. cũ diſpoſitũ in vna ſucceſsione regulariter extẽdatur ad alterã. auth. nouiſsima. C. de inof. teſt. & ibi not. ſed etiã ſi tertiũ relinqueretur extraneo. Licet contrariũ malè teneat Gomez. hîc. Cum enim de tertio liceat diſponere: res, quas voluerit, in ea quantitate legare poterit, & tanquam diſpoſitio ſpecialis derogabit legitimæ, vt dictum eſt.

6 Illud hîc referre oportet, cuius meminimus in. l. 1. ſupra gl. 4. nu. 15. hanc aſsignationẽ rei certæ non immutare ſubſtantiã meliorationis tertij & quinti: ſed ſolum demonſtrare rem: in qua fiat ipſius executio. Ac proinde (in dubio, niſi aliud expreſsius appareat) non inducere conditionem, cuius defectu euaneſcat melioratio quotæ. Quo circa, ſi vel per prælegatum, aut donationem reuocabilem fit filius in tertio & quinto melioratus, deſignata re, in qua ſoluatur melioratio, ſi ea res ante mortem patris, aut traditionem, periret, vel non ſufficeret, aut eſſet voluntariè alienata: non immutaretur, nec cenſeretur reuocatum prælegatum, ſeu etiam donatio reuocabilis. Iura ſunt in. l. quidam teſtamento. de legatis. 1. l. Paula Callinicho. §. Iulius Seuerus. de legatis. 3. l. Lucius. de alim. legat. Diuerſum eſſet, quando res ipſa fuiſſet legata, aut donata in rationem tertij & quinti. Tunc enim ſubſtantia legati cõſiſtit in ipſamet re: & per ipſius interitum

aut

aut alienationem voluntariam reuocaretur legatum, ſeu donatio reuocabilis. Et huc ſunt referenda, quæ tradunt hîc Cifuen. Caſti. & Gomez. & Tello in. l. 17. Tauri. nu. 127.

Quamuis autem ſubſtantia meliorationis quotæ non conſiſtat in re aſsignata, quo ad valorem tamen, aſsignatio in eodẽ
7 contractu facta, tanquam acceſſoria ſequetur naturam donationis principalis. l. cum principalis. de reg. iu. c. acceſſorium. eod. tit. lib. 6. Vnde quemadmodum aſsignatio facta ad executionem donationis reuocabilis, poterit reuocari, prout & ipſa donatio: cū nō habeat maius robur acceſſorium, quā principale, ex doctrina gloſ. in. l. ſi patronus. verbo. Fabiana. ff. ſi quid in frau patro. cum ijs, quæ circa eam diximus in. l. 1. ſupra glo. 8. num. 8. Eodem modo aſsignatio in eodem contractu facta ad executionem donationis irreuocabilis, tanquam acceſſoria, non poterit etiam reuocari. Sed ſi donatio, & aſsignatio fuiſſent factæ in diuerſis contractibus, in dubio, ſi aliud non conſtaſſet, aſsignatio ſimplex citra traditionem, aut cauſam onerosam, poſſet reuocari: licet præceſſiſſet melioratio tertij & quinti irreuocabilis ex conſtituto, aut cauſa onerosa, aut aliàs. Eſt enim aſsignatio iudicanda tanquam noua donatio de per ſe, vt in ea habeat locum deciſio legis primæ, ſupra. Si autem aſsignatio eſſet facta ex cauſa onerosa, aut res aſsignata eſſet tradita: iam tunc non poſſet amplius reuocari; ſecundum Tello, in. l. 20. Tauri. nu. 14. Periculum etiam, augmentum, vel diminutio rei aſsignatæ, à die traditionis pertineret ad donatarium: prout & in alia quauis re donata perfectè. Argum. l. 1. cum alijs. C. de pericu. & commo. iuncta. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo. Dum tamen reguletur cum tertio & quinto bonorum ſecundū tempus mortis, vt præcipit iſte text. & dicemus infra. glo. 3. & latius in. l. 7. glo. 1. nu. 33. Traditio enim rei aſsignatæ ſolum operatur perfectionem pro ea parte, quæ implet quotam: in reliquo, quemadmodum res aſsignata excedens reſecatur: eodem modo, quota ex re aſsignata non impleta, ſuppletur. Aſsignatio etiam reuocabilis confirmaretur per mortem donatoris, argumento donationis reuocabilis. l. 1. ſupra, & poſt mortem ſimiliter de ea iudicandum eſt, quoad periculum, & commodum, cum neceſſario ſit tradenda ex lege ſeq. infra. vbi dicam gloſ. 2. Quibus autem caſibus aſsignatio eſſet irreuocabilis, puta facta ex cauſa onerosa, aut etiam traditione

tione faceret etiam irreuocabilem priorem donationem quotæ,quæ de perſe eſſet reuocabilis.Cum ſubſtātia prioris donationis,ſit iam transfuſſa in re aſsignata,ex ſupra dictis.

8 Ex quibus inferes ad quæſtionem, vtrū ſi res aſsignata pro melioratióne euincatur à filio , poſsit agere de euictione. Ciſuen.hîc.num.7.exiſtimat non poſſe agere. per text.quem putat expræſſum,in.l.cum pater.§.euictis. ff. de legat. 2. vbi prę legatarius,euicta re prę legata,non agit de euictione.Per quem text.in melioratione,idem tradit Roder.in.l. quoniam in prioribus.in declaratio. legis Regni.q. 3. vbi limitat quatuor modis illum text.in propoſito. Sed ille text. loquitur in prælegato rei certæ,prout etiam loquitur Roder. Quando autem prę legatum continuit quotā bonorum,& res certa fuit aſsignata ad executionē,prout in caſu quo loquimur: videtur ex ſuperioribus,non poſſe aplicari deciſsionem illius text.ſed, ꝙ debeatur euictio. Nam,prout ſupra diximus,ſubſtantia legati tertij & quinti non conſiſtit in re aſsignata. Et ſic,euicta re, non videtur legato ſatisfactum,prout teſtator voluit ſatisfieri , nō tam ex re aſsignata (quam ad cōmodiorem executionem , augendi potius,quàm dimiuuendi legati gratia deſignauit)quā ex alijs ſuis bonis, ſi res aſsignata non ſufficeret.Quod probant illa iura in d.l.quidam teſtamento.de leg. 1.l.Paula Callinicho.§.Iulius Seuerus.de lega.3.l.Lutius.de alim.lega.Quibus probatur, ꝙ ſi cui ſit certa ſumma legata , deſignatis certis locis, aut debitoribus,vnde exigatur,qui non ſufficiāt,vel non debeant,nō ideò deſinit legatum deberi ex alijs bonis.At quod etiam conducit iſte text.quatenus rem aſsignatam reducit ad valorem quotę. Vnde quēadmodum ſi excedere,eſt reſecanda:ita ſi minus valeat,eſt ſuplenda.Quo argumento,ſi aſsignatio ſit nulla, & res aſsignata nihil valeat. vt quia euincatur , erit quota ex alijs bonis præſtanda.

Facit etiam,quoniam hæc aſsignatio facta à patre, non habet maiorem,vel diuerſam vim,quā haberet facta à fratribus, vel arbitro familiæ hæreiſ.Nam quāuis aliàs gloſ.fin. Bart. & reliqui in d.l.cum pater.§.euictis.diſtinguant inter diuiſsionē factam à teſtatore,vel arbitro: vt quādo in vtraq; debetur euictio,in iſta agatur iure actionis,in illa,ope exceptionis: in aſſignatione tamē rei certæ pro executione legati generalis,quātum ad euictionem, eandem vim habet vtraq; aſsignatio: &

S facta

facta à patre eſt præuentio quædã, quã ſequi teneatur arbiter fami. hæreiſ.l. ſi filia. §. ſi pater. ff. fami. hæreiſ.l. ſi cogitatione. C. eod. Vnde, queadmodum euicta re aſsignata à cohæredibus, vel arbitro ad executionem legati generalis, legatarius agit de euictione, quaſi non ſit ſibi de ſuo legato ſatisfactum. l. ſi à ſubſtituto. §. 1. de legat. 1. l. qui concubinam. §. ſi hæres. de leg. 3. l. ſi fratres. C. cõmunia vtriuſq; iud. eodem modo, ſi euincatur res, quam pater deſsignauit pro executione legati generalis, debet à cohæredibus deberi euictio: cum non ſit filio de ſuo legato ſatisfactum.

Quæ cum in legato vera videantur, idem etiam in donatione conſtituendum eſt. Qamuis enim, euicta re certa donata, donatarius nõ poſsit agere de euictione. l. 2. C. de euictio. l. Ariſto. §. Labeo. ff. de donat. l. ad res donatas. de ędili. ædicto. ne liberalitas donatoris ſit ei nociua, cum donatarius agat de lucro. Quoties tamen donatio fuit quotæ bonorum, res autem certa fuit deſignata ad executionem: eædem rationes videntur militare, vt filius agat de euictione, vel aduerſus cohæredes, ſi donatio fuit morte confirmata: vel etiam aduerſus patrem, ſi melioratio fuit in vita irreuocabilis: quaſi non ſit ſibi de ſua donatione ſatisfactum. Depoſita enim in legatis procedunt etiam in contractibus, maximè donationis, præcipue in hoc propoſito. Prout extendit text. in l. quæ de legato. ff. de leg. 1. quæ ſequitur poſt text. in d. l. ſi à ſubſtituto. §. 1. Vt ſignificet, quòd quẽadmodum debetur euictio rei certę traditę ad executionem legati generalis: eodem modo debetur ex cõtractu.

Quod etiam probatur ex ea cõmuni traditione, quòd quando donatio incępit à promiſsione, debetur euictio. Quod tenuit gloſ. in d. l. Ariſto. §. Labeo. ff. de donat. & in d. l. 2. C. de euictio. quas ijs locis ſequuntur magis cõmuniter. DD. ſecundùm Gomez, tomo. 2. c. 2. num. 35. Reſpectu enim rei aſsignatæ, ſatis dicitur donatio incæpiſſe à promiſsione, quæ fuit facta de tertio & quinto, tradita autem in re particulari, quæ euicta non ſatisfecit donationi. Non obſtat, quòd ſupra tradidimus, per traditionem rei aſsignatæ, aut etiam per mortem, fieri irreuocabilem aſsignationem, quaſi ipſamet res donata eſſet. Illud enim eſt quantum ad hoc, vt aſsignatio non poſsit reuocari, & ab eo tempore periculum, & commodum rei pertineat ad donatarium. Hoc tamen non præiud.cat

iudicat euictioni, prout & in contractibus oneroſis.

Et procedunt iſta modo res aliena ſit aſsignata ſcienter, modo ignoranter: vt quia bona fide poſidebatur. Vtroque enim caſu militat eadem ratio, quòd euicta re, non ſit ſatisfactum meliorationi quotæ, cui res fuit aſsignata: & ideò ſit ex alijs bonis implenda. Si autem melioratio eſſet facta de re certa. Tunc quamuis in data per contractum donationis, non debeatur euictio, vt dictum eſt, ex d.l. Ariſto. §. Labeo. ſiue res euicta eſſet donata ignoranter: ſiue etiam ſcienter, ſecundùm omnes ibi. quamuis contra ſcientem daretur actio de dolo ad ſumptus, vt ibi. Si tamen eſſet data per prælegatum, eſſet diſtinguendum. Quia ſi ſcienter, deberetur euictio: vt in legato rei alienæ, probat text. in l. cum alienan. C. de lega. §. non ſolũ, inſtituta eodem. l. 10. tit. 9. par. 6. & tradit Bart. in d. §. euictis, & Roder. vbi ſupra. num. 2. Si autem ignoranter, non deberetur euictio, vt in dictis iuribus, etiam ſi eſſet prælegatum relictum cõiunctæ perſonæ. Et hic eſt caſus in. d. §. euictis. Differt autem in hoc legatum, à prælegato. Quia legatum rei alienæ relictum coniunctæ perſonæ ignoranter debetur, ex veriſimili mente legantis, qui etiam ſi ſciret rẽ eſſe alienam, legaret. vt præſumit text. in d. l. cum alienan. E ideò legatario competit euictio. Quæ præſumptio ceſſat in prælegato, etiã relicto cõiunctæ perſonæ. Quia ex quo eſt relictum hæredi cum alijs ſcripto, qui aliàs ex hęreditate reportat emolumentum, etiã ſi pręlegatum euincatur, nõ debetur ab alijs cohęredibus euictio. vt in d. §. euictis. ſecundũ Bart. ibi. Quam rationem ſequuntur magis cõmuniter. DD. ſecundũ Alex. in. d. l. cum alienã. & Iaſ. in. l. ſi domus. §. de euictione. nu. 32. de leg. 1. Et quãuis Pau. in d. §. euictis. exiſtimauerit hanc rationẽ militare etiã in re aliena prælegata ſciẽter: nõ eſt recedendũ à verbis tex. qui ſolum loquitur in patre, qui ſe rei dominũ eſſe crediderat. Nec militat eadẽ ratio in re aliena prælegata ſcienter. Sciẽtia enim excludit præſumptionẽ, quę reperitur in ignorante, ꝙ voluerit prælegatarium eo caſu eſſe contentum portione hæreditaria.

Si autem melioratio eſſet facta ex cauſa oneroſa cum tertio: ſi quidem fuit tertij & quinti, cum aſsignatione rei, quæ ſit euicta: eadẽ ratio militat à fortiori, vt euictio debeatur, prout ſupra dictũ eſt in melioratione ſimplici. Si autẽ melioratio fuit rei certæ, nõ deberetur euictio, non obſtante cauſa onerosa. Cũ

3 *Res quæſita conſtante matrimonio, an poßit à patre aßignari pro melioratione.*

4 *Maritus an poßit donare rem quæſitam conſtante matrimonio in præiudicium vxoris.*

5 *Donare non poteſt, cui permiſſum eſt alienare.*

6 *Maritus diſponens de re quæſita conſtante matrimonio, an intelligatur diſponere tantum de dimidia.*

7 *Lucrata conſtante matrimonio, an ſtatim acquirantur vtrique coniungi. Quòd non.*

8 *Diſponens de re propria, ad quam tertius habet ius, non videtur diſponere de iure tertij.*

9 *Donatio mariti de lucris valet, ſi vxori damnum reſartiatur de communi.*

10 *L.5.tit.9. lib.5. quo ad fraudem mariti, explicatur.*

11 *Debitor, qui in fraudem alienat, dominium transfert, & vere contrahit.*

12 *Actio reuocatoria non datur, niſi vltra fraudem concurrat, & damnum.*

13 *Sotij poſſunt diſponere de re ſotietatis, antequam communicent.*

14 *Maritus poteſt diſponere de re quæſita conſtante matrimonio, etiam per teſtamentum, reſarcito damno vxoris.*

15 *Res empta conſtante matrimonio per vtrumq; coniungem, & vtriq; tradita, vtriq; ſtatim acquiritur.*

16 *Cordubæ non diuiduntur lucra quæſita conſtante matrimonio, ſed ſunt ſolius mariti.*

17 *Res empta per maritum pro ſe & vxore, vbi lucra non communicantur, an acquiratur vxori.*

18 *Res empta nomine meo, mihi ante traditionem non acquiritur.*

19 *Licentia mariti non requiritur in contractu vxoris vtili.*

20 *Vxor emens de pecunia mariti, ſolum poteſt ad pecuniam, non ad rem emptam conueniri.*

21 *Res empta per vxorem de pecunia viri, ſibi per traditionem acquiritur.*

22 *Ex contractu procuratoris qualiter acquiratur dominium, vel poſſeßio domino.*

23 *Procurator emens nomine domini de propria pecunia, percipiens fructus tenetur cum prætio eos compenſare. Secus ſi emat nomine proprio. numer.24.*

25 *Res empta ex pecunia dotali ſapit naturam dotis.*

26 *Actio negotiorum geſtorum datur vxori, pro conſequenda re nomine ſuo, à marito empta.*

27 *Maritus ſibi emens, & poſſeßionem accipiens, ſibi acquirit, licet inſtrumentum ſit factum vxori.*

28 *Indubio ſtandum eſt inſtrumento, niſi probetur ſimulatio.*

29 *Vxoris nomen ſimulate adiectum inſtrumento, ex pluribus probatur.*

30 *Non ſufficit probare tractatum, niſi probetur ita fuiſſe finaliter conclusum.*

31 *Inſtrumento ſtandum eſt, niſi maritus probet duo, ſe emiſſe, & ſibi rem traditam.*

32 *Tractatus habens verba derogatoria ad actum ſequentem, non derogatur ex actu ſequenti.*

33 *Pacto nouiſſimo ſtatur, quando non apparet derogatum ex præcedenti proteſtatione.*

34 *Simulatio non præſumitur ex ſolutione pecuniæ, gabellæ, vel collectæ.*

35 *Proteſtatio ſimulationis inter partes contrahentes fieri debet, aliàs non prodeſt.*

36 *Re vendita marito & vxori ad cenſum, vel habita fide de pretio, non præſumitur ſimulatio.*

37 *Quando maritus emit ſuo nomine, & adiecit nomen vxoris inſtrumento, & vxori tradita eſt poſſeßio, ei acquiritur, & an ſufficiat poſſeßionem tradi per actum fictum.*

38 *Conſtitutum transfert veram poſſeßionem.*

39 *Re vendita duobus, præfertur ille cui prius tradita eſt, etiam ficte.*

40 *Poſſeßio ex contractu ficto non acquiritur per actum fictum, ne concurrant duæ fictiones.*

41 *Poſſeſſor poteſt mutare cauſam ſuæ poſſeßionis ex titulo ſuperuenienti.*

42 *Maritus emendo pro vxore, vel miniſtrando pecunia vt emat, an videatur donare. & num. 45. quòd non. num. 46.*

43 *Donatio inter coniuges morte confirmata ſtantibus filijs, ſolum valet quo ad quintum.*

44 *Emens pro alio de propria pecunia, ſemper recuperat pecuniam cum expenſis.*

46 *Præſumptio donationis Iureconſultis exoſſa, & quæuis alia præferenda. numer. 47.*

48 *Coniunctio ſanguinis non præſtat ad præſumendam donationem.*

49 *Filius expendens pro patre non videtur donare, nec frater pro fratre. numer. 50.*

51 *L. Procula. ff. di probatio. expenditur.*

52 *L. ſi ſeruus communis. ff. de de donat. inter virum, expenditur.*

53 *Pater tradens aliquid ſimpliciter filio non videtur donare, etiam ſi ſit emancipatus.*

iocaliū

54 *Iocalia ſeu ornamenta data ſponſæ, non cenſentur donata.*
55 *L.1.C. ſi quis alte. vel ſibi expenditur.*
56 *L. & ſi de tua.C.de donat. inter virum. expenditur.*
57 *L.2.& 3.C. ſi quis alter. vel ſibi. expenduntur.*
58 *L.1.C. de caſtren. pecu. explicatur.*
59 *L filiæ cuius,C. famil. herciſc. explicatur.*
60 *Poſſeſſa titulo particulari, non veniunt in iuditio familiæ herciſcundæ.*
61 *Arbiter famil. herciſc. non poteſt adiudicare vni in ſolidum rem, quæ poteſt commode diuidi.*
62 *Arbiter famil. herciſ. tenetur ſequi iuditium teſtatoris.*
63 *Actio famil. herciſc. ſolum datur inter cohæredes.*
64 *L. ſi filij.C.de donat.inter virum. explicatur.*
65 *Donatio inter virum & vxorem, præmortuo donatario, reuocatur.*
66 *Maritus emens pro vxore animo donandi, & ſibi tradens, videtur donare rem, & non pretium.*
67 *L. multum intereſt. C. ſi quis alter. vel ſibi. expenditur.*
68 *Coniux donatarius, reuocata donatione, ſolum tenetur in quantum effectus eſt ex ea locupletior.*
69 *Leges tractantes in quantum teneatur coniux donataria, pro re empta eius nomine, ſemper ſuponunt expreſſum animum donandi.*
70 *Adhibitus ad ſtipulandum, non cenſetur adhibitus animo donandi.*
71 *L. vxori. §. cum Scius. de legat. 3. expenditur.*
72 Concedo *verbum donationem ſonat.*
73 *Voluntas dubia actus inter viuos poteſt interpretari, ex verbis in vltimā voluntate prolatis.*
74 *Ex qualitate perſonarum, & rei datæ præſumi poteſt aliquando donatio.*
75 *Filius adhibitus, ad ſtipulandum cenſetur donatarius, ſi numerus liberorum, & quantitas patiuntur.*
76 *Libri empti nomine filij, & ſibi traditi, cenſentur donati, ſi numerus liberorum, & quantitas patiantur.*
77 *Veſtes pretioſæ datæ vxori, non cenſentur donatæ, quotidianæ verò ſic.*
78 *Alimenta cenſentur donata, niſi ſint exceſſiua.*
79 *Nobilis, ſi quando præſumitur donare, ſumma debet eſſe modica.*
80 *Frater non præſumitur donare rem magni valoris.*
81 *Donatio inter coniuges quando præſumenda.*

82 In procuratore non præſumitur animus donandi.
83 Maritus emens pro ſe, & vxore ad cenſum non videtur donare.
84 Confeßio mariti, quòd pecunia erat vxoris, an valeat. Quòd non. etiam in contractu. num. 85.
86 Vbi lucra non communicantur, non valet diſpoſitio de re empta pro vxore.
87 Res empta nomine vxoris animo donandi, an reuocetur per donationem poſteriorem eiuſdem rei, vel ſolum poßit reuocari prætium.

1 DE ſu hazienda. Si autem pater pro melioratione tertij & quinti aſsignaſſet filio rem alienam, vel à ſe bona fide poſſeſſam, quæ eſſet euicta, deberetur vtiq; euictio, per ea quæ diximus in gloſ. præcedenti. Talis enim aſsignatio non immutat valorem meliorationis, quo ad verum tertium & quintum donatum.* Si autem eſſet aſsignata res, in qua pater
2 habere aliquod ius, vel quæ ſibi eſſe cum alio communis: aſsignatio valeret in iure, aut parte tantum patri competenti: in reliquo tertium & quintum ſupleretur ex alijs bonis, ex hoc text. Cum diſponens ſemper videatur diſponere de iure tantũ, aut parte, quam habet in re. l. ſerui electione. §. fin. l. ſi domus. §. fin. de legat. 1. vbi gloſ. plura citat. Non ſolum in diſpoſitione per teſtamentum, ſed etiam per donationem ſecundùm Angel. ibi per text. in. c. paſtoralis. de donat.

3 Hinc ſumpta occaſione, Tello hic examinat quæſtionem, vtrum patri liceat meliorare filium in re quæſita conſtante matrimonio, vel eam aſsignare pro tertio & quinto, iuxta hunc text. Articulus habet duplicem inſpectionem. Prima: vtrum melioratio, vel aſsignatio valeat in totum, in damnum vxoris. Secunda, vtrum valeat quidem in totum, mulieri autem ſatisfiat de ſua parte ex alijs bonis: an verò ſolum valeat
4 in parte mariti.* Quoad primum, videtur marito licere, etiam in damnum vxoris, donare filio rem quæſitam conſtante matrimonio, vel eam aſsignare pro tertio & quinto, propter tex. in. l. 5. titul. 9. lib. 5. qua permittitur marito alienare quæſita conſtante matrimonio, ſine licentia vxoris. Cui cõſequens eſt, vt & poſsit donare: cum alienationis verbum donationẽ etiam compræhendat. l. fin. C. de rebus alien. non alien. authentica de non alie. §. alienationes. Quod tenuerunt Anchar. conſil. 102. incip,

incip. contra donationem. Caſſan. in conſuetud. Burgun. tit. *Le mort conſtat le mariage.* §. 2. verſic. *Des dicts biens.* Boetius in conſuetud. Bituriben, titul. *Des coſtumes concernens les mariages.* §. 2. Vbi defendunt in terminis ſtatuti ſimilis dictæ legi, licere giæ, marito, cui licet alienare, licere etiam donare, etiam in damnum vxoris. Idem tenet Gomez in l. 5. 1. Tauri. num. 73. niſi probaretur id dolo factum, vt mulier fraudaretur, & id in dubio non præſumi, niſi aliàs probetur.

Horum tamen opinio vera non eſt, Illud enim argumen-
5 tum, vt alienatio donationem compræhendat, procedit negatiue, vt qui non poteſt alienare, non poſsit donare: non tamen affirmatiue, vt cui licet alienare, liceat etiam donare. Cum in commiſsione, quantumcumq; generali d. ſponendi, non intelligatur conceſſum donare. l. filius fami. ff. de donat. l. creditor. §. lucius. ff. mandati. l. contra iuris. §. fin. ff. de pactis. Et patet in ſotio, qui alienat. gloſ. in. l. nemo ex ſotijs. ff. pro ſotio, quam ibi ſequuntur communiter Doctores: Soci. & Iaſ. in. l. ſtipulationes non diuiduntur, de verborum. Decius. num. 3. in. l. ſi ſo tius. ff. ſi cert. peta. & tamē non poteſt donare ſecundum Imol. in. l. ille autem inſtitutiones. ff. de hæred. inſtit. Lupum in Rubric. §. 66. num. 29. Atq; ita contrarium in eiſdem terminis tenet Bald. conſil. 135. incip. Statuto Trigeſti cauetur. libr. 2. Segur. in tractat. de bonis lucratis conſt. matrimon. num. 44. & ſeqq. Roderic. in. l. 1. tit. *De las ganancias.* num. 47. Peral. in. l. 1. num. 73. de legat. 2. Tello hîc. num. 2. Roxas de ſucceſsio. c. 33. num. 25. Simanc. de catoli. inſti. c. 6. num. 90. Matien. in d. l. 5. tit. 9. lib. 5. gloſ. 6. qui latè proſequitur Molin. lib. 2. c. 16. ex num. 65. Mieres. 1. part. quæſt. 23. num. 10. Fruſtra enim medietas lucrorum daretur vxori, ſi maritus libere poſſet donare: hinc enim pendet tota vis legis. Non obſtat. d. l. 5. quatenus marito permittitur alienatio lucrorum. Quia illud intelligendum eſt bona fide, vt clarius patet in. l. 206. & l. 210. Stilli, quæ in dict. l. 5. ſunt approbatæ, in illa exceptione. *Saluo ſi fuere prouado que ſe hizo cauteloſamente por defraudar, ò damnificar a la muger.* Quibus verbis ſatis dicitur etiam excluſa donatio tanquam titulus voluntarius & lucratiuus, per quem mulier priuatur re, ex lege ſecum communicanda: in quo ſatis dicitur maritus fraudare. l. qui autem. §. ſimili modo. ff. quæ in fraud. cred.

6 Quo ad alterum articulum ſupra propoſitum Tello hic nu. 7. & ſeqq. exiſtimat quòd ſi pater faciat meliorationem filio & pro executione aſsignet rem, in qua ſoluatur, iuxta hunc textum, & res illa ſit de quæſitis conſtāte matrimonio aſsignatio ſolum valet pro dimidia. Quia cum pro ea tantum parte res pertineat ad maritum, de ea tantum videbitur diſponere. d. ex. l. ſerui electione. §. fin. l. ſi domus. §. fin. de legat. 1. Et inde infert, quod ſi parens, non per viam quotę, ſed ſimpliciter, donaſſet filio rem quæſitam conſtante matrimonio, ſiuè ſciens, ſiuè ignorans donauerit: filius tantum conſequitur dimidium, argumento dictorum iurium, & tradunt. DD. in dict. l. domus. §. fin. & latè Rimin. in. §. 1. inſtit. de donat. num. 73. Quod Tello ampliat & limitat multis modis, quos mutuatus eſt ab Alex. Socin. Iaſ. Vincen. Pontano in d. l. ſerui electione. §. fin. vbi tractant de valore diſpoſitionis de re communi.

7 Quod autem bona quæſita conſtante matrimonio pertineāt ad maritum pro dimidia tantum parte: tenuerunt Rode. in. l. 1. tit. *de las ganancias*, num. 58. Segura in. l. 3. §. fin. numer. 78. ff. de liber. & poſthum. & in tracta. de bonis lucra. conſtant. matri. num. 4. & ſequent. Gomez in. l. 51. Tauri num. 76. Lupus in rubric. de donat. inter virum. §. 66. numer. 24. Gregor. in. l. 55. tit. 5. part. 5. verb. *comunalmente*, Couarr. lib. 3. variar. c. 19. nu. 2. qui & poſſeſsionem ipſo iure in vtrumq; transferri dicit. Et iſta videtur eſſe magis communis opinio, ex relatis à Baeça de non melior. filia. c. 11. num. 106. Auend. reſpon. 20. Mati. in. l. 2. tit. 9. lib. 5. glo. 3. num. 13. & ſeqq. Burgos iunior quæſtio. 9. Mouentur omnes ex. l. 2. tit. 9. lib. 5. ibi. *Ayanlo ambos depormedio*, quaſi verbum illud ſit directum importans translationē dominium in vtrumq; coniugem. Pro quo Lupus & Segur. inducunt etiam tex. in. l. 4. tit. 4. lib. 5. ordin. antiqui. in illis verbis. *Ayanlo ygualmente*. Vt ſic acquiſitio ſit æqualis, nec marito acquiratur pluſquam vxori. Quæ lex eſt hodie. l. 5. tit. 9. lib. 5. vbi loco illorū verborū legimus, *que ambos lo ayan de conſuno*. Inducūt etiā. l. 47. tit. 28. part. 3. ibi. *Otroſi dezimos, que toda ganancia, &c.* vbi loquitur in ſotijs, quorum inſtar habent coniuges. c. cum ſocietas. 27. quæſt. 2. l. aduerſus. C. de crimi. expil. hæred. vt latè probat Perez in. l. 1. tit. 4. lib. 5. ordin.

Cæterum in hoc articulo, quod quæſita conſtante matrimonio acquirantur ſtatim pro dimidia vtrique coniugi, & in

vtrumq;

vtrunq; tranſeat dominium: contrariũ verius videtur, vt durante matrimonio quidquã nõ acquiratur vxori. Quod tenuit Anchar.conſ. 107.nu.6.quẽ ſequitur Carol.Molin.in cõſuet. Pariſ.§.25.num.1.&.2.& Tiraq.lib.1.de retractu.§.32. gl.1. nu.100.Caſtillo,verb.*Ha de auer*,& Tello.nu. 10. & ſeqq. in.l. 16.Tauri. Et hoc de Iure cõmuni difficultatẽ non habet. Tũ quia eo iure quæſita conſtante matrimonio ſunt ſolius mariti. l.Quintus.ff.de dona.inter virũ.l.etiam.C.eod.Tum quia emẽs pro ſe,etiã de pecunia cõmuni,vel aliena, ſibi tãtum acquirit. l.ſi patruus.C.cõmunia vtriuſq; iudi. Quamuis autẽ Iure Regio bona ſint cõmunia: verba tamẽ legis, *Ayã lo de pormedio.* & illa,*Ayã lo igualmente*. & illa,*Que ambos lo ayã de conſuno*, nõ ſunt præciſſa ad denotandũ dominij tranſlationem ſtatim in vxorẽ. Ex traditis à Bar.nu.1.in.l.1.§.poteſtatis,de pecu. per text. in.l.1.§.quod autem.de vi,& vi arma. Et ſatis cõmode referuntur ad finalem effectum diuiſsionis,non ad qualitatem acquiſitionis, quæ cum fiat marito, ille ſolum tenetur actione ex lege communicare cum vxore. Et ſuppoſita licentia alienandi conceſſa marito,facilior eſt diſpẽſatio legis permittentis alienationem rei meæ propriæ,licet cum alio ſit communicanda, quã rei iã cõmunis,& pro parte omnino alienæ. Vt vel ſic admitamus illorum verborum iſtum intellectum,tãquam minori ſuppoſitũ periculo,difficultati,&.diſpẽſationi. Pro quo etiã Tello vbi ſupra bene inducit d.l.16. Tauri, quæ hodie eſt.l. 7. tit.9.infra, quatenus diſponit legatum factum vxori non cõpenſari cum medietate lucrorum. Per quæ ſignificat maritum eſſe debitorem,& ſolum teneri ad communicandum. Alias enim ſi vxor haberet dominium & poſſeſsionem medietatis lucrorum, nulla poterat eſſe ratio dubitandi, quæ perſuaderet legatum debere compenſari. Illa verò lex Partitæ, loquitur in ſotijs,quãdo pactum fuit expreſſè appoſitum, quòd lucra acquirerentur vtrique ſotio, quo ad dominium & poſſeſsionem in inſtanti. Aliàs iura ſunt in contrarium. l. ſi quis. ſotietatem contraxerit, quod emit.ff.pro ſotio. vbi not.gl.not. etiam Paul.Iaſ.Decius in.l.ſi ſotius ff.ſi cert.petat. & eſt communis reſolutio teſte Couarru.lib.3.vari.c.19.num.2. Et licet illa lex eſſet in hoc contraria Iuri cõmuni, & eius correctoria, & cõinges ſoleant in acquirendis æquiparari ſotijs: nõ ſunt in omnibus eorum iura ſimilia, vt ſtatim dicemus,& latè probat 9

Tello in dict.l.16.numer.12.&.13. Et hanc opinionẽ videntur fateri plerique ex ijs, quos ſupra pro contraria citauimus, Dum in effectu reſeruant mulieri dominium iſtud,& poſſeſsionem lucrorum poſt ſolutum matrimonium, & eo conſtante, dicunt non reſidere penes eam in actu, nec habere realem effectum: cum alias maritus non poſſet alienare. Prout fatetur Greg. gor. Roderic. Couarru. Gomez. Matien. ſequuti Caſtro. Molin. qui ita explicat. Et hæc pars videtur mihi verior. prout latius proſequitur, & fundat Tello vbi ſupra, & poſt huius operis primam editionem Velaſquius in.l.14. Tauri glo.1. Quamuis contrarium defendat Gute.q.118.

Sed licet hæc opinio vera ſit, adhuc dictum Tellij hic nu.7. &.8. de quo agebamus, non videtur à iure alienum. Quamuis enim conſtante matrimonio vxori, quidquã ex lucris non acquiratur, negari tamen non poteſt quin ſaltim ius quæratur ad dimidiũ, ex dictis iuribus.* Quod ius quæſitum videtur ſufficere ad hoc, quòd aſsignatio meliorationis, vel etiam melioratio ipſa facta de re quæſita conſtante matrimonio intelligatur ſolum pro dimidia, ex.l.qui concubinã. §. cum in teſtamento, verſi. qui fundum, delegat.3. vbi id not. Bart. & in d. l. ſerui electione.§.fin. vbi ſequũtur Paul. Iaſ. Vincen. Ponta. quos hic refert & ſequitur, Tello num.9. Qui tandem num.11. concludit hæc omnia procedere ex præſumpta voluntate diſponentis. Quia ſi conſtaret voluiſſe de integra re diſponere, valeret diſpoſitio: & hæredes compellerentur partẽ redimere, vel præſtare æſtimationem. l. nuper. de legat. 3. declarat Iaſ. in. l. cum alienam. C. de legat.

Sed eſt hæc opinio rigida nimis, neque deciſiones illæ iuris, & traditiones doctorum circa eum, qui diſponit de re communi, huc poſſunt aplicari. Etenim durante matrimonio, vxori nondum quidquã eſt acquiſitum, ſolum habet actionem perſonalem ex lege, vt maritus ſibi cõmunicet lucra, vt dictum eſt. Vnde maritus interim eſt verus rei dominus, & ſic poteſt libere alienare ſine licentia, nec volũtate vxoris, prout in illa lege

9 Regia cõtinetur.* Et licet ibi fraus, & dãnificatio ſit excepta, & per cõſequens ſit interdicta donatio: id tamen hunc ſenſum habet, nõ quòd maritus donare in totum nõ poſsit, vel ꝙ donãdo cẽſeatur tantum diſponere pro dimidia rei donatæ: hoc enim lex nõ diſponit. Satis eſt, ꝙ eo caſu donatio nõ paret prçiud ũ

vxori,

vxori, quàm ipſi ſit damnũ ex alijs bonis cõmunibus, vel aliàs
ex bonis mariti reſartiendum: non autem poſſit donationem
10 pro dimidia reuocare, niſi demũ excuſsis cæteris bonis. * Hic
videtur neceſſarius intellectus illius text. in d. l. ʒ. in illa excep-
tione. *Saluo ſi fuere prouado que ſe hizo cauteloſamente por defrauá-
dar, o damnificar a la muger.* Quæ exceptio licet videatur referri ad
nullitatẽ cõtractus fraudulẽti, cũ præceſſerit regula. *Y q̃ el tal
contracto de enagenamiento vala.* & ſequatur exceptio. *Saluo ſi, &c.*
quæ videtur debere excludere effectum regulæ. l. legata inutili-
ter, de adim. legat. l. cum tale. §. fin. de condit. & demonſt. verius
eſt, vt alienatio ſolum veniat reuocanda per actionem reuoca-
toriam: non autem ſit nulla ipſo iure, etiam in parte mulieris.
Nam cum lex requirat probationem per verba futuri tempo-
ris. *Saluo ſi fuere prouado.* alienatio, cauſa cognita, erit reuocan-
da: non autem erit nulla ipſo iure. Prout in ſtrictioribus ter-
minis tradit gloſ. verbo. priuetur in. l. iubemus. §. œconomus.
C. de ſacroſanct. eccleſ. quam ibi ſequuntur omnes, & Bart. in
l. Mæuius. §. duorum. numer. 25. de legat. 2. & Alexand. ad
Bartol. in. l. Imperator. de iure fiſci. Tum etiam, quia aliena-
tio fuit facta ab eo, qui non erat prohibitus contrahere; &
11 non eſt futura ipſo iure nulla. * Argumento debitoris quan-
tuncumq; in fraudem alienantis, qui vere contrahit, & domi-
nium trãsfert, & contractus mero iure valet. l. ſi ſciens. in prin-
cip. de contra. emptio. notat Iaſ. num. 9. per text. ibi, in. §. item
ſi quis in fraudem. de actio. vbi notat etiam glo verb. petere, ad
fin. cum qua tranſeunt ibi Angel. num. 19. & Iaſ. num. 102. &
Bald. num. 6. in. l. 1. C. ſi in fraud. patro. & Alex. ad Bart. in. l. 3.
§. item locum. ff. de alie. iud. mut. cauſa facta. Ne aliàs qui con-
traxit cum eo, qui non erat prohibitus contrahere, remaneat
in damno. bonus text. in. l. 1. §. ſi quis in fraud. ff. ſi quid in
frau. patro. Cum itaq; alienatio lucrorum valeat mero iure, ſi
ratione fraudis reuocanda eſt; id per actionem reuocatoriam
fieri debet. Argumento debitoris alienantis in fraudem, de quo
in d. §. item ſi quis in fraudem, & in. l. 1. & per totum. ff. & C.
de reuocan. ijs quæ in fraud. cred.

12 Hæc autẽ actio reuocatoria non poteſt dari, niſi vltra frau-
dẽ, côcurrat etiã, & damnũ eius in cuius fraudẽ fuit facta alie-
natio. Hęc enim duo copulatiue requiruntur, fraus, ſcilicet, &
damnum. Quia fraus ſine damno non ſufficit. l. 1. §. ſed ſi rem.

ff. ſi

ff. ſi quid in fraud. patro. ibi. *fraus enim in damno accipitur pecuniario*. per quẽ hoc not. Iaſ. in. d. § . itẽ ſi quis in fraudẽ. nu. 55. poſt Roffre. & Fabrum ibi. Imo & nomen fraudis damnum ſolet ſignificare. l. inter eos. ff. ex quibus cauſis maio. ibi, *Quoniam officium quod gerunt, & publice prodeſt, & fraudem eis afferre non debet*. id eſt, damnum, prout ibi explicat gloſ. & in. l. filius fami. §. diui. de legat. 1. ibi. *neque fiſco fraudi eſſe*. id eſt, damnum. Quod cum in debitore in fraudem alienante locum habeat: idem in marito alienante in fraudem vxoris rem quæſitam conſtante matrimonio, locum habebit, vt ita demum vxor reuocet, ſi damnum inde ſit paſſa. Quod ex. d. lege regia planè colligitur, in. d. verſic. *ſaluo ſi fuere prouado*. Vbi ad reuocandum alienationem factam à marito requirit cauſæ cognitionem ſatis ſtrictam, factum, ſcilicet, per cautelam cum damno mulieris. Vnde ſi mulier ex alienatione, etiam fraudulenta, dãnum non pateretur, non erit reuocanda. Non autem poteſt dici dãnum pati, cui ex bonis communibus, vel mariti, poteſt ſatisfieri. Argumento creditoris fraudati. cui non datur reuocatoria, ante excuſſum debitorem. l. 1. l. pen. C. quæ in fraud. cred. tenet gloſ. verbo. poſſeſsis. in fin. in. d. §. item ſi quis in fraudem. cõmuniter recepta, ſecundum Iaſ. ibi. num. 66. vbi etiam notat Ange. num. 1. Facit pro hoc optimus text. in. l. fœminæ. C. de ſecun. nup. in fine. vbi mulier ſecundo nubens iubetur reſeruare filijs prioris matrimonij omnia bona, quæ habuit à primo, & ſibi interdicitur eorum alienatio: & tamen adhuc ſi in fraudem legis, & filiorum alienet, non reuocatur alienatio, ſi ex bonis matris poſsit damnum filiorum reſarciri. ibi. *ex maternis redintegrabitur facultatibus*.

Quæ omnia cum procedant in alienatione facta per maritum in fraudem, vt quia rem ſimulatè vendidit nullo recepto pretio, vel minori pretio: idem futurum eſt in donatione. Quamuis enim fateamur maritum prohibitum eſſe donare, etiam citra cautelam, & fraudandi animum: id tamen à fortiori in eundem ſenſum recipi debet, quo & alienatio in fraudẽ, vt reuocatio non detur, niſi mulier ſit ex donatione damnum paſſa, quod non poſsit excuſſo marito reſarciri. Quibus conſequẽs eſt, vt maritus (qui tanquã verus rei dominus recte poteſt alienare, donare, & trãsferre dominiũ: ita vt eius donatio vel etiã alienatio, licet facta in fraudẽ, nõ poſsit reuocari, ſi ex

bonis

bonis cōmunibus, vel excuſſo marito, poſsit mulieri de ſuá parte ſatisfieri) videatur in dubio de integra re diſponere: non ſolum aſsignando in ea meliorationē tertij & quinti (qui eſt caſus minus periculoſus filio: cum in omnem euentum ſit melioratio quotæ in quibuſcumq; bonis præſtanda) ſed etiam meliorando in eadem re quæ ſita.

Non obſtat, ꝙ diſponens ſolum videtur diſpone de iure tātum, aut parte, quam habet in re. d. l. ſerui electione. §. fin. d. l. ſi domus. §. fin. Quoniam in caſu quo loquimur, omne ius rei, & integra res eſt ipſius mariti diſponētis: nec vxor interim habet partem. vt dictum eſt. Non obſtat, ꝙ vxor habeat ius, vt ſibi lucra cōmunicentur, quod negari non poteſt. Et id ius vxoris nō tam eſſe generale, quo ad omnia lucra, quā ſpeciale, quo ad ſingula corpora. Vt eſt ordinarium in eo, qui debet quotam bonorum. l. non amplius. §. cum bonorum. de legat. 1. & dicemus in l. 4. infra. gl. 3. & probatur in. l. 2. tit. 9. lib. 5. ibi. *Toda coſa*. Vt vel ſic maritus nō poſsit, nec intelligatur donare totā rem. d. l. qui concubinā. §. cū in teſtamento, verſi. qui fundum, de leg. 3. Quoniam quāuis, ſoluto matrimonio, ſit verū vxori (etiā quo ad ſingula corpora, quæ tunc extiterint) eſſe pręſtādam dimidiam, facta diuiſione per iudicem cōmuni diuidundo. Quo ad corpora tamen alienata in vita, etiam in fraudē, non poteſt dici mulierem habere aliquod ius in ſpecie, cuius occaſsione, maritus intelligatur diſponere de dimidia: cū non impediatur diſponere de tota, vt dictum eſt, ſaluo ſemper iure vxoris. Et hāc opinionem, poſt huius operis primam ęditionem, ſequutus fuit Velaſquius in. l. 17. Tauri, gl. 4. & etiam Ayora partitionum. 2. par. q. 41. & refert Velaſquius eandē opinionē tenere Ioan. Garciam, de fructibus & expenſis. c. 13. num. 20. & Mati. in. l. 2. tit. 5. lib. 5. gloſ. 1. num. 4. Et non eſt opinio iniqua: cum ſecūdum eam, maritus (cui aliàs iura cōmunia omnia iſta lucra tribuebāt. l. Quintus ff. de donat. inter virū. l. etiam C. eod. tit.) parū reportet melioris cōditionis: cū prædium, quod donauit, vel pro melioratione filio aſsignauit, iuſta ęſtimatione ſit aſſequendum, eique in partem lucrorum imputandum, vel aliàs ſit mulieri damnum reſarciendum. Quemadmodum ſi eandem prędium nulla neceſsitate cogente, ſed vt amico annueret, ei iuſto prætio vendidiſſet, prætiumque loco rei inter bona quæſita ſubrogaſſet. Quo caſu vxor conquæri non poſſet,

nec diceretur defraudata.l.1.§.ſed ſi rem.ff. ſi quid in fraud.pa tro. vbi probatur in liberto, qui rem alienauit, & pretium donauit, reuocatoriam eſſe dandam contra donatarium, non contra emptorem. Per quæ ſignificatur, quod ſi pretium non eſſet donatum, ſed inter bona liberti reperiretur: non diceretur fraudatus patronus, etiam ſi haberet particularem affectionem ad rem alienatam, vt ibi probatur verſic. & alias videamus.

13 Et eadem opinio comprobatur argumento ſociorum. Qui quamuis poſt communicata bona, non poſsint diſponere, niſi de ſua tantum parte.l.nemo ex ſocijs. ff. pro ſocio. ante tamen quam communicent, recte diſponunt de tota re.l.ſi ſotius. ff. ſi cert.pet. Vbi not. Pau. Iaſ. Decius. & alij. quod ille qui eſt dominus rei, licet teneatur actione perſonali ad communicandum, antequam communicet, rectè diſponit de re, & transfert dominium, etiam inuito ſocio. Pro quo etiam citant.l.non ideo minus.ff.de rei vend.iuncta regula.l.quoties.C. eo. tit. Quo caſu non eſt dubium, niſi quod etiam ſi ſotius donaſſet, vel etiam alienaſſet in fraudem, eſſet prius excuciendus, quam deueniatur ad poſſeſſorem: vel damnum reſultans ex dolo ſocij eſſe reſarciendum alteri de communi.l.i. cum quo.ff. commu.diuid.

14 Et procedunt iſta non ſolum in melioratione facta per contractum, ſed etiam per teſtamentum. Quemadmodum enim prohibita alienatione per contractum, cenſetur etiam prohibita per teſtamentum.l.peto.§.fratre.de legat.2.eodē modo permiſſa alienatione per contractum (prout lege Regia marito permittitur) cenſebitur etiam permiſſa per teſtamentum. l.ſi quis prioris.§.illud.&.§.certū.C.de ſec.nup. Prout enim diſpoſitio per contractum, dicitur alienatio: ita etiam per teſtamētum.l.ex hoc ædicto.§.alienare.ff.de alie.iud. mu. cauſa facta. Et regulariter de contractu ad teſtamentum valet argumentum.l.ſi ſeruum.§.cum qui chirographum.l. quæ delegato. de legat.1.l.qui chirographum.de legat. 3. Non obſtat quod diſpoſitio teſtamenti videatur conferri poſt mortem.l.1.ff. de teſtamen.quo tempore iam eſt in perſona vxoris radicatum in actu ius ad dimidium. Quoniam in diſpoſitione rei propriæ, vel communis attenditur tempus teſtamenti. Et quemadmodum diſpoſitio non includit partem tunc alienam, licet ante mortem ſit empta, ſecundum Cuma. Alexan. Vincen. & Ponta. in.d.l.ſerui electione.§.fin.de legat. 1. ita non intelligetur ex-

excludere partem tunc ſuam, licet ſi de ea diſpoſitum non eſſet, deberet cum alio poſt mortem communicari. Et quamuis alij intelligant eam cõcluſionem, quòd diſpoſitio de re cõmuni per teſtamentum non includit partem poſtea redemptam, quando legatum fuit relictum cum pronomine, *meum*: ſecus autem ſi ſimpliciter: prout videntur intelligere magis communiter Doctores, ibi ſecundùm Ripam num. 10. & Couarru. c.2. practi. num. 4. verſic. ſeptimo. Ea opinio ſatis confert ad hoc, quòd quemadmodum diſpoſitio ſimplex intelligitur includere partem tunc alienam, poſtea autem ante mortem redemptam: à fortiori, intelligatur includere partem tunc propriam, licet ſi de ea diſpoſitum non eſſet, deberet cum alio poſt mortem cõmunicari. Saluo ſemper iure ſotij, quod ſit ex alijs bonis, excuſſo diſponente, reſartiendum, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Itaq;, reſumendo ſuperiora, conſtituendum eſt: nullum ex coniugibus poſſe facere meliorationem vni filiorum ex bonis quæſitis cõſtante matrimonio, niſi pro ſua tantum parte: taliter, quòd melioratio facta de tertio & quinto, debet extrahi ex capitali, & medietate lucrorum meliorantis. Hoc primum. Secundò, maritus poteſt donare, vel aſsignare pro melioratione rem lucratam conſtante matrimonio: dum tamen partem reſartiat vxori. Tertiò, donatio, vel aſsignatio ſimplex pro melioratione in re quæſita conſtante matrimonio à marito facta, hunc habet ſenſum: vt valeat in totum, etiam ſi vxor nolit, cui tamen de communi, vel aliàs, erit de ſua parte ſatisfaciendum. Quarto, hæ duæ concluſiones vltimæ non procedent in diſpoſitione vxoris: Cum ſolum marito ſit conceſſa libera alienatio, in qua fundamur. Et hæc opinio videtur mihi vera, quamuis contrarium defendat Gutt. quæſtione. 121. numer. 6. vbi videtur me non bene referre.

15 Eius tamen opinio, & aliorum quos in cõtrarium ſupra citauimus, procederet vno caſu, ſcilicet, quãdo res quæſita conſtante matrimonio eſſet empta ab vtroque coniuge, & vtrique tradita: quo caſu vtrique pro indiuiſſo acquiritur. l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iudi. vbi notat gloſ. & Bald. numer. 3. ex l. ſi ego. ff. de negot. geſt. Et is videtur proprie caſus text. in

dict.l.2. titul. 9.infra. Quē ſit intellexit Tello in l. 16.Tauri. num.15. Prout colligitur ex copula. *Toda coſa que el marido y la muger ganaren y compraren*, quaſi vtrique fuerit res vendita, & tradita. Et licet in eundem ſenſum Tello hîc poſt Lupum, inducat verbum.*De conſuno*. illud proprius refertur ad cohabitationem: prout hodie clarius exprimitur, *eſtando de conſuno*. Et hoc caſu poſſunt intellig. dicta eorum, qui tenent medietatem lucrorum acquiri vxori, quo ad dominium & poſſeſsionem. Cæterum ſit maritus ſuo nomine emat, licet vxori cōmunicare teneatur, non tamen ei ſtatim ipſo iure quidquam acquiritur. Argumento ſotiorum.l.ſi quis ſotietatem.75.ff. pro ſotio.d.l.ſi patruus,cum latè traditis à Perez in d. l. 6. quæ apud eum eſt.l.1.tit.4.lib.5.gloſ.1.col.5. in principio.

16 Apud nos in hac ciuitate Cordubenſi, & aliquibus oppidis ſuæ diocœſsis, quamuis quæſtiones iſtæ de lucris ceſſent, cum leges illæ Regiæ, & communis Regni Stillus diuidendi inter coniuges lucra quæſita conſtante matrimunio non ſint in vſu, ex antiqua & particulari conſuetudine præſcripta, ſeruetur que illæ ſum ius commune, quo omnia quæſita ſunt

17 ſolius mariti. *Quia tamen quandoq; celebrantur huiuſmodi contractus, quibus maritus emit pro ſe & vxore, & plerumq; ſuccedunt inde non leues contentiones, & lites, circa intellectum ſimilium contractuum, non abs re erit, pro patriæ negotio, tractare num ex eis aliquid quæratur vxori, & an tale cēſeatur donatum: vt vel ſic ad noſtram materiam aducantur aliqua, quę non ſunt hucuſq; aplicata: an talia bona poſsint à marito aſsignari pro melioratione filij: an etiam in ipſis met rebus poſsit meliorari.

Quo ad primum, vtrum ex tali contractu acquiratur aliquid vxori. Aduertendum eſt, poſſe fieri huiuſmodi emptiones, vel ab vxore de pecunia viri: vel â marito: ſub nomine

18 vxoris: vel ab vtroq;. *Secundum quod, erit conſtituenda regula: acquiſitionem, ſcilicet, harum rerum à traditione, poſſeſsionis pendere. Quæ ſi tradatur mulieri, ei acquiritur: non ita, ſi non tradatur. Cuius eſt ratio, quia res empta per me, vel per alium nomine meo, mihi ante traditionem non acquiritur.l.traditionibus. C. de pactis.l.quod meo. de acquiren. rerum dominio.

Ex

Ex qua regula primo infertur, quòd ſi mulier, abſente viro, emat fundum, & ſoluat pretium, & ſibi tradatur, modo ſoluatur ex propria pecunia, modo ex pecunia ſui mariti, ſemper ſibi acquiritur, modo contractus ei vtilis ſit.

19 * Nam cum loquamur in contractu celebrato in abſentia viri, ſine ipſius licentia (quod Iure Regio vetitum eſt. l. 2. titul. 3. ſupra.) ad ſui valorem omnino requiritur, quòd ſit vtilis mulieri, etiam ſi maritus ante ratificationem moriatus. ſecundùm Gomez in. l. 55. Tauri. numero. 2. Hoc autem caſu pecunia in dubio præſumetur, acquiſita de bonis mariti, iuxta. l. etiam. C. de donatio. inter. & in. l. Quintus. ff. eodem. Niſi contrarium probetur. Quod multis modis poterit probari, quos pro limitatione dictorum iurium, ponit Antonius Gabriel, titulo de præſumptio. concluſione. 15.

20 * Inter quos illud aduertendum eſt, mulierem ſolum poſſe conueniri ad pecuniam, non autem ad res emptas, quæ ſunt effectæ ſuæ. ſecundùm Bartol. numer. fin. in. l. & ſi inſtrumenta. C. de fide inſtrumentor. libr. 10. & Alciat. regul. 3. præſumption. 26. numer. 14. & alios quos refert Anton. Gabriel vbi ſupra. numer. 14.

21 Secundò infertur caſus præcedenti ſimilis, quòd ſi emat vxor viro præſente, & ſoluente pecuniam, ſi vxori res empta tradatur, ſibi acquiritur: modo ipſe maritus ſubminiſtret pecuniam vxori vt emat, modo ipſe ſoluat venditori. Nam cum acquiſitio conſiſtat in traditione, quæ fit vxori, parum refert modus ſolutionis. Hic eſt caſus in. l. multum intereſt. C. ſi quis alter. vel ſibi. 1. reſponſo. iuncta gloſſ. verbo. numeraſti. Vbi diſponitur, quòd ſi vxore comparante, maritus pecuniam numerauit, ſi poſſeſsio vxori tradita ſit, ſibi, & non marito acquiritur. Gloſſ. exemplificat numerationem, modo fiat ipſi vxori vt ipſa ſoluat, modo venditori: licet quo ad modum repetendi diuerſum ſit inter vtrumque caſum. de quo agemus infra. Hoc ipſum probat text. in. l. 1. C. ſi quis alter. vel ſibi. ſecundùm intellectum gloſ. verb. comparata, & verbo. propter numerationem. Vbi vxor emit, maritus ſoluit prætium, vxori traditur poſſeſsio, ei quidem adquiritur. Quod ibi tanquam generalis regula conſtituitur, q̄ ſemper acquiritur res empta, emēti etiam de pecunia

T 2 aliena,

aliena. gloſſ. ibi verbo. comparata, plura allegat. Licet aliquibus caſibus regula dificiat, quos ibi enumerat gloſ. quam ſequuntur omnes. Hoc idem probatur in.l. & ſi de tua. C. de donat.inter virum.ſecundùm intellectum gloſ. verb.comparata ſunt.ibi: *Et multo magis ſi ab ipſa.* ſecundùm quem vult tex. quòd ſi vxor emerit de pecunia mariti, & ſibi tradatur, ſibi acquiritur.

22 Tertio infertur, quòd ſi maritus præcedente mandato vxoris, emat eius nomine, & poſſeſsio tradatur vxori, vel marito eius nomine, vxori quidem acquiritur, etiam ſi maritus ſoluat pecuniam.l.1.§.per procuratorem.ff.de acquirend.poſſeſ i.l.per procuratorem.C.eod.l.ſi procurator.ff. de acquiren. rerum dominio. Si autem, non obſtante mandato, maritus contraheret ſuo nomine, & poſſeſsionem acciperet, non acquiretur vxori quidquam ſine ceſsione. vt in dict.§.per procuratorem.& ibi notatur, & in.l. qui mihi donatum. ff. de donat. vbi plenè per Bartol.Paul.& alios.l.res ex mandato. ff. de acquiren.rerum dominio. Et iſto caſu vxor habet actionem mandati directam contra maritum, vt ſibi cœdat.l.ſi ita quis. §.Scia cauit.ff.de verborum, ipſe autem habet actionem mandati contrariam, vt ſibi ſoluatur pecunia, quam de ſuo impendit.l.1. C.manda. cum alijs. Et eo caſu maritus, non tenetur cœdere, niſi demum recepto prætio.d.§.Scia cauit.l.4.§. ſi ab ignoto.ff.de manum.

23 Et ex hoc poteſt dari bona cautela marito volenti donare aliquid vxori, vt ipſa mandet marito, quòd ſibi emat tale prædium: ipſe emat nomine vxoris, & de ſuo prætium ſoluat. Quo caſu quæritur vxori dominium & poſſeſsio: & per conſequens fructus ad eam pertinent. Quos ſi colligat maritus, debebunt imputari in quantitatem prætij. Et tanto tempore poteſt colligere, quòd præponderent prætio, & mulier habeat

24 fundum ſine pecunia.* Quod non accidet, quando maritus, licet præcedente mandato, emerit ſuo nomine, quo caſu ſibi acquiritur: nec teneturr cœdere, niſi recepto prætio.d.§.Scia cauit.d.§.ſi ab ignoto. & interim lucrabitur fructus. Secundum Bald.num.15.in Rubrica. C. de contrahen. empt. Quem ſequuntur Crem. ſingul. 168. Ferratius, cautela. 54. Iaſ. in l.2.§.1.colum.fin. verſiculo.decimo quinto. ff.ſi cert.petat. & in

& in.l.non amplius.§. cum bonorum. num.4. ff. de legatis. 1. & ab aliorum opinione defendit Couarru. lib. 3. Varia.c.4. verſic.decimo ſexto. Sed licet inter perſonas non prohibitas vera eſſet opinio Bald. & ex ea poſſet ſummi bonum conſilium procuratori ementi pro alio de ſua pecunia, vt emat ſuo proprio nomine: inter maritum tamen, & vxorem (ſtantibus filijs) non debet dari locus huiuſmodi fraudibus. Maximè ſi mulier haberet bona dotalia penes maritum. De illis enim vi-
25 deretur facta ſolutio.argu.l. Nenſenius. ff. de negot. geſtis. *Et fundus eſſet ſubrogandus loco pecuniæ.l.res quæ.ff.de iure dotium. Et ſic, quo ad fructus ſapere debebit naturam dotis: vt ſeruiant pro oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dotium, non autem extenuent prætium fundi.

26 Quarto infertur, quòd ſi maritus volens gerere negotium vxoris, eius nomine emat fundum, & vxori tradatur, ei acquiritur. Si autem marito tradatur, & ipſa ratum habeat: actione negotiorum geſtorum à marito fundum conſequetur, recepto prætio.l.communis ſeruus.§.1.ff.de acqui.poſſeſ.l.ſi hac mente.ff.de negot.geſtis.ſecundùm communem intellectum, quòd ibi loquatur in negotiorum geſtore. & ibi ad longum notatur. Et per Bart. & alios in.l.qui mihi donatum.ff. de donat. Et tradit Salicet.num.4.&.5.in.l.ſi filij.C.de donat.inter virum. Et eſt communis traditio gloſ. Bart. Bald. Paul. & Salic. in.d. l. multum intereſt.C.ſi quis alteri, circa tertium reſpōſum illius tex.in verſic. ſi verò ab initio. Circa quem multa ibi cummulant gloſ.& DD.quæ diuinatoria videntur, & aliena à mente text.quæ altioribus ingenijs relinquo, qui forſam text. illum nouo ſenſu declarabunt.

27 Quinto infertur concluſio noſtro intentui, & propoſito proprior, quòd ſi maritus ſit, qui re vera emit, & ei ſoli ſit tradita poſſeſsio, quamuis vxoris nomen inſtrumento adiectum ſit: res geſta potior, quam ſcriptura habetur: & vxori nihil acquiritur: ſed eius nomen honoris tantum gratia adiectum præſumitur. Hic eſt caſus in.d.l.multum intereſt.2. reſponſo. Concluſio procedit, modo vxoris nomen ſolum ſit adiectum, modo ſimul cum mariti nomine. Etenim ratio, quæ ibi militat in toto, eſt etiam eadem, quo ad partem. Et ita declarat gl.1.in.l.ſi filij.C.de donat.inter virum. Cuius texr. idē eſt caſus cum noſtra concluſione. Idē probatur in.l.cū propria.

C, ſi quis alte. vel ſibi. Facit. l. acta. C. plus valere quod agitur, & l. cum præcibus. C. de probatio.

28 Qua in re illud in primis aduertendum eſt, in dubio ſtandum eſſe inſtrumento, quo continetur vxorem emiſſe. Secundùm gloſſ. verbo. ſcriptura in dict. l. multum intereſt. & gloſ. verbo. docenti in dict. l. cum propria. & gloſ. verbo. proba. in dict. l. ſi filij, quæ pro ſe plura citant, arctantque maritum,

29 vt ſimulationem probet. * Modum autem eam probandi tradit Bald. in dict. l. multum intereſt. numer. 2. quem ſequuntur Paul. & Salicet. Scilicet, vt ſimulatio probetur à priori, item à poſteriori, & ab vtroque ſimul iuncto.

A priori quidem, ſi probetur, quòd à principio ita erat actum. l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumi. Nec ſufficiet tra-

30 ctatus, ſed quòd ſic fuit concluſum. * Quia nulla tractantur, quæ non veniunt in finalem effectum. l. ſciendum. §. dictum. de ædili. ædict. vbi notat Cœpol. poſt Bald. vbi ſupra. & Alexand. conſilio. 31. colum. 2. libr. 2. & Decius in l. non omnis. numer. 2. ff. ſi cert. petat. cum alijs congeſtis per Tiraquel. de retract. ad finem tituli. numer. 24. Quo caſu, cum in tali concluſione præcedant verba derogatoria ad ſequentem actum, non ſtabitur ſcripturæ, cum non præſumatur pœnitentia. l. ſi ita ſcriptum. de legatis. 2. Quòd ſi tractus non probetur ita concluſus, erunt alia adminicula neceſſaria: qualia erunt ſolutio pecuniæ, traditio poſſeſsionis, perceptio fructuum, & alia. A poſteriori autem probabitur, ſi poſt contractum vxor confiteatur, ſic ſe habere veritatem. Ab vtroque ſimul iuncto: ſi probetur, quòd maritus ſoluit prætium, & ei poſſeſsio tradita eſt, & multo tempore fructus colligit, & poſſedit pro ſuo, vxore ſciente, quæ nec commodum, nec damnum vnquam percepit. Tunc enim in eius perſona præſumetur ſimulatio. Secundùm Bald. Paul. & Salicet. in

31 dict. l. multum intereſt.* Vbi Bartol. videtur etiam requirere, quòd probetur maritum fuiſſe à principio verum emptorem. In hoc enim &, quòd ſibi ſit tradita poſſeſsio, conſtituit omnem vim ſimulationis aduerſus vxoris nomen adiectum inſtrumento, ex dict. l. multum intereſt. 2. reſponſo. Vnde ſi probaretur maritum emiſſe vxoris nomine, quamuis ipſe ſoluiſſet pecuniam, & accepiſſet poſſeſsionem, & fructus

collegiſ-

colllegiſſet: non probaretur ſimulatio in perſona vxoris, ſed ſtandum eſſet inſtrumento.l.mancipia.C.ſi quis alte. vel ſibi. l.ſi pater tuus. C. de action. emption. Quia, ex quo maritus emit vxoris nomine, ei ratum habenti tenebitur reſtituere, vt dictum fuit in quarta illatione. Licet contrarium videatur tenere Paul. in. l. quamuis. C. ſi quis alte. vel ſibi. Scilicet, quòd etiam ſi emptio fuiſſet celebrata nomine vxoris, & ipſius nomen ſit etiam adiectum inſtrumento: ſatis probatur ſimulatio, ſi maritus probet ſoluiſſe prætium, & ei fuiſſe traditam poſſeſsionem: quod ex illo text. colligit. Sed ibi maritus, re vera, ſuo nomine emerat: vt ibi aduertit gloſ. 1. ibi. *Tu tamen emebas.* Quod tanquam neceſſarium requiſitum notandum eſt.

32 Ex quibus, & alijs iudex perpendet, quam fidem debeat adhibere inſtrumento. * Aduertet etiam, quòd ſi à principio interuenit tractatus inter maritum, & venditorem, quòd maritus, re vera, eſſe emptor, nec obſtaret ſi nomen vxoris adijceretur inſtrumento, & ita fuit concluſſum inter eos: ſi poſtea vxori fiat ſcriptura, & vlterius ei etiam tradatur poſſeſsio: nihilominus ſtabitur dicto tractatui, & tam inſtrumentū, quam traditio poſſeſsionis præſumentur ſimulata: & partes non receſiſſe à primo tractatu, qui continuit derogatoria veaba ad actum ſequentem, ex dict.l.ſi ita ſcriptum. Pro quo poteſt induci text. in. l. cum propria. C. ſi quis alte. vel ſibi. Vbi nomen vxoris ſimulate adiectum erat, & licet ipſa habuiſſet rei poſſeſsionem, imò & in tertium tranſtuliſſet titulo donationis, res petitur, cum fructibus perceptis. Et licet text. nihil dicat de tractatu præcedente, ex quo ſupponit vxoris nomen ſimulate adiectum fuiſſe, & præcipit marito, vt id doceat: ſatis demonſtrat, quid probare debeat: hoc eſt ſimulationem, eo modo, quo ſibi proſit.

33 Per contrarium aduertet, quòd ſi nullus præceſsit tractatus de ſimulatione, vel ſi præceſsit, non probatur ita fuiſſe concluſum, appoſitis verbis derogatarijs ad actum ſequentem: & vir emit ſuo nomine, & ſoluit pecuniam: nomen autem vxoris inſtrumento adiectum eſt, & ei fuit tradita poſſeſsio, ei acquiretur. Statur enim pacto nouiſsimo, quod non apparet derogatum ex præcedenti

 proteſta-

proteſtatione. l. pacta nouiſsima.C.de pactis.vt colligitur ex Bal. in d.l. multum intereſt,in fine,& in.d.l.pacta nouiſsima. num.6.&.7.Qui vidẽdus erit,quo ad probationem ſimulationis,ex actu præcedenti.

Rurſus aduertet,quòd ſi nullus præceſsit tractatus de ſimulatione, ſed vir tantum ſuo nomine emit, pecuniam ſoluit, poſſeſsionem accepit: quamuis vxoris nomen inſtrumento adijciatur, ſolum,vel cum nomine mariti ſimul: præſumitur honoris tantũ gratia,adiectum,nec quidquam ex eo vxori acquiritur. l.ſi filij.C.de donat.inter virum. ſecundùm communem intellectum,de quo infra agendum eſt.

84 Rurſus aduertet,quòd ſi non conſtet cuius nomine emptio celebrata ſit,tantum inſtrumentũ cantet de vxore: præſumitur vxorẽ emiſſe,nec ſimulatio præſumenda eſt, etiam ſi vir probet ſe ſoluiſſe pecuniam venditori,& etiam gabellam, vel collectas.l.mancipia.C.ſi quis alte.vel ſibi.l.ſi pater tuus.C.de actio.empti.notat Bald.num.3.in dict.l.multum intereſt.Imò etiam ſi probet accepiſſe poſſeſsionem.ſecundùm Bart.ibi, vt ſupra dictum eſt.

85 Aduertet etiam,quòd ſi maritus fuiſſet proteſtatus ſimulationem aliàs,quam cum ipſo venditore, putà, quia coram teſtibus,& notario proteſtatus eſt,quòd ipſe vult emere prædium pro ſe,& apponere ſimulate vxoris nomen inſtrumento: poſteaq; cum venditore contrahat nomine vxoris:ipſa ratificando contractum,ſibi acquiret. Non ſolum ſi poſſeſsio ſibi tradita ſit, ſed etiam ſi marito tradatur. Quia per actionẽ negotiorum geſtorum tenebitur cędere. iuxta tradita ſupra in.4. illatione. Nec obſtabit proteſtatio ſimulationis: debet enim fieri inter partes contrahentes. nec ſufficit ſimulatio vnius partis. ſecundùm Bald. in.l.1.nu.5.C.plus valere quod agitur.& Paul.in.l. iuris gentiũ. §. dolo.ff.de pactis. Qui addunt,eſſe tunc in poteſtate venditoris,vt contractus vacat,vel non. Sed hoc verum eſſe,quando contractus fuit vere ſimulatus,quo ad ſubſtantiam: non in iſto caſu, quo ſolum interuenit ſimulatio in perſonis. Tunc enim contractus valet, & ex eo acquiritur ius verę perſonæ,non ſimulatę. Ex traditis ab eodem Bald.in.l.cum precibus in fine. C. de probatio.

86 Aduertet etiam,quod ſi forte emptio fuit celebrata habita fide de prætio, vel prætium fuit conuerſum in cenſum redimibilem,

mibilem, fuitque mulier ſimul cum marito obligata: non leuis, imò magna, inde colligitur coniectura, quòd contractus fuit vere celebratus ex conſenſu partium in perſona vtriuſque coniugis. Solent enim venditores, qui ſic vendunt habita fide de prætio, vel ad cenſum, nolle aliter vendere, quam vtrique coniungi: vt vxor ratione ſuæ dotis ad prætium, vel cenſum obligetur, vt ea ratione venditori non præferatur. Quæ ratio ſufficiens eſt, & omnes aliàs coniecturas vincit, vt contractus non intelligatur in perſona vxoris ſimulatus. Denique iudex ijs omnibus perpenſis, & alijs, quæ de ſimulatione contractus traduntur per. DD. conſiderabit: vtrũ contractus in perſona vxoris ſit iudicandus ſimulatus. Quæ probatio marito incumbit: cum in dubio ſimulatio non præſumatur, ſed debeat ſtari ĩſtrumento. vt dictum eſt.

37 Sed iuxta prædicta offert ſe dubium. Aſſeruimus, quòd quando nullus præceſſit efficax tractatus, quòd vxoris nomen ſimulate inſtrumento adijciebatur, ſi inſtrumentum canat de vxore, & ei tradita fuit poſſeſsio, quamuis maritus re vera emerit, & pecuniam ſoluerit, vxori tamen acquiritur, cum debeat ſtari pacto nouiſsimo. Quæritur an hoc caſu ſufficiat, quòd ſit tradita poſſeſsio vxori per conſtitutum aut alium modum fictum? Et videtur ſufficere. Ex conſtito enim transfertur vera poſſeſsio. l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſ.* Et in
38 tantũ hoc videtur verum, quòd ſi poſtea marito tradatur realis poſſeſsio, non obſtabit poſſeſsioni traditæ prius vxori per actum fictum. Argum. text. in. l. quoties. C. de rei vend. iuncta ſingulari declaratione Bald. in Rubric. C. de contrahen. empt. num. 16. & aliorum quos refert Hyppolit. ſingu. 82. in. 3. limit.* Vbi tradũt, quòd licet verum ſit, quòd vna re duobus
39 vendita, ille præfertur, cui prius tradita eſt ex d. l. quoties. Tamen ſufficit priorem traditionem eſſe fictam per conſtitutum, ad hoc, vt ille præferatur, licet alteri poſtea ſit tradita per actum verum.* Quæſtio neque ex ijs pendet, neque ex ijs deciditur: licet in ſe vera ſint. Dependet autem ex eo, vtrum titulus ipſe, vel inſtrumentum, quo continetur vxorem emiſſe verum ſit, vel ſimulatum. Nam ſi verum eſt, poſſeſsio acquiretur vxori per actum fictum, non obſtante rea-
40 li traditione mariti.* Si autem contractus ipſe fictus eſt in perſona vxoris: acquiretur marito ex actu verò, non autem

T 5 vxori

vxori ex actu ficto: ne concurrant duæ fictiones. Vt in propoſito probatur in.l. qui rem. C. locati. Inducendo, vt per Bartol. numer.8. in.l. ſi aliquam rem. ff. de acquirend. poſſeſsi. Vbi ipſe Bartol. tradit hanc regulam, quem ſequuntur communiter Doctores, ſecundùm Alexand. numer.18.& Iaſ. in.l.1.numer.12.ff.de condit.indeb. Et hinc infertur deciſsio quęſtionis. Nam cum ex reali poſſeſsione tradita marito, & pecuniæ ſolutione, & contractu ab ipſo celebrato, probetur efficaciter inſtrumentum fuiſſe ſimulatum, quo ad vxorem. ex dict.l.ſi filij.C.de donatio. inter virum, vt ſupra dictum eſt: non potuit acquiri vxori poſſeſsio ex actu ficto: ſed omne ius acquiritur marito verè contrahenti. Coniectura enim, quæ pro ſimulatione colligitur ex emptione, numeratione, & reali poſſeſsione mariti, eſt fortior ea, quę ſumitur ex clauſula conſtituti ad præſumendum, quòd contractus fuit verus in perſona vxoris. Sumitur enim (prout coniecturæ ſummi debent) ex factis, vel verbis partium.l. ſi ſeruus pluriũ. §. final.cum ſimilibus.ff.de legat.1. Non autem ab effectu iuris, vel clauſula conſueta apponi. Et ſic tanquam maior coniectura elidit minorem.l.diuus.de integr. reſtit.

Ex eodem fonte poteſt ſummi deciſsio ſimilis quæſtionis. Finge maritum ſuo nomine emiſſe domum (quam prius conduxerat, & in qua ipſe, & vxor habitabant) etiam nullo præcedente tractatu de ſimulatione: ipſe ſoluit pecuniam: demum inſtrumentum fecit confici ſub nomine vxoris: quia tamen in domo habitabant, nulli tradita eſt realis poſſeſsio: vtrum vxori ex hoc ius acquiratur? Et quidem, ſi inſtrumentum, non eſt quo ad eam ſimulatum, prout prę ſumitur: ei acquireretur dominum, & poſſeſsio, nulla alia requiſita traditione. Quia cum illa eſſet in domo (quamuis nuda detentatrix, & recepta cauſa familiaritatis, ſecundùm Alexand. in.l. qui iure familiaritatis.ff. de acquiren. poſſeſsi.) * ex ti-
41 tulo ſuperueniente poſſet incipere poſsidere, aut mutare cauſam ſuæ poſſeſsionis, vel detentationis.l. non ſolum. §. quod vulgo.ff.de vſu cap.l.cum nemo.C.de acquirend. poſſeſsi. Facit.l.certi condictio. §. final. ff. ſi cert. peta. Iunctis ijs, quæ notãtur tã ibi, quam in.l.3.ff. de acquirend. poſſeſsi. Eo maximè, quia emptor, qui de voluntate venditoris, intrat rei emptæ poſſeſsionem, licet ei actualiter non tradatur, eam tamen acquirit.

acquirit.l.2.C.de acquirend.poſſeſs.quanto magis ipſa mulier, quæ intra domum eſt, qualiter cumque ſit. Cæterum ſi poſſeſsio realis marito traderetur: iam tunc, ex ea, iuncta emptione, & numeratione ab ipſo facta, præſumeretur ſimulatio in perſona vxoris, eiuſque nomen honoris tantum gratia adiectum. Et ſic ei quidquam non acquireretur, non magis quam ſi inſtrumentum eſſet ſimulatum ex præcedenti tractatu, & concluſione. Vt ſupra dictum eſt, ex.l.cum propria.C. ſi quis alteri, vel ſibi. Et hoc concludit Paul. videndus in conſ. 103.incipi.dicta donatio ſine dubio.

42 Quibus ſic viſsis, reſtat examinandus alius articulus: vtrum ſuperioribus caſibus, quibus res empta de pecunia mariti acquiritur vxori, cenſeatur donata, vel non. Nam licet ex ſola acquiſitione, citra donationem, ſoleat reſultare non leue commodum vxoris, ſi forte prætium rei ex curſu temporis creuerit: maius tamen commudum erit, ſi forte donatum intelligatur. Vt cumque ſit, vno & altero caſu, poterit inferri ad materiam meliorationis, cuius occaſione hæc ſe obtulerunt, qualiter intelligatur melioratio facta ab vxore circa huiuſmodi bona, qualiter etiam intelligatur facta à marito, tam in quota, quam in aſsignatione, quo ad has res: circa ea, quæ ſupra dicebamus de lucris quæſitis conſtante matrimonio. In propoſito igitur caſus certi diſtinguendi ſunt ab incertis. Nam aut conſtat, quòd maritus voluit donare: aut conſtat, quòd noluit donare. aut ſumus indubio.

Primò caſu, quando conſtat, quòd maritus voluit donare: caſus iudicandus erit ex regulis donationum inter virum, &
43 vxorem.* Quam quidam tradunt Iure Regio valere, ſi fiat poſt annum contracti matrimonij, & filij non extent: quia ſi extent, vel poſtea naſcantur, ſolum valeat quo ad quintum bonorum, ex.l.3.titul.12.libr.3. Fori. Quam ſumme notat Lupus in Rubrica de donar. inter virum. §.54. & Gomez in.l.51. Tauri nu.66.in fine. P. Dueñas, reg.221.in fine. Sed illa lex ex conſuetudine pendet, ſecundùm eundē Gomez de contractibus.c.de donatione, nu.24.in fine. Et ita interpretanda eſt, vt ſolum procedat in caſu, quo de iure communi donatio confirmabatur morte: ſcilicet, quando vxor nō fuit præmortua, vel maritus in vita non reuocauit: vt tunc valeat, ſeu morte

morte confirmetur, niſi filij extent. Tūc enim ſolū valeat, quo ad quintum. Aliàs illa lex nón conſtat, quòd praxi ſit recepta, quod requiritur cum ſit lex Fori, & correctoria.

Secundò vero caſu, quando conſtat, quòd maritus noluit donare emendo pro vxore: recuperabit, quidquid pro ea ſoluit: modo emptio ſit celebrata nomine ſolius vxoris, modo nomine vtriuſque: cum ſalarijs, gabellis, melioramentis, ſolēnibus
44 penſitationibus. * Quod eſt regulare, & ordinariū in omni eo, qui emit pro alio. l. 2. C. pro Sotio. Vbi id not. Bart. & Roma. conſ. 3. incipit viſo. Abb. conſ. 46. in tertio dubio, lib. 1. Barba. conſ. 22. lib. 1. & conſ. 22. col. 7. & conſ. 37. col. 7. libr. 2. Decius in. l. ſi donatione, num. 38. C. de colla. Atque ita ſi mulier habeat aliqua bona in poteſtate mariti: de illis cenſebitur facta ſolutio, de quibus fieri dictū eſt. Aliàs, de illis de quibus cū minori in commodo fieri poſsit. Arg. l. 1. ff de ſolu. Res vero empta ſapiet naturam eius pecuniæ, ex qua empta eſt. Nam ſi ex pecunia dotali, efficietur dotalis. l. res quæ. ff. de iure dotiū, ſi hec actum ſit. l. ex pecunia. C. eo. Et tunc fructus ſeruient pro oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dotium. Si ex pecunia paraphernali, iudicabitur de fructibus, pro vt de bonis paraphernalibus. l. fin. C. de pactis conue. Si autem mulier nulla habeat bona, cenſebitur pecunia mutuata, pro qua mulier ſolū tenebitur in quantum facere poſsit. l. non tantum. ff. de re iud. Poterit tamen ipſa res per maritum retineri, aut vendicari, ſaltim vtili rei vēdicatione. l. vxor marito. ff. de donat. inter virū, eatenus, quatenus mutuatum eſt, vt ibi.

45 Tertiò caſu, quando ſumus in dubio, vtrum maritus emendo pro vxore, voluerit ei donare, nec ne. cōmunis doctorū opinio videtur eſſe, quòd quādo maritus emit nomine vxoris, & ſibi tradit, in dubio videtur ei donare rē emptā. Hoc tenet Bart. in. l. ſi filij. C. de donat. inter virum, & in. l. quæ dotis, num. 12. ff. ſolut. matrim. vbi huius rei cōſtituit regulam generalē. Quē ſequūtur ibi Pau. num. 11. Alex. num. 19. Iaſ. nu. 57. Et loquūtur indifferenter, modo maritus, qui emit, modo ipſe venditor, de conſenſu mariti, tradat vxori. Vt poteſt videri, per Paul. & Alexan. ſupra. Et quidem eadem eſt, vtriuſq; rei ratio. Eandem opinionem in emptis nomini filij, & ſibi traditis, ſequuntur omnes: tam in d. l. quæ dotis, quām in l. filiæ cuius. C. fami. hærciſ. & in. l. ſi donatione. C. de collat. dum concordant illa

iura

iura, quę omnino videntur cōtraria. Et licet Bar. & Paul. in dict.l.quæ dotis,& alij in dict.l.ſi donatione, loquantur inter aſcendentes,& deſcendentes. Alexand.in d.l. quæ dotis. num. 18. idem dicit eſſe inter maritum & vxorem, inter quos lex facilius præſumit donationem, ne mutuo amore ſe ſpolient. quem in dicto & ratione ſequitur ibi Iaſ. num.56. Pro hac opinione facit text.in.l.2.&.3.C.ſi quis alter.vel ſibi.vbi probatur, quòd ſi pater tradidit filijs emancipatis fundos, quos eorum nomine emerat, ſibi acquiruntur. Facit etiam text. in l.filiæ cuius.C.famil.hærciſ.vbi pater emit nomine filiæ quaſdam res,& ei tradidit, & cenſetur donare. Cum text. dicat, quòd debet filia habere res præcipuas. Tertiò facit text. (qui de marito & vxore loquitur)in l.ſi filij.C.de donat. inter virum. vbi maritus,qui emerat nomine vxoris,compellitur probare,quòd non emit animo donandi.Per quæ ſignificat, quòd ſi maritus non probet, in dubio præſumitur donaſſe.

Eandem donationis præſumptionem, quam Doctores obſeruant quo ad rem emptam,in marito, qui emit nomine vxoris, & tradidit: obſeruant etiam, quo ad pecuniam,in marito, qui eam dedit vxori, vt emeret, vel cum ipſa emiſſet, maritus ſoluit venditori. Pro qua opinione facit text. in. l. multum intereſt. 1.reſponſo. C.ſi quis alter. vel ſibi. vbi maritus dedit pecuniam vxori vt emeret, pro qua ſolum tenetur marito in quantum effecta eſt locupletior. Per quæ ſignificatur pecuniam cenſeri donatam. Nam aliàs mulier teneretur inſolidum.l.& ſi de tua.C.de donat.inter virum, vel ſaltim in quantū facere poſſet. ſecundùm gloſſ.ibi. verb.inſolidum. Secundò facit text. in l.quod autem.§.eleganter.ff. de donat. inter.iuncta gloſſ. verb.numerauit. vbi idem caſus,& eadem deciſsio continetur, quæ in dict.l.multum intereſt. Tertiò facit tex.in eadem.l.eleganter.§. ſi vxor. vbi quando mulier emit, maritus autem ſoluit pretium venditori,mulier tenetur inſolidum, quia cum à debito ſit liberata cenſetur inſolidum locupletata.l.quærebatur.ad l.Falci.Et quòd hic ſit illorum iurium intellectus conuincitur ex principio.¶ quod autem. Vbi poſtquam diſpoſitum eſt donationem inter virum & vxorem reuocari in quantum donans effectus eſt pauperior, & donatarius locupletior,& ad id inſpiciendum eſſe tempus litis conteſtate

teſtatæ : ſequuntur dicti. §.§. in quibus ponuntur illius regulæ varia exempla, & inter ea, illud quod ponitur in dict. §. ſi vxor. Atque ita præſupponitur ibi pecuniam fuiſſe donatam. Quarto facit. l. cum hic ſtatus, in principio, verſic. oratio autem. ff. de dona. inter virum, cuius verba ſunt. *Oratio autem Imperatoris noſtri de confirmandis donationibus, non ſolum ad ea pertinet, quæ nomine vxoris à viro comparata ſunt: ſed ad omnes donationes inter virum & vxorem facta, &c.* vbi empta nomine vxoris æquiparantur alijs donationibus, quo ad hoc, vt morte confirmentur. Quinto facit text. in l. vxori. §. cum Seius. in fine. de legatis. 3. vbi maritus ſoluendo pro vxore, luendo ornamentum, quod ipſa pignorauerat, in dubio videtur ſoluere animo donandi, niſi contrarium probetur. Sexto facit, quia ratione affectionis, & coniunctionis præſumitur donatio. l. affectionis. ff. de donat. l. Procula. ff. de probat. Ex quo ſolo fundamento hanc opinionem tenet Salicet. in l. 1. in fine. C. ſi quis alte. vel ſibi. Et idem tradit Bartol. in. l. cum quid. num. 11. ff. ſi cert. petat. ſcilicet, quòd datum coniunctæ perſonæ cenſetur donatum. Quem ſequuntur communiter DD. ſecundùm Alexand. num. 11. & Iaſ. num. 19. per text. in. l. ſi vero non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda. Per quem hoc etiam voluit gloſ. in. l. ſi ego. ff. ad Velleia.

46 Hæc reſolutio dubia mihi ſemper fuit. Etenim Iureconſultis adeò eſt exoſſa donationis præſumptio, vt eam vbique abhorreant. Semper enim quis præſumitur, quoad non donandum, auarus: nedum fœmina, de qua per gloſ. verb. raro. in l. ſi ab ſponſo. C. de donat. ante nupt. de quo plura per Purpura. num. 18. & Butige. num. 13. in dict. l. cum quid. ff. ſi cert. peta. ſed & quilibet alius. l. campanus. de oper. liberi. l. cum de in debito. ff. de proba. Cum vnius cuiuſq; voluntas, & animus pronior præſumatur ad acquirendum, quam ad perdendum,
47 vt ibi. verſic. qui cum ſoluit. * Adeò, quòd quoties ſubeſſet alia cauſa, quamuis leuis. illa præſumenda eſt, potius quam donatio. ſecundùm Bald. in. l. 1. C. ad Trebel. Et inquit Alexan. conſil. 164. num. 6. lib. 5. quòd potius debet præſumi error facti, vel etiam iuris, quam donatio. l. ſi cum aurum. de ſolu. l. eleganter. §. qui reprobos. de pigno. actio. Idem tradit conſil. 87. numer. 15. lib. 6. ex cap. ſuper hoc. de renun. & in conſil.

114.

114.numer.4.lib.3.vbi plura citat Molineus.idem tradit Decius conſil.350.numer.4.& conſil.571. numer. 4. & conſil. 644.nume.5.& Iaſ.in.l.iuris gentium.§.ſed cum nulla,num. 26.ff.de pactis. Etiam ſi eſſet error in facto proprio.l.& ſi me putem,in princip.iuncta.l.1.ff.de condit.indeb. vt ex Curtio conſil.56.numer.5. reſpondit Aymon conſil.77. numer. 14. Imò, & potius præſumitur fatuitas,quam donatio,ſecundùm Bald.numer.5. poſt Cynum in.l.generaliter.C.de non nume. pecun.quem ſequitur Roroſ.in.d.§.ſed cum nulla, numer. 6. Plus inquit Decius conſil.177.in principio, & Iaſ.in.l.ſi pro curatori falſo.numer.4.de condit.ob cauſam, quod potius debet ſumi præſumptio,per quam actus redatur inutilis,quã donationis. Et plura de hoc per Decium in.l. cuius per errorem. de regul.iuris. Iaſ. in.l.1.not. 1. de condi. indeb. Alciat. de præſumptio.regul.1. præſumpt.32.Caſſa.in conſue. Burgun.rubric.11.numer.24.Hyppol.ſingul.57.Couarr. libr. 1. variar.c.7.num.4.Meno.de arbitr.quæſt.88.

48 Quæ ſubterfugi non poſſunt, quaſi procedant inter extraneos: ſitque ſecus inter coniunctos. Nam licet gloſ.1.in d. l. quæ dotis. ſolut.matrimon.id tradat.& Abb.in cap.nonne.de præſumption.& Decius conſil.267.numer.2.in fin. cum alijs relatis ab Alciat.vbi ſupra,num. 1. &. 2. Contrarium verius eſt,vt ſola ſanguinis ratio non ſufficiat ad præſumendam donationem. Quod tanquam magis communiter receptum, tradit Iaſ. numer.18. in dict.l.quæ dotis, & late fundant Alcia.
49 & Menoch.vbi ſupra. Et conuincitur manifeſte.* Nam filius expendens pro patre non præſumitur donare.l. ſi filius. C. de negoc.geſtis. vbi id notat Bart.Bald. & Salic. & magis
50 communiter Doctores, ſecundùm Alexand.* Qui idem tradit in fratre expendente pro fratre. & in.l. ſi negotium. C. eodem titul.pro quo eſt text. in.l.ex duobus fratribus.ff. eod. Et ita conſuluere idem Alexand.conſi.99.in fine.libr.2. Decius conſil. 21. numer. 7. in fin.& conſil.628.numer.7.&.8. Ruinus,conſilio. 161. numero.11.libro. 3. & conſilio. 100. numero.4.& conſil.145.numer. 9. libr. 4. Aymon conſilio. 86. numero.2.

Et hanc opinionem, probat text. (quem in contrarium adducebat Salicet.in dict.l.1.in fine.C.ſi quis alte.vel ſibi)tex. ſcilicet in.l.Procula.ff.de proba.ſumpto argum. à ſenſu contrario.

trario.

trario. Vbi inter fratres, ex ſola ſanguinis coniunctione, non præſumitur donatio: niſi & rationes ſæpius inter eos fuiſſent calculatæ, & inſuper tranſiſſet longum tempus. Hæc enim tria ibi concurrerunt, fuereque ad præſumptionem donationis tam præc ſſa: vt ſi quid eorum defuiſſet, omnes concordant, non potuiſſe præſumi donationem. Et hunc eſſe communem illius tex. intellectum teſtatur Iaſ. in dict. l. quę dotis, num. 18. Quem etiam tenuit glo. verbo, ſi conditio, in. l. libertis quos. §. 1. ff. de aliment. lega. Idem ſequũtur Paul. Alexan. & Areţ. in. l. recuſare. de acqui. hæred. & Ripa. in. l. qui Romę §. duo fratres. num. 40. de verborum. Purp. in. d. l. cũ quid, nu. 128. Afflict. Decius. 13. num. 12. Grammat. deciſ. 103. num. 39. Socin. ſeni. conſil. 25. num. 10. lib. 4. & Iunior. conſi. 128. num. 108. lib. 1. & conſil. 14. in fine, lib. 3. Ruinus, conſi. 162. num. 10. lib. 3. Alcia. reſponſ. 304. in fine. Tiraque. de retract. conſangui. §. 1. gloſſ. 9. num. 154. Meno. de arbi. quæſt. 88. nu. 16. Ex quibus conſtat, text. illum recte conſideratum potius arctare hanc materiam, reſtringereque præſumptionem donationis, etiam inter fratres, de quibus ibi loquitur. Non inficior Imol. in. d. l. quæ dotis, & Fulgo. in eadem. l. Procula. intellexiſſe in illo tex. ſufficere rationes fuiſſe ſæpius calculatas, & in ea præcipua ratione motum, ibi Papi. ita, vt eadem deciſio locũ habeat, etiam ſi conſanguinitas, ſeu temporis diuturnitas ceſſarent. Sed contra eos eſt communis aliorum ſententia, vt ſupra dictum eſt. Quinimo & Alci. dict. regul. 1. præſump. 32. nu. 6. Licet in diuturnitate temporis videatur diſſentire, quam ibi non requiri, nec de ea fieri mentionem dicit: rectè tamẽ perpendit Papi. ſeu potius Imper. Commodum ibi relatum, non tam conſideraſſe rationes ſimpliciter ſæpius calculatas, quam quòd ipſa Procula ex reſiduis calculi ſoluiſſet pecunias fratri. Cum veriſimile fuiſſet compenſaturam fideicommiſſum ſibi debitum à fratre, niſi illud remiſiſſet. Quod etiam aduertunt, Æmi. Ferre. in eadem. l. Procula. & Meno. vbi ſupra. num. 17. vbi aſſerit, & benè hoc eſſe conforme communi ſententiæ ſupra relatæ. Quia licet ipſi ſolum faciant mentionem de ratione ſepius calculata, ad eundem ſenſum, & effectum id referendum eſt, ad quẽ text. ipſe dirigit. Quoniam ſi ex calculis rationum nulla vtrinque ſolutio reſultaſſet, vel ea extitiſſet in faborẽ ſororis fideicõmiſſariæ, nulla inde ſummi poſſet præſum-

præſumptio remiſsionis, vel ſaltim leuiſsima, & quæ ad id non ſufficeret. Cum omiſſa mentio fideicõmiſsi, magis ad obligationem, ſeu errorem calculi, quam ad remiſsionem tribui deberet. Aduertit præterea Alciatus vbi ſupra, quod frater, à quo erat exigendum fideicommiſſum, erat iam mortuus, & quod, eo viuente, ſoror quidquam non petierat: & ſic contra eam eſt ſuſpicio, quod iniuſtè petebat ab hæredibus malè informatis, iuxta nota. in. l. qui Romæ. §. Augerius. de verborum. Licet hoc non videatur conſideratione dignum. Cum hæredes fratris ibi non nitantur hac allegatione, vel ignorantia: ſed ex tacita remiſsione collecta ex prædictis rationibus ex quibus eadem exceptio competeret ibi fratri, ſi viueret. Quæ omnia rectè conſiderata ſatis oſtendunt debilem, imò nullam præſumptionem ex coniunctione capi in illo text. Cum tot aliæ vrgentiores rationes cauſam remiſsionis præſtiterint, quibus defficientibus text. non eſt à ſuo caſu extrahendus. Inter quas non eſt leuior, quod text. tractat de remiſsione fideicommiſsi. Inter quam, & donationem intereſt neſcio quid facilioris præſumptionis: liberalius enim remittitur debitum, quam propria pecunia aperta, & extenſa manu donatur. Sed nec conſideratione caret, quod debitum remiſſum ex fideicommiſſo, & ſic ex cauſa lucratiua prouenerat l. Mæuius. §. duorum. vbi notat Bartol. numero. 15. de legatis. 2. & minor eſt ratio lucri remiſsi, quam debiti. Argumen. l. fin. C. de codici.

12 Neque prædictis obſtat tx. in. l. ſi ſeruus communis. ff. de donatio. inter virum. Vbi inter fratres præſumitur donandi animus, dum frater conſentit fratri donanti rem communem vxori. Nam (ſecundum Bartol. in dict. l. quæ dotis. num. 5.) ex illa ſcientia fratris, non inducitur donatio, quæ iam facta per fratrem præſupponitur, ſed eiuſdem donationis confirmatio. Quę cum à fratre facta eſſet de re communi, per conſenſum alterius fratris confirmatur: cum frater non potuiſſet donare rem communem. Et cum Barto. tenent ibi Imol. Chriſto. de Caſte. & Cuman. prout refert Iaſ. numero. 21. & Ruinus. conſi. 262. num. 12. libro. 3. Licet hæc euaſsio non placeat Paul. Cui paria videntur dicere, quod coniunctio ſanguinis inducat conſenſum, ex quo ſequitur donatio: vel dicere, quod coniunctio ſanguinis immediatè inducat præſumptionem donationis

nis, cum donatio non poſsit eſſe ſine conſenſu. Sed Bartol. & aliorum mens diuerſa fuit. Qui intellexerunt non tractari ibi de præſumenda donatione:cum ea expreſſe prius facta præſupponatur:ſed eiuſdem donationis,quoad partem ſocij,inualidæ,per eiuſdem tacitũconſenſum,ex ſcientia, & taciturnitate collectum,confirmatio. Vt benè explicuit Meno. de arbi. d. quæſt.88.numero.15.

53 Eadem etiam præſumptio contraria donationi vrget etiam, & obſeruatur in patre.Cuius amorem, & affectionem, licet nemo vincat.l.iſti quidem.ff. de eo,quod metus cauſa.tradens tamen aliquid ſimpliciter filio, non videtur donare, ſed potius concedere peculium.l. ſi donatione. C. de colla. Cuius iſte eſt magis communis ſenſus,ſecundum Iaſ.ibi.numero.1. vbi notat etiam Decius.num.38.verſic.ex quo infertur. Et facit optimus tex.in.l.cum pater.§.pater pluribus.de legat.2.vbi id etiã not.Bar.& Bal.in.l.executorem.nu.32.C.de exe.rei iud.Quod non ſolum procedit in filio in poteſtate,ſed etiam emancipato. In quo licet non cadat nomen peculij, adhuc donatum nõ præſumitur:cum cauſa cuſtodię,quæ ſufficit in.d.§.pater. pluribus ſeu alia quæuis ſufficiat ad impediendam præſumptionem donationis,vt recte tradit Dec. vbi ſup.aduerſus Ange. & Alex. ibi.nec obſtat.l.ſi pater.ff.de dona.quia ibi conſtabat de animo donandi,vt dicit text.

54 Sic & inter coniuges,de quibus loquimur,eadẽ præſumptio vigebit:argu.præcedentium.Et ita Lup.in rubr.§.6.per totũ. ex hac ratione &aſſumpto,late probat indubio nõ præſumi donationẽ inter coniuges,etiã earũ rerum, quæ ipſorum nomine ſunt cõparata.Et inde probat data ſimpliciter ſpõſæ nõ cenſeri donatã. Et loquitur in iocalibus,ſeu ornamẽtis, in quibus aliquid facilioris cõiecturæ verſatur,maximè inter ſpõſos, quorũ eſt ardentior amor.Atq; ita Bal.in.l.cũ te.C.de dona. ante nup.quẽ refert & ſequitur Lup.vbi ſupr.nu.5.generaliter tradit inter cõiuges,nũquã præſumi donationẽ, niſi id expreſſe actũ ſit,quod etiã poſt alios tradit Iul.Cla.§.donatio.q.10.n.1.

55 Secũdo magis in ſpecie.pro hac parte eſt tx.in.l.1.C.ſi quis alte.vel ſibi.ſecundũ vtrũq; intellectũ.Habet enim tx.ille duos intellectus,quos ponit Pau.in rubr.illius tit.Primus,ꝙ maritus ibi emit ad vtilitatẽ vxoris,& eius nomine,& ei poſſeſsio tradita eſt:maritus tamẽ ſoluit pecuniã.Secũdus,ꝙ mulier revera emit,

emit,maritus autē pretiū numerauit.Et hūc ſequitur gl.verbo cōparata.& ver.propter numerationē.Vterq; intellect⁹ eſt bonus ſecundū Pau.& ſecūdū vtrūq; probat text.ꝙ dominiū rei emptę fuit acquiſitū vxori:ratione autē pretij cōſulit Imp.filio vt ciuiliter intētet. *Planè* (inquit tx.)*ſi pecuniæ petitionē cōpetere tibi propter numerationē pretij exiſtimas,ciuiliter cōtende*. Etenim ſi maritus,(ſecundū caſum cuiuſlibet intellectus)cenſeretur donare vxori,ex quo ipſe prædeceſſerat, morte ipſius cōfirmata donatione,nullū remediū ſupereſſe filio. Atq;ita gl.ſi.ibi,intelligēs factū illud mariti poſſe diuerſimode iudicari,plura remedia tribuit filio,pro recuperādo pretio. Ex quibus manifeſtè cōſtat non cenſeri factam pecuniæ donationem.Quamuis Sali. ibi.contra verba tex.eam indubio præſumat.Et quamuis Paul. in eundem ſenſum ſe referat ad tradita in.l.ſi filijs. C. de dona. inter virum.

5 Tertio idem probat tex.in.l.& ſi de tua.C.de dona.inter virum.Vbi maritus comparauit pro vxore mancipia, & ei tradita ſunt:ſiue vxor emit, & maritus ſoluit venditori (nam vterque intellectus quadrat literæ, & per ſe bonus eſt, ſecundum gloſſ. 1.ibi,)inquit text. quod vxori acquiruntur. Sed maritus poteſt agere ad pretium, modo numerauerit gratia gerendi vxoris negotium, modo gratia donandi. Per quæ clare ſignificat, quod ex tali actu non poteſt ſummi præſumptio donationis, cum potuiſſet in eo maritus gerere negotium vxoris, quæ præſumptio indubio amplectenda eſt, ex regula generali, ſupra propoſita. Vnde ſi maritus ibi fecit animo donandi, id aliàs debebit conſtare,quam ex emptione,& traditione, vel pecuniæ numeratione. Nam ſi hæc ſufficerent ad præſumendam donationem, & non poſſet intelligi factum animo gerendi negotium: mulier (reuocata donatione) ſolum teneretur in quantum effecta eſſet lucupletior. l.ſi ſponſus. §.conceſſa. ff. de donation. inter virum. & tamen text. dicit, quod poteſt contra eam agi competenti actione, vel inſolidum, vel inquantum effecta eſt locupletior. Atque ita ſecundum gloſſ.ibi.verbo.inſolidum. diſtinguendi ſunt tres caſus.Nā ſi maritus fecit animo gerendi negotium,(quod indubio præſumendū eſt)vxor tenebitur inſolidū,vt ibi vel ſaltim in quantum facere poſsit.l.non tantum. ff. de re iudicata. Si autem miniſtrauit ei pecuniam, vt emeret animo donandi,

V 2 tene-

tenebitur in quantũ effecta fuerit locupletior.l.quod autẽ.§.ele ganter.ff.de dona.inter. Si autem cum ipſa emiſſet, & pretium deberet venditori, maritus ei ſoluit animo donandi:tene bitur inſolidum,cum in totum ſit effecta locupletior, ex quo maritus eam ære alieno liberauit.dict.l.quod autem.§. ſi vxor, & illam gloſ.ſequitur ibi Salic. Et eandem diſtinctionem ponit gloſ.verbo.numeraſti.in dict. l.multum intereſt. quam ibi ſequitur Bald.

47 Et ſecundum hæc non obſtant iura in contrarium ſupra adducta.In primis text.in.d.l.2.&.3.C.ſi quis. alte. vel ſibi.alienus videtur ab hac donationis præſumptione. Illæ enim leges intellectæ ſecundum ſubiectam materiam tituli, ſolum diſponunt,quod dominium illarum rerum per traditionem acquiritur filio. Vtrum autem pecunia cenſeatur ſibi donata,non tractant,neque diſponunt,neque id venit in neceſſariam conſe quentiam deciſionis.Quim potius filios teneri ad pecuniam,cõ uincitur ex alijs legibus illius tituli.Quibus diſponitur ex emptione facta alteri per alterum, ſi res empta tradatur ei, cuius nomine empta eſt, ſibi acquiri: reſeruata ſemper emptori, ſalua actione ad pretium. l.1. l.fin.illius tituli.l.2.C. pro ſocio.Vbi trãditur huius rei generalis regula, quam ibi notauit Bartolus, & alij, quos ſupra retulimus. numero. 44. Et in propoſito illorum iurium,hoc ipſum bene aduertit Paul. in.d. l.1.C.ſi quis alte.vel ſibi. cum qua ſimul legit illam legem.2. Scilicet,quod ibi,neque tractatur, neque deciditur pretium rerum emptarum cenſeri filijs donatum: licet ipſe minus benè addat ſic eſſe præſumendum.

48 Et ex hoc poteſt inferri ad tx.in.l.1.C.de caſtrẽ.pecu.in quo DD. omnes aſſerunt ideo rẽ nõ cenſeri donatã filio,quia non fuit ſibi tradita.Cum ille text.de donatione non tractet, ſed de acquiſitione.Diſcrimen autem inter illum text.&. d. l. 2. C.ſi quis alte. vel ſibi.nõ verſatur in eo, in quo Doctores aſſerunt, quod in iſta res fuit tradita in illa non: ſed potius in eo,quod in dict.l.1.filius erat ſub patria poteſtate, & ea de cauſa nihil ei poterat acquiri. l.placet.ff. de acquirend. hæred. Vnde text.procedit in diſtinctè,etiam ſi poſſeſsio eſſet tradita,ex eodem impedimento patriæ poteſtatis.Sed in dict.l.2.filij erant emancipati, & ex emptione, & traditione potuit eis acquiri. Quim,& in eo eſt not.ille tx. quod etiam ſi emptio fuiſſe facta

nomine

nomine filiorum exiſtentium ſub patria poteſtate, ſufficit ad hoc, vt res illis acquirantur, traditionem ſibi eſſe factam poſt emancipationem.

59 Quod attinet ad text. in d. l. filiæ cuius. C. fam. hęrciſ. omnes conueniunt, quòd pater ibi emendo nomine filiæ cenſetur donare: cum text. dicat res emptas eſſe ei adiudicādas præcipuas. Et cū ſecūdū eos, citra traditionē hoc nō poſſet præſumi, ſubaudiunt, quòd pater vltra emptionem, tradidit eaſdem res filię Pro quo Iaſ. in d. l. quæ dotis. num. 58. inducit eundem text. Quoniam aliàs donatio non potuiſſet confirmari morte patris, prout text. ſignificat. verſicu. *ſi non contrarium eius iudicium probetur*. ex. l. Papinianus. ff. de donatio. inter virum. iuncta glo. communiter recepta, vt diximus in. l. 1. ſupra gloſ. 1. num. 7. Cæterū ea ſubauditio aliena eſt à mente text. non ſolum in deciſione, quæ ponitur in verſiculo. *ijs itaque*. vbi ſolum ſupponitur in caſu illius text. res comparatas eſſe nomine filiæ, ſed etiā in regula generali in principio propoſita, quę tanquam baſsis, & fundamentum deciſionis, non debebat tam neceſſarij requiſiti eſſe mutila. Nec credendum eſt Impe. duplici loco oblitum fuiſſe traditionis, ſi ea ibi requireretur. Et contrarium videtur colligi ex text. quatenus dicit, quod filia debet agere contra ſororem ad rem ſuo nomine emptam. Per quæ ſignificat filiam non poſsidere: nec poſsit citra diuinationem dici deſijſſe poſt mortem patris poſsidere: prout tentauit Iaſ. vbi ſupra. Non obſtat, quòd alias donatio non confirmaretur morte patris: quoniam text. alienus eſt à donatione, vt ſtatim dicemus. Atque ita ea ſubauditio non placuit Bald. nec Salic. ibi. nec Imol. in. l. continuus. §. cum ita. colum. 4. de verborum. nec Alexand. in dict. l. quæ dotis. numero. 19. Licet ipſi diuerſis reſpectibus, ex ſola emptione facta nomine filiæ, citra traditionem, aſſerant, res emptas videri ſibi donatas. Quod tanquam maiori lapſui contiguum vitari debet.

Ego conſidero text. illum ſitum eſſe ſub titulo familiæ hærciſ. & cum lex ſemper ſit intelligenda eo modo, quo quadret rubricæ, ſecundùm gloſ. verbo prætoria. in. l. 1. C. ne liceat tertio prouo. (cum alijs adductis ab Alexand. in. l. 1. ff. ſi cert. peta. num. 3. poſt Barto. in. l. Imperatores. ff. de in diem addit. & in. l. fi. in prin. ff. de cond. indeb. & pluribus ornat Enerar. in loco à rubro.) exiſtimo ſolum ibi tractari de diuidendis illis rebus,

quas pater emerat nomine filiæ.Nam ſoror in illis etiam rebus competere ſibi ſuam legitimam aſſerebat: cum ea debeatur in ſingulis corporibus.l.Plautius.l.lineam.ad. l. Falcid. Filia autem volebat res habere præcipuas,& indiuiſſas,ex quo per patrẽ eius nomine emptæ erant. Reſpondet Impe. quod eo ipſo, quod pater emit nomine filiæ,debent ei in iudicio fami. hærciſ.integræ adiudicari,niſi contrarium patris iudicium probetur. Et quamuis traditio ad eundem etiam finem proficeret,cũ oſtendat magis enixam patris voluntatem:quia tamen ad hoc ſola emptio ſufficit,ideo tx. non requirit traditionem,nec eius meminit:nõ tamẽ negat tx.quin tantundẽ de hæreditate ſit ſorori adiudicandũ,vt vel ſic tx.nõ probet prȩſumi donationẽ. Hic intellectus planus eſſet & omni difficultate careret, niſi obſtaret verbum. *præcipuas.* quod in proprio ſignificato videtur dicere prȩlationem , ſeu perceptionem præ cȩteris hæredibus.Niſi reſpnndeas,non minus propriè iuxta materiam tituli interpretari,id eſt,integras & indiuiſſas, & licet eſſet im propria ſignificatio, ea quandoque magis propriȩ prȩfertur, quando id diſpoſitio exigit.l.2.vbi glo.& omnes.ff.de offi.pro con.Quod autem verbum illud non poſsit ſtare ibi in tali ſenſu,vt ſignificet res illas tanquam filiæ donatas eſſe ſibi adiudicandas prȩcipuas,& in eis ceſſare collationem,nec venire in iudicio fami.hȩrciſ.prout in donatione ſimplici:conuincitur.Primo, quoniam ſecundum omnes neceſſaria eſt ad hoc traditio, non ſolum ad prȩſumendam donationem, ſed etiam ad hoc vt morte confirmaretur.Quȩ traditio ſuppleri ibi citra diuinationem non poteſt,ex iam dictis.

Secundo,quia etiam ſi diuinando ſuppleatur,ex illo tex.colliguntur duȩ concluſiones:altera donationis prȩſumptæ:altera donationis non conferendȩ. Quæ non ſunt ita faciles, vt (ſi is eſſet text.intellectus)in earum propoſitione Impe. vteretur tã plano deciſionis ſtylo,per verba.*ſæpe reſcriptum eſt.* Quibus rem facilem,frequentem.& indubitatam ſignificat. Quod eſt alienũ à propoſitis concluſionibus:ita vt poſsit dici nõ reperiri tx. ita expreſſum.qui id probet.Non ſolum quoad primã,ex fundamentis,quibus hic contrarium defendimus:ſed etiam quoad ſecundam. Quamuis enim ſit receptum communiter donationem ſimplicem non conferri:id tamen vix iure fundatur, imo no reperitur tex.qui ita de plano eã probet(ſi verũ eſt ibi probari.)

bari,) Nam text. in.l.illud.§.fin.C.de collat.in quo omnes ſun dantur,inducitur per caſum ab ſpetiali:inrò & poteſt pro contraria facili negotio retorqueri,intelligendo verba illa finalia non in vim allegationis iuris, ſed in vim allegationis partis ab Impe.reiectæ. Vt ſit ſenſus,quod ſicut dos & donatio propter nuptias conferuntur,ita conferatur donatio ſimplex:nec recu ſanda eſt collatio ex eo , quod talem legem pater tempore donationis non impoſuit:quia talis allegatio, tanquam leuiſsima admittenda non eſt.In quo ſenſu text.ille concordat cum text. in authen.ex teſtamento.eiuſdem tituli, intelligendo verbum, *Aliorum datorum*,generaliter,vt compræhendat etiam donata ſimpliciter.Concordat etiam cum.l.ſi donat one,eiuſdē tituli,quæ expreſſe probat donationem ſimplicem conferri,cui hactenus non eſt congrue ſatisfactum.Per quę iura hanc partem contra communem tenuerunt plures,& grauiſsimi authores,quos refert Curt.in.l.ſi emancipati,num.56.C. de collat. & ea videtur aprobata.l.3.tit.4.p.5. Ex quibus articulus ſaltim redditur difficilis,vt deciſio Imper.in.d.l.filiæ cuius, quæ ibi facilis & frequens præſupponitur,poſsit ab eo aliena ſuſpicari.

60 Tertio.Quia retento cōmuni ſenſu,res illæ,quæ per donationem,& traditionem exierant à patrimonio defuncti, nec per filiam erant conferendæ, quim potius poſsidebantur titulo particulari donationis ſimplicis,non cadebant ſub iuditio familiæ hæreiſ.de quo in illo text.agitur.Ea enim actio non ſe extēdit ad poſſeſſa titulo particulari.l.hæredes.§. quòd pro empto re.ff.fami.hęrciſ.Etiā ſi eſſet donatio morte confirmata, ſecundùm glo.verb.familiæ.in.l.2.C. de inoffi.dona. propter retrotractionem. l. donationes quas parentes. C . de dona. inter virum, propter quam donatio iudicatur extra cauſam bonorum defuncti.l.ſequēs quæſtio.ff.de lega.2.vt ſic non veniat in iuditio fami. hęrciſc.

Fuit ergo in illo textu diuerſa ratio tam dubitandi , quam decidendi. Ratio dubitandi : vtrum res illæ , quæ in bonis defuncti (tanquam veræ hæreditariæ) reperiuntur eſſent per
61 arbitrum famil. hæreiſc. inter cohæredes diuidendæ.*Quod enim eſſent diuidendæ, ſuadebat tam natura negotij, quàm legitimæ filiorum. Arbiter enim famil. hæreiſc. non poteſt rem , quæ commode diuidi poteſt (inuito cohærede) alteri in ſolidum adiudicare . §. eandem inſtituta . de offic. iudic.

Quod inter filios ſtrictius obſeruatur: cum legitima debeatur in ſingulis corporibus. l. Plautius. ff. ad. l. Falc. Pro eo vero, vt res empta nomine filiæ ſit ei integra adiudicanda, facit iudicium patris. qui emendo nomine filiæ (*ſi non contrarium eius iudi-*
62 *cium probetur*) hoc voluiſſe intelligitur.* Quod iudicium debet ſequi arbiter fami. hęrciſ. argumento. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. fami. hęrciſ. l. ſi cogitatione. C. eod. Et hæc fuit ratio decidendi in d. l. filiæ cuius. Cum & legitima ſolui poſsit in vna re, nedum ex voluntate patris expreſſa, ſed etiam tacita. Argumento. l. pen. ff. de alim. lega. l. filium quem habentem. ſecundum communem Bar. intellectum. C. fami. hęrciſ. notat Rip. in. l. in quartam. num. 93. ff. ad. l. Falcid. Et quod hæc fuerit intentio text. conuincitur expreſsius ex illis verbis, *ſi patri ſucceſiſti.* quæ ſunt conditionalia ad deciſionem. Quaſi deciſio non procedat niſi
63 inter cohæredes,* inter quos ſolũ habet locum actio fami. hęrciſ (de qua text. ille loquitur.) l. 1. l. hæredes. §. quod pro empto re. ff. fami. hęrciſ. Et tamen ſi text. ageret de donatione: ex quo fuerat morte confirmata: nihil intererat, quód filia eſſet hæres, vel etiam repudiaſſet: ad hoc, vt poſſet retinere res à patre ſibi donatas. Cum etiam in prælegatis id procedat. l. qui filiabus. §. fin. cum. l. ſequenti. de legatis. 1. quibus hæ donationes morte confirmabiles æquiparantur. l. in donationibus. C. ad l. Falcidiam.

64 Quod vero attinet ad text. in. d. l. ſi filij. C. de dona. inter virum. non minor in eo verſatur difficultas, ex quo præcipit marito, vt probet non ſe donandi propoſito vxoris ſuæ nomine prædia comparaſſe. Per quæ ſignificat in dubio præſumi donationem, cum aliàs ſuperflua eſſet probatio in contrarium. Atque ita Bartol. ibi ex illo text. collegit, quod ex emptione facta nomine alicuius præſumitur donatio, ſi poſſeſsio ſit tradita ei, cuius nomine res empta fuit: ſi autem tradatur ei, qui emit, ceſſat præſumptio donationis. Et Bartol. videtur confundere hæc duo, ſcilicet, rem emptam nomine vxoris: & vxoris nomen inſertum inſtrumento. Vt patet ex ſummario, vbi vtitur primo termino, & ex verſiculo. *veritas eſt.* vbi vtitur ſecundo. Per quæ videtur ſignificare, quod etiam ſi vltra inſtrumentum, quo vxoris nomen eſt adiectum, conſtaret etiam maritum vxoris nomine vere emiſſe: ex quo poſſeſsio eſt tradita marito, ceſſat in eo præſumptio donationis:

licet

licet rem ſibi traditam teneatur reſtituere vxori. l. mancipia. C.ſi quis alte.vel ſibi.l.ſi pater tuus. C. de actio.empti. & dictum fuit ſupra.numero. 34. Quod eſt ſine dubio, vt ex infra dicendis apparebit. Summarium autem Bartol.intelligendum eſt, ſecundum terminos legis, ſcilicet inter maritum, & vxorem. Aliàs ſi extra hos, & parentes, & filios intelligeretur eſſet abſurdum generaliter id conſtituere, cum in contrarium ſit veritas. Emens enim de propria pecunia pro alio nunquam videtur ei donare.l.2.C.pro ſocio. cum alijs. Quod & nos inter parentes, & coniuges defendimus.

Salic.in.d.l.ſi filij. & in.l.filiæ cuius.C.fa mi.hercíſ. num.1. verſi.non obſtat.reprehendit Bart.in quantum ex illo tex.colligit, quod ſi prædia empta nomine vxoris ſint ſibi tradita, cenſentur donata. Contendit enim ibi non tractari de donatione prædiorum, ſed ſolum de pretio. Ex eo, quoniam ſi tractaretur de prædijs, & hęredes mulieris aſſererent prędia fuiſſe donata:
65 contra ſe allegarent.* Quoniam donataria præmortua, & ſic reuocata donatione, prædia eſſent reſtituenda. l.etiam. 1.reſp. C.eod.titu.l.cum hic ſtatus.§.ſi ambo.ff.eod.l. ſi inter virum. ff.de rebus dub.l.quod de bonis.§.ex donationibus.ff.ad. l. Fal. Vnde ponit caſum illius text.ſecundum Hugo. & alios. Quod maritus emit ſibi fundum, & inſtrumentum confecit in perſona vxoris, in quo ſcriptum fuit vxorem emiſſe, & pretium ſoluiſſe. Mota lite inter hęredes mulieris (ea mortua) & maritum hic, allegabat, ſe quidē vere emiſſe, & pretiū ſoluiſſe, & honoris tantum gratia vxoris nomen inſtrumentu adieciſſe. Illi replicabant, quòd emptio fuerat facta vxoris nomine, & id ex inſtrumento conſtabat. Quod non poterat intelligi ſimulatū, ex quo emptio verè fuerat vxoris nomine celebrata: & maritus ſic contrahendo ſolam pecuniam viſus erat donare vxori, quā retentis prædijs offerebant, propter reuocatam morte mulieris donationem. Impe.reſpondet: Si tu emiſti à principio nomine vxoris, recte procedet petitio filiorum: Quia ſolum pretium voluiſti donare. Sed ſi emiſti nomine proprio, (licet in inſtrumento adieceris vxoris nomen) non præſumeris voluiſſe donare: & ſic prædia erunt tua, & inſtrumentum præſumetur ſimulatum in perſona vxoris. Sed an habueris animum donandi, vel non: inſpicietur, cui fuerit tradita poſſeſsio. Quia ſi vxori, contenta in inſtrumento præſumentur vera, ſcilicet,

quod emptio fuerit nomine vxoris celebrata, & quod tu pecuniam tantum voluiſti donare. Si autem tibi tradita fuit poſſeſsio: tu præſumeris à principio emiſſe tuo nomine, & ſimulate adiecisse vxoris nomen inſtrumento, & ſic ceſſabit omnis præſumptio donationis, & prædia erunt tua. Et inquit Salicet. hunc eſſe verum ſenſum illius legis, & vacillare omnes alios, qui credunt ibi tractari de donatione prædiorum, ex prædicta ratione. Quia fatui eſſent hæredes, qui allegaſſent, prædia fuiſſe donata, cum præmortua donataria, omnis contentio ceſſaret. Quæ ratio eſt euidens, & concludit ſine dubio.

66 Sed in quantum aſſerit, quod ibi tractatur de donatione prætij, eius intellectus caret etiam ratione. Quia ſupponit quod quando maritus emit nomine vxoris, & conficit inſtrumentum in perſona vxoris, & poſſeſsio traditur vxori: ſi voluit ei donare expreſſè, vel etiam tacitè, ſecundum eum, & alios: quod eo caſu ſolum videtur donare pretium, & non rem ipſam. Quod non eſt verum. Nam licet quando ſubminiſtrat pecuniam, vt ipſa emeret, vel cum ipſa emiſſet, maritus ſoluit pretium venditori, poſsit videri (quamuis male) donare pecuniam, vt ijdem authores ſupra relati intelligunt: ſed quando ipſe emit nomine vxoris animo donandi, & ei fit inſtrumentum, & traditur poſſeſsio, (licet aliqui diſtinguant. Vtrum mulier eſſet aliâs emptura, vt tunc videatur pretium donatum: aliâs ſemper videatur res ipſa donata, per text. in l. ſi cum mulier. ff. de donatio. inter virum. prout refert Cynus, in dict. l. ſi filij.) Idem tamen Salicet. ibi. numero. fin. intelligit, & fatetur, quod ſemper videtur rem ipſam donare, & eſt de mente omnium circa intellectum text. in. l. filiæ cuius. C. fami. hærciſcun. de quo ſupra: ex quo text. id colligitur ſecundum communem intellectum. Et quod non obſtat dict. l. ſi cum mulier, quia ibi non emit maritus, ſed mulier ipſa, licet aliâs emptura non fuiſſet. Et cum hoc ita ſe habeat, non aſsignat Salice. rationem, quare in dict. l. ſi filij. tractetur de donatione pecuniæ, & non prædiorum. Cum filij ex comet capite prætendant, quod emptio fuerit nomine vxoris celebrata. In quibus terminis, quemadmodum ſi id fieret expreſſo animo donandi, prædia potius quam pretium in donatione continerentur, eodem modo, ſi donatio præſumenda eſt, prædiorum

diorum, potius quam pretij intelligenda eſt. Pręterea ſi ibi tractaretur de donatione pretij, eadem obiectio militaret. Nam donataria pręmortua, ſuperflua eſſet tam ſolicita indagatio: Vtrum maritus habuiſſet animum donandi, vel non:& fruſtra ſibi iniungeretur onus probandi non habuiſſe animū donādi. Cū quouis modo fingatur caſus, ſeu quodcūque fuerit mariti propoſitum, de pretio nulla poterat lis eſſe, quim (propter mortem mulieris reuocata donatione) marito eſſet reſtituendum: etiam ſi vxori fuiſſet tradita poſſeſsio prædiorum. l. & ſi de tua. eiuſdem tituli. l. 1. C. ſi quis alte. vel ſibi. Quę meo iudicio neceſſario videntur conuincere ad hoc, quod in litera illius text. non tractetur de aliqua donatione neque prædiorum, neque pretij: cum tam allegatio partis quā pręceptum Imperatoris. aliàs non poſsint à dicta difficultate excuſſari.

Vnde neceſſario etiam fatendum videtur, ſolum ibi tractari de acquiſitione, quæ fuit facta vxori ex illo contractu. Vtrum, ſcilicet, prędia fuerint acquiſita vxori, vel marito. Et ſecundum hoc, caſus illius text. videtur eſſe ſimilis caſui tex. in. l. multum intereſt. 2. reſpon. C. ſi quis alter. vel ſibi. & ijs, quæ ſupra dicta ſunt. numero. 27. Scilicet, quod maritus emit ſuo nomine prædia, & accepit poſſeſsionem, inſtrumentum autem confecit in perſona vxoris, cuius occaſione, ea mortua, filij contra voluntatem patris prædia occuparunt. Hic caſus ex text. colligitur. Quod enim maritus emerit ſuo nomine, conuincitur ex eo, quod dicit tex. *Sed nominis dumtaxat titulo vſum.* Quibus ſignificat vxorem in nullo alio interueniſſe, nec eius nomine quidquam aliud factum. Et hæc verba declarant pręcedentia. *Non te donandi propoſito vxoris tuæ nomine prædia comparaſſe.* Vt ſignificent, nō quod maritus re vera emerit nomine vxoris, ſolum autem ſit excludendus animus donandi, ſeu acquirendi; ſed quod non habuit talem animum, ex eo quod non emerit nomine vxoris, ſed nominis dumtaxat eius ſit titulo vſus. Illa enim dictio. *duntaxat.* Cætera excludit. Si enim contractus fuiſſet nomine vxoris celebratus, & inſuper inſtrumentum eſſet ei factum, quamuis marito poſſeſsio traderetur, nulla ſimulatio poſſet dari in vxore: ſed maritus ei teneretur prędia reſtituere. l. communis ſeruus. §. 1. ff. de acquirenda. poſſeſsion. l. ſi hac mente, ff. de

ff.de neg.geſtis,& ſupra dictum eſt num.26.Non ſolum mulieri,ſed etiam eius hæredibus, qui ratum habere poterãt matris ſuæ defunctæ nomine geſtum.l.ſi ſine.§. ſi procuratori.ff. rem ratã habe. Pater commotus filiorum iniuria occurit ad Imperatorem,vt ſua ſibi prædia reſtituerentur.Quæ per contrarium filij curabant retinere: non quaſi matri ſuæ donata: quia fatui eſſent in hoc: (vt dictum eſt) ſed tanquam ipſi acquiſita. Et ſic lis erat de ipſis prædijs.De pretio enim nulla eſſe poterat controuerſia,quim eſſet mulieri imputãdum,vel marito aliàs reſtituendum. Cum in omnem euentum, ex eius bonis ſolutum præſumeretur.l. Quintus.ff.de dona.inter.l. etiã C.eo. Reſpondet Imper.patri, filij tui habent ius ſuum fundatum in hoc inſtrumento,quo continetur vxorem tuam, ipſorum matrem emiſſe,iuxta ea,quæ diximus ſupra,nu. 28. Et niſi tu probes ſimulationem,omnino erit excludendus. Vnde neceſſum habes probare,nõ habuiſſe te animum faciendi hãc gratiam, ſeu donationem(vt verbo legis vtar) vt ex tuo contractu,& pecunia,prædia acquirerentur vxori. Quod probabis oſtendendo,nõ te eius nomine ea cõparaſſe,ſed tuo ſcilicet, & nominis eius dũtaxat,titulo vſum poſſeſsionẽ tuo nomine accepiſſe. Quia hoc probato,cõſtat noluiſſe te quidquam vxori acquirere,neque vllam in hoc gratiam,ſeu donationẽ ei facere. Quod ſi hoc non ita ſe habuit, vel non poteris probare, ſtandum erit inſtrumento: & tu præſumeris voluiſſe largiri, ſeu donare vxori tuæ hoc,vt ex tua pecunia prędia ſibi acquirerentur,& per conſequens,ſuis hæredibus. Contra quos tibi ſemper remanet actio ad prætiũ. Non ex eo,quòd præſumpta donatio ſit vxore pręmortua reuocata (quia tex. non agit de donatione: ſi enim ageret prædia potius eſſent repetenda, vt dictũ eſt)ſed quia & ipſa vxor actione negotiorũ geſtorũ ad id teneretur,iuxta dicta ſupra,num.26: Et ſecundum hoc verba illa,*non te donandi animo.* non ſignificant illud genus donationis,quo acquiritur donatario res,quæ ab futura eſt donatori. Sed ſonant beneuolentiam,gratiam,& honorem,vt ex noſtra pecunia,res empta alteri acquiratur. Nec in alio ſignificato, ibi poſſunt ſtare, ex dictis rationibus. Neque verba illa referuntur ad ſola proximè ſequentia,ſcilicet.*Vxoris tuæ nomine prædia comparaſſe.* vt dictum eſt.Quaſi contractus fuerit celebratus vxoris nomine,& ſolum ſit probandus animus: ſed ſunt referenda

renda a d totum contractum, ſcripturam, & poſſeſsionem. Ex quibus conſtabit non habuiſſet maritum animum acquirendi vxori, ſi probet non ſe illius nomine comparaſſe: ſed nominis dumtaxat, &c.

67 Tex. vero in l. multum intereſt. 1. reſpon. C. ſi quis alte. vel ſibi, ſupra in contrarium adductus, non probat ex illo actu præſumi donationem: pro conſtanti tamen ſupponit, maritum dediſſe pecuniam expreſſo animo donandi. Et ſolum quærebatur, 68 in quantum mulier teneretur.* Et reſpõdet ex generali regula, teneri in quantum effecta eſſet locupletior. Et ita intellexit glo. verb. numeraſti, ibi. *volens tu vir ei donare.* Quaſi dicat, quòd de animo donandi debet aliàs conſtare, quam ex emptione & numeratione.

69 Eodem modo intelligitur tex. in d. l. quod autem. §. elegãter &. §. ſi vxor. ff. de dona. inter virũ. Maximè, quia cũ in principio legis poſuiſſet regulã, quòd donatarius tenebatur in quantum factus eſſet locupletior: in illis. §§. ponit varia exempla: ſuppoſita ſemper donatione, quam expreſſerat in principio. §. *Idemq; ait, ſi vir vxori pecuniam donauerit*: Poſt quem ſequitur ver. Eleganter, & verſic. ſi vxor, in quibus retento eodem themate donationis, ponuntur exempla mariti, qui dedit pecuniam vxori, vt emeret: vel cum ipſa emiſſet, ſoluit venditori. Et deciditur, vt primo caſu teneatur in quantum effecta eſt locupletior: in ſecundo autem, inſolidum: quia ex quo fuit ære alieno liberata cenſetur in totum effecta locupletior. Et in hunc ſenſum illa iura accepit glo. verb. inſolidum, in. l. & ſi de tua. C. eod. ibi. *Si autem animo donandi*: & ibi ſequitur Salic. & glo. verb. numeraſti. in d. l. multum intereſt, ibi. *Volens tu vir ei donari*, & ibi. *Similiter volens ei donare.*

Et eodem modo eſt intelligendus text. in. d. l. cum hic ſtatus. in princ. ibi. *Non ſolum ad ea pertinet, &c.* ff. de dona. inter virum, & ſi qua ſunt alia iura illius tituli, quibus idem probatur. Quia pro conſtanti ſupponitur, emptionem nomine vxoris celebratam animo donandi: & id aliàs conſtare, quam ex emptione, & numeratione. Et licet ſecundum, hoc ſuperflue ibi, videatur hic caſus expreſſus, cum ſufficeret generaliter expreſiſſe omnes donationes: id tamen factum eſt, quia in reſcripto Impe. de confirmandis donationibus (quod ibi explicatur) illius caſus erat facta expreſſa mentio, ſecundùm glo. ibi verb. comparata. Qui

inter-

70 interpretandi modus neceſſarius eſt. *Nam cum in ſimilibus terminis omnes. DD. ante, & poſt Bar. teneant adhibitum ad ſtipulandam dotem, vel partem dotis, vel totã dotẽ in vnũ caſum tantũ ſoluti matrimonij, in dubio nõ cenſeri adhibitũ animo donandi. per tex. in l. 2. C. de iure dotiũ, & in l. poſt dotẽ. ff. ſolu. matrim. & in l. Seia. ff. de dote præle. Reſpondent ad tex. in. l. cum maritus. §. fi. ff. de pactis dota. ꝙ ibi frater fuit adhibitus expreſſo animo donãdi. cũ tx. id nõ dicat. Et hic eſt ad illũ cõmunis omniũ intellectus, ſecũdũ Alex. n. 4. & Iaſ. nu. 11. in l. quę dotis ſolu. matr. & eſt intellectus neceſſarius ſuppoſita deciſione. tx.

71 Magis difficilis videtur eſſe text. in. d. l. vxori. §. cum Seius. de leg. 3. quatenus expreſſe probat maritũ ſoluendo pro vxore, in dubio videri donare, niſi contrarium probetur. In quo licet deciſio deſficilis ſit, non minorem habet difficultatẽ circa quæſtionẽ principalem, tam in ratione dubitandi, quàm decidendi. Etenim quęſtio omni dubitatione videtur carere ſuppoſito legato, quod ſpetialiter cõtinet eam ſummam, de qua ibi quęrebatur. Quia licet ſumma centum aureorũ expreſſa nõ fuit, legatum nullã habet incertitudinẽ, quim illã cõtineat, cũ legauerit quidquid vxori cõceſſerit ob eum eundẽ creditorem. Quæ forma legãdi ſufficiẽs erat ad excludendos hæredes mariti, ſi vellent eam ſummã ab vxore repetere: nec aliqua videtur cõgrua ratio dubitandi in faborem hęredum mariti. Sed & deciſio non minus inepta videtur, quatenus. I. C. reſpondet, ſi donationis animo ſoluiſſet maritus, non poſſe hæredes exigere earn quantitatem ab vxore: vel ſi exegerint, teneri reſtituere ex cauſa fideicõmiſſi. Idem enim reſpondendum erat, etiã ſi maritus non ſoluiſſet animo donandi. Eo enim caſu ad excludẽdos hęredes, ſufficiebat legatum. Item ex eo, quia ſuppoſito, ꝙ maritus fecit animo donandi: videtur nihil referre, vtrum mulier habeat eã ſummam ex donatione morte confirmata, vel ex legato teſtamento ſcripto (licet aliàs quo ad confiſcationem ſoleat referre, vt in l. res. C. de dona. inter virum.) Atq; ita præſumptio illius tx. videtur ſuperflua in verbis finalibus. ibi. *Quod præſumptũ eſſe debet, niſi contrarium ab hærede probetur.* Cum etiam ſi hæres cõtrariũ probauerit, id eſt, non habuiſſe maritũ animũ donãdi, nõ ex hoc a legato liberetur. Sed ijs pro nunc omiſsis: quod attinet ad eã præſumptionẽ, de qua agimus, tx. videtur expreſſus contra ea, quæ tractamus. Et ... huic eundẽ ſenſum literalem cum

accepit

accepit Alci.de præſump.reg. 1.præſum. 3 2.nu.4.quatenus,eũ allegat ad eã cõcluſionẽ, ꝙ marit⁹ ſoluẽdo ꝓ vxore, videtur ei donare. Et in eũdẽ ſenſũ eũ videtur accepiſſe.gl.fi.ibi.in vltima explicatione,quatenus ſe remittit adnotata in.l.ſi filij.C.de dona.inter virum. vbi hæc opinio videtur vulgaris. Sed certè gl. in ea remiſsione aliũ ſenſum habuit,de quo nos infra agemus. Quoad propoſitũ tñ noſtrũ nõ eſt incõgrua prima interpretatio gloſſę.quã ibidẽ ſequũtur Bar.& cęteri,ſcilicet,ꝙ pręſumptio donationis in caſu illius tx.nõ deſumitur ab ipſo actu mariti ſimpliciter,quaſi ſoluẽdo ꝓ vxore videatur indubio donare:cũ talis act⁹ tãquã anceps, & dubius,potius debeat ex regula generali interpretari in cõtrariũ.Pręſumitur autẽ voluiſſe donare,quia in forma legãdi teſtator vſus verb.*concedo.* eo ſe animo ſoluiſſe ſignificauit.* Illud enim verbũ donationem ſonat

72 l.vxorem.§.in teſtamento.de lega.3.vbi not.Bart.l. prohibere §.plane.ff.quod vi aut clam.l.eum qui(ponderata,vt per Imol. ibi poſt Bar).ff.de donatio.Et ex alijs reſoluit Alex.nu.17.in l.ſi donatione.C.de colla.& ibi Decius.num.39.& in cap.cum venerabilis.de excep.vlti.not.poſt Abb.ibi.Imol.in. l. cum pater.§.pater pluribus.de lega.2.Iaſ.conſi.45.nu.2.lib. 1.Socin.

73 Iuni.conſil.102.num.12.lib.1.*Atque ita Bart. in.d.§. cum Scius.ex eo text.notat voluntatem dubiam actus inter viuos poſſe declarari ex verbis in vltima voluntate prolatis, & eſſe ibi ad hoc nouũ caſum. Et eundem intellectum illius tex.ſequitur Ruinus.conſilio.38.numer.1 . & conſilio.42. numero.5. & conſilio.51.libr.1.Secundum quem eſt illi text.ſatisfactum, vt potius hanc noſtram opinionem adiuuet, quam redarguat. Licet iſtum intellectum impugnet Mono.de arbi.quæſtio.88. nu.30.& ſeqq.ex eo quia verbum illud (*conceſsi*) non eſt teſtatoris, ſed iure conſulti narrantis factum. Et ſic non eſt in eo vis facienda:iuxta glo.in.l.vnica.C.quando non peten. partes. vbi Iaſ.num.22.Item ex eo, quod verbum illud non videtur dirigi ad perſonam vxoris,cui facta donatio præſumitur,ſed potius ad perſonam creditoris.Vnde ipſe ex alio capite intelligebat ibi præſumi donationem(quod nec noſtro intentui alienũ eſt)ſcilicet,ex tã ampla forma legãdi.Sed certe,quæ cõmuni intellectui obijcit leuia ſunt. Nam licet illa eſſent verba iure conſulti, ſunt temen deſumpta ab ipſa originali forma legãdi, qua vſus fuit teſtator. Nec verbum, *conceſsi*, dirigitur ad

cre

creditorem, ſed potius ad vxorem, cui ſit legatum. Sic enim dixit teſtator, lego vxori, quidquid ei conceſsi ad Titium creditorem, id eſt, vt ſe liberaret â Titio creditore. Cum minus bene referatur ad illa verba. *Ad eum inve ſtipulatum eius.* Tunc enim ille futurus eſſet datiuus caſus, ſi ad eum eſſet dirigendum verbum, *conceſsi*. Secundum autem vnum, vel alterum intellectum, ſeu potius vtrumque ſimul iunctum ille tx. nobis nihil obſtat.

74 Vltimò, non obſtat, quod ratione affectionis inter coniunctas perſonas præſumitur donatio. Quoniam. l. Procula. ff. de proba. quæ ad hoc adducebatur, iam ſupra vidimus, quam parum faciat. Doctrina verò Bart. & aliorum. in. d. l. cum quid. ff. ſi cert. petat. procedit tunc demũ, ſi ſumma ſit modica, & non aliàs, prout tenuit gloſ. ibi. verbo. pro cauto. & in eum ſenſum loquitur ibi Bart. num. 11. & cæteri omnes, ſecundum Alex. num. 11. Socin. nu. 30. & Iaſ. nu. 19.

Ex qua doctrina poſſent ſupra dicta congruenter limitari, vt quamuis indubio maritus non videatur donare in aliquo ſupradictorum caſuum. ſed potius vxoris negotium gerere, animo repetendi: id ceſſet, ſi ex qualitate rei aliud coniecturandũ eſſet. Etenim, ſi donans ſit diues, & ſumma modica inter coniunctas perſonas, maxime parentes, & coniuges, poſſet præſumi donatio. Pro quo eſt text. in. l. vtrum. ff. de dõna. inter virũ. vbi maritus pecuniam pro vxore erogauit. & quæritur vtrum cenſeatur donata, vel potius ſoluta animo gerendi negotium. Et reſpondet. I. C. idex modo, & qualitate expenſarum coniecturandum eſſe. Significans non eſſe generalem præſumptionem donationis: ſed tunc demum, quando quantitas, & qualitas expenſæ hoc expoſcunt. Nam regulariter (inquit ibidẽ gl.) non debet præſumi donatio. Et quod ſubijcit, niſi concurrat ratio affectionis & coniunctionis, non loquitur quoad caſum tx. Nam ſi ſufficeret coniunctio, vel affectio vxoris ad præſumendam donationem: nec text. nec gloſ. ſic loquerentur, conſiderando qualitatem, & quantitatem expenſarum: ſed ſimpliciter expenſas cenſeri donatas reſpondiſſent. Voluit autem gloſ. vltra qualitatem & quantitatem expenſarum, conſiderare etiam cõiunctionem: quaſi vnum, citra aliud non ſufficeret. Et ex illo text. hanc opinionem in noſtro propoſito tenuit gloſ. 2. in fin. in. d. l. ſi filij. C. de dona. inter virum. quam ibi ſequitur Salice. num. 6. & multum commendat Paul. conſilio. 427. Viſo. caſu.

co.

col.1.volum.2.& in.d.l.cum quid.nu.11. & Lup.in Rubri.de dona.§.11.nu.2. Et idem tenuit glo.in.d.l.vxori.§.cum Seius.de legat.3.in quantum ſe remittit ad notata in dict.l.ſi filij. prout ſupra tetigimus. Et idem voluit gloſ. in.l.& ſi de tua.in fine.C.de dona.inter virum.quam ibi ſequitur Salic.nu.3.

Et fuit hæc cōſideratio Iaco.de Are.& Oldral.quos retulit
75 & ſequitur Bar.in.l.ſi pater.ff.de don.*Circa ſimilem quæſtionem de patre,qui adhibuit filium ad ſtipulandum:quia nō præſumitur adhibitus animo donandi, niſi ex numero liberorum, & quantitate rei aliud eſſet coniecturandū, ex dicta.l. vtrum. Quod etiam tenet Bar.in tract.de duobus fratri.nu.31.& Bal. num.3.& Alexan.num.15.in.l.ſi donatione.C. de colla. & in authen.ex teſtamento.numer.5.in fin.eiuſdem titu. Roman.& Imol.in.d.l.quæ dotis.ſolut.matrimonio. Vbi etiam Alexand. num.4.poſt medium,amplexus eſt hanc eandem diſtinctionē, concordiæ loco,in articulo de quo agimus. Et eandem conſiderationem in ſimili dubio habuit.I.C.in.l.quæ ſitum.§.ſed & ipſe Papinianus.ff.de fun.inſtr.quem retulit Bart.in.d.l.ſi pater. Et quamuis Roma.in.d.l.ſi donatione. non admittat hanc diſtinctionem quoad empta nomine filij,& tradita, quæ indiſtincte intelligit donat,aper tx.in.d.l.2.C.ſi quis alte.vel ſibi.quæ loquitur de pluribus fundis, & veriſimile eſt non eſſe parui valoris: ei tamen ſatiſfacit Corne. in.dict.authent.ex teſtamento.num.34.& nos melius intelligentes tex.illum alienum eſſe à donatione,& ſolum ibi tractari de acquiſitione, quæ fuit facta filijs,ex contractu patris,vt ſupra diximus.

76 Atque ita dicta concordia vera eſt & æqua.*Secundū quam videmus in libris emptis nomine filij,& ſibi traditis,quos omnes agnoſcunt cenſeri donatos: id intelligi, niſi ex numero liberorū, & quantitate patrimonij, & valoris aliud ſit coniecturandum, ex dict.l.vtrum.& dict.§.ſed & ipſe Papinianus Prout intellexit Baldus,in dict.authen.ex teſtamento.num.5. & in.l.filiæ cuius.nume.11.C.fami.hæreiſcun.vbi Salicet. numero.16.idem Bald.in.l.1.ff. ſoluto matrimonio. Angel.in.l. filiæ licet. C.de colla. Alexand.numero. 15. & Decius, num. 42.in dict.l.ſi donatione.Barbat.conſilio. 37. libro. 2. colum. 19.verſiculo.nec obſtat.Alexand.conſilio. 149. numero. 11. libro.7.Fabia.in authent.nouiſsima.C.de inofficio.teſtamen. quæ ſt.26.Corneus,in dict.authent.ex teſtamen.nu. 33.& 35.

X Sic

77 Sic & in veſtibus datis vxori prætioſæ diſtinguntur à vilibus: vt iſtæ cenſeantur donatæ, ille non. l. mortis ſuæ cauſa. l. ſi vir ex lana. ff. de donat. inter virum. Quod tenuit gloſſ. fin. in. l. ſi vſusfructus. §. dos. ad. l. Falcid. quam ibi ſequuntur, Bart. & cæteri. Idem Bart. per text. ibi in. l. ex annuo. ff. de donat. inter virum. & in. l. penul. §. ſeruus. ſolut. matrimonio. numero. 3. vbi additio finalis dicit, communiter Doctores tranſire cum illa opinione legendo, & conſulendo, & refert ad idem plura conſilia, & eſt communis opinio, ſecundùm Lupum in rubric. §. 11. numer. 3. Iuli. Clarum. §. donatio quæſtion. 10. num. 3.

78 Sic & in alimentis, quæ vt plurimum intelliguntur præſtita officio pietatis, animo donandi, & non repetendi. l. 1. l. alimenta. C. de negoc. geſtis. l. ſi quis à liberis. §. vtrum, &. §. ſi mater, & l. pen. de liber. agnoſ. Id omnes intelligunt, niſi ſumma eſſet exceſsiua, ſecundùm Bald. in. l. Nenſenius, in fine. de negoc. geſtis. Cynum, Fulgoſ. Paul. & Alexand. in dict. l. alimenta. Bald. Salic. & Alexan. in. l. ſi filius. eodem titul. Qui dicit eſſe communem opinionem, poſt Roman. in. l. quæ dotis. ſolut. matrim. Ruinum conſil. 100. numer. 14. libr. 4. Purpu. in. l. cum quid. numer. 128. ff. ſi cert. peta. Menoch. de arbitr. quæſtion. 88. numer. 20. & 28.

79 Sic, & in re data à nobili, in quo plerique facilius præſumunt donationem, gloſſ. fin. in. l. vxori. §. fin. de legat. 3. gloſſ. fin. in. l. ſed ſi ego. ff. ad Velle. Roman. ſingul. 644. Bald. in. l. ſi paterno. C. de negoc. geſtis. Iaſ. in dict. l. cum quid. 2. lectura. numer. 19. & ibi Purpu. numer. 21. Iaſ. in. l. contra iuris. §. 1. column. 1. de pactis. Tiraquel. de nobili. cap. fin. numer. 47. Id tamen in rebus paruis, & quantitate modica intelligendum eſt, vt ſentit Bart. in dict. l. vxori. §. fin. Socin. iuni. conſil. 79. numer. 99. libr. 3. & Menoch. vbi ſupra numer. 51. probat text. in cap. ſi quæſtiones. de Simo. vbi glo. refert dictum Antigoni Regis Macedoniç.

80 Et inter fratres cũ multi donationem præſumant, id non habere locum in rebus grauibus, limitauit Iaſ. conſ. 193. col. fin.

81 In ſuperioribus autem coniecturis arbitrium iudicis valde neceſſarium eſt, cui ab ipſa lege & authoribus hoc cõmittitur, qui omnia acurate perpendet. Ego tunc demum iudicarem maritum, qui emit nomine vxoris, vel qui dedit pecuniam ad emendum,

emendum, voluiſſe donare: quando quantitas reſpectu patrimonij eſſet modica: amor mariti in coniugem extraordinarius: liberalitas nota, & aliàs exercita, nec extarent liberi, vel eſſent patri inobedientes: ita, quòd maritus timeret vxorē ab ipſis, ſe mortuo, non bene tractandam. Et quantum in ijs valeat iudicis arbitrium poteris ad longum videre Tiraquel. in l. ſi vnquam. verbo. omnia vel partem. num. 31.

82 Illud prætermittendū nō eſt, quod quando præceſsit mandatum ad emēdum, nunquam præſumitur in procuratore voluntas, ſeu animus donandi, ſecundum Bart. per tex. ibi. in. l. ſi mandato. ff. ſi manda. & not. Paul. num. 5. col. 3. in. l. quæ dotis. ſolu. matrimonio. Et idem erit, quando extaret cauſa, vel præſumptio vrgentior, quæ excluderet alias coniecturas. Cum ſemper præſumptio maior excludat minorem. l. diuus. de in integrum reſti. maximè ad excludendam donationem, per ea, quæ dicta ſunt ſupra. numero. 46. & 47.

83 Vnde quando emptio fuit celebrata per maritum, pro ſe & vxore, ad cenſum redimibilē, etiam ſi contractus, & inſtrumentum vtriuſque nomine eſſet confectum, & poſſeſsio vtrique tradita: quamuis ſine dubio mulieri acquiratur, vt diximus ſupra num. 36. non tamen cenſeretur ei pars donata. Cum enim in huiuſmodi emptionibus mulieres inſerantur pro ſecuritate cenſus remanentis, vt ibi diximus: taliter, quod venditores nollunt aliter vendere, ne forte vxor ratione dotis præferatur in re vendita: vel vt etiam ipſa ratione dotis ad cenſum obligetur. Et licet timores iſti inanes ſint, & quodam modo friuoli, & contractus poſſet à marito ſatis caute in fauorem venditoris celebrari ſine vxore: hoc iam vſu receptum eſt, & ſufficit, vt ceſſet præſumptio donationis in marito, qui ad hunc finem contraxit inſerta vxore, ex dicta ratione.

84 Quando autem mulier emeret, aſſerens ſe id facere de propria pecunia, præſente viro, & conſentiente, ſtandum eſſet tali declarationi, & ei tenebuntur ſtare hæredes viri, ſecundum Salicetum. in. l. Cum propria. in fine. C. ſi quis alteri. vel ſibi. & in. l. ſi non verum. numero. 2. C. de donationi. inter virum. & alios quos refert Ant. Gabr. tit. de proba. concl. 15. nu. 15. Licet ſecus ſit quando maritus emeret nomine mulieris abſentis. Quamuis enim aſſereret pecuniam eſſe mulieris, nihil

operaretur confeſsio, ſecundum Salice. in. l. ſi mater. C. de contra. emp. Alex. conſil. 18. volum. 3. Alci. regul. 3. præſum. 26 declara. 10. & alios quos refert Gabr. vbi ſupr. num. 16. Sed verius exiſtimo, vtroque caſu, idem ius futurum: vt declaratio non valeat. Prout etiam in primo caſu tenuit Areti. conſil. 31. & Pariſ. con. 62. volumi. 1. & in hanc partem inclinat Roder. in. l. 1. tit. *de las ganancias*. num. 25. & ſeqq. Vtroque enim caſu contra mulierem militat præſumptio. l. Quintus. ff. de dona. inter virum. & l. etiam. C. eod. contra maritum autem obſtat præſumptio. l. qui teſtamētum. ff. de probatio.

85 *Et nō obſtat quod tradit ibi gloſ. verbo. modum. quod confeſsio inter perſonas prohibitas ſolum eſt vetita in teſtamento, non autem in contractu. Quoniam contrarium tenet Bartol. ibi. & in. l. 1. per tx. ibi. C. natura. liber. Cuius opinio aduerſus illam glo. eſt magis communiter approbata, ſecundum Alexand. dict. conſil. 18. num. 1. & Iaſ. in. l. ſi is qui. num. 11. de vulga. & in. l. quæ delegato. num. 37. de legat. 1. Alci. de verbor. ſignifica. lib. 3. in fine. Vnde ſi fortè extarēt filij huius, vel etiā alterius matrimonij cōfeſsio eis nō noceret, niſi aliâs cōſtaret pecuniā fuiſſe vxoris, propter vitandas fraudes, vt inquit Roderic. Et hoc caſu eſſet iudicandum de confeſsione, prout, de donatione. Vt licet morte eſſet confirmata, ſolum valeat intra quintum, propter filios. Ex mariti enim confeſsione, nulla aliâs reſultat præſumptio, quam donationis. Præſumptiones autem, ex quibus poterit conſtare pecuniam fuiſſe vxoris, ponit Gabriel. vbi ſupra, ad declarationem text. in d. l. Quintus. & in d. l. etiam. quem vide.

Ex quibus omnibus, quæ licet longa, vtili tamē digreſsione

86 dicta ſunt, poteſt inferri ad ea vnde diuertimus. Vt quoad meliorationem, de qua erat ſermo, bona hæc empta per maritum, pro ſe, & vxore, in hac ciuitate longe diſſent à bonis lucratis, conſtante matrimonio, in reliquis opidis Regni. In quibus cum melioratio non poſsit fieri ab vllo coniugum, niſi pro ſua tantum parte: In ijs tamen ſic emptis. ſi in totum ſunt empta pro vxore, & ſibi tradita, in illis non poterit intelligi melioratio mariti. Si pro vtroque, in parte tantum intelligetur: licet pretium, quod ab vxore eſt reſtituendum, quando expreſſe donatum non eſt, accreſcat ſubſtantiæ mariti, vt maior ſit melioratio quotæ ab eo facta. Rurſus licet maritus poſſit in ſui melioratione aſsignare rem lucratam, conſtante matrimonio,

trimonio, dum tamen vxori tantundem reſartiat de communi. vt ſupra diximus: In ijs tamen ſic emptis, & vxori acquiſitis, iudicandum erit tanquam de alienis. Rurſus licet donatio, ſeu aſsignatio ſimplex facta à marito pro melioratione in re quæſita, conſtante matrimonio, etiam ſi vxor nolit, valeat in totum, dum tamen vxori tantundem detur de communi, vt dictum eſt: In ijs tamen ſic emptis, idem iudicium erit quod de alienis. Atque ita ea, quæ tradit hic Tello, num. 7. & ſequentibus: quæ ſupra non admiſsimus in rebus lucratis, conſtante matrimonio admittenda erunt, & verificanda in hac ciuitate, in rebus emptis per maritū, pro ſe, & vxore, & vtrique acquiſitis: vt maritus diſponendo, videatur diſponere de parte tantum quam habet in re.

87 Cæterum, ſi emptio fuiſſet celebrata per maritum, pro vxore, vel pro ſe, & vxore, expreſſo animo donandi, cum donatio valeat intra quintum, niſi vxor fuerit præmortua, vel donatio reuocata, vt ſupra dictum eſt: per poſteriorem donationem, ſeu meliorationem eiuſdem rei facta filio, reuocaretur vtique donatio vxoris. l. rem legatam. l. legatum. §. pater hortos. de adim. lega. cum traditis ſupra. l. 1. gloſ. 4. num. 7. Qua in parte diſtinguendum erit, vtrum ne prædia empta donata eſſent: an verò pecunia ad emendum. Nam ſi prædia: per ſecundam donationem eorundem prædiorum, in totum reuocarentur. Si autem pecunia: licet prædia multo plus valeant, non poterunt à muliere auferri, iuxta ea, quæ diximus ſupra num. 20. Cum ſola pecunia, in qua maritus fuit factus pauperior, reuocetur. l. ſi ſponſus. §. conceſſa. ff. de donatione inter virum. In dubio autem, quando maritus animo donandi emit nomine vxoris, & ei fuit facta traditio, & inſtrumentum, donatio ad prædia referenda eſt, vt ſupra dictum eſt, numero. 66. Quando autem animo donandi dediſſet pecuniam, vt emeret, vel cum ipſa emiſſet, maritus ſoluit venditori: tunc pecunia tantum donata cenſeretur, vt ibi diximus. Et non ſolum reuocaretur donatio prædiorum facta vxori, per poſteriorem donationem factam filio eorundem prædiorum: ſed etiam ſi filio fieret donatio quotæ bonorum, cum aſsignatione in ijs prædijs, iuxta ea, quæ diximus ſupra. l. 1. glo. 4. nu. 15.

GLOSSA TERTIA.

De ſupplenda, vel reſecanda re aſsignata, ſi non ſufficiat, vel excedat quotam.

1 *Si res aſsignata pro tertio & quinto, non ſufficiat, vel excedat, qualiter ſit ſupplenda, vel reſecanda.*

2 *Donatio filij inofficioſa ſolum reuocatur in exceſſu.*

CON *tanto que no exceda el dicho tertio.* Melius dixiſſet. *Con tanto que no exceda la dicha coſa ſeñalada lo que montare, o valiere la tercia parte, &c.* Si autẽ res aſsignata minus valeat quã
1 tertium, & quintum meliorationis: Gomez. in. l. 17. Tauri. numer. 14. exiſtimauit nihil amplius filio meliorato præſtandum, quam rem ipſam aſsignatam. Per text. in. l. ſi quis ſeruum. §. ſi quis ita legauerit. de legat. 2. l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. de legatis. 1. Vbi ſi quis ex dolio. habenti quinque amphoras, decem legauerit: vel cum in arca haberet quinque, legauerit decem, quæ in arca habeo: quinque tantum vtroque casu debentur. Et ſic, quamuis legatum fuerit factum de decem, aſsignatio tamen, quæ continuit ſola quinque, reſtringit, & reſecat legatum: vt in ſolis quinque verificetur, non autem aliunde ſuppleatur. Per quæ iura exiſtimauit etiam, quod ſi res aſsignata pereat, vel alienetur voluntarie: extinguitur legatum, ſeu donatio reuocabilis facta de tertio & quinto. Qua ſi aſsignatio immutauerit legatum, ſeu donationem. Sed contrarium verius eſt, prout etiam tenuit Cyfuen. hîc. Illa enim iura procedũt, quoties locus, vel aſsignatio ita eſt adiecta, quod immutat naturam quantitatis legatæ, vt quaſi certum corpus legatum videatur: Quo caſu legatum nullum eſt in eo, quod deficit, tanquam ſi legaretur, quod non eſſet in rerum natura. Quod ex ipſa forma legandi, patet manifeſte, in qua fundatur deciſio, vt conſtat ex verbis. *ſi quis ita legauerit.*

Cæterum ſi poſt perfectam diſpoſitionem legati, deſignaretur locus, vnde poſſet ſolui, vel res in qua poſſet exequi: tunc ſi res non ſufficiat ad executionem totius legati, nihilominus, legatum ſuppleri debet ex alijs bonis. Cum ſubſtantia legati nõ conſiſtat in re aſsignata, quæ demonſtrationis tantum gratia, adiecta eſt, ad faciliorem legati executionem. Vt probat text. in. l. quidam teſtamẽto. de legat. 1. l. Paula. Callinicho. §. Iulius.

Se-

ſe ucrus.de legatis.3.l.Lutius. de alimen.legat. Prout eſt in caſu de quo agimus. Supponimus enim legatum, ſeu donationem factam de tertio & quinto, & pro eius ſolutione deſignatam rem certam. Manifeſtum eſt, quod ſi res illa certa non ſufficiat, tertium & quintum, aliunde ſupplendum eſt. Alias filio meliorato non ſolueretur integre, quod legatum vel donatum eſt. Et ex his etiam patet, quod ſi res illa aſſignata in vita meliorantis periret: vel etiam voluntarie alienaretur: non ex eo defficeret legatum, vel donatio reuocabilis: vt in dicta. l. quidam teſtamento. quamuis minor fieret ex rei illius defectu, vt diximus in gloſſa. 1. ſupra. numero. 6. & in.l. 1. gloſſ. 4. numero. 15. Procederet autem opinio Gomez. quando res ipſa fuiſſet legata, vel donata in rationem tertij & quinti. Tunc enim ſubſtantia diſpoſitionis conſiſtit in ipſa re: & ſic non erit ſupplenda, & per ipſius interitum, aut alienationem voluntariam reuocaretur, vt ibi diximus.

2 Si autem res aſsignata pro melioratione tertij, & quinti, excedat eius valorem, reſecanda eſt in exceſſu, tanquam inofficioſa. l. 1. C. de inofficioſo donat. l. Sancimus. C. de donation. Et probat text. iſte iſtis verbis. Et notat hic Lupus numero. 2. Caſtillo. numero. 3. Matien. gloſſa. 3. numero. 1. & Segura in. l. vnum. ex famil. §. ſed ſi fundum. num. 145. de legat. 2. Et facit. l. 10. & 12. infra. & l. 7. titu. *de las donaciones.* l. b. 3. Fori. & dicam in. l. 7. infra glo. 1. nu. 11.

GLOSSA QVARTA

QVod ius aſsignādi rem pro melioratione non poteſt alteri committi ꝑ. Nec ius meliorādi cōpetit patri, qui teſtatur pro filio mentecapto aut impubere. Et vtrum melioratio, ſeu maioris commiſſa tertio, eo nō exequēte, habeatur pro facta. Et alia de cōmiſſarijs ad teſtandū.

1 *Ius aſsignandi rem, in qua ſoluatur melioratio, non poteſt committi tertio niſi ſpecialiter.*

2 *Filio meliorato poteſt cōmitti electio rerū, in quibus habeat meliorationē*

3 *Ius meliorandi non competit patri, qui teſtatur pro filio mentecapto, aut impubere.*

4 *Melioratio cōmiſſa tertio, eo nō eligēte, an habeatur pro facta. & qualiter*

GLOSSA TERTIA.

DE ſupplenda, vel reſecanda re aſsignata, ſi non ſufficiat, vel excedat quotam.

1 *SI res aſsignata pro tertio & quinto, non ſufficiat, vel excedat, qualiter ſit ſupplenda, vel reſecanda.*

2 *Donatio filij inofficioſa ſolum reuocatur in exceſſu.*

CON *tanto que no exceda el dicho tertio.* Melius dixiſſet. *Con tanto que no exceda la dicha coſa ſeñalada lo que montare, o valiere la tercia parte, &c.*[v] Si autẽ res aſsignata minus valeat quã
1 tertium, & quintum meliorationis: Gomez. in. l. 17. Tauri. numer. 14. exiſtimauit nihil amplius filio meliorato præſtandum, quam rem ipſam aſsignatam. Per text. in. l. ſi quis ſeruum. §. ſi quis ita legauerit. de legat. 2. l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. de legatis. 1. Vbi ſi quis ex dolio. habenti quinque amphoras, decem legauerit: vel cum in arca haberet quinque, legauerit decem, quæ in arca habeo: quinque tantum vtroque caſu debentur. Et ſic, quamuis legatum fuerit factum de decem, aſsignatio tamen, quæ continuit ſola quinque, reſtringit, & reſecat legatum: vt in ſolis quinque verificetur, non autem aliunde ſuppleatur. Per quæ iura exiſtimauit etiam, quod ſi res aſsignata pereat, vel alienetur voluntarie: extinguitur legatum, ſeu donatio reuocabilis facta de tertio & quinto. Qua ſi aſsignatio immutauerit legatum, ſeu donationem. Sed contrarium verius eſt, prout etiam tenuit Cyfuen. hic. Illa enim iura procedũt, quoties locus, vel aſsignatio ita eſt adiecta, quod immutat naturam quantitatis legatæ, vt quaſi certum corpus legatum videatur: Quo caſu legatum nullum eſt in eo, quod deficit, tanquam ſi legaretur, quod non eſſet in rerum natura. Quod ex ipſa forma legandi, patet manifeſte, in qua fundatur deciſio, vt conſtat ex verbis. *ſi quis ita legauerit.*

Cæterum ſi poſt perfectam diſpoſitionem legati, deſignaretur locus, vnde poſſet ſolui, vel res in qua poſſet exequi: tunc ſi res non ſufficiat ad executionem totius legati, nihilominus, legatum ſuppleri debet ex alijs bonis. Cum ſubſtantia legati nõ conſiſtat in re aſſignata, quæ demonſtrationis tantum gratia adiecta eſt, ad faciliorem legati executionem. Vt probat text. in. l. quidam teſtamẽto. de legat. 1. l. Paula. Callinicho. §. Iulius Se-

ſe uerus. de legatis. 3. l. Lutius. de alimen. legat. Prout eſt in ca ſu de quo agimus. Supponimus enim legatum, ſeu donationem factam de tertio & quinto, & pro eius ſolutione deſsignatam rem certam. Manifeſtum eſt, quod ſi res illa certa non ſufficiat, tertium & quintum, aliunde ſupplendum eſt. Alias filio meliorato non ſolueretur integre, quod legatum vel donatum eſt. Et ex his etiam patet, quod ſi res illa aſſignata in vita meliorantis periret: vel etiam voluntarie alienaretur: non ex eo defficeret legatum, vel donatio reuocabilis: vt in dicta. l. quidam teſtamento. quamuis minor fieret ex rei illius defectu, vt diximus in gloſſa. 1. ſupra. numero. 6. & in. l. 1. gloſſ. 4. numero. 15. Procederet autem opinio Gomez. quando res ipſa fuiſſet legata, vel donata in rationem tertij & quinti. Tunc enim ſubſtantia diſpoſitionis conſiſtit in ipſa re: & ſic non erit ſupplenda, & per ipſius interitum, aut alienationem voluntariam reuocaretur, vt ibi diximus.

2 Si autem res aſsignata pro melioratione tertij, & quinti, excedat eius valorem, reſecanda eſt in exceſſu, tanquam inofficioſa. l. 1. C. de inofficioſo donat. l. Sancimus. C. de donation. Et probat text. iſte iſtis verbis. Et notat hic Lupus numero. 2. Caſtillo. numero. 3. Matien. gloſſa. 3. numero. 1. & Segura in. l. vnum. ex famil. §. ſed ſi fundum. num. 145. de legat. 2. Et facit. l. 10. &. 12. infra. &. l. 7. titu. *de las donaciones*. l. b. 3. Fori. & dicam in. l. 7. infra glo. 1. nu. 11.

GLOSSA QVARTA

QVod ius aſsignãdi rem pro melioratione non poteſt alteri committi ſit. Nec ius meliorãdi cõpetit patri, qui teſtatur pro filio mentecapto aut impubere. Et vtrum melioratio, ſeu maioris commiſſa tertio, eo nõ exequẽte, habeatur pro facta. Et alia de cõmiſſarijs ad teſtandũ.

1 *Ius aſsignandi rem, in qua ſoluatur melioratio, non poteſt committi tertio niſi ſpecialiter.*

2 *Filio meliorato poteſt cõmitti electio rerũ, in quibus habeat meliorationẽ*

3 *Ius meliorandi non competit patri, qui teſtatur pro filio mentecapto, aut impubere.*

4 *Melioratio cõmiſſa tertio, eo nõ eligẽte, an habeatur pro facta. & qualiter*

5 *Maioratus commiſſus tertio, eo non eligente, an habeatur pro facto.*
6 *Fœmina poteſt eſſe commiſſaria teſtamenti.*
7 *Mulier non perdit commiſsionem ad teſtandum, nec ad exequendum, per tranſitum ad ſecundas nuptias.*
8 *Monachus minor non poteſt eſſe commiſſarius, nec executor teſtamenti.*
9 *Electio perſonæ poteſt committi monacho.*
Ea quæ ſunt facti, & non iuris non ſunt interdicta monacho. ibi.
10 *Monachus an patiatur capitis diminutionem.*
11 *Deportatus an poſsit eligere.*
12 *Commiſſarius non poteſt ſubdelegare, niſi ex ſpeciali commiſsione.*
13 *Commiſsio ad teſtandum ad quid extendatur.*
14 *Filia, quæ renuntiauit, licet non poſsit ſuccedere, poterit tamen ſi ſit inſtituta.*

1 *Que no lo pueda el teſtador cometer.* Habes hic ius aſsignandi rem, in qua ſoluatur melioratio, non poſſe committi alicui tertio. Quod noſtri hic Caſtillo, Gomez. Tello, Matien. intelligunt, quando commiſsio fuit generalis ad teſtandum. Talis enim commiſſarij facultas legibus regijs reſtricta eſt. l. 5. & . 6. & ſequentibus. ſupra tit. 2. Solum enim exonerat conſcientiam, & expendit pro anima intra quintum: reliqua ſeruantur venientibus ab inteſtato. Non tamen inſtituit, nec ſubſtituit, nec exhæredat, nec facit meliorationem, nec dat tutorem. Et is generalis commiſſarius, quemadmodum non poteſt facere meliorationem, nec etiam poterit aſsignare rem. Imo etiam commiſsio faciendi meliorationem non includeret commiſsionem aſsignandi rem. Cæterum ſi commiſsio eſſet ſpecialis aſsignandi rem, bene poſſet id per commiſſarium fieri: quemadmodum poterit meliorare, & cætera omnia facere, ſi committerentur ſpecialiter, vt in dicta. l. 5. Vnde cum data facultate meliorandi, etiam non expreſſo nomine, & quantitate, poſsit id exequi per cōmiſſarium, vt ibi: eodem modo poterit aſsignare rem pro melioratione, ſi facultas ad id expreſſe data ſit: etiam ſi res aſsignanda non exprimatur: vt agnoſcunt ſupra citati. Eorum tamen æquiparatio non videtur æqualis. Nam in d. l. 5. licet commiſsio generalis reſtringatur, vt non extendatur ad actus illos ibi nominatos: permittitur tamen teſtatori, vt poſsit commiſsionem extendere ad illos. Prohibitio autem noſtri text. non eſt illi ſimilis: ſed includit

cludit etiam, quod nec teſtator poſsit committere aſsignationem. Quod non poteſt intelligi de commiſsione generali, ſed de ſpeciali iure aſsignandi, de quo loquitur. In quo, quamuis lex videatur voluntaria, ita tamen ſcripta ſonat. Adhuc cum noſtrorum interpretatione tranſeundum erit. Argumento dict. l. 5. Ex quo enim permittitur commiſsio expreſſa meliorandi, in qua maius damnum aliorum filiorum verſatur: poterit etiam permitti commiſsio expreſſa ad aſsignandum. l. illud. ff. ad. l. A qui.

2 Et hinc etiam poterit dici eandem commiſsionem, ſeu eligendi facultatem poſſe dari eidem filio meliorato: vt ipſe eligat in quibus rebus velit ſibi meliorationem ſolui: Argumento tit. de optione lega. Quo caſu non compelletur eligere mediocria: ſed optima quæque, iuſta tamen æſtimatione, intra quotam ſibi legatam, poterit eligere. l. 2. in principio. de optio. lega. Tenet glo. verbo. ex ſeruis. in. l. fin. §. 1. C. communia. de lega. communiter recepta ſecundum Corne. ibi. in fine. Quam etiam ſequuntur Imol. Aret. Alex. Iaſ. in. l. legato. generaliter. de lega. 1. Caſu, quo res, inter quas eſſet electio facienda, reperirentur in patrimonio teſtatoris, prout hic loquimur. Idem tenet Gomez. titu. de legatis. nu. 32. Licet indiſtincte legatarium debere eligere mediocria, nec poſſe eligere meliora, teneat Gregor. in. l. 23. verb. *el mejor*. tit. 9. p. 6. ſequutus glo. in. l. 2. de optio. lega. quā dicit communiter receptam. Quod planius procedet quoties teſtator præceperit meliorationem ſolui electione filij, in melioribus ſanioribusquè rebus: vt verba aliquid operentur. l. ſi quā do. de lega. 1.

3 Ex. d. autem. l. 5. iuncto iſto tex. colliges, ius hoc meliorandi, & aſsignandi rē eſſe in patre perſonaliſsimum, nec alicui poſſe competere, niſi ex ſpeciali eius commiſsione. Vt vel ſic inde inferas auū, qui ex legis diſpoſitione teſtatur pro filio mentecapto. l. ex facto. ff. de vulga. l. humunitatis. C. de impu. §. qua ratione. inſti. de pupi. nō poſſe facere meliorationē nepoti, ex bonis filij. Quēadmodum nō poſſet, ſi teſtataretur pro filio, qui nō eſſet mētecaptus, ex ipſius cōmiſsione. iuxta. d. l. 5. Quāuis enim nepos poſsit meliorari ab auo, vt in. l. præcedēti, intelligēdū eſt in bonis ſuis, prout expreſſe dicitur in. l. Fori, quę ibi refertur.

Et idem eſſet ſi pater teſtaretur pro filio impubere vxorato & in poteſtate retento, vt quia nondū fuit velatus, iuxta. l. 8.

tit.1.ſupra.pro quo pater poteſt teſtari,ſecundum Gomez.tom. 1.c.2.nu.2.Qui filius impubes haberet bona,& filios,quod aliquãdo viſum eſt. Vt refert Abb.in.c.puberes.de deſpo. impu. & Bar.nu.ti.in.l.in pupillari.ff.de vulga. vbi additio plura refert.Quãuis enim poſſet meliorare vnũ ex nepotibus in tertio bonoru ſuorũ: non tamẽ in bonis filij.Nã cũ ſubſtitutio pupillaris reſpiciat principaliter fauorẽ filij. l. ſi pupillus,de acq.hęredi.ibi *impugnat enim vtilitatem.* & eodẽ modo exẽplaris,cũ ſit introducta ad exẽplũ pupillaris.d.§.qua ratione.nõ debet extendi facultas patris data à lege ad teſtãdũ pro filio,vltra id quod extẽderetur expreſſa cõmiſsio filij.Quę cũ ex legis interpretatione,nõ extẽdatur ad faciendã meliorationẽ,vt in.d.l.5.nec ad id debet extendi cõmiſsio data à lege per pupillarẽ,aut exẽplarem.Cũ ex præſumptione legis,pater in dubio intelligatur velle potius æqualitatẽ.quã meliorationem.l.cum pater.§.pater.pluribus.de leg.2.cũ ijs,quæ diximus ſupra in Rubr.nu.36.Et hoc mihi videtur verũ,quamuis Segu.in.l.cohæredi.§.cũ filiæ.nu.229.teneat contrariũ,per fundamẽta ſatis extraordinaria.

Circa ſimiles autem commiſsiones,præ oculis habenda eſt.l.7.ſupra tit.2.Vbi diſponitur,quod ea, quæ ſunt ſpecialiter iniuncta commiſſario,ſi per ipſum,intra terminum legis,nõ fuerint executa: habentur pro factis. Quod licet verificari non poſsit in commiſsione ſpeciali aſsignandi rem pro melioratio-

4 ne, de qua tractat hic text.*recte tamen verificatur in commiſſione meliorandi vnum ex filijs. Quia commiſſario non eligente,vel meliorante:omnes filij æqualiter admittentur.l.cum pater. §.rogo.l.vnum ex fami.§.rogo. l. cum quidam.de legat.2.& tradunt Doctores.ibi.& in.l. vtrum.§.cum quidam.& in l.quidam relegatus.vbi Socin.num. 18.de rebus dubijs. Et licet teſtator voluerit fieri meliorationem, id eſt, quod vnus habeat præ cæteris: lex admittendo omnes, inter quos erat electio facienda,magis proſpexit, vt diſpoſitio valeret, quam vt melioratio fieret. Suſtinendo enim diſpoſitionem, melioratio fit,ſi fieri poteſt: vel fit eo modo,quo poteſt. Vnde cum in prædicto caſu,omnes filij æqualiter admittantur, nullus in effectu remanet melioratus. Si autem haberet filios,& nepotes,ex filio præmortuo, & iuſsit meliorationem fieri in vnum ex filijs: omnes filij admittentur, & in eis verificabitur commiſſa melioratio, reſpectu nepotum. Idem ſi vnum ex nepotibus

iuſſ-

iuſiſſet meliorari, quia melioratio verificaretur inter omnes nepotes, reſpectu filiorum. Idem ſi iuſsit meliorationem fieri in vnum ex filijs, vel nepotibus, quia non facta electione: omnes filij, & nepotes admitterentur: vterque tamen gradus collectiue. Iuxta tradita per Iaſ. in. l. fin. C. de impuber. & per Doctores in. l. re coniuncti. de legat. 3. vbi Ripa numer. 105. Non tamen ordine ſucceſsiuo, iuxta tradita in. l. Gallus. §. idem credendum. de liber. & poſthum. Quia illud eſt, quando inter vocatos concurrit neceſsitas præciſſa, vel cauſatiua inſtituendi, vltra charitatis, & affectionis ordinem, ſecundùm Iaſ. ibi num. 24. In melioratione autem, quæ libere poteſt relinqui filijs, vel nepotibus: relicta omnibus, ad omnes pertinet collectiue. Et ſic melioratio verificabitur in eo, quòd vterque gradus habet, quod habiturus non eſſet, ſi electio fieret à commiſſario in vnum de altero gradu. Et huc tendunt, quæ tradit Tello in. l. 33. Tauri in fine.

5 Si autem melioratio eſſet commiſſa titulo maioriæ in filiũ per commiſſarium nominandum, eo non eligente, cenſeretur vocatus filius maior, & in eo habebitur pro facta dicta maioria, ex dict. l. 7. titul. 2. ſupra. Secundùm Gregor. in. l. 2. tit. 15. part. 2. verbo, *eſto vſaron*, col. 2. verſi. ſed pone. Quam doctrinam pluribus ornat Mieres. 1. par. quæſt. 48. ex num. 15. Licet ipſe num. 14. non multum confidat de ea opinione, motus ex d. l. 7. quæ eſt. l. 33. Tauri. in quantum probat, quòd elapſis terminis expirat facultas commiſſarij. & bona deueniunt ad eos, qui aliàs ſuccederent. ſi comiſsio data non eſſet. Sed opinio Grego. vera eſt, & ex illo text. potius fundatur verſic. fin. In quantum probat, quòd ea quæ per teſtatorem fieri iuſſa ſunt ſpecifice, non impediuntur, nec ceſſant, licèt commiſſarius ceſſauerit in eorum executione. Vnde ſi teſtator iuſsit fieri maioriam in filium per commiſſarium eligendum, qui tamẽ quidquam non fecit, non ex eo ceſſat maioria, ſed habetur pro facta, & ex communi conſuetudine (quæ in hoc attenditur, argumen. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. in fin. de teſtamen. & in. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. de legat. 1.) ad maiorem defertur, qui ex ſimplici conſtitutione maioratus cenſetur vocatus. Prout tradunt Alexand. conſi. 4. num. 4. libr. 4. Roderic. in. l. quoniam in prioribus ampliat. 10. numer. 26. Couarr. libr. 3. variar. cap. 5. numer. 3. Gomez in. l. 40. Tauri nu. 7. & nu. 59.

Greg.

Gregor. vbi ſupra, verbo, *ſino el hijo mayor,* Molin. libr. 1. cap. 11. nume. 9. Quamuis enim in ſucceſſore ſit data electio commiſſario, eo tamen non eligente, non ceſſabit maioria: ſed habebitur pro facta, & ſuccedet is, ad quem maioratus ſolet deuenire, ex illo text. Quod & tenuit Peralt. in. l. vnum ex famili. col. fin. delegat. 2. ex Aretin. & Angel. & melius Guidone deciſio. 467.

6 Similis autem cõmiſsio non impeditur dari fœminæ, ſecundùm Lupum num. 36. Ciſuen. num. 3. Gomez nume. 4. Tello in fin. in. l. 31. Tau. Omnes enim qui prohibiti non reperiuntur, poterunt eſſe commiſſarij: argum. executoris teſtamenti. c. ſi religioſus. de teſtam. in. 6. vbi notat gloſſ. & DD. & Decius conſi. 499. Niſi ſit frater minor, de quo vide Couarr. in. c. tua in princ. de teſtamen. Fœmina autem prohibita non eſt, ex doctrina Bart. in. l. alio. de alimen. legat. & in. l. filio. §. matri. de adim. lega. Quæ quamuis in executore procedant, ad commiſſarium ſunt extendenda, ſecundùm ſupra citatos in dict. l. 31. Si tamen commiſsio eſſet data vxori, quæ luxurioſe viueret, cẽſeretur reuocata, ſecundùm Imol. & Alexan. in. l. cum qui ita. de verborum, quaſi mutatione ſtatus. Et tradunt Caſtillo, & Ciſuen. in dict. l. 31. & Lupus in rubr. de donat. §. 67. num. 7. Dubitat autem Ciſuen. & relinquit cogitandum: an idem ſit, ſi contrahat ſecundas nuptias: allegat DD. pro, & contra in. l. ex facto de vulga. Quæſtio tamen, quæ ibi examinatur eſt: an mulier, quæ tranſit ad ſecundas nuptias, poſsit ſubſtitue-

7 re filio exemplariter.* In noſtra autem quæſtione verius eſt, quòd commiſsio ad teſtandum non perdatur per tranſitum ad ſecunda vota, quia nec executio teſtamenti perditur. Vt comprobat Decius conſi. 91. col. 1. cui executioni noſtri omnis ſupra relati æquiparant commiſsionem ad teſtãdum. Quæ legibus Regijs ita reſtricta eſt, vt licet mulier ſecundo nubens ſit aliâs ſuſpecta. l. lex quæ tutores. C. de admin. tuto. l. 1. ff. vbi pupi. educ. debe. parum ſit hic in quo poſsit exequi ſuſpitio. Quod & tenuit Gregor. in. l. 2. titul. 10. part. 6. gloſſ. penul. in fine.

8 Quod vero diximus fratres minores non poſſe eſſe commiſſarios, ab eo deducitur, quòd nec poſſunt eſſe executores, Clement. exiui, verſi. verum, de verbor. ſignifi. Et ſic tali monacho non poterit cõmitti melioratio facięda, vel res aſsignanda pro meliora-

9 melioratione, de qua in hac lege.* Cæterum ſi ſolum eſſet commiſſa electio meliorati, benè poſſet per talem religioſum exequi, cum ea ſit facti, non vero iuris, ſecundum Barto. in tractat. mino. libr. 3. cap. 4. Roman. conſil. 409. colum. 2. quos ſequitur Couar. in cap. tua. de teſta. num. 1. Licet contrarium tenuerint Cardi. & Ancha. in d. Clemen. exiui. §. verum. Domini. & Francus in c. religioſus. de teſtam. in. 6. Eſt tamen opinio Bart. verior. Cui non obſtat, quod talis monachus non habeat velle, nec nolle, vt in d. c. religioſus. & in. c. ſi religioſus. de elect. in. 6. Quia illud circa diſpoſitionem rerum ſuarum intelligitur. vt in authen. ingreſsi. C. de ſacro. eccleſ. Electionem autem ſibi commiſſam explicare, ſeu quid aliud facti exequi nō prohibetur,
10 vt dictum eſt.* Non obſtat, quod patiatur capitisdiminutionē, vt tenu t gloſ. in auth. de mona. §. 1. quam ſequitur Bartol. in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccleſ. communiter receptus, ſecundum Iaſ. ibi, num. 17. Quia in maxima, & media, id falſum eſt. & in minima valde dubium. Vt poteſt videri per Iaſ. vbi ſupra. & per Fulgoſ. & Salicet. ibi. qui contrarium defendunt. Ad quod optime conducit gloſ. magna. in dict. authen. ingreſsi. vbi dicit monachum eſſe adinſtar capite minuti, & ſic loquitur ſimilitudinarie. Et licet verum eſſet, quod pateretur
13 Quoties autem ſpecialis facultas, requiritur in commiſſario ad faciendum ea, quæ lege ſunt ſibi ex generali commiſſione prohibita, videtur requiri, quod nominetur perſona, quę ſit inſtituenda, exhæredanda, vel melioranda, ex dict. l. 5. titulo. 2. ſupra. ibi. *nombrando el que da el poder por ſu nombre.* Sed illud ad inſtitutionem tantum videtur referendum: cum in alijs lex contenta ſit, quod commiſsio ſit ſpecialis, licet non nominetur perſona per teſtatorem, ſicut ibi tenet Matien. gl. 3.

& 4.

&.4. Verius tamen videtur, vt quamuis litera hoc ſonet, requiſitum tamen legis in inſtitutione, vt nominetur perſona, requiratur etiã in ſubſtitutione, & exhæredatione, tanquam inſtitutioni annexa. Subſtitutio enim inſtitutio eſt.l. mulier. §. fin. de condi. inſtit. vbi Bartol. notat Coſta. in cap. ſi pater. verbo. inſtituendo. numero. 5. & Tiraquel. tractatu. *le mor ſair ſit.* 2. parte. declaratio. 9. nume. 16. & ſequentibus. Quamuis proprie ſecunda nominetur. gloſ. in Rubrica. inſtitu. de vulga. Exhæredatio, etiã per contrarium expreſsionem nominis requirit. l. hac conſultiſsima. C. qui teſtamen. face. poſſunt. l. 1. & 2. ff. de liber. & poſthum. In reliquis commiſsio ſpecialis ſufficiet, in tutore, executore, & filio meliorando: licet non exprimatur nomen, nec quantitas. Dum modo electio detur inter incertum, de certis, prout eſt in melioratione, ex propria natura. l. vtrum. §. cum quidam. de rebus dub. Quod & tradunt Lupus. numero. 85. & Tello, numero. 1. in fine. in. l. 31. Tauri. Couarru. in cap. cum tibi. numero. 11. de teſtamen. Similiter & aſsignatio vnius rei hæreditariæ pro melioratione committi poterit ſpecialiter, vt dictum eſt: cum noſter text. in generali commiſsione intelligatur. Quim & neceſſario erit intelligendus, vt ſpecialis commiſsio ad meliorandum non extendatur ad aſsignandum rem, pro melioratione. Cum vtraque facultas ſit diſtincta, & de per ſe periudicialis alijs filijs, & vtraque requirat ſpecialem commiſsionem, vt dictum eſt.

In ijs vero quæ requirunt ſpecialem nominationem perſonę (qualis eſt inſtitutio, ſubſtitutio, & exhæredatio,) ſufficiet nominatio per æquipolens: puta per nomen valde ſingulare, vel per relationem ad alium, vel per ſufficientia, ſigna, ita quod ceſſet omnis fraus, & dubitatio, ſecundum gloſ. verbo. indicia. in dicta. l. hac conſultiſsima. & in dicta. l. 1. & 2. de liberis & poſthumis. Et tradunt Cyfuentes, Caſtillo, & Tello, in dicta. l. 31. & poſt huius operis primam æditionem alios referens, tenet Guterius, libro. 2. quæſtione. 41.

Addit tamen Tello in principio, quod quatenus tex. ille prohibet commiſſario inſtitutionem hæredis, qui non ſit expreſſe in commiſsione nominatus: intelligendus eſt, quando teſtator non habebat filios. Nam ſi haberet filios: etiam ſine commiſsione poſſent hæredes inſtitui per cõmiſſarium. Contrariũ

tamen videtur tutius. vt lex intelligatur indiſtinctè, prout iacet, ſiue habeat filios, ſiue non. Nam ad vtrumq; caſum lex refertur: vt conſtat ex melioratione, exhæredatione, & alijs ibi contentis, quæ ad habentem filios, non ad alios referri poſſunt.
14 * Et hæc interpretatio vtilis eſt, & neceſſaria, propter filiũ, vel filiam, quæ cum iuramento renũtiaſſent, qui licet prohibeãtur ſuccedere. c. quamuis pactum. de pactis in. 6. inſtituti tamen (non obſtante iuramento) capere poſſent, ſecundûm Bart. in l. fin. C. de pactis. & in. l. ſtipulatio hoc modo concepta de verborum. Quem ſequuntur communiter Doctores, vt poteſt videri per Bal. Iaſ. & Deciũ. in. d. l. fin. per Alex. nu. 8. Crotũ. n. 26. Claud. num. 11. in. d. l. ſtipulatio. Tiraquel. in tract, *le mort fait ſir.* 2. par. decla. 8. Minch. de ſucceſſ. creat. §. 18. nu. 138. Nam talis filius, vel filia per cõmiſſarium inſtituit nõ poterunt, niſi ex ſpetiali cõmiſsione, & nominatione, quæ in illo tx requiritur.

LEX QVARTA.

LOS hijos, ò nietos del teſtador, no puedan dezir, que quieren pagar en dinero, el valor del tercio, ni del quinto de mejoria que el teſtador huuiere hecho a alguno de ſus hijos, ò nietos, ò quando mejorare en el quinto à otra perſona [1] alguna. Sino que en las coſas que el teſtador huuiere ſeñalado [2] la dicha mejoria del tercio, ò quinto, ò quando no lo ſeñalò, enla parte de la hazienda [3] que el teſtador dexare, ſean obligados los herederos à ſe lo dar. [4] Saluo ſi la hazienda [5] del teſtador fuere de tal calidad, que no ſe pueda conueniblemente diuidir, Que en eſte caſo mandamos, que puedan dar losherederos del teſtador al dicho mejorado, ó mejorados el valor deldicho tercio, è quinto endineros.

GLOS-

GLOSSA PRIMA.

Quod meliorato ſit ſoluenda in corporibus hæreditarijs.

1 *Melioratio in corporibus hæreditarijs præſtanda eſt, ſi bona commodè diuidi poſſunt.*

2 *Melioratio quandoquè ponitur poſitiue, & ſonat legatum.*

1 Melioratio tertij & quinti, aut etiam legatum quinti, in corporibus hæreditarijs præſtanda ſunt, non in pecunia: niſi bona commode diuidi nō poſsint, & eſt lex quandam. 20. Tauri.

2 *O quando mejorare en el quinto à otra perſona.* Verbum meliorationis non denotat prælationem in hoc caſu, nec ponitur comparatiue, ſed ſonat legatum. Nam melioratio quinti in extraneo non poteſt dari comparatiue, ſecundùm Tello, & Matien. hîc. Et ſic vides deciſionem text. pariformiter procedere non ſolum in prælegato quotæ bonorum, ſed etiam in legato. Cum loquatur in melioratione relicta alteri ex hæredibus. quod eſt prælegatum: & in quinto relicto extraneo nō hæredi, quod eſt legatum. Et licet in forma ſolutionis legati quotæ bonorum text. iſte diſcordet à Iure communi: in prælegato tamen non multum diſcordat, prout ſtatim dicemus.

GLOSSA SECVNDA.

Quod res aſsignata pro melioratione præciſſe danda eſt, & quid ſi excedat tertium & quintum.

1 *Res aſsignata pro melioratione preciſè danda eſt.*

2 *Si res aſsignata excedat valorem quotæ, qualiter ſit reſecandus exceſſus.*

1 *En las coſas que el teſtador huuiere ſeñalado.* Res igitur aſsignatæ pro melioratione præciſè dandæ ſunt, vt hic. Nec hæres admittitur, quauis occaſione, offerendo æſti-

mationem. Si tamen res aſsignata excedat valorem tertij & quinti: reſiduum imputabitur in legitimam filij.l.10.infra.Et ſi adhuc excedat etiam legitimam: diuidetur, ſi commode poſſit. Alias dominus maioris partis offeret æſtimationem habenti minorem: & ſi nolit, idem ius offerendi tranſiet in habentem minorem partem.l.ſancimus. §. ne autem communione. C.de donat.vbi notat Bartol.ſed hoc per licitationem fiet, iudicis authoritate, ſecundùm Bald.ibi.num.8.ita, vt habens minorem partem poſsit augere prætium ſuæ partis, quouſque habens maiorem partem nolit eam. Et tunc ius offerendi tranſiet in habentem minorem partem, ratione maioris partis alterius: conceſſa ſimili licitatione habenti maiorem, quouſque alter nolit. Et ſi in hac licitatione, & forma diuiſsionis non conuenerint, in communione manebunt, tanquam ſic volentes. Quia ſolum inuiti non compelluntur in communione manere.l.fin.C.communi diui. Et hoc ad propoſitum applicant Arias hîc.num.6.Tello.num.14.& Matien.gloſ.4.

GLOSSA TERTIA.

DE legato, & prælegato quotæ bonorum qualiter ſoluatur Iure communi, & Regio. Et quid in donatione quotæ bonorum.

1 *LEgatum, vel prælegatum quotæ bonorum qualiter ſoluatur Iure communi, & Regio.*

2 *Legatum quotæ bonorum, ſui natura, continet ſingularum rerum partes.*

3 *Explicatur text.in.l.non amplius.§.cum bonorum.de legat.1.& nu.4.*

5 *Text. iſte in quo corrigat Ius commune in ſolutione legati quotæ bonorum.*

6 *Legitima non eſt præciſè ſoluenda in ſingulis corporibus, ſed poteſt ſolui in vno, vel duobus.*

7 *Poteſt verbum libertatem ſignificat.*

8 *Actio famil. herciſc. competit pro prælegato.*

9 *Legitima non poteſt ſolui in pecunia.*

10 *Inter hæredes extraneos legatum quotæ bonorum in corporibus ſoluendum eſt, iuxta hunc text.*

11 *Quota bonorum debita ex donatione, aut contractu, an ſit ſoluenda in corporibus.*

1 EN *la parte de ſu hazienda.* Quando res non eſt aſsignata prælegatum tertij & quinti, vel legatum quinti factum extraneo præciſè ſoluitur in parte corporum hæreditatis, quando bona commodam diuiſionem patiuntur. Noſtri omnes hic intellegunt text. hunc eſſe Iuris communis correctorium. Pro intellectu aduertendum eſt, Iure commu-
2 ni,* quando legabatur quota bonorum, non æſtimationem, ſed ſingularum rerum partes legato contineri. Prout aſſerunt Scribentes omnes, in l. non amplius. §. cum bonorum. de legatis. 1. per text. ibi ſecundùm Alexand. num. 4. & Iaſ. num. 1. & 2. Ex opinione Proculi, & Neruæ, quam tanquam vltimo loco relatam, dicunt ibi à I. C. approbari: iuxta not. per gloſ. in l. qui filium. §. Sabinus. ad Trebel. & l. ſi idem cum eo. ff. de iuriſ. omnium iud. Et quamuis videatur mentem I. C. eſſe in hoc ſatis dubiam, & quaſi neutralem. Imò potius in forma ſolutionis videatur adhærere opinioni Sabini, & Caſsij. vt conſtat ex dictione *Omnimodo,* qua vtitur in ſolutione æſtimationis: & ex verbo *Conceditur,* quo vtitur in ſolutione partium. Quibus ſignificat, remedium legis, & diſpenſationem aduerſus regulam. l. 2. §. 1. ſi cert. petat. vetantem aliud pro alio ſolui: non verſari in ſolutione æſtimationis, ſed partium. Cum ſolutio, quæ regulariter fit de eo, quod debetur, vt in dict. §. 1. fiat præciſè in æſtimatione, partes autem ſoluantur ex æquitate, & per diſpenſationem. Prout ibi deciditur in ambobus membris diſtinctionis, quando corpora commode diuidi poſſunt, aut non. Adhuc opinio Proculi, & Neruæ vera eſt, & ibi communiter recepta. Et probatur in l. ſi quis bonorum. de legatis. 1. vbi in tali legato debentur fructus à tempore moræ: & tamen ſi æſtimatio deberetur, venirent vſuræ, quæ ſunt quid diuerſum à fructibus: vt patet ex Rubrica. C. de vſuris. & fru. lega. ſecundùm Alexand. Et in hanc partem potius inclinat I. C. in dict. §. cum bonorum. Cum poſt eam vltimo loco relatam, ſubiungit. *Sed oportet hæredi ſuccurri.* Qui ſuccurſus, & remedium dirigitur ad ſubrogationem æſtimationis in locum præciſæ ſolutionis partium, quæ ex opinione Proculi, & Neruæ, proxime relata, reſultabat. Non obſtat verbum *Conceditur,* & dictio *Omnimodo* inducta vt ſupra. Veniunt enim ad limitationē libertatis prius conceſſæ hæredi, vt ipſe eligeret, ſiue rerũ partes, ſiue æſtimatio-

æſtimationem dare maluerit. Et ne illa facultate abuteretur, ſubiungit I. C. *In ijs tamen rebus, &c.* Quaſi dicat, arbitrium quod damus hæredi eligendi, ita temperandum eſt: vt quando concedimus poſſe eligere ſolutionem partium, intelligatur de rebus, quæ ſine damno diuidi poſſunt, aliàs æſtimatio omnimodo præſtetur.

3 Quamuis igitur ea eſſet legati natura, vt vere contineat ſingularum rerum partes: hæredi tamẽ ſuccurrebatur, vt poſſet ſoluere æſtimationem. Et quamuis obſtaret dicta regula vetans aliud pro alio ſolui dict. l. 2. §. 1. ſi cert. petat. id tamen permittebatur, vel propter dificultatem præſtationis. ſecundùm Bartol. Prout aliàs ſolet permitti. l. ſi pluribus. l. ſi domus. §. in pecunia. de legatis. 1. l. non dubium. de legatis. 3. pro quo Iaſ. in dict. §. cum bonorum. num. 3. plura citat. Vel cauſa vitandi communionem. ſecundùm Paul. Imol. Alexand. & Aretin. ibi. Ea enim ſolet diſcordias parere. l. cum pater. §. dulciſsimis. de legatis. 2. Propter quas nemo in communione cogitur ſtare. l. fin. C. communi diuid. l. hoc iuditium. §. ſi conueniat. ff. eodem. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indeb. Etiam ex præcepto teſtatoris, ſecundùm Paul. ibi. & Alexand. conſil. 134. volum. 3. & Hyppol. ſingul. 9. Et quamuis ea in conuenientia non videantur vrgere, nec omnino inducant neceſsitatem ſic ſtatuendi: cum facta ſolutione in ſingularum rerum partibus, quantuncumque indiuiduis: remaneat actio communi diuidundo, per quam partes poſſunt à communione diſcedere. Adhuc legis deciſio benigna eſt, fauore exercentis liberalitatem. Cum electio hæredi conceſſa parum diſtet ab arbitrio iudicis famil. hærciſc. aut communi diuidundo. §. ſi familiæ. §. eandem. inſtituta de offic. iud. Et quamuis ſit hæredi fauorabilis, non tamen eſt legatario damnoſa. Cui ſatius eſt æſtimationem recipere, quam in pluribus rebus, maximè indiuiduis, partes. Hæc autem æſtimatio. quamuis pro corporibus, quæ naturaliter, vel ſine damno diuidi non poterãt, eſſet præciſsè & omnimodo ſoluenda, & recipienda, vt in d. §. cum bonorum. pro corporibus tamen, quæ ſine damno diuidi poterant, erat in electione hæredis dare, vel partem corporum, vel æſtimationem, vt ibi verb. *Conceditur.* vbi not. Iaſ. num. 5. Secundùm quod, ſi quidem omnia corpora hæreditaria erant diuidua, poterat hęres pro ſingulis corporibus dare portionẽ:

vel

vel pro ſingulis,dare æſtimationem: vel pro aliquibus dare portionem,pro alijs æſtimationem: nec legatarius poterat recuſare talem ſolutionem, vt deducitur ab ipſo text. Sin autem omnia corpora eſſent indiuidua, omnino tenebatur hæres ſoluere æſtimationem, vt ibi verb. *Omnimodo.* Sin autem aliqua corpora erant diuidua, alia non: pro ijs, quæ erant diuidua, poterat hæres dare partem, vel æſtimationem: vt ibi. *In iſtis tamen rebus partem dare hæres conceditur,quæ ſine damno diuidi poſſunt.* pro alijs tenebatur omnino dare æſtimationem, vt in verſic.
4 ſin autem. Poſt quem text. ſequitur altera lex, quæ incipit *Poteſt*,permittens hæredi, vt ſi velit poſsit etiam ſoluere legatum in vno,vel duobus corporibus, quæ legato ſufficerent, in quibus vel legatarius conſenſerit, vel iudex æſtimauerit. Et quamuis ea eſſet maior diſpenſatio aduerſus dictam regulam vetantem aliud pro alio ſolui,quæ tunc durius infringebatur, quam quādo æſtimatio ſoluebatur: cum ea ſit rei cōiunctior, ex quo omnes res æſtimantur pecunia.l.ſi ita fideiuſſorem accepero.ff.de fideiuſs. & æſtimatio parum differat ab ipſa re: propemodum enim rem præſtat, qui æſtimationem ſoluit. l. propemodum. de verbor.ſignificat.adhuc ex iiſdem rationibus facilioris præſtationis,& vitandæ cōmunionis, permittebatur. Quem text.in d.l.poteſt,licet Bart.Iaſ.& Lancel. in d.§. cum bonorum,ſolum referant ad priorem caſum.§.præcedentis,quando ſcilicet corpora commode diuidi poſſunt: Alber. tamen,col.2.verſi.ſed nō ne hæres,poſt Dynum tenet,ꝙ ille tex. referatur etiam ad ſecundum caſum.§.cum bonorum.Scilicet, quādo corpora cōmode diuidi non poſſunt. Quod etiam ſequitur Paul.ibi,& Alex.nu.8.& Roder.in.l.quoniā in prioribus, in declaratione.l.Regni.q.2.Secundùm,quod,ſiue omnia corpora ſint diuidua,ſiue etiam indiuidua: licebit hæredi vnam, vel plures res æquiualētes legato dare,in quibus vel legatarius conſenſerit,vel iudex æſtimauerit.Quibus conſequens eſt,vt ſi in hæreditate eſſent corpora diuidua, & etiam indiuidua, ſimilis etiam ſolutio admitteretur: vt deciſio caſuum ſimplitiū extendatur etiam ad mixtū.l.ſi ita ſcriptum.de libe. & poſthu.
5 Quòd verò attinet ad noſtrum text. aduertendum eſt, quòd (prout ſupra cœpimus explicare) nō ſolum loquitur in legato quotæ bonorū,quinti ſcilicet,relicto extraneo: ſed etiā in prælegato tertij & quinti relicto vni filiorū hæredum. Rurſus eſt

aduertendum, quòd quamuis verba huius tex. *En la parte de la hazienda*, non ſolum poſsint referri ad ſingulorum corporum diuiduorum partes: ſed etiam ad omnium corporum partem in vniuerſo: verba tamen ſequentia *Saluo ſi la hazienda del teſtador*, nō poſſunt referri ad ſingula corpora indiuidua, ſed ſunt referenda ad omnia in vniuerſo: vt quamuis ſingula de per ſe ſint indiuidua, nō ſufficiat, ad hoc, vt poſsit æſtimatio ſolui: ex quo omnia in vniuerſo poſſunt diuidi, & ſolutio fieri in vno vel duobus, in quantum ſufficiat. Quod eſt conforme menti legis, in quantum principaliter intendit vetare æſtimationis ſolutionem, vt in quantum poſsit fiat in corporibus.

Nunc ad propoſitum. Quod attinet ad ſolutionē legati quotæ bonorum: ſiquidem omnia corpora hæreditaria ſunt diuidua, quamuis iure communi poſſet fieri ſolutio in æſtimatione, vt in. d. §. cum bonorum, ex hoc vero tex. non poterit: & in hoc eſt clara correctio illius text. Sed in quantum legatum poterat ſolui in parte ſingulorū corporū, vt in d. §. cū bonorum. vel etiam in vno vel duobus, quæ pro legato ſufficerent, vt in d. l. poteſt. tx. iſte nō corrigit ius cōmune. Nā quāuis verba iſta, *en la parte de la hazienda*, videātur proprius referri ad omniū bonorum partē in vniuerſo, vt ſolutio fiat in vno vel duobus corporibus, quæ ſufficiant: nō tamen excludunt, nec eſt iuſtum excludere, ſingulorum corporū partes: cum ea ſit prima ex natura legati: vt vel ſic in hoc non diſcordet ad d. §. cū bonorū in illo vero concordet cum d. l. poteſt. Prout tenuit Peral in. l. ſi quis ſeruum. §. fin. nu. 4. de lega. 2. addens hoc ipſum in leg. tima obſeruari. * Ea enim quamuis etiam ſit quota bonorum. l. Papin. §. quarta. de inoffi. teſtam. in corporibus quę hæreditarijs præſtari iubeatur. l. ſcimus. §. repletionem. C. eod. non tamē neceſſario danda eſt in ſingulis corporibus: ſed ſat erit ſi in vno, vel duobus ſoluatur, arbitrio boni viri. Vt notāt Bart. Bald. & Paul. in. d. §. repletionem. Bart. num fin. in. l. ſuus quoque. ff. de hæred. inſti. vbi additio dicit hanc eſſe communem opinionē, & Ripa num. 111. in. l. in quartam. ff. ad. l. Falci. & Couarr. in c. Raynaldus. §. 2. num. 5. Eſt tamen aduertendum, quòd ſi hæres vellet ſoluere nō in ſingulis corporibus, ſed in vno vel duobus, quæ ſufficiant: non debet ipſe eligere quę vellit: ſed vel legatarius debet conſentire, vel iudex æſtimare. vt in. d. l. poteſt. Quod non debet videri ſublatum ex hoc text. Cum ſatis ſit

6 (margin number beside "obſeruari")

permitti aliud pro alio ſolui, ſine eo quòd hæres etiam eligat corpora. vt deciſsio in hoc concordet in omnibus cum Iure communi.

Quod ſi omnia corpora hæreditaria eſſent indiuidua, tunc quamuis Iure communi eſſet ſoluenda ęſtimatio, vt in dict. §. cum bonorum, vel etiam poſſet fieri ſolutio in vno, vel duobus corporibus, quæ ſufficerent, vt in d.l. poteſt (quę prout ſupra dictum eſt refertur etiam ad hunc ſecundum caſum. §. cum bonorum). Ex hoc vero text. ſi hæreditas in vniuerſo cõmode diuidi poteſt, quamuis ſingula corpora non poſsint, ęſtimatio ſolui non poterit: & in hoc corrigetur tex. in d. §. cum bonorũ. Erit autē ſolutio faciēda in vno, vel duobus corporib⁹, quæ ſufficiāt, nõ quæ hęres vòluerit, ſed in quibus vel legatarius cõſenſerit, vel iudex ęſtimauerit, iuxta d.l. poteſt. Quę tũc in eo ſolũ corrigetur, in quātum ea ſolutio erat alternatiua, & volũtaria: nunc autē, excluſſa ęſtimationis ſolutione, erit pręciſſa. Prout deducitur ex verbis text. *Saluo ſi la hazienda, &c.* Et maximè ex mente, quæ eo dirigitur, vt in quantum poſsit, ſolutio fiat in corporibus, non in æſtimatione. Et hoc eſt conforme illi opinioni Peraltæ, quamuis ipſe loquatur ſolum in caſu præcedēti, quando corpora commode diuidi poſſunt.

Quod ſi neq; ſingula corpora, neq; omnia in vniuerſo poſſent cõmode diuidi: tunc quāuis Iure cõmuni ſolutio erat facienda in pecunia, ex quo electio ſoluendi in vno, vel duobus corporibus, quæ ex d.l. poteſt. competebat, propter difficultatē præſtationis erat ſublata, cum corpora etiam in vniuerſo non poſſent diuidi, & ſic excluſo eo remedio, ſolum remanebat obligatio ſoluendi in pecunia, de qua in dict. §. cum bonorum, verbo, *Omnimodo.* Ex hoc verò text. poteſt ſolutio fieri, vel in pecunia, vel in ipſis met bonis quātuncumq́, etiam in vniuerſo indiuiduis: vt probat text. illis verbis, *Que puedan dar.* Quibus etiā cõceditur ſolutionē poſſe fieri in corporibus.* Verbum enim
7 *Poteſt*, eam electionem tribuit, cum libertatem ſignificet. l. 1. C. quomodo, & quando iudex. l. non quidquid. ff. de iudi. gloſſ. in c. 1. de regul. iur. in. 6. Abb. in. c. 1. num. 4. de cauſa poſſeſsi. Iaſ. in l. 1. num. 3. de iuriſdition. omnium iud. Corſet. ſingul. verb. *Poteſt*, not. omnes in. l. Gallus. in principio. de liber. & poſth. Et hanc opinionem tenuerunt hîc Gomez, & Tello. Hoc tamen genus ſolutionis factæ in ipſis met bonis indiuiduis, non tollit,

quim legatarius, qui remanet in communione,poſsit agere ad diuiſionem iuditio communi diuidundo:vt vel res vendãtur, vel alteri parti adiudicentur,facta alteri iuſta compenſatione. iuxta dicta in gloſ. 2.

Ex quibus deducitur,quòd ſi hęreditas cōtineret plura corpora partim diuidua,partim indiuidua. Quamuis Iure cōmuni pro diuiduis poſſet ſolui pars ſingulorum corporum, aut æſtimatio:pro indiuiduis,ſola æſtimatio,vt in d.§.cum bonorum, poſſet,etiam fieri ſolutio pro vtriſq; in vno,vel duobus corporibus,vt in d.l.poteſt.Ex hoc verò text. erit facienda ſolutio, prout dictum eſt,in vtroq; caſu ſimpliciter ita,vt in quantũ poſſit,fiat in corporibus,non in æſtimatione,qui eſt ſcopus legis.

Quòd verò attinet ad prælegatum quotæ bonorum factum alteri ex filijs hæredibus inſtitutis (qui eſt alter caſus noſtri text.) tunc,ſiquidem filius repudiaſſet hæreditatem, quia pręlegatum omnino iudicatur tanquam legatum.l.qui filiabus.§. fin.cum lege ſeq.ff.de leg.1.prout dicemus in lege ſeq.glo.1.eſſent eo caſu ſtatuenda omnia,quæ dicta ſunt in legato,& etiã infra dicentur. Si autem filius acceptaſſet,tunc videtur deciſ-

8 ſionem huius text.non diſcordare à Iure communi. * Etenim cohæres eadem forma,& actione capit prælegatũ,qua & partem hæreditatis,ex qua fuit inſtitutus. Eadem enim actio familiæ hærciſ.competit pro vtroq;,& eadem forma fit diuiſsio quo ad prælegatum,quam quo ad partem hęreditariam. Quod autem pro prælegato competat actio famil.hærciſ. probatur in d.l.qui filiabus.§.fin.de leg.1. vbi notat Paul.& Iaſ. & in.l. ſi qua.C.famil.hærciſc.vbi notat Bald. & Salicet. & not. Theophi.in.§.ſed olim.inſtit.de legat.& Angel.in.§.quædam.num. 6.in fine,inſtitut.de actio.& Minchac.de ſucceſſion.creat §. 17. num. 113. Non ſolum pro parte prælegati, quæ capitur iure hæreditario: quia quo ad hanc negotium non habet dubitandi rationem, cum per aditionem hæreditatis,pro ea parte extinguatur prælegatum,& confundatur cum hæreditate, vt in d.l.qui filiabus.§.fin.vbi not.omnes,& nos dicemus in lege ſequent.ſed etiam pro parte pręlegati, quæ capitur à cohærede, vt probatur in.l.ſi ita legatum.ff.famil.hęrciſc. ibi. *Pro portione cohæredis.* Prout etiam bene explicant.Paul.Bald.& Salic. vbi ſupra, intelligentes hanc fuiſſe rationem dubitandi. d. l. ſi qua. Rationem verò decidendi,inquit Salicet. fuiſſe, vt euitaretur

plurali-

pluralitas iuditiorum, & vt attenderetur cauſa, quæ præpōderat, datam actionem famil. hærciſ. quę etiam pro parte hæreditar a, tam prælegati, quam inſtitutionis competebat. In qua actione famil. hærciſ. venit modus iſte diuidendi ſimilis ſolutioni huius text. vt res hæreditariæ, vel ſingulę, vel in vniuerſo diuidantur, ſi commode poſsint, vt ſupra diximus in legitima: ſin autem commode diuidi non poſsint, vni ſit adiudicatio, facta alteri parti iuſta compenſatione in pecunia. §. ſi familiæ, inſtit. de offic. iudi. & melius in. §. eandem, qui ſtatim ſequitur. Qui licet loquatur in actione communi diuidundo, eandem formam obſeruat actio. famil. hærciſ. vt in. §. quædam inſt. t. de actio. qui in vtroq; iuditio procedit ęqualiter. Et not. gloſ. verb. t actauimus. in. l. ſi quis putans. §. pen. ff. cōmuni diuid. & Iaſ. num. 52. in. d. §. quædam.

9 Quę forma ſeruaretur etiam in ipſa legitima, quę quamuis ſemper ſit in corporibus ſoluenda, nec poſsit in pecunia aſsignari. d. l. ſcimus. §. repletionē. bi. *Ex ipſa ſubſtantia patris*, & notat Bart. in. l. ſuus quoq; in fine princi. ff. de hęredib. inſtit. & ſequuntur communiter Doctores in d. §. repletionem. & in. d. l. non amplius. §. cum bonorum. de legat. 1. ſecundùm Iaſ. ibi. num. 6. & Ripam in. l. in quartam. numero. 126. ff. ad. l. Falci. & ibi Paul. à Monte. numero. 61. & ad longum defendit Roderic. in. l. quoniam in prioribus, ampliat. 11. Si tamen hæreditas nullatenus poſſet diuidi, vt quia extaſſet vnum tantum corpus omnino indiuiduum: tunc eſſet vni adiudicandū, facta alijs iuſta compenſatione pro legitima, in æſtimatione. iuxta. d. §. eandem. Impoſsibilitas enim nō poſſet amplius obligare. l. impoſibilium. de regul. iuris. Cum & generaliter legitimam in pecunia aſsignari poſſe, defendat Corraſi. in. l. filium quem habentem. num. 156. C. famil. hærciſ. & Mincha. de ſucceſ. creat. §. 10. num. 258.

Ille caſus poſſet conſiderari, qui videtur difficilior, quando ſcilicet extaſſet vnum corpus, quòd ſine damno diuidi nō poſſet, quamuis poſſet pro indiuiſſo à pluribus poſsideri. Vtrum fratres poſſent tunc ex propria pecunia, ſoluere fratri meliorato ſuam meliorationem, quamuis res illa ſit remanſura communis, quo ad legitimas omnium: & id prætendi ne forte ſi fratri meliorato in eadem re vltra ſuam legitimam aſsignetur etiam prę'egatū, tanquam dominus maioris partis, præferatur

in iure locandi, cui velit. argum. l. & ſuum. §. hodie. cum ſeq. ff. de pactis. Et videtur, quòd quamuis per actionem fami. herciſ. eadem forma eſſet prælegatarius accepturus prælegatum, qua & legitimam, vt dictum eſt: ex hoc verò text. non poſſe fratribus denegari ſolutionem prælegati in pecunia. Quod tamen eſſet intelligendum quo ad partes prælegati, quæ capiũtur iure legati à cohæredibus, non verò pro ea, quæ capitur iure hæreditario. Quo ad eam enim cum per aditionem confundatur, vt dictum eſt, non poſſet ſeparari à portione hæreditaria, ſed cum ea eſſet eadem forma ſolutionis præſtanda.

20 Quæ quidem forma ſolutionis tradita in hoc text. non ſolum vera erit, & obſeruanda inter filios hæredes, ſed etiam inter extraneos. Non ſolum in forma ſolutionis prælegati, in qua diximus text. non multum diſcordare à Iure cõmuni: ſed etiam in forma ſolutionis legati quotæ bonorum, vt etiam ab hæredibus extraneis ſit ſoluendum iuxta formam huius text. Quod tenuit Gomez tomo. 1. c. 12. de legatis. num. 21. verſic. ſed pulchrum, & ſubtile dubium. Mouetur, quia cum vterque caſus eſſet lege veteri æquiparatus, & in vtroque militaret eadem diſpoſitio text. in d. §. cum bonorum, cum lege ſeq. lex noua diſponens in vno eſt extendenda ad aliud. Argumento l. ſi quis ſeruo. C. de furtis, vbi gloſ. fin. & gloſ. in. l. quod verò contra. ff. de legibus. Quas nõ ſolum in exorbitantibus, ſed etiam in correctorijs, dicit procedere Iaſ. in authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. num. 19. poſt Bart. in. l. iuris gentium. ff. de pactis, & alios in. l. Marcellus. in principio ad Trebel. Idem tradit Iaſ. num. 15. in. l. tranſigere. C. de tranſaction. & Crotus in. l. ſi conſtante. ſolut. matrim. 2. lectur. ſuper. 7. quæſt. Bart. & Couarru. in. cap. Raynaldus. §. 3. num. 6. Sed lex antiqua tribuebat hæredi facultatem ſoluendi quotam bonorum legatam in æſtimatione, etiam inter hæredes extraneos, vt in dict. §. cum bonorum. Ergo lex noua tollens illam facultatem, & diſponens in quinto, quòd ſoluatur extraneo in corporibus, quando bona commode diuidi poſſunt, etiam à filijs hæredibus: eſt extendenda ad hæredes extraneos. Si enim filij ad id compelluntur in fauorem extranei, à fortiori extranei ad id debent compelli. Tello hîc num. 16. tenet contrarium, exiſtimatq; legem à ſuo caſu non eſſe extrahendam, cum ſit correctoria.

Illud

Illud ante omnia aduertendum eſt Tellium non bene referre opinionem Gometij, qui loquitur in legato quotæ bonorum: Tellius autem in prælegato. In quibus terminis, eius opinio non poteſt ſubſtineri: cum text. iſte in prælegatario non diſcordet à Iure communi, vt dictum eſt: & ſic eius deciſſio ſit ſeruanda in prælegato, etiam inter hæredes extraneos. In legato autem quotæ bonorum, in quo loquitur Gomez, eius opinio adhuc vera eſt: vt etiam inter hæredes extraneos ſit ſoluendum iuxta formam huius text. ex dictis rationibus. Quibus adhæret. Mati. hîc gloſ. 1. licet inuoluat caſ. in prælegatarij. Et pro hac opinione facit text. iſte, in quantum obligat filios hæredes ſoluere quintum legatum extraneo in corporibus. Non obſtat, quòd lex ſit correctoria. Quoniam etiam in correctorijs ſimilis extenſio licita eſt, vt dictum eſt. Sed nec ratio correctionis conſiſtit in eo, quòd hæredes grauati ſint filij, vel nepotes, quaſi eorum fauore legatum ſit ſoluendum in corporibus. Contrarium enim conſtat ex text. cuius diſpoſitio potius videtur dirigi ad fauorem legatarij, quaſi ſibi vtilius ſit legatum accipere in corporibus (quod tamen aliquando poſſet eſſe incommodum, & damnoſum.) Ratio autem correctionis conſiſtit in eo, quòd legatum ſit quotæ bonorum, quod ſui natura non ſolum refertur ad corpora, ſed etiam ad ſingula, vt ſupra dictum eſt. Vt non ſit iuſtum ſubrogari æſtimationem, prout Iure communi permittebatur: ſed ſolutionem fieri in corporibus. Vt quamuis non fiat in ſingulis, ſed in vno, vel duobus, & ſic verſetur eadem, aut maior diſpenſatio contra regulam vetantem ſolui aliud pro alio: ex quo vtrumque Iure communi permittebatur, vt in d. §. cum bonorum, iuncta lege ſequent. iuſtius viſum eſt corpora præſtari ei, cui corpora, quamuis pro ſingulorum parte, ſunt legata. Quæ ratio pariformiter militat in quota legata ab hæredibus extraneis, ſicut à filijs. & non eſt rationabile, vt filijs hæredes compellantur ſoluere quintum extraneo in corporibus, extranei verò non. Et hanc opinionẽ poſt huius operis primam æditionem ſequutus fuit etiam Gutie. lib. 2. q. 57.

11 Sed videamus vtrum quota bonorum debita ex donatione, aut alio contractu ſit ſoluenda eodem modo, quo iubetur ſolui debita ex legato. Iaſ. in d. l. non amplius. § cum bonorum. num 8. de lega. 1. tenet, quòd text. ille in quantum permittit,

quotam

quotam bonorum legatā poſſe ſolui in æſtimatione, non procedit in contractu:ita,quod ſi quota bonorum eſſet donata,aut vendita ſit ſeruandus contractus.Pro hoc citat Bald.in.l. nulla num.4.C.de iure dotium. vbi tenet mulierem, quæ in dotem promiſsit dimidiam partem bonorum,teneri præciſſe eam ſoluere in corporibus,nec poſſe offerre æſtimationem. Tello hîc num.5.tenet contrarium, quòd deciſio tex. in.d. §. cum bonorum.procedat etiam in contractu:cū regulariter non data differentiæ ratione,diſpoſita in legato extendantur ad contractū l.quæ delegato,delegat.1.l. ita ſtipulatus,verſi. ſi id defendebā. de verborum, & hîc non poſſe aſsignari differentiæ rationem, cum reſultet idem in conueniens,quod in legato. Et intelligit hoc potius voluiſſe Bald.qui loquitur quando promiſsio, vel donatio fuit quotę bonorum pro indiuiſſo:quo caſu eſt euidēs voluntas diſponentium:ſi autem ſimpliciter donaſſet, videtur Bal.ſe referre ad.d.§.cum bonorum. Mati.hîc glo.3.num.3.tenet cum Iaſ. aduerſus Tellum.Quia cum bonorum partes ſint in obligatione,vt diximus ſupra in princ.,Eędem bonorū partes debent eſſe in ſolutione.Ne aliud pro alio ſoluatur, contra regulam text.in.l.2.§.1.ſi cert.peta.Et quia deciſio text. in.d. §.cum bonorum.loquentis in legato eſt exorbitans ab ijs iuris regulis,& non extendenda ad contractus.l.ſi vero.§.de viro.ſo lut.matr.Et quia contrarium deciditur ex noſtro text. qui prę cipit meliorationem ſolui in rebus hæreditarijs, & non in æſtimatione.Quod non ſolum de melioratione in teſtamento intelligendum eſt,ſed etiam de ea,quæ fieret inter viuos: vt lex intelligatur iuxta præcedentes, quæ de vtraque indeferenter loquuntur.

Mihi videtur,quod quamuis in contractu venditionis, aut alio reſpectiuo,quo veniat ſoluenda quota bonorum,ſolutio ſit preciſſe facienda in ſingularum rerum partibus, quæ ſunt in obligatione:nec poſsit fieri,inuito creditore,non ſolum in æſtimatione,ſed nec in vno,aut pluribus corporibus, quæ ſufficerent:cum vtroq; modo aliud pro alio ſoluatur,aduerſus legem. 2.§.1.ſi cert. peta. non obſtante eo caſu difficultate præſtationis,aut cōmunionis:cū remaneat contrahentibus actio cōmuni diuidundo,permiſſa vtriq; licitatione,iuxta dicta ſupra gl. 2. per quam forte dominus minoris partis obtinebit in tota re, refuſo reſidui prætio, à quo iure, & facultate non eſt iuſtum excludi.

excludi. In donatione tamen non ſolum reuocabili, quæ lega-tis proprius aſsimilatur. l. in donationibus. C. ad. l. Falci. ſed etiam in irreuocabili, verius putò Iure communi ſeruādam deciſsionem text. in d. §. cum bonorum, cum lege ſeq. Etenim ſi iura iuſtum exiſtimarunt, aduerſus dictam iuris regulam, hæredi in legato ſuccurri, ne inducta cum legatario communione, liberalitas teſtatoris eſſet hæredi nociua: iuſtius, ex eadem & maiori ratione, erit fauendum & ſuccurrendum ipſi donatori. Vt quamuis diſpoſita in legato, tanquam correctoria & exorbitantia, non ſint extendenda generaliter ad contractus, extendantur tamen ad donationem: vt quę ampla teſtamentorum interpręṫatio. l. in teſtamentis. de regur. iur. permiſsit fauore hæredis, maior ratio conſeruet in donatore. Qui prout legando non fuit viſſus amplius voluiſſe grauare heredem: ita nec donādo, ſe ipſum: ne charitatis ordo euertatur. l. præſes. C. de ſerui. & aqua. Et quemadmodum actio communi diuidundo, quæ remanebat hæredi, ſi legatū ſolueretur in ſingulis corporibus, prout erāt in obligatione, non eſt viſſa ſufficiēs, quin adhuc in forma ſolutionis pingius ſuccurreretur: eodem modo, nec debet ſufficere in donatore, in quo efficatius militant omnes rationes, quę ad. d. §. cum bonorum. poſſunt excogitari. Vt vel ſic ex eadem, aut maiori ratione, eius deciſsio quamuis correctoria, poſsit extendi, per ea quæ tradit Euerar. in loco à ratione legis larga. nu. 18. & 22. Quæ cum ex noſtro text. ſint immutata in legato, quamuis non in totum reducta ad obſeruantiam regulæ non ſoluendi aliud pro alio, ex quo ſolutio nō fit præciſsè in ſingulis corporibus: idem obſeruabitur in donatione quotæ bonorum, vt ſoluatur iuxta formam huius text. in quo concordat Matien. ſupra. Quamuis ſua fundamenta nō ſolum excludāt ſolutionem æſtimationis, quam expreſsit, ſed etiam vnius aut duorum corporum, quæ ſufficiant, quod non eſt dicendum, per ea quæ ſupra dicta ſunt.

GLOSSA QVARTA.

De fructibus legati, & prælegati, & donationis quotæ bonorum, & à quo tempore debeantur.

1 *Fructus à quo tempore debeantur legatario, vel prælegatario quotæ bonorum.*

Dominium

Dominium item à quo tempore tranſeat,
2 *Legati alternatiui, vel optionis dominium tranſit à tempore moræ.*
3 *Legatum vel prælegatũ rei certæ debetur cum fructibus à tẽpore mortis.*
4 *Fructus debentur à tempore mortis legatario, vel prælegatario quotæ bonorum, pro re certa aſſignata.*
5 *Res aſſignata pro legato, aut prælegato quotæ bonorum, debetur cum fructibus à tempore mortis, etiam ſi excedat valorẽ quotæ, pro rata tamen.*
6 *Fructus meliorationis factæ in contractu, à quo tempore debeantur.*
7 *Fructus veniunt à lite conteſtata in donatione facta extraneo.*
8 *Fructus à quo tempore debeantur in donatione quotæ bonorum, aut rei certæ facta filio irreuocabiliter.*
9 *Fructus non augent donationem, vt fiat inofficioſa.*
10 *Fructus à quo tẽpore debeantur in donatione facta filio ex cauſa oneroſa.*
11 *Fructus pendentes in donatione qualiter debeantur.*
12 *Fructus à quo tempore debeantur in donatione quotæ bonorum, aut rei certæ facta filio reuocabiliter.*
13 *Donatio tradita morte confirmata retrotrahitur, quo ad fructus: ſed non tradita, non poteſt retrotrahi.*
14 *Actio famil. hærciſc. non extenditur ad donationes traditas morte confirmatas, ſed bene ad non traditas.*
15 *Fructus à quo tempore debeantur in donatione reuocabili facta filio repudianti hæreditatem.*

1 S*Ean obligados a ſe lo dar*, Cum fructibus tam in legato quinti facto extraneo, quàm in prælegato tertij & quinti facto vni filiorum hæredum. Debentur tamen in vtroq; diuerſo tempore. Nam in legato quotæ bonorum fructus debentur à tempore moræ. l. ſi quis bonorum. de lega. 1. Cum enim in legatis fructus debeantur legatario à die quo in eum tranſit dominium. l. Hærenius la. 1. de vſuris, in legato quotæ bonorum non poſſunt deberi, niſi à tempore moræ, quia ab eo etiam tempore tranſit dominium. Vt eſt communis opinio relata per Iaſ. in. l. non amplius. §. cum bonorum. de legat. 1. numer. 19. Et licet Imol. ibi teneat contrarium, quòd dominium tranſeat ab adita hæreditate: concedit tamen fructus non deberi, niſi à tẽpore moræ, prout ibi tenent omnes, & eſt communis opinio, ſecundùm Gomez. 2. thomo. c. 12. de legatis num. 21. Ratio autem quare nec tranſi dominium, nec debentur fructus, niſi à tempore moræ eſt, quia licet cõſtet, quid contineatur in legato; non

nontamen conſtat quid ſit ſoluendum, propter electionem quæ tribuitur hæredi in.d.§.cum bonorum,& in.l.poteſt,quæ ibi ſequuntur, vt ibi aduertũt Imol. & Alexan. & Ripa in. l. 1.
2 de legat. 1.numer. 53.& Gomez vbi ſupra. * Prout contingit in legato alternatiuo,vel optionis, in quo licet vtrumque ſit in obligatione,in certum tamen eſt,quid ſit in ſolutione.l. plane.la. 1.§.ſi Titio,de lega. 1.& ratione huius incertitudinis cõtingit idem impedimentum, quo ad dominij tranſlationem. Vt notat glo. 1.in fin.in.l.in rem.ff.de rei vend.l.huiuſmodi.§. ſi ſtichum.de legat. 1.& not.Bart.num.12.in.l. 1.de lega. 1. & declarant Alex.num. 3.& Iaſ.num.fin.in d. §. cum bonorum. Et licet ille text.ſit immutatus ex noſtro, id tamen non tollit impedimentũ,ex quo impeditur dominij tranſlatio.Nõ ſolum caſu,quo bona commode diuidi non poſſunt,quo hæres habet eandem electionem, quã habebat de iure cõmuni, in caſu quo corpora diuidi poſſent,vt diximus gl.præcedenti,& ſic verſatur eadem incertitudo: quàm etiam in caſu,quo bona commode diuidi poſſunt. In quo licet ſolutio ſit facièda in corporibus,quia tamẽ adhuc poterit fieri in ſingulis,vel in vno,vel duobus, iuxta partium conſenſum,vel iudicis æſtimationem, prout ibi diximus,ex d.l.poteſt.de lega.1.verſatur eadem incertitudo, quæ ante moram impedit dominij tranſlationem,& per conſequẽs fructuum acquiſitionem.

Debentur autem fructus à tempore moræ,non ſolũ quãdo ſolutio fit in corporibus,ſed etiam quando (ſecundũ diſtinctionem legis) fieret in æſtimatione.Quãuis enim in legato quãtitatis,in quo Iure communi loco fructuum veniebant vſuræ. l. 1.C.de vſuris & fructi.legat.hodie non debeantur, quia prohibitæ. ſecundùm Bald.in Rubrica illius tituli: quoties tamen legatum quotæ bonorũ poteſt,vel debet ſolui,& recipi in æſtimatione in pecunia, fructus non debẽtur,tanquam vſuræ, ſed reſpectu corporũ,quę vere continẽtur in legato, cũ æſtimatio ſoluatur ex æquitate,& diſpenſatione,vt ſupra dictum eſt,cũ. ijs,quæ diximus gl.præcedenti Et hoc ſignificat I.C. in d. l. ſi quis bonorũ,vbi legatum quotæ bonorum dicit deberi cũ fructibus à tempore moræ,nec diſtinguit caſum, quo ſint ſoluenda corpora,vt debeantur fructus, à caſu,quo poſſit, vel debeat ſolui æſtimatio,vt debeãtur vſuræ.Sed in omni caſu fructus præſtãdos dicit.Quaſi ſoluta æſtimatione,nõ debeãtur eius vſuræ,

ſed

ſed fructus reſpetu corporum,quæ vere fuerunt in legato contenta,& quorum reſpectu debetur æſtimatio. Vnde ſi attento eo iure communi,quo pro legato quantitatis debebantur vſuræ,quæ reſpectu æſtimationis legati quotę bonorum eſſent maiores,quam fructus corporum : legatarius, oblata poſt moram æſtimatione legati,vellet etiam à tempore moræ ſibi ſolui vſuras eius quantitatis,non audiretur:ſed ſibi ſatisfieret ſolutis fructibus corporũ,vt in d.l.ſi quis bonorũ. Si tamen omne patrimonium,vel certa ipſius pars in pecunia conſiſteret : non poſſet negari,quin eius reſpectu iure communi venirent vſuræ à tempore moræ,& iure iſto non deberentur.Qui caſus nõ fuit expreſſus in d.l.ſi quis bonorum.nec in d.§.cum bonorũ. quia loquutæ ſunt iuxta caſum magis dubitabilem, non excludẽtes hunc,qui ex eadem ratione,& radice deciditur.

Quod vero attinet ad prælegatũ,qui eſt alter ex caſibus noſtri text.quando tertium, & quintum eſt relictum vni filiorũ hæredum,prout loquitur noſter tex. etiam inter hæredes extraneos,vt diximus ſupra glo.3.num.10.Tunc videtur quo ad fructus prælegati eſſe obſeruandum idem,quod in parte hæreditatis.Vt quemadmodũ ex die quo eſt adita hæreditas, fingitur ratro hæres à morte defuncti.l.hæres quando,quẽ.de acquir.hæred.l.omnia fere iura.l.omnes hæreditás. de regu. iur. & ab eo etiam die lucratur fructus,& incrementa hæreditatis.l. in quãtitate.ff.ad.l.Falc.§.quantitas.inſtit.eod.ab eodem etiam die lucretur fructus prælegati quotæ bonorum.Et quidem quod attinet ad partem hæreditariam pręlegati,quam capit à ſe ipſo iure hęreditario, concluſo eſt ſine dubio, ex ijs quę dicemus in.l. ſequenti.gloſſ.1.

Quo ad partem etiam,quam capit à cohęredibus eſt idem ſtatuendum.Vt quemadmodum pars hæreditaria prælegati,tamquam cauſa præponderans, trahit ad ſe alteram partem, vt vtraq; eodem iure actionis,& forma diuiſionis capiatur. l. ſi qua.C.fami.hærciſ.ſecundũm Salic.ibi,& diximus in glo. præcedenti:eodem modo attendatur quoad fructus vtriuſq; partis. Cum mora hęredis,quæ pro lucrandis fructibus in legato quotæ bonorum ſolet ſpectari,vt in.d.l.ſi quis bonorum, non poſſit in prælegato attendi,etiam pro parte,quæ capitur à cohærede,in qua non verſatur maior incertitudo, quàm reſpectu partis hæreditarię. Quamuis enim fatendum ſit eam partem non

eſſe

eſſe hæreditariam, ſed vere capi a cohærede.l.miles ad ſororē. §.pro parte.de leg.1.nec poſſe à prçlegatario capi propria authoritate,quim teneatur inter dicto quorum legatorum.l.1.§. ſi quis ex mortis,verſi.qui verò ex cauſa prçceptionis.ff.quorum lega.propter detractionē legis Falcidię,ſi forte immineat. Adhuc tamen prælegatarius non conſequitur eam partem à cohærede actione perſonali ex teſtamento,vt volebat gl.verb. plerumq; ibi,vel præceptionem,in.l.1.C.cōmunia.de lega.Nā cohæredes adeundo,licet obligētur creditoribus, & legatarijs. §.hæres,inſti.de obliga.quæ ex quaſi contra.l.ex maleficijs.§. hæres.de actio.& obligat.non tamen obligantur inter ſe, vt dixit gl.fin.in.l.ſi poſt diuiſionem.C.de iuris & facti igno.ibi. *Non autem hæredes inter ſe.* Quā ibi ſequitur,& dicit verisſimam Bart.nu.4.cui cçteri conſentire videntur,ſecundū Iaſ.nu.4.& Meneſ.nu.7. Datur autē inter eos,etiam pro hac parte prçlegati,actio.famil.hærc.vt in.d.l.ſi qua,& in.l.ſi ita legatum.in fine.ff.eod.vt in gl.præcedenti dictum eſt.In qua actione quilibet ex cohæredibus ſuſtinet partes actoris,& rei.l.2.§.in familię.l.inter.§.qui familiæ.ff.familiæ hærciſ.Et in ea à tempore mortis veniunt fructus.§.ſi familiæ.inſtit.de offic.iudi.l.nō eſt ambiguum.C.famil.hærciſ.Et augent hæreditate,vt in petitione hæreditatis.l.item veniunt.§.item non ſolum.ff.de peti.hæred.Actio enim famil.hærciſ.imitatur petitionem hæreditatis,vt inquit gl.in.l.inter cohæredes.§.fructus.ff.famil.hęrciſ.Atq; ita quemadmodum per actionem famil.hærc.iſte cohæres accipit ſuam portionem hæreditatis,cum ſuis fructibus, & incrementis à tempore mortis : accipiet etiam prælegatum quotæ bonorum cum fructibus,& incrementis ab eodem tēpore:cum eodem iure & actione conſequatur vtrumq;.Niſi repudiaſſet hæreditatē,acceptato prçlegato,vt in.l.ſeq. Tunc enim quia integrū prçlegatum capitur iure legati.l.quia filius.§.ſi.cum lege ſeq.de leg.1.competeret actio perſonalis,& aliæ,quæ ſolent dari pro legatis,vt aduertit Minch.de ſuc.crea.§.17.n. 114.& Segura in.l.cohæredi.§.cū filiæ.n.206.ff.de vulga. Et deberentur fructus à tempore moræ,vt in d.l.ſi quis bonorū. Quæ omnia videntur vera:quāuis Tello,& Mati.hîc,& Ayora.2.par.partitionū.q.30.&.3.par.q.17.aliter loquantur confundentes legatum,& prælegatum quotę bonorū, & in vtroq; quo ad fructus tempus moræ expectandum decidant.

3 Quoties autem eſſet prælegata res certa in rationem tertij & quinti inter filios, vel etiam extraneos venient fructus â tẽpore mortis, eadem actione fami. hærc. vt ſupradictum eſt. Et hoc â fortiori. Quia etiã in legatis rei certæ ab eo die debentur fructus: cum ab eo etiam tranſeat dominium in legatarium. Nã licet ſit quęſtio controuerſa à quo tempore tranſeat iſtud dominium: cõmunis opinio eſt, quod trãſit in legatarium ficte, à morte defuncti. l. â Titio. l. ſi dominium. ff. de furtis. l. ſi ſeruus legatus. de noxa. ve. e, ab adita hęreditate, licet reuocabiliter. l. cum pater. §. ſurdo. de lega. 2. vbi glo. adducit ſimilia: irreuocabiliter autem â die agniti legati. l. ſi tibi hoſ̃o. §. cum ſeruus. de legat. 1. Prout declarant ibi glo. & Bart. & eſt opinio recepta communiter, ſecundùm Alexan. & Iaſ. ibi. Et ita eſt intelligenda. l. 34. tit. 9. part. 6. prout ibi declarat Gregor. & Couar. in cap. Raynaldus. §. 1. & Burgos in. l. 3. Tauri. nume. 938. & Matien. in. l. 1. tit. 4. libr. 5. glo. 14. nume. 23. qui proſequũtur hunc articulum. De quo etiam tractat Mincha. de ſucceſ. creat. §. 17. nume. 125. & Dueñas regul. 210. qui pluribus modis limitant. Et quo ad fructus etiam, licèt omnes concordent eſſe attendendum tempus aditæ hæreditatis, vt ab eo die, & non ante pertineat ad legatarium, vt voluit gloſſ. in. l. Hęrenius. ff. de vſuris. & in. l. fi. C. de vſuris, & fructi. lega. Cũ quibus eſt communis opinio, ſecundùm Alexan. in dict. §. cum ſeruus, nu. 6. & Gregor. in l. 37. tit. 9. part. 6. per tex. ibi. & Ant. Gomez. de legatis nu. 5. Licèt ipſe teneat deberi etiam à tempore mortis, prout tenuit glo. in. l. quod ſeruus. de legat. 2. ſed in contrarium eſt communis opinio prout dixi, à qua non eſſe recedendum teſtatur Alexan. vbi ſupra, & Mincha. num. 127. verſi. ſecundus caſus. Hodie tamen iure Regio, ex d. l. 1. tit. 4. lib. 5. â morte defuncti dominium rei legatæ tranſiet in legatarium vere licet reuocabiliter. Cum teſtamentum non requirat aditionẽ hæred tatis: & ab eo etiam die fructus debebũtur. Quod tenuit Grego. licèt dubius in. d. l. 37. & Burgos vbi ſupra nu. 944. cũ ſeqq. & Mati. vbi ſupra num. 30. Quod etiam de iure communi tentarũt. Ange. de Peri. & Iaſ. nu. 8. in d. §. cũ ſeruus, in omnibus caſibus, quibus de iure cõi legata non requirebãt aditionẽ hæreditatis, quos enumerat gl. in. l. eam quam. C. de fideic.

4 Idem erit quoties fuit factum prẽlegatum quotę bonorum, cum aſsignatione rei, in qua ſoluatur. Quia tam quo ad rem aſsigna-

aſsignatam,quam quo ad quotam, ſi quid amplius contineat, debebuntur fructus à tempore mortis. Nam cum in vtroque caſu ſimplici præ legati quotæ vel rei certæ id ſit verum, vt dictũ eſt: erit etiam in hoc mixto. l. ſi ita ſcriptum. de liber. & poſth.

Si autem eſſet legatum quotę bonorum cũ aſsignatione rei, licèt quo ad quotam pro dominio, & fructibus eſſet ſpectanda mora, vt in dict. l. ſi quis bonorum, de legat. 1. Quo ad rem tamen aſsignatam dominium tranſiet à tempore mortis, & ab eo die fructus debebuntur. Quia licèt aſsignatio non immutet ſubſtantiam legati. l. quidam teſtamento. de legat. 1. prout diximus in lege præcedenti glo. 1. nu. 6. & glo. 3. ſecundùm quod videbatur quoad fructus attendẽda mora, ex dict. l. ſi quis bonorum. Illud tamen eſt quo ad hoc, vt legatum non cenſeatur reuocatum per interitum, vel alienationem voluntariam rei aſsignatæ, & vt ſit ſuplendum ex alijs bonis, ſi res aſsignata nõ ſufficit, vt ibi diximus. Sed cum aſsignatio fuerit morte confirmata, iam res transfunditur in ſubſtantiam legati, & preciſſe ſoluenda eſt, vt probat iſte text. Vnde cum in eius ſolutione non detur aliqua incertitudo, dominium tranſiet à tempore mortis, & ab eo die fructus debebuntur, prout in legato rei particularis ſupra dictum eſt. Et hoc videtur verum quidquid Tello hic num. 17. obſcure ſatis & confuſſe diſtinguat inter aſsignationem rei, cum traditione, & ſine ea. Nam cũ loquatur in melioratione relicta in teſtamento cum aſsignatione: eadẽ irreuocabilitas, quo ad rem aſsignatam, contingit per mortem, quantum ad dominium & fructus, quæ contingeret per traditionem, ſi melioratio eſſet in eiſdem terminis facta in cõtractu vt diximus in. l. precedenti glo. 1. nu. 7.

5 Neque hæc immutantur etiam ſi res aſsignata ſit maioris, vel minoris valoris quam quota legata aut prælegata. Nam ſi quidem minoris valoris eſt, nulla dubitatio eſt, quim res illa tradenda ſit, & à tempore mortis dominium tranſeat, & fructus debeantur: licet in legato quo ad defectum quotæ, qui eſt ſuplendus ex alijs bonis (iuxta ea quę dixi in. l. præcedenti. gl. 3.) ſit attendenda mora, quo ad fructus, iuxta d. l. ſi quis bonorum. Si autem res ſit maioris valoris, ſitque diuidenda, iuxta dicta ſupra gloſſ. 2. hoc non eſt inconueniens, nec impedit acquiſitionem dominij, & fructũ, pro parte, quę tangat quotã etiam legatam à tempore mortis.

Z 2 Prout

Prout etiam id non impeditur in legato partis rei, quam teſtator poſsidebat cum alio pro indiuiſſo. l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. Poteſt enim dominium in parte retineri pro indiuiſſo. l. quæ de tota. ff. de rei vend. Idem accidit in re legata duobus. Quia (quando non conſtat teſtatorem legare voluiſſe inſolidum vtriq;) cenſetur in dubio legaſſe pro dimidia cuilibet, & in vtrumq; dominium partis tranſit pro indiuiſſo, & vtriq; cõpetit vendicatio. l. ſi pluribus. 2. reſponſ. de legat. 1. l. 3. de ſeruit. legat. Quæ iura ſic intellexit Ripa, in. l. 1. de legat. 1. num. 56. & agnoſcunt omnes in d. l. ſi pluribus. ſecundùm Iaſ. ibi. Qui idem defendit etiam, quando conſtat teſtatorem inſolidum vtriq; voluiſſe legare, aduerſus Bart. ibi. nu. 2. cum quo eſt cõmunis opinio, vt ipſemet agnoſcit, & eam defendit Mincha. de ſucceſ. progre. §. 23. num. 21.

6 Et licet videatur, quòd hæc exempla non bene quadrent ad propoſitum, ex eo quia in eis nulla incertitudo datur, neq; quo ad rem, in qua eſt facienda ſolutio, neq; quo ad partem ipſius rei, cum iam conſtet quota ipſius pars ſit in legato: quod non videtur accidere quando res aſsignata pro legato, aut prælegato quotæ eſt maioris valoris quam quota, quo caſu, licet conſtet ſolutionem in re aſsignata faciendam eſſe, non tamen adhuc conſtat, quota ipſius rei pars legato cœdet, & pro ſolutione ſufficiet. Quia hoc non eſt inconueniens. Satis eſt, quòd conſtet ſolutionem in ea re faciendam eſſe præciſè, licet incertum ſit quota pars rei legato cœdet. Ea enim incertitudo non impedit, quin legatarius fiat dominus partis declarandæ, & incipiat ſtatim fructus acquirere pro rata. l. quæ de tota. §. 1. ff. de rei vendic.

Quando autem melioratio, ſeu donatio quotæ bonorum fuit facta in contractu latè diſcutiunt Tello, & Matien. hîc vtrum debeâtur fructus, & à quo tempore. Nos forte ſequẽtibus cõcluſionibus melius explicabimus. * Sit autem prima, ſi donatio quotæ bonorum fuit facta extraneo, puta de quinto extantibus filijs: antequam tradatur, fructus non debentur, niſi à tempore moræ, quæ non aliàs committitur, quam per litis cõteſtationem: prout ſolet committi in contractibus ſtricti iuris. l. cum fundus. ff. ſi cert. peta. l. ſi filius. §. 1. de verborum. Eſt enim donatio contractus ſtricti iuris. l. cum qui. ff. de donatio. Ideò fructus non debentur niſi à tempore moræ, vt ibi, & not.

Bart.

Bart.in.l.in ædibus.§.1.illo tit.Et idē erit,ſi donetur res certa: & per conſequens,ſi donetur quota bonorum, cum aſsignatione rei certæ:eſt enim omnium eadem ratio.

8 Secūda cōcluſio,ſi alicui filio donetur quota bonorum, puta tertiū & quintū:aut etiā res certa in eā rationē irreuocabiliter: ſiquidē ex traditione vera,& reali,negotiū eſt clarū. Ab eo .n. dic tranſit dominiū.l. traditionibus.C. de pactis.& fructus acquiruntur. arg. l. Herenius.la. 1.ff.de vſuris.Quod tradunt Tello hic.nu.12.& Matien.nu.5. Si autem traditio fuiſſet ficta, puta ex conſtituto,aut aliàs, Tello.nu.16.&Matien.nu.7.idē ius conſtituunt: ex ea enim traditione vera poſſeſsio acquiritur .l.quod meo.ff.de acquir.poſſeſ.l.1.C.de don. non ſolùm in donatione rei certę,ſed etiā in quota bonorum pro indiuiſſo,vt diximus in.l.1.ſuprâ gloſ.5.nu.3.& cum ea dominium.d.l. traditionibus,& per conſequens fructus d.l.Herenius.

Eſt tamen in hoc aduertendū,quod iſto caſu,quamuis pater â filio quocunquè tempore vitæ conuentus teneatur realiter tradere quotā bonorum,vel etiam rem certam donatā,cum fructibus,â die quo ſe pro filio conſtituit poſsidere, aut aliàs ficte tradidit,etiamſi propter diminutionem bonorum, donatio eo tempore eſſet effecta inofficioſa,cùm ea obiectio non patri, ſed eius filijs competat,poſt eius mortem,vt diximus in. l. 1. ſuprà glo.10.nu.22. Si tamen non obſtante ficta traditione,pater remanſit in poſſeſsione rerū,& fructus collegit, & expendit, & ſic negotium durauit vſque ad mortem, prout multoties contingit: licèt aliàs viſſum fuerit non eſſe habendam rationem fructuum,ſed filio ſatisfieri,ſi ſua quota bonorum tradatur, ſecundū bona relicta tempore mortis:nō ſolum ſi bona creuerint (qui caſus cedit etiam in eiuſdem donationis augmentum) ſed etiam, ſi diminuta reperiantur: quo caſu, cum debeat etiam decreſcere donatio ex dict.l.7.infra. vbi dicemus: conſequens videbatur, vt quēadmodum licita de bonis citra fraudem diſpoſitio nocet etiam filio donatario in re principali, vt ibi dicemus: noceret etiam in fructibus,tāquam acceſſorijs,quos pater collegit, & expendit: vt finalis bonorum diminutio attenderetur,& tangeret omnes filios æqualiter, tàm aliorum legitimas,quā donatarij meliorationē. Nunc autē diligentius conſiderādo, videtur eā cōputationem, quæ ſummitur ex deciſſione dict.l.7. veram quidem eſſe, quo ad donationem princi-

palem non tamen poſſe procedere in fructibus. Qui cum ad filium pertineant (ex tempore donationis, quo ſe pater conſtituit poſsidere) diuerſo iure, quo ipſa donatio. Quemadmodum ſi ipſe collegiſſet, quamuis donatio principalis reperiretur inofficioſa tempore mortis, & eſſet in aliquo reuocanda, fructus tamen antè mortem percepti non reuocarentur, quia nunquam cum re donata computantur: vt fiat inofficioſa, quæ aliâs non eſſet. l. in ædibus. §. ex rebus. l. cum de donatione. ff. de donat. & diximus in. l. 1. ſupra gloſ. 9. num. 6. &. 14. Eodem modo ſi pater collegerit, ſint ante omnia reſtituendi: cum in eis pater nō ſit donator ſed debitor, nec filius ſit donatarius, ſed creditor. Facta autē fructuum reſtitutione ex corpore hæreditatis, deinde poterit extrahi quota bonorum, etiam ſi multo minor futura ſit, quam eſſet ſi facultates non decreuiſſent: prout fieret, ſi donatio vere tradita eſſet ſecundùm bona præſentia. Quo caſu diminutis bonis, etiam ex ære alieno bona fide poſtea cauſato, reducenda eſt ad bona relicta tēpore mortis, ex d. l. 7. vbi dicemus.

10 Si autem donatio fuit irreuocabilis ex cauſa onéroſa cum tertio, iuxta. l. 1. ſupra. tunc quia etiam ſine traditione ſtatim valet irreuocabiliter, vt ibi, & res, vel quota donata neceſſario tradi debet ſecundùm bona præſentia: Quamuis Matien. hìc. num. 5. dicat deberi fructus à die donationis: verius eſt, non deberi niſi à tempore moræ. Quæ iſto caſu non aliâs committitur, quam per litis conteſtationem, vt in cōtractibus ſtricti iuris: prout diximus in donatione facta extraneo, in præcedenti concluſione. Cauſa enim oneroſa facit filium videri quo ad hoc extraneum. l. Pomponius. ff famil. herciſ.

11 Eſt tamen in hoc aduertendum, quòd quamuis ante litem per filium cum patre conteſtatam, pater lucretur fructus, nec filio debeantur. Pendētes tamē, ſi donatio fuit quotæ bonorū ſeruient pro augmento bonorum. l. in lege Falcidia placuit. ff. ad. l. Falcid. & per conſequens cedent in augmentum quotæ bonorum. Si autem eſſet donatio rei certæ, deberentur cum ipſa re, tanquam ipſius pars. l. fructus. de rei vendic. l. fin. §. f. u-ctus. ff. de ijs quæ in fraud. cred. Ita, vt filius conſequatur fructus, qui erant pendentes tempore donationis, & quos pater percepit à lite conteſtata: perceptos autem medio tempore, ſibi lucrabitur ex dicta ratione. Quo caſu fructus pendentes

erunt

erunt in conſideratione, vt eorum valor ſimul cum re donata computetur, ad inſpiciendum: vtrum donatio ſit inofficioſa, vel contineatur intra tertium & quintum bonorum temporis mortis, ſecundùm d.l.7. infra. Si autem filius in vita patris quidquam non petiiſſet, fructus deberentur à tempore mortis: nec attenderetur litis conteſtatio, vel alia hæredum mora: argumento à fortiori eorum, quæ dicemus in donatione reuocabili.

Quod autem dictum eſt in donatione irreuocabili quotæ bonorum, aut rei certæ, procedet etiam in donatione quotæ cũ aſsignatione rei certæ, tam quo ad quotam, quam quo ad rem certam. Vt diſpoſitio caſuum ſimplicium comprehendat etiã mixtum. l. ſi ita ſcriptum. de liber. & poſthum. l. ſi ita facta. de iniuſto rupto. Vnde ſi fuit irreuocabilis ex traditione vera, vel ficta, ab eo die fructus debebuntur: ſi ex cauſa onerosa, à tempore morς, vt dictum eſt.

12 Tertia concluſio. Si alicui filio donetur tertium & quintum bonorum ſimpliciter, vel cum aſsignatione rei certæ, vel etiam res certa ſimpliciter, & donatio fuit reuocabilis, vt quia non fuit facta traditio, nec interuenit cauſa onerosa, iuxta. l. 1. ſupra. nulli fructus in vita patris debentur, ſecundùm Tello hîc. numer. 10. Neque enim poteſt aliqua exactio dari ex donatione reuocabili, in vita donatoris, argumento. l. debitor. ff. de regu. iur. * Et ſi arguas ex. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum. vbi donatio reuocabilis morte confirmata retrotrahitur ad tempus donationis, ſaltim quantum adhoc, vt filius lucretur fructus. vt ibi tenet gloſ. verb. referatur, & aliæ ſimiles quas eſſe cõmuniter approbatas diximus in. l. 1. ſupra. gloſ. 1. num. 8. Reſpondeo illud eſſe, quando interceſsit traditio: aliàs donatio non poſſet morte confirmari, nec etiam retrotrahi, vt ibi dixi. num. 7. Et ſi ad hæc inſtes, quòd illa. l. donationes quas parẽtes, loquitur in donationibus, quę morte confirmantur, & licet illo iure ad hoc requireretur traditio, hodie tamẽ non requiritur, ſed donatio etiam non tradita valet, & per mortem fit irreuocabilis, & ſic videtur ad eã extendenda dicta retrotractio, de qua in d. l. donationes. Quia reſpondeo donationem non traditã (licet valeat & morte confirmetur) non tamen poſſe retrotrahi quo ad fructus. Nam, vt latè traditur in. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. ad fictionẽ

Z 4 requirun-

requiruntur duo ęxtrema habilia. l. bonorum. ff. rem ratam habe.l.neceſſario.§.quod ſi pendente.ff.de peri.cõmo. rei vendit.Sed quando res donata tradita non eſt., retrotractio non inuenit extremum habile ad lucrandos fructus,nec etiã ad dominium ex defectu poſſeſsionis,à qua pendet vtrumq; tam dominium.l.traditionibus.C.de pactis,quam etiã acquiſitio fructuum. Quia ſine ea, quemadmodum non datur præſcriptio, ita nec fructuum acquiſitio,vt not. gloſ.fin.in.l.2.C.ſi quis igno.rem mino.& Bald.ibi.& Alexand.in.l.is cui bonis.num.4. de verborum.

Poſt mortem autem patris Tello, num.10. 11. &.15. exiſtimat fructus non venire, niſi à tempore mortæ, iuxta.d. l. ſi quis bonorum.de legat.1.Non ſolum in donatione quotę bonorum,de qua loquitur d.num.15.Sed etiam in donatione rei certę.de qua loquitur.num.10.quam etiam in donatione quotæ bonorum cum aſsignatione rei certæ,de qua loquitur. num. 11. quaſi aſsignatio non immutet ſubſtantiam donationis. Mati.nu.8.quãuis in donatione quotæ bonorum fateatur fructus non venire niſi à tempore morę:in donatione tamen rei certæ,vel etiam quotæ bonorum cum aſsignatione rei certæ, tenet fructus venire à tempore mortis,argumento legatorum. vt ipſe ait.num.5.in fine.& num.6.

Mihi videtur eo caſu,quo donatio eſſet reuocabilis, & filius donatarius eſſet cum alijs hæres inſtitutus,& acceptaſſet, fructus deberi à tempore mortis patris indiſtincte,etiam in donatione quotę bonorum,ex ea ratione,qua idem ſupra ſtatuimus in prælegatis.Quemadmodum enim donationes morte confirmatæ,inter non hæredes,habent vim legati.l.in donationibus. C.ad.l.Falci. eodem modo factæ vni filiorum hæredum habebunt vim prælegati.Et ſic hæ donationes venient in eodẽ iudi
14 tio fami.hęrc.prout & prelegata ſupra diximus venire.* Quãuis enim actio fami.hærciſ.nõ extendatur ad donationes,quæ Iure cõmuni morte confirmabantur:ex eo, quia ad confirmationem requirebatur traditio,vt dictum eſt,quæ efficiebat donationem poſsideri titulo particulari, & ſic non venire in eo iuditio.l.hæredes. §. quod pro emptore. l. quæ pater.ff. famil. hærciſ.niſi eſſet conferenda,vt ibi & in.l.ſi filius.C.eo. Donatio tamẽ reuocabilis iure iſto,quæ ſine traditione valet,& morte confirmatur:quamuis ſit firmior illa,cũ valeat in vita mero iure,

iure, nec pědeat à morte, nec præmortuo donatario reuocetur, vt diximus in.l.1.ſupra gl.1.nu.33.& ſic etiam excedat æquiparationem prælegati: ſed quantum ad hoc, vt veniat in iuditio fami.hæreiſ.ſeruabit ſtrictius naturam prælegati. Cum & reperiatur inter bona hæreditaria. imò & ſit res hæreditaria, pro quibus datur illa actio inter cohæredes.l.4.l.& poſt litẽ.§.1.cum alijs.ff.famil.herci. Quibus conſequens eſt, vt & à tempore mortis veniant fructus, prout veniunt in prælegatis, vt
15 ſupra dictum eſt. * Si tamen filius repudiaſſet hæreditatẽ, tũc quia donationes in hoc haberent vim legati. Quamuis in donatione rei certæ venirent fructus à tempore mortis, vt in legatis ſupra dictum eſt: In donatione tamen quotæ bonorum ſpectaretur mora hæredum, vt in ſimili legato diſponitur in l.ſi quis bonorum.de lega.1. prout etiam diximus ſpectari in prælegato, quoties prælegatarius repudiaſſet. Si autem eſſet donatio quotę bonorum cum aſsignatione rei certæ: pro re certa, deberentur fructus à tempore mortis: pro quota autem, ſi quid plus cõtineat, venient à tempore moræ: quia ſic diſponitur in vtroq; legato ſimplici. Quæ omnia nõ ſolum procedent in donatione facta filio in poteſtate ſine traditione, ſed etiam in facta à matre, vel filio emancipato. Quoniam cum ex eodem defectu traditionis ſit reuocabilis, vt in.l.1.ſupra.confirmata per mortem non retrotrahetur quo ad fructus: poſt mortem autem eodem modo debebuntur, prout dictum eſt in facta filio, in poteſtate.

GLOSSA QVINTA.

Legatum, & prælegatum quotæ bonorum qualiter ſoluatur, ſi corpora hæreditaria ſunt indiuidua.

1 *Legatum, vel prælegatum quotæ bonorum qualiter ſoluatur, quando bona ſunt indiuidua.*
2 *Legatum quotæ bonorum ſoluitur in corporibus, etiam indiuiduis, ſi teſtator id voluit, & per contrarium ſoluetur in æſtimatione, & nõ in corporibus, etiam diuiduis, ſi id voluit.*
3 *Quæ res commodam diuiſionem patiantur, & quæ non.*
4 *Valor bonorum tempore ſolutionis attenditur, non tempore mortis.*

1 S*Aluo ſi la hazienda, &c.* Hæc eſt exceptio ad regulam ſuperiorem, qua præceptum eſt legatum, vel prælegatum quotæ bonorum eſſe ſoluendum in corporibus hæreditarijs, vt procedat, niſi bona cōmodè diuidi non poſſent. Circa quod ſunt aduertēda illa, quoūr meminimus in gl. 3. ſupr. nu. 6. Hęc, ſcilicèt, verba non poſſe referri ad ſingula corpora indiuidua, ſed ad omnia in vniuerſo. Ita vt quamuis omnia corpora ſint indiuidua, ſi omnia in vniuerſo poſſunt diuidi, ſolutio eſt faciēda in corporibus, in vno, ſcilicèt, vel duob9, in quib9, vel partes cōſenſerint, vel iudex æſtimauerit, vt ibi diximus. Si tamē ſingula corpora de per ſe, & omnia in vniuerſo eſſent indiuidua: ita quòd quota bonorum non poteſt præſtari cōmodè in corporibus: tunc poteſt fieri ſolutio, vel in pecunia, vel in ipſiſmet bonis, quantumcunquè etiam in vniuerſo indiuiduis, vt probat iſte tex. illis verbis, *que puedan dar*, vt ibi explicuimus. Quæ forma ſeruanda eſt, tâm in legato, quâm prælegato: etiam ſi corpus hæreditarium, quod ſolûm extaſſet, quantumcunquè indiuiduum, poſſet à pluribus poſſideri, vt ibi diximus nu. 9.

2 Quod tamen limitandum eſt, niſi contrarium conſtaſſet ex volūtate teſtatoris. Tūc enim, etiamſi ſingula corpora, & omnia in vniuerſo ſint indiuidua, non licebit ſoluere æſtimationem, ſi conſtet teſtatorem voluiſſe ſolui in corporibus: puta quia ſe retulit ad corpora, iubendo dare pro indiuiſo: ex illa doctrina Baldi, in. l. nulla num. 4. verſi. modo inſurgit. C. de iure dotium, cuius ſupra meminimus. gloſ. 3. num. 11. quam ad propoſitum applicat Tello hìc. num. 5. Sed cum hoc caſu inducatur communio, in qua nemo cogitur ſtare, etiam ex præcepto teſtatoris, vt diximus ſuprâ gloſ. 3. num. 3. vtriquè parti competet actio communi diuidundo. vt diuiſio fiat arbitrio iudicis, iuxtà formam tex. in. 6. eandem. de offi. iudic. Ex quo per contrarium infertur, quòd etiam ſi bona cōmodè diuidi poſſent, adhuc legatum, vel prælegatū quotę bonorum poſſet ſolui in pecunia, ſi conſtet teſtatorem ſic voluiſſe: ex eadem ratione & regula. l. in conditionibus primum locū. de condit. & demonſtrat. cum alijs, ſecundûm Tello, vbi ſuprà.

3 Dicentur autem bona conuenienter diuidi non poſſe, ad hoc, vt admittatur ſolutio æſtimationis, quando extaſſet fortè vnum tantum corpus, quod à natura haberet fines deſtinatos, ſine quibus indiuiduum, aut ſubiectum ſubſiſtere

non

non poſſet, vt æquus, mulus, ſeruus. §. eandem. de offic. iudi. ſecundùm Caſtillo hîc. Idem ſi res diuidi ſine damno non poſ ſet, vt furnus, molendinum, & ſimilia: in quibus verificatur in ſua deciſsione alternatiua text. in dict. §. cum bonorum, ibi, *naturaliter, vel ſine damno*. Tunc enim compelleretur legatarius, vel prælegatarius accipere æſtimationem, etiam ſi vellet refundere prætium, quod ſoluta ſui legati æſtimatione, ſupereſſet. Et idem eſſet ſi extaſſent plura huiuſmodi corpora, legatum tamen non poſſet ſolui in aliquo eorum: puta ſi extaſſent quatuor, & eſſet legatum quintum. Nam ſi quodlibet eorum non poſſet contineri intra valorem quotę, etiam ſi legatarius velet ſibi ſolui in eo, quod eſſet vilioris æſtimationis, & inſuper refunderet exceſſum p ætij, non obtineret aduerſus hæredem offerentem ſibi ęſtimationem. Quam uis enim in iuditio communi diuidundo non dicatur incommoda diuiſsio, quæ fit hinc, vel inde, refuſſo defectu, vel exceſſu prætij. d. §. eandem, in facultate tamen ſoluendi, quam in huius modi legato iura concedunt, incommoda erit nolente hærede: cum vere in corporibus legatum ſolui non poſsit, quod iura requirunt. In prælegato tamen, in ſimilibus terminis, ſi iuncta parte hæreditaria poſſet commode in vno ex corporibus ſolui, non audirentur cohęredes, ſi velent ęſtimationem prælegati dare, ex mente huius tex. quamuis ſi extaſſet vnum tantum corpus indiuiduum, poſſent, vt diximus dict. gloſſ. 3. num. 9. In reliquis omnibus mobilibus, & immobilibus, quæ commodam diuiſsionem patiuntur. æſtimatio dari non poterit. Sic fundus commode diuidi poteſt. l. locus. de verbor ſignific. Cenſus etiam perpetui, aut redimibiles, iura, & actiones di uidi poſſunt, ſiue per diuiſsionem. l. ea quæ. C. famil. hęrciſ. ſiue per aſsignationem, ſecundùm Bart. ibi. Domus tamen quãuis de rigore diuidi poſsit, interiecto pariete. l. quod in rerum. §. ſi quid poſt. de legat. 1. vbi gloſ. verb. domus, Alexan. & Iaſ. not. ad effectum tamen huius text. non poſſet dici domum pati cõmodam diuiſionem, ſi vna ſola in bonis relicta eſſet.

4 Vltimò aduertendũ eſt, ꝙ hoc caſu quando æſtimatio quotę bonorũ ſolui poteſt, valor bonorum attendi debet non ſecũdùm tempus mortis, ſed ſecũdũ tẽpus ſolutionis. Si quid forte ꝓpter interualũ medij tẽporis inter vtrũq; interſit. Secundũ Corn. conſ. 265. nu. 7. vol. 1. & Lancel. in d. l. ſi quis bonorũ. de legat.

de legat. 1. colum. 2. verſic. vnum not. quem ſequitur Tel'o hîc. in fine. Et eſt ratio, quia cum bonorum pars ſit in obligatione, vt in d. l. non amplius. §. cum bonorum. de legat. 1. Licet ęſtimatio poſsit ſolui, ea attendi debet ſecundùm tempus, quo præſtari debet id, quod debetur. l. quoties in diem. de verbo. l. hominem. ff. cõmo. l. in hac. §. fin. de triti. & ibi not. & in. l. vinũ ſi cert. peta. & facit. l. fin. §. 1. in fine. de legat. 2.

LEX QVINTA.

MANDAMOS, Que el hijo, ò otro qualquier decẽdiente legitimo, mejorado [1] en tercio, ò quinto de los bienes de ſu padre, ò madre, ò aguelos: que puedan, ſi quiſieren, repudiar la herẽcia de ſu padre, madre, y aguelos, y acetar la dicha mejoria. [2] Con tanto que ſean primero pagadas las deudas [3] del difunto, y ſacadas pro rata de la dicha mejoria, las que al tiempo de la partija parecieren. Y por las otras que deſpues parecieren, [4] ſean obligados los tales mejorados a las pagar pro rata de la dicha mejoria, como ſi fueſſen herederos en la dicha mejoria de tercio è quinto. Lo qual mandamos que ſe entienda, ora la dicha mejoria ſea en cierta coſa, ò en cierta parte de ſus bienes. [5]

GLOSSA PRIMA.

DE acceptatione prælegati, ſeu meliorationis, & repudiata hæreditate. Et è conuerſo, de acceptatione hæreditatis, repudiato prælegato.

Melior. tio

1 *MElioratio acceptari poteſt, repudiata hæreditate, deductis inde debitis.*

2 *Prælegatarius repudiata hæreditate, legatarius eſt in re prælegata.*

3 *Prælegatum repudiari poteſt acceptata hæreditate, & quid operetur ea repudiatio.*

4 *Prælegatum pro parte hæreditaria conditionale eſt, ſi repudietur, ſcilicet, hæreditas.*

5 *Hæres non poteſt diuidere delatam ſibi hæreditatē, & acceptare pro parte.*

6 *Melioratio relicta titulo particulari filio vnico hæredi inſtituto, acceptari poteſt repudiata hæreditate, ſecus ſi deferretur iunctim. num. 11.*

7 *Legata debentur hæreditate non adita, Iure Regio, quia cenſentur repetita abinteſtato.*

8 *A ſe ipſo legari poteſt, quando legatum repetitum eſt abinteſtato.*

9 *Impugnans iuditium teſtatoris, quando poſsit commodum ex eo conſequi.*

10 *Meliorato relicta filio vnico legatum ſonat.*

12 *Legitima non poteſt acceptari repudiata in reliquo hæreditate.*

13 *Legatarius non poteſt acceptare legatum pro parte, ſecus in eius hæredibus.*

1 MElioratus in re certa, vel quota bonorum poteſt acceptare meliorationem, repudiata hæreditate. Dum tamē, prius debita deducantur, vel quæ tunc exiſtunt, vel poſtea emerſſerint, pro quibus pro rata tenebitur, ac ſi fuiſſet hæres. Et eſt lex quondam. 21. Tauri.

Mejorado, hoc verbo text. duo ſupponit. Primum, quòd melioratus habebat cohęredem, cuius reſpectu poſsit meliorari. Quod etiam illis verbis probatur. *Al tiempo de la partija*, quę inter plures verificantur. Secundum, quòd melioratio fuit relicta titulo particulari. Et cum melioratio teſtamento relicta nihil aliud ſit, quam prælegatum, vt diximus in Rubrica. num. 18. text. in hac priori parte concordat cum diſpoſitis à Iure communi. Secundùm quod prælegatarius poterat acceptare prælegatum, repudiata hæreditate. l. qui filiabus. §. fin. cum l. ſeq. 2 de legat. 1. l. 2. in fine, tit. 9. part. 6. * Quo caſu ſecundùm gloſ. Bald. Paul. & alios in d. §. fin. prælegatarius repudians conſequitur integrum prælegatum, iure legati: etiam pro parte, quā iure hęreditario in prælegato habuiſſet, ſi acceptaſſet. Ea enim pars per repudiationem accreſcit alteri parti cohæredis, cum ſuo onere ſoluendi integrum prælegatum prælegatario repudiāti hæreditatem, vt ibi, & in l. quæſitum. §. duobus. de leg. 1.

& in

3 & in.l.cum qui.§.pro parte.ff. de ijs quibus vt indig.* Et per conſequens poterit acceptata hæreditate, repudiare prælegatum, vt in illis iuribus à contrario. Quo caſu repudiatio ſolum operabitur, quo ad partem prælegati, quam eſſet habiturus à cohærede. Nam pro parte, pro qua ipſe eſt hæres, prælegatum fuit nullum, ſeu inutile, per text. in.l. miles ad ſororem. §. pro parte. de legat. 2. & in d.l. cum qui. §. pro parte. de ijs quibus
4 vt indig. * Cæteri tamen omnes ibi poſt Bart. in.l. filio pater. de legat. 1. & in. d.l. miles. §. pro parte, verius putant, prælegatum pro parte hæreditaria prælegatarij eſſe conditionale, ſcilicet ſi prælegatarius repudiauerit hereditatem: vt tunc quidem prælegatum valeat in totũ, vt ſupra dictum eſt: ſi autem adeat hæreditatem, prælegatum, pro ea parte hæreditaria extinguatur. Et id rectius colligunt ex d.l. miles ad ſororem. §. pro parte. Vbi mortuo prælegatario antequam adeat, vel repudiet ſolum tranſmittit ad hæredes partem prelegati, quam eſſet habiturus à coheredibus: eam tamen partem, quam à ſe ipſo habebat, non tranſmittit. Quia cum includeretur in ſua parte hæreditaria, quam prelegatarius nec adiuit, nec repudiauit, defecit propter defectum conditionis. Et ita illum text. intelligunt cõmuniter. DD. Ex quibus deducitur & noſtrum intentum, ꝙ repudiatio prælegati, poſt aditam hæreditatem, ſolum operatur quo ad partem cohæredis. Cum pro ſua parte hæreditaria, non ſit prælegatum, nec compræhendatur in prælegato: niſi caſu, quo repudiaſſet hæreditatem. Vnde cum ſit adita, pro ea parte prælegatum fuit nullum, quo ad ius prælegati: il-
5 lud tamen habet ſuo iure hæreditario. * Et quemadmodum non poſſet ſcindere ſuam partem hæreditariã, vt pro parte agnoſcat, pro parte repudiet. l. 1. & 2. ff. de acquir. hæred. nec poſſet repudiare hæreditatẽ prius agnitam, niſi beneficio reſtitutionis. §. extraneis, inſti. de hæred. qua. & diffe. l. impuberibus. l. ſi minor. l. neceſſarijs. de acquir. hæred. ita nec poterit agnita hæreditate, repudiare prelegatum pro ſua parte hæreditaria, quia aditio ad vtrumq; fuit extenſa, nec poſſet ſcindi, etiam ſi vellet.

6 Cæterũ ſi vnico heredi inſtituto ſit relicta melioratio titulo particulari: Tello innuit idẽ ius futurum eſſe. Nã ſua fundamenta huc tendunt. Inquit enim hunc non poſſe acceptare prælegatũ, & repudiare hæreditatem. Mouetur ex tribus. Primò,

mò,quia hæres vnicus non poteſt meliorari: cum melioratio, ſeu prælegatum requirat cohæredem. Secundò, quia à ſe ipſo prælegari non poteſt.l.Titia.§.1.l.fin.§.Seio.de leg.2.l.legatū.§.1.l.planè.§.ſi duobus.de legat.1.Tertiò,quia repudiata hæreditate corrueret prælegatum,& ſic non poſſet acceptari.l. eā quam.C.de fideic.Hoc ipſum confirmatur ex eo, quia impugnans iuditium teſtatoris non debet cōmodum ex eo conſequi. l.ita tamen.§.qui ſuſpectam ff.ad Trebel.l.ſub conditione, in fine.ff.de contra tab.Impugnare autē dicitur,qui delatam ſibi eius hæreditatem repudiat.l.ſi patroni.§.qui fideicōmiſſariā, verſi.cur enim.ff.ad Trebel.Adeò, ꝙ repudians hæreditatem nō ſolū ꝑdit ea, quæ ſunt ſibi relicta in teſtamēto, ſed etiā fauore fiſci perdit ea, quæ quocūq; titulo etiā inter viuos habuit à teſtatore,qui erat fiſci debitor.l.hęredes. C. de omni agro deſert. Quem adhoc ſumme not. Bar.ibi,& Rom.in auth. ſimiliter.C.ad.l.Falci.in.14.priuil.piæ cauſæ inter contractus, extendēs eius deciſsionem ad eum qui repudiaſſet hæreditatē debitoris eccleſiæ, aut piæ cauſæ,aut alterius æquiparate fiſco.

Sed licet opinio Tellij Iure communi eſſet vera: iure tamen Regio cōtrarium verius eſt. Imò,ꝙ hoc caſu, legatum relictū vnico hæredi titulo particulari, valet & tenet, & à ſe ipſo legari poteſt:& quòd poterit legatum acceptare repudiata hæreditate ex teſtamento,& tanquam à proximiori ab inteſtato.

7 *Nā lege Regia generaliter deciſum eſt repudiata hęreditate, legata, & alia in teſtamento contenta non corruere, ſed deberi à venientibus abinteſtato.l.1.tit.4.ſupra. A quibus,quemadmodum (iſto eodem caſu repudiatę hæreditatis) debebantur, quando erant ab eis per teſtatorem repetita.l.ex teſtamēto. C. de fideic. l. Titia.ff.de inoffi. teſtam.vel quando erat appoſita clauſula codicillaris.l.ſi iure.C.de teſtamen.manum. & notat gloſ.in dict.l.ex teſtamento.& gloſ.in.c.Raynaldus, verbo legauit,& verbo audente, de teſtament. vbi notat Couarru. §. 3.num.8.Eodem modo ex illa lege Regia ſemper cenſentur repetita,& debentur. Atque ita clauſulam codicillarem,ſeu repetitionem abinteſtato,quo ad hunc articulum, hodie ſuperflam eſſe teſtatur, Burgos in.l. 3. Tauri. numero. 866. & ſequenti. Et ſic ceſſat & alterum Tellij fundamentum. Ex illa enim lege Regia eſt etiam correcta regula iuris vetantis à ſe

8 ipſo poſſe legari.* Nam etiam ſi ſit vnicus hæres inſtitutus,

quū

qui repudiet, poterit conſequi legatum particulare ſibi relictum: ex quo legata, & cætera in teſtamento contenta remanent valida, non obſtante repudiatione, ex illa lege. Nam quemadmodum de Iure communi, ſi legata eſſent repetita à venientibus abinteſtato, deberetur legatum factum hæredi vnico, qui repudiauit, vt tradit Angel. conſilio. 294. incipit. Punctus teſtator ſolum, quem refert & ſequitur Iaſ. in. l. planè. §. ſi duobus. num. 7. de leg. 1. idem dicendum eſt, ex d. l. Regia, quæ indiſtinctè omnia legata repetit abinteſtato.

9 Non obſtat ratio, quòd impugnans iuditium teſtatoris non poteſt commodum ex eo conſequi. Quia licet hoc procedat etiam in repudiante hęreditatem, id tamen intelligendum eſt eo caſu, quo propter repudiationem vitiaretur diſpoſitio teſtatoris, etiam quo ad illud, quod quis vult conſequi, & non aliâs: vt bene declarat Corne. in authent. ex cauſa. C. de liber. pręterit. num. 126. in medio. Vnde ſi data repudiatione, non vitiarentur contenta in teſtamento, etiam attento Iure communi, non impediebatur repudians petere legatum. Prout contingebat, quando repudians habebat cohæredem: vt diſtinxit I. C. in. l. quęſitum, in fine. ff. de acquiren. hæredit. & ſic procedit text. in. l. filio pater. de legat. 1. Nam cum per aditionem cohęredis ſubſtineatur teſtamentum, non prohibetur cohæres repudians petere legatum, vt ibi. Quę ratio (ſuppoſita lege Regia) militat hodie etiam in vnico hærede ſcripto, per cuius repudiationem non corruunt contenta in teſtamento, & per conſequens poterit agnoſcere legatum, vt dictum eſt:

10 Non etiam obſtat, quòd melioratio non cadit in vnico: quia illud eſt ad effectum, vt definat eſſe legitima, recip. atq; graua mina, de quibus in. l. 11. infra. vbi dicemus. Non ſic ad effectum repudiandę hęreditatis, accepiato legato relicto titulo particulari, de quo hìc. Tunc enim melioratio poſitiue ponitur, & legatum ſonat, vt in lege pręcedenti diximùs in quinto legato extraneo. Iſto tamen caſu, quando legatum particulare eſſet relictum vnico hæredi, non licebit agnoſcere hęreditatē, & repudiare legatum. Ex rationibus, quas ſupra aduximus ad oſtendendum, quòd repudiatio pręlegati facta à cohærede acceptante ſolum operatur quo ad partem, quę in hoc caſu vrgent, & militant quo ad totum.

Eo

11 Eo autem caſu, quo melioratio eſſet relicta titulo vniuerſali, vt quia fuit inſtitutus in totum, non poterit diuidere, vt adeat pro parte, habeatque tertium & quintũ, tanquã meliorationem, repudietque reſiduum hæreditatis.l.1.&.2.l.ſi ſo-
12 lus.ff.de acquir.hæred. * Quemadmodum nec per contrarium poterit diuidere, vt acceptet legitimam, repudiata in reliquo hæreditate. Quia licet aliquibus viſſum ſit hoc poſſe fieri: Tum ex eo, quod filius mortuo patre ſit creditor in legitima.l.1.§.ſi impuberi.ff.de colla.bono. & creditor inſtitutus poteſt repudiare hæreditatem, & petere debitum.l.debitum. C.de hæred.action.l.fi.§.1.C. de cura.furio.l. ſi quis legatum. ad finem.ff.de falſis.& ibi notat. Tum etiam, quia hodie de legitima debet tolli omne grauamen.l.quoniam in prioribus. C.de inofficioſo teſtamen.quale eſt, quod filius compellatur adire. Per quæ fundamenta hanc opinionem tenuerunt Rom. in.l.vnica.C.quando non pet.partes.& Corra.in.l.hæres inſtituta.n.11.C.de impub.& Fabi.in auth.nouiſsima.nu.150. de inoffi.teſt. Adhuc tamen verius eſt filium non poſſe hæreditatem ſibi iunctim delatam diuidere: vt agnita legitima reliquum repudiet, Cum pater non teneatur filio legitimam relinquere, niſi titulo inſtitutionis, & ſic ſub prohibitione legum vetantium diuiſionem. Et hanc opinionem tenuit Bar. in.l.gerit.nu.22.ff.de acqui. hæred. & in.l.quia poterat. ff.ad Trebel. Quem vtrobique ſequũtur Alex.& alij, quos refert Iaſ.in.l.1. nu.11.ff.de acqui.hæred. Et ſequũtur communiter DD. in.d.l. hæres inſtituta. Et eſt communis opinio ſecundum Coua.in.c. Raynutius.§.fin.in fi.& ſecundum Mincha.de ſucceſ.crea.§. 20.nu.212. Qui reſpondẽt ad argumenta cõtraria poſt Alex. ad Bar.in.d.l.gerit.& in.d.l.quia poterat.nu.12.& Soci.nu.31. in.l.1.ff.de vulga.& Dec.in.d.l.hæres inſtituta. Quod eſt generale in omni hærede, qui non poteſt diuidere delatam ſibi hæreditatẽ, vt pro parte acceptet, pro parte repudiet, vt in.d.l.1. de acqui.hæred. Etiã ſi teſtator ipſe hæreditatẽ detulerit diuiſſam.l.2.eod.tit.etiam ſi in parte ſit datus ſubſtitutus. l.ſi ſolus. eo.tit.qu bus locis plura congerunt DD.in propoſito.

13 In legatis autem licet quoad diuidendum vnum legatum, eadem prohibitio verſetur, quæ in hæreditate. l. legatarius. de legat.1.l.neminem.de legat.2. ſi tamen plura legata ſint relicta, benè poteſt vnum agnoſci. alterum repudiari.l.ſed duobus

de legat. 2. Quin & in vno legato, licet legatarius non poſsit diuidere, vt acceptet pro parte: eius tamen hæredes id poſſunt facere, vt alter partem ſuam acceptet, alter repudiet, ex d. l. legatarius. Cum ius acceptandi, & repudiandi, quod erat in perſona legatarij indiuiduum, quoad eius hęredes ſit lege duodecim tabularum diuiſſibile pro hæreditarijs. C. de hære. actio. l. 1. C. ſi cert. pet. & not. omnes in. d. l. legatarius.

GLOSSA SECVNDA.

De feudo & emphiteuſi an acceptari poſſint, repudiata hæreditate.

1 *Emphyteuſis acceptari poteſt repudiata hæreditate.*

2 *Feudum hæreditarium non poteſt acceptari repudiata hæreditate: in alio diſtinguitur filius, ab agnato.*

3 *Idem in emphiteuſi ſtipulata pro ſe filijs & hæredibus.*

1 Y *Acceptar la mejoria.* Idem in feudo, & emphyteuſi. c. 1. an agnatus, vel filius, vaſſali. & not. Barba. in Rubrica. de feudis. & Baldus in. l. liberti. num. 22. C. de ope. liber. & Caſtillo hîc numero. 15. Sed quoad feudum contrarium eſt verius, vt probatur in dict. cap. 1. qui loquitur in feudo no hæreditario, qđ filius non poteſt acceptare, repudiata hæreditate, licet agnatus poſsit. Et licet gloſſ. ibi. verbo. repudiare. miretur de hoc: plures rationes differentiæ ponit Couarru. libro. 2. variarum. cap. 18. numero. 4. Si autem feudum eſſet hæreditarium, id eſt, quæſitum pro ſe filijs & hæredibus: neque filij: neque agnati poſſent illud acceptare, repudiata hæreditate, cum non deferatur, niſi hæredibus.* Et idem eſſet in em-
3 phyteuſi, caſu quo eſſet ſtipulata pro ſe filijs, & hæredibus. Cum vtrumque copulatiue requiratur ad hoc, vt filius poſsit eam habere, authen. de non alienan. §. emphyteuſim. & notat Bart. in. l. vt iuris iurandi. §. ſi liber. de operis libertorū. & alij plures, quos refert & ſequitur Iaſ. in. l. filio pater. numer. 3. de legatis. 1. de quo vide Pine. in. l. 1. de bonis mater. 3. parte. numero. 85. & Afflictis in dict. cap. 1. â numero. 12. & Zaſium in tracta. feudorum. 8. parte. â num. 9.

GLOS-

GLOSSA TERTIA.

Quod pro ſoluendo legato, vel prælegato, vel donatione quotæ bonorum ſit prius æs alienum extrahendum.

1 *Æs Alienum extrahitur pro deducendo legato, vel prælegato quotæ bonorum.*

2 *Æs alienum extrahitur pro deducenda donatione irreuocabili quotæ bonorum.*

3 *Donatarius quotæ bonorũ non conuenitur à creditoribus*

4 *Melioratio quotæ bonorum minuitur ære alieno futuro, licet ſit irreuocabilis.*

1 P*Agadas las deudas.* Et ſic nota pro deducendo legato, vel prælegato quotæ bonorum prius eſſe extrahendũ omne æs alienum extans, & apparens tempore diuiſionis. l. cum autem. de leg. 2. ſecundũ communem intellectum, & idẽ eſt in omnibus legatis, quando ſunt reducenda ad vires hæreditarias. Quia prius omne æs alienum extrahitur. l. in imponenda. l. ſucceſſores. C. ad. l. Falci. Quod viget fortius in legato quotæ bonorum, cum bona dicantur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. de verb. ſignif.

2 Sed quid ſi melioratio quotæ bonorum eſſet facta per contractum donationis irreuocabilem? Dec. cõſ. 237. n. 4. loquẽs inter extraneos, defendit talem donationem integraliter deberi, nec extenuari ratione æris alieni, pro quo hæredes eſſe conueniendos, non donatarium. Quod probat aliquibus medijs, cuius opinionem, quãuis aliàs voluerim ſaluare, in hunc tamen ſenſum non eſt vera. Et eam reprobat Car. Molin. ibi in additione, & Greg. in. l. 2. tit. 9. par. 6. gl. pen. & Tello. hic. nu. 3. & Matien. gl. 3. nu. 4. & poſt huius operis primam æditionẽ. Gutier. lib. 2. q. 58. n. 5. * Nam licèt quantũ ad hoc, quod dicit Dec.

3 ratione æris alieni donatarium non poſſe cõueniri, bene dicat. l. æris alieni. l. ſi pater. C. de donat. l. 2. C. de reuoc. ijs quæ in fraud. cred. etiamſi ſit donatarius quotæ bonorum, vt ibi defendit, quem in hoc ſequitur Grego. ſupra. In eo tamen, quod dicit, talem donationem nõ extenuari ratione æris alieni, nõ bene dicit. Bona enim ſemper intelliguntur deducto ære alieno d. l. ſubſignatũ. §. bona. de ver. ſig. l. mulier. bona. ff. de iur. dot.

Quę cõcluſio nõ ſolũ procedit in diſpoſitione generali omniũ bonorũ, prout volebat Dec. ſed etiã in diſpoſitione partis bonorũ. Cũ eadem ratio militet in parte, quæ in toto: & ſic de vno ad alterum poſsit argui. l. quę de tota. ff. de rei vendicat.

Nam ratio quam conſiderauit Decius, quod in diſpoſitione generali poſſet ſequi inconueniens, quod vnus haberet omnia commoda, & alius omnia incommoda: militat etiam pro parte in diſpoſitione partis bonorum: & poteſt etiam militare in totum, ſi fingas æs alienum excedere bona reſtantia. Nec Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. num. 1. & 2. ff. de legat. 2. quem Decius pro hac differentia citat, id voluit. vt ſtatim dicemus.

Non obſtant fundamenta Decij. Nam text. in dict. l. æris alieni. C. de donatiõ. loquitur in donatario rei particularis. Cui licet poſsit æquiparari donatarius quotæ bonorum, qui etiam eſt donatarius particularis, cum verbum, *bonorum*, non ſit verbum iuris, ſed reſpiciat corpora, vt in dict. l. ſi quis ſeruum. §. fin. cum. l. ſequente. de legatis. 2. vbi notat Bartolus numer. 4. æquiparatio tamen procedit quantum ad hoc, vt donatarius quotæ bonorum non poſsit conueniri recta via à creditoribus, quemadmodum nec donatarius rei certæ, vt in dict. l. æris alieni. ſed non quantum ad hoc, vt ęs alienum non minuat quotam bonorum: quemadmodum non minuit rem certam: cum in hoc ſit diuerſa vtriuſque donationis natura. Text. etiam in l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quis. C. de donat. in illa exceptione. *Niſi ratio de inofficioſis donationibus, ad hoc reclamauerit.* Non firmat regulam quantum ad hoc, vt donatio quotæ bonorum, non minuatur ære alieno: nam hoc ſua natura includitur in donatione quotæ bonorum. Quod autem colligit ex l. omnes. §. Lucius. ff. de ijs quæ in fraud. credi. quod ex quo donatio omnium bonorum dicitur facta in fraudem, ſignificatur creditores non poſſe conuenire donatarium, nam ſi poſſent, non dicerentur fraudati. Non bene deducitur inde, quod donatio omniũ bonorum ſit exempta ab ære alieno. Nam licet donatarius recta via non poſsit conueniri, niſi facta excuſsione, aut per reuocatoriam. Hoc ſpectat ad ordinem iuris. Sed donatio quantum ad ſui ſubſtantiam non plus continet quam, quod ex bonis ſupereſſet, deducto ære alieno. Vt dicit text. optimus ad propoſitum in dict. l. mulier bona. ff. de iure dotium. Et ſic etiam procedit deciſsio Tholoſa. quæſtione. 387. quam pro ſe adducebat Decius. Quod vero aduc't de emptore, vel donatario hæreditatis, qui inuitus non cogitur reſpondere creditoribus. l. 2. C. de pactis. l. 2. C. de hæreditate, vel actione vendita. licet refun-

refundat vẽditori, vel donatori, quæ ipſi à creditoribus cõuẽti ſoluerũt. l. hæreditatẽ. ff. de don. Illud eſſe in hæreditate nõ ſic in quota bonorũ. eſt falſum. Non ſolum quoad æs alienum apparens tempore. quo ſoluitur quota bonorum donata, ex iam dictis: ſed etiam, ſi quod æs alienum fuit oblitum. Nam ſi ſoluatur per donatorem, poteſt agere pro rata aduerſus donatariũ, cui plus ſoluit quam deberetur, per indebiti condictionem. argumen. l. 2. §. 1. ff. de condi. indeb. Illa autem differentia, quam facit Bart. in d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. nu. 1. & 2. de lega. 2. inter diſpoſitionem vniuerſalem omnium bonorũ, & particularem quotæ bonorum eſt, quantũ ad hoc, vt in vniuerſali tranſeant actiones ex Trebelliano, non vero in particulari: non tamẽ negat Bart. quim pro deducendo legato particulari quotæ bonorum, ſit prius extrahendum ęs alienum. Prout voluit glo. ibi. in fin. quæ eſt in hoc communiter approbata, ſecundum Gregor. vbi ſupra.

Itaque cõcludendum eſt, quòd licet donatarius quotæ bonorum non poſsit conueniri à creditoribus, tanquam ſingularis ſucceſſor. l. 1. §. ſi hæres. ad Trebellian. niſi vel ratione hypothecæ. l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. l. pignoris. C. codẽ. vel quia eſſet facta excuſsio donatoris, vel eius hæredis, vel donatio eſſet facta in fraudem: Tamen quoad ſoluendam quotam bonorum donatam, prius eſt extrahendum omne æs alienum apparens tempore donationis: & ſi quod poſtea emerſſerit, quod eo tempore eſſet cauſatum, & fuit fortè oblitum, adhuc minuit donationem: cum ea intelligatur deducto ære alieno, vt dictum eſt.

Quæ omnia cum procedant etiam in melioratione quotæ bonorum facta filio per donationem irreuocabilem, vt pro ea deducenda omne æs alienum extans prius extrahatur, vt explicant Gregor. vbi ſupra. & Tello hîc. * Habet tamen adhuc
4 in hoc iſta melioratio quid ſpeciale, quod non ſolum minuitur ære alieno præterito, cauſato vſque ad tempus factæ donationis: ſed etiam remanet obnoxia, vt poſsit minui ratione æris alieni futuri, citra dolum tamen, & fraudandi animum contracti. Omnia enim hæc debita prius extrahenda ſunt, vt fiat dimenſio meliorationis veri tertij, & quinti. Nam cum ſit iudicanda ſecundum bona relicta tempore mortis, & interim donanti libera bonorum adminiſtratio non ſit interdicta,

vt in.l.7.infra.vbi dicam gloſſ.1.num.12.Si reſpectu dicti æris alieni,bona donatoris reperiantur tempore mortis diminuta, & donatio nō poſsit cōtineri intra tertiū & quintū bonorū tẽpore mortis,erit minuẽda donatio,& aptãda cũ bonis relictis tẽpore mortis.Licet contrariũ inaduertenter tradiderit Mier.1.p.primoge.quæſtione.24.num.35.vt latius dicam in.d.l.7.& ſatisfaciam iniuſtę oppugnationi Velaſqui, qui poſt huius operis primam ædictionẽ citato hoc loco contrarium defendit.

GLOSSA QVARTA.

Legatarius prælegatarius ſeu donatarius quotæ bonorum, an poſſint à creditoribus conueniri. Et quid in prælegatario rei certæ.

1 *Prælegatarius rei certæ,aut quotæ bonorum,an poſsit à creditoribus hæreditarijs conueniri.*

2 *Omnis quota bonorum legata, prælegata, vel donata ſemper minuitur ære alieno.*

3 *Succeſſor particularis non conuenitur à creditoribus hæreditarijs.*

4 *Melioratus in re certa quibus caſibus poſsit, Iure Regio à creditoribus conueniri.*

5 *Prælegatarius repudians hæreditatem,iure iſto conuenitur à creditoribus.*

6 *Prælegatarius acceptans hæreditatem non conuenitur à creditoribus pro prælegato.*

7 *L.1.C.ſi cert.petat.eſt incorrecta.*

8 *Prælegatarius acceptans hæreditatem bene conuenitur à creditoribus ratione partis prælegati,quæ capitur iure hæreditario.*

9 *Prælegatarius partis hæreditatis conuenitur à creditoribus ratione prælegati.*

10 *Legatum quotæ bonorum,& quotæ hæreditatis,an differant, Iure Regio.*

11 *Legatarius quotæ bonorum non conuenitur à creditoribus, ſed bene ab hæredibus,qui prius ſoluerunt.*

12 *Creditores compelluntur conuenire melioratum, qui repudiauit hæreditatem pro rata,& alijs hæredibus dabitur iſta exceptio.*

13 *Donatarius quotæ bonorum,qui poſt modum inſtitutus repudiet, an conueniatur à creditoribus,pro rata donationis.*

14 *Inter hæredes extraneos prælegatarius repudians an conueniatur à creditoribus.*

Por las que deſpues parecieren. Et ſic nota filiũ melioratũ:
1. ſeu prælegatariũ in quota bonorũ teneri ad ſolutionẽ æris alieni emergentis poſt ſolutũ prælegatũ, poſſeq; ipſum, pro-

pro rata prælegati conueniri à creditoribus. Quod tex. extendit ad filium melioratum in re certa. In quibus pleriq; ex noſtris deciſsionem exorbitantem eſſe, & iuris communis correctoriam exiſtimarunt. Plerique legem cum diſpoſitis à iure cõmuni cõcordare defenderũt. Prout poteſt videri per Ciſuen. Lupum, Tellium. & Mati. hic. Roder. in. l. quoniam in priorib. ampliat. 7. nu. 8. Couarr. lib. 2. vari. c. 2. num. 2. Gregor. in. l. 2. tit. 9. par. 6. verb. *lamanda*. Peral. in. l. ſiquis ſeruum. 9. fin. de leg. 2. Molin. lib. 1. c. 10. num. 13. & 14.

Ciſuen. (inquam) & Lupus hic. & Roder. vbi ſupra intellexerunt ex hoc text. corrigi. l. 1. C. ſi cert. peta. cum alijs, quibus probatur onera hęreditaria ſolum grauare hęredem proportione hæreditaria, non autem ratione prelegati, in quo prælegatarius, tanquam particularis ſucceſſor, non debebat oneribus hęreditarijs implicari. l. 1. §. ſi hęres percepto fundo. ff. ad Trebe. Quę ratio non ſolum militat in prelegato rei certę, ſed etiam in prelegato quotę bonorum. Quod in hoc adequatur prelegato rei certę, cum in eum non tranſeant onera, vt in. l. cum autem pars bonorum. de legat. 2. Licèt ſecus ſit in legatario, ſeu prelegatario quotæ hæreditatis, de quo *in*. §. fi. legis ibi precedentis. Quas DD. communiter ſic intelligunt, & dicunt ſingulares, ad probandam hanc differentiam, inter hæc duo genera legandi. Quam ex hoc text. præcitati dicunt confundi, & prælegatarium quotæ bonorum reduci ad eos terminos, qui de iure cõmuni ſeruabantur in legatario, ſeu prælegatario, quotæ hęreditatis, de quo in d. §. fin.

Couar. vero vbi ſupra, licet quoad æs alienũ apparẽs tẽpore ſolutionis quotę bonorũ, tex. nullã cõtinere difficultatẽ dicat: Quoad illud vero, quod emerſſerit, ſeu apparuerit poſt factam ſolutionem, licet prælegatarium poſſe à creditoribus conueniri fateatur ex noſtro tex: id tamen in effectu non multum diſcer dare à iure cõmuni dicit. Secundum quod, cum hæredes eſſent conueniendi, & ipſi poſſent pro rata repetere à legatario, ſeu prælegatario, cui plus ſoluerunt, quam ſibi deberetur: parũ dicit referre, quod pro eadem rata prælegatarius conueniatur recta via à creditoribus. Quod vero attinet ad prælegatarium rei certæ, tex. eſſe iuris communis correctorium, aſſerit. Secũdũ quod legatarius certarum rerũ omnino liber erat ab æris alieni ſolutione. Ac perinde dicit tx. hũc ſolũ eſſe intelligẽdũ inter filios

quoties res certa prælegata excederet valorem tertij & quinti, ſi æs alienum emergens ab alijs hæredibus ſolueretur. Quo caſu cum de iure hæredes conuenti, & ſoluentes poſſent reſcindere, & reuocare prælegatũ pro ea parte, quæ ipſum reddit inofficioſum, ratione læſſionis, quæ reſultat legitimis propter æs alienum: ex noſtro text. pro eadem parte fatetur poſſe prælegatarium rei certæ conueniri à creditoribus. Et extra hunc caſum in alijs legatarijs rei certæ, aut quotæ bonorum putat ius commune illæſum manere.

Idem exiſtimauit Gregorius vbi ſupra. vt melioratio tertij, & quinti minuatur ſemper ære alieno. melioratio autem rei certæ tunc demum, ſi excederet tertium & quintum, bonorũ, deducto ære alieno. Quia tunc ne fiat præiudicium legitimis, erit res certa minuenda pro rata. Alias ſi non fiat præiudicium legitimis, æs alienum non grauat melioratum in re certa. Quod dicit ſimiliter procedere, ſi melioratio rei certæ eſſet data per donationem. Et ſic concludit text. iſtum, non diſcordare à iure communi. Per quæ ſignificat, quod etiam in modo conueniendi, iſte prælegatarius rei certæ, pro illo exceſſu, quo res certa prælegata reperitur excedere valorem tertij & quinti, propter æs alienum, non poſſit conueniri à creditoribus: ſed tantum à cohæredibus prius ſoluentibus, prout de iure communi fiebat. Et licet Gregorius hoc non ita clarè expreſſerit, ſatis tamen innuit, non ſolum ſe reſpicere ad rei effectum, ſed etiam ad modum ſoluendi. Quoad quem, Tello hic aduertit, in contrarium eſſe expreſſa verba, quæ hoc non patiuntur, ſed potius coarctant, vt prælegatarius poſſit ab ipſis creditoribus conueniri. debereque intelligi, prout iacent, & quod text. in hoc ſit correctorius iuris communis.

Petrus de Peralta vbi ſupra. acerue nimis gloſſatores noſtros repræhẽdens, intellexit tx. hunc in nullo diſcordare à iure cõi cum text. loquatur in caſu particulari prælegatarij quotæ bonorum, aut rei certæ repudiantis hæreditatem. Quo caſu ob præſumptã fraudem iuſte ſtatutum dicit, vt teneatur oneribus hæreditarijs. Argumen. tit. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Et idẽ non eſſe iuri communi contrarium. Secundum quod, licet permittatur repudiare hæreditatem, agnito prælegato, vt in dict. l. qui filiabus. §. fin. cum. l. ſeq. de leg. 1. non eſt hoc intelligendũ, cum nocumento cohæredum, vt ipſi omnia onera hæreditaria

ſub-

ſubeant, ob quæ forſam non ſubeunda cohæres repudiaſſet totam hæreditatem, vt in.l. cum hæreditate. ff. de acquirend. hæredi. & ſic præſtaretur occaſio deſtituendi teſtamenti: ſed ſolum ad effectum, vt repudians non implicetur moleſtijs hęreditarijs, non vero, vt exuatur oneribus, vel debitis. Quod conatur probare aliquibus fundamentis.

Ludo. Molin. vbi ſupra. aduerſus Hiſpanos omnes, qui legem iſtam interpretati ſunt, nouo ſenſu contendit, text. hunc non eſſe iuris communis correctorium, ſed potius cum eo concordare, in vtroque caſu ſupra relato. In primis quoad hunc poſteriorem articulum de prælegato rei certæ, irridet cæteros omnes, qui ita ſicce text. intellexerunt, vt loqueretur de prælegato rei certæ. Cum non ſit veriſimile verbum iſtud ſic dictum in ea forma intelligi poſſe, quę deſtruat iura communia, argumento.l.ſi quando.C.de inoffic.teſtamen. Et ipſe intelligi loqui de meliorato in quota bonorũ, cũ aſsignatione rei certę Iuxta.l.3.ſupra. Nã cum lex in ſuperioribus partibus ſit ſermo per loquuta de melioratione quotæ bonorum, verba illa. *hora la dicha mejoria ſea en coſa cierta.* ad illud genus meliorationis referẽda ſunt, de quo in pręcedẽtibus: propter relationẽ *la dicha* Atq; ita verba nihil aliud importat, quã ſi diceret: *hora la dicha mejoria de tercio y quinto ſea en coſa cierta.* Quoad alterũ vero pũctũ, quod melioratus in quota bonorum poſsit à creditoribus poſtea emergentibus conueniri. negat text. hunc hoc probare. Nam verba illa. *ſean obligados a los pagar.* non conſtringunt, vt intelligamus prelegatarios teneri ſoluere creditoribus: cum poſſint intelligi, vt teneantur ſoluere, & reſtituere pro rata hæredibus, à quib⁹ creditores exegerint debita poſtea emergentia: vt vel ſic tx. concordet cum diſpoſitis à iure communi. dicta.l. 2. §.fin.ff. de conditio.indebit. Certè intellectus ingenioſus eſt, ſed non ita firmus (maximè in modo conueniendi) quin ipſemet Molin. in dubio non conſulat actionem creditoris dirigendam etiam contra prælegatarium: ne forte ex communi opinione aliter agens ſuccumberet in ea parte, & eius timor non caret ratione.

Ex quibus patet quam varie ſit text. iſte à noſtris intellectus, & per conſequens quam obſcure ſit articulus reſolutus. Vt autẽ quod ſit verius eligamus. In primis ſupponendum eſt nullam contentionem eſſe poſſe, quo ad rei effectum. Cum

omnis quota bonorum legata, vel prelegata ſemper minuatur ære alieno teſtatoris, quandocunq; emerſerit. Idq; prouenit ex natura quotę bonorũ, quę ſemper intelligitur deducto ære alieno. l. ſubſignatũ. §. bona. de verbor. ſignifi. l. mulier bona. ff. de iure doti. Quod etiam procedit in quota bonorũ donata, prout diximus in gl. præcedenti, aduerſus Decium. Imo licet de iure cõmuni talis donatio ſolum minueretur ære alieno contracto tẽpore factæ donationis, cum id ſolũ tempus attenderetur non ſolum inter extraneos, ſed etiam inter filios, vt eſt magis cõmunis opinio Doctorũ in. l. 1. C. de inoffi. dona. iure tamen Regio cum ex. l. 7. infra. in ſucceſsione filiorũ ſit attendendum tẽpus mortis, ad inſpiciendum valorẽ tertij & quinti: eædem quotæ minuentur non ſolum ære alieno contracto tempore factę donationis, ſed etiam ex poſt facto, bona tamen fide cauſato, quã tuncumque diſpoſitio tertij & quinti ſit irreuocabilis, prout diximus in fine gloſſæ præcedentis.

Quæ concluſio procedit etiam ſi quota eſſet aſsignata in re certa. Nam cum aſsignatio non immutet naturã quotæ, ſed ſit ad eam reducenda, vt in. l. 3. ſupra. non poteſt id fieri niſi extracto prius ære alieno. Procedit etiam concluſio in legato, vel prælegato, vel etiam donatione rei certæ, quoties res certa eſt reducenda ad quotam bonorum, & reducta excederet valorem quotæ deducto ære alieno. Quia quãdocũq; reperiatur rem excedere valorẽ quotæ, intra cuius terminos valet, propter ęs alienum, minuetur pro rata ex dicto ære alieno. Quod contingit inter filios, vel deſcendentes, ſi res certa ſic data excederet valorem tertij & quinti bonorũ, deducto ære alieno ſecundum tẽpus mortis: vel excederet valorẽ quinti, quoad extraneos. Nã cum res certa intelligatur data filio, vel deſcendenti in rationẽ tertij & quinti. vt in. l. 10. infra. vel extraneo in rationem quinti, vt ibi dicam gloſſ. 4. nu. 4. & tertiũ & quintum non poſsint metiri, niſi deducto ære alieno, vt dictum eſt: eadem deductio minuet etiam rem certam, quæ dictis quotis eſt adaptanda. Et in hoc ius regium concordat cum iure communi. Secundum quod cũ legitima eſſet triens, vel ſemis, ſecundũ numerũ filiorum, vt in auth. nouiſsima. C. de inoffi. teſtam. & debeatur deducto ære alieno, vt in. l. Papinianus. §. quarta. ff. eodem tit. neceſſario æs alienum extrahi debebat ad videndum, vtrum res legata, vel donata, excederet beſſem, vel ſemiſſem, & ſic eſſet

inoffi-

inofficioſa, & læderet legitimas, vt in auth. vnde ſi parens. C. eod. tit. Si autem res certa non eſſet reducenda ad quotam, prout eſſet inter hæredes extraneos, non minueretur ære alieno, ſi vires hæreditariæ vtrunque patiuntur. l. 1. §. ſi hæres percepto fundo. ad Trebel. l. 1. C. ſi cert. peta. l. ſi vniuerſæ. C. de legat. l. ſucceſſores. l. licet. vbi not. Bal. C. ad. l. Falc. l. æris alieni. l. ſi pater. C. de dona. vt ſupra etiam dictum eſt.

3 Rurſus ſupponendum eſt, iure communi pro ære alieno hęreditario, ſolum poſſe conueniri hęredes, proportionibus hæreditarijs, pro quibus lege duodecim tabularum inter eos diuidebatur. l. pacto ſucceſſorum. C. de pactis. l. licet. C. fami. hærciſ. l. 1. C. ſi cert. petat. l. creditores. l. pro hæreditarijs. C. de hæredit. action. l. 1. C. de exceptio. Idem erat in fideicommiſſarijs, quibus ex Trebelliano reſtituebatur hæreditas. §. reſtituta. inſtituta. de fideicommi. hęredi. Siue fideicommiſſum eſſet vniuerſale, ſiue etiam particulare de quota parte hæreditatis. §. ſed quia ſtipulationes. & . §. nihil autem. inſtituta. eod. l. 2. C. ad Trebelli. l. cogi. §. & generaliter. iuncta gl. verbo. de vniuerſitate. &. §. ſi quis hęres. ff. eod. tit.

Quo argumento idem etiam erat in legatario partis hęreditatis. Nam licet pars hæreditatis relicta per verbum legati, videatur data iure directo: quia tamen actiones non poſſunt tranſire in legatarium iure directo (cum id tantum contingat in hęredibus ex lege duodecim tabul. vel in fideicommiſſario, authoritate Senatus conſulti, vt dictum eſt) verba obliquantur, vt operentur meliori modo quo poſsint. id eſt, iure fideicommiſsi. l. ex facto. in principio. l. vbi pure §. 1. l. Scæuola. ad Trebellianum. l. cum quis. §. Seiam. de legatis. 3. & vtrobique notant Doctores, vt vel ſic legatarius partis hęreditatis teneatur pro ea parte ad debita, quemadmodum, & fideicommiſſarius. Et pro hoc allegatur text. in. l. ſi quis ſeruum. §. fin. de legatis. 2. vbi notant Doctores. poſt gloſſ. in. l. fin. ff. de vſufruct. legat. & in. l. mulier. §. fin. ad Trebellianum. Succeſſor tamen particularis non poterat pro ære alieno conueniri. l. 1. §. ſi hęres percepto fundo. ad Trebellianum. etiam ſi res certa eſſet relicta titulo inſtitutionis, alijs in reliquo ſcriptis hęredibus. l. quoties. C. de hæredibus inſtituendis. Et hoc non ſolum erat in re certa, ſed etiam in quota bonorum. Iſtud enim

reli-

relictum ſua natura non implicatur oneribus.l.cum autē pars bonorum.de legat. 2. ſecundûm communem intellectum. vt notat Bar.num.4.in.§.fin.legis ibi pręcedentis. Verbum enim *bonorum*, non eſt nomē iuris, ſed refertur ad corpora. Et ſic tale legatū eſt ſimile legato rei certæ, vt diximus in gl. pręcedenti.

Et hoc non ſolum erat in legatario, ſed etiā in prælegatario rei certæ, vt in.l.1.C.ſi cert.peta.ſiue etiā quotæ bonorū, eodē argu. Et eadē ratione in donatario vt diximus in d.glo.præcedenti. Licet autem ſucceſſor iſte particularis non poſſet pro ære alieno hæreditario conueniri: Quia tamen quota bonorū ſemper minuitur ære alieno, vt ſupra proxime dictū eſt: Ideo pro ſoluendo tali legato, vel prælegato, vel donatione, omne æs alienum extans, & apparens tempore diuiſionis extral ebatur, vt in.d.l.cum autem pars bonorum, & dictū fuit in gl. præcedenti. Si quod autem poſtea emergebat, hæredes quidē iuxta portiones hæreditarias cōueniebātur: repetebant tamen â ſucceſſore particulari quotæ bonorum pro parte, vt pote cui plus eſſet ſolutum, quam deberetur, propter ęs alienum de nouo emergens.l.2.§.1.ff.de cond.inde. Et idem eſſet in legato, prælegato, vel donatione rei certæ, quę eſſet ad quotam bonorum reducenda, & propter ęs alienum de nouo emergens reperiatur excedere quotam, vt ſupra proxime dictum eſt.

4 Quibus ſic viſſis, text. noſter duo continet. Alterum quoad ęs alienum appares tempore ſolutionis. Alterum quoad illud, quod tunc quidem extabat fuit tamē oblitum, & ex poſt facto apparuit. Rurſus text. vtramque deciſionem pariformiter aplicat ad quotam bonorum, vel ad rem certam. Et quidē, quod attinet ad rem certam, omnino abſurdum eſſet ſimpliciter, & abſolute intelligere, quòd res certa, in qua filius per prælegatū eſſet melioratus, minueretur propter æs alienum, & quòd filius contentus prelegato repudians hæreditatem poſſet pro ære alieno conueniri. Hoc enim eſſet omni iuri, & rationi contrarium. Atq; ita quilibet ex intellectibus ſupra aſsignatis bonus eſt, & ad eos debet text. adaptari. Vt vel tex. intelligamus in re certa aſsignata pro melioratione quotę bonorum, quę impleuit integram quotam (prout intellexit Moli.) quæ quidem aſſignatio non immutat naturā prelegati quotę bonorum. Qui intellectus ſatis quadrat literæ tex. & eum etiam poſt huius operis primam editionem aprobat Gute.lib. 2. q.58.num.15.

Licet

Licèt aliquantulũ videantur obſtare verba finalia legis, inquã
tum dicit, *o en cierta parte de ſus bienes*, quæ non poſſunt referri,
niſi ad meliorationem quotæ bonorũ. vt vel ſic verba priora:
ora la dicha mejoria, ſint ſumẽda pro melioratione in genere, quã
tex. poſteà diſtinguit, vt ſiuè ſit facta in re certa, ſiuè in quota
bonorum: vtroquè caſu, melioratus teneatur ad æs alienũ.

Vel ſecũdo tex. intelligamus in ſimplici prælegato rei certę.
Sed tunc, prout intellixerunt Greg. Couar. vbi ſuprà, & Matiẽ.
gloſ. fin. n. 3. quoties res illa certa reducta ad tertiũ & quintũ, re
periatur excedere eius valorem propter ęs alienum, quod ſi nõ
extaret, non excederet. Tunc enim cum verſetur eadem ratio
in re certa, quæ in quota bonorũ, ſatis cõgruè æquatur vtraq; di
ſpoſitio. l. nomẽ debitoris. §. filio. de leg. 3. vbi notat Bar in fin.
& aliquibus ſimilibus comprobat Tiraq. in. l. ſi vnquam. verb.
omnia, vel partem aliquam. nu. 4. Vnde eo caſu, cùm propter
æs alienum alij filij grauentur in legitima ratione rei datæ, ſi
eſſet libera ab ære alienò. ideò in quantum res certa excedit ter
tium, & quintum, propter ęs alienum, minuitur pro rata ex di
cto ære alieno. Et quamuis ſecundùm intellectũ Molin. deciſ.
tex. non ſit particularis inter filios, ſed procedat etiã inter hæ-
redes extraneos, vt ipſe aduertit: ſecundùm tamen hunc alterũ
intellectum, deciſsio legis eſt particularis inter filios, ſecundũ
Greg. Couar. & Matien. Quoties autẽ res certa non excederet
tertium & quintum computatum, poſt extractũ omne æs alie-
num, non procederet iſte text. nec prælegatum rei certæ, quam-
uis agnitum repudiata hæreditate, non minueretur ære alieno,
ſecundũ ſupra dictos. Quibus in hunc ſenſum alij nõ diſſentiũt,
nec poſſunt diſſentire.

Cùm itaquè tex. loquatur in prælegatario quotæ bonorum
tertij & quinti, vel etiam rei certæ eiuſdem quantitatis. Quod
attinet ad æs alienum apparens tempore diuiſionis, quod præci
pit extrahi, non diſcrepat à iure cõmuni, ſecundũ quod; id etiã
procedit in omni quota bonorum legata, vel prælegata, vel do-
nata, per ea, quæ dicta ſunt in gloſ. præcedenti, & ſuprà in pro
ximo ſuppoſito. Atquè ita pro omni ære alieno, quod extra-
ctum eſt ad ſoluendũ prælegatum tertij & quinti, vel rei certę
eiuſdem quantitatis, iſte prælegatarius, quamuis repudians hæ
reditatem, non poterit vllo tempore conueniri, prout & de iure
53 communi non poterat. * Pro eo verò. quod ex poſt facto emer
ſeri.

erit,quamuis de iure communi eſſent hæredes conueniendi, & ipſi pro rata poſtmodũ recuperarent ab hoc prælegatario negari non poteſt ex tex. iſto hoc eſſe correctũ,& prælegatariũ poſſe pro rata ab ipſis creditoribus cõueniri. Prout ad hoc coarctant verba tex. *ſean obligados a las pagar.* Quæ nõ poſſunt intelligi,vt ſolutio ſit facienda hȩredibus,à quibus creditores prius exegerint.Quia id ſatis deciſum erat de iure cõmuni,nec erat noua lege inculcandũ , ſed debere potius referri ad creditores de nouo emergẽtes,qui poſſunt cõuenire hos prælegatarios repudiãtes hæreditatẽ,vt colligitur ex verbis ſequẽtibus. *como ſi fueſſen herederos en la dicha mejoria.* Quibus licet Moli.conetur ſatisfacere:rectè intuẽti,& cõſiderãti nõ erit obſcurũ deprehendere, verba non eſſe prolata imperſonaliter, vt reſpiciãt ſolũ effectũ,& obligationẽ ſoluendi,vt vel ſic poſsint referri ad eũ modũ,quo de iure cõmuni tenebãtur, ſed potius ad formã conueniendi ab ipſiſmet creditoribus emergẽtibus. Nã alias fruſtra adijceretur æquiparatio *como ſi fueſſen herederos*, niſi,vt oſtẽderet poſſe pro ea rata à creditoribus conueniri. Minus obſtat conſideratio Moli.quod tex.vltra æquiparationẽ. *como ſi fueſſen herederos.* adiecit. *en la dicha mejoria.* vt vel ſic intelligamus eã deciſionem eſſe conformem iuri cõmuni· ſecundum quod,quẽadmodum hȩres inſtitutus in quota bonorũ non tenetur credi toribus,cũ ſit loco legatarij.l.quoties.C.de hæred.inſti. l.cũ autẽ de leg.2.eodẽ modo prȩlegatarius quotæ bonorũ,de quo in hoc tex.à fortiori,nõ debet poſſe cõueniri à creditoribus,ex dicta æquiparatione,quæ potius ad hoc vrget,quã ad cõtrarium. Etenim nimis abſurdũ eſſet,ſi legũ conditores illa ratione, & ȩquiparatione vterentur ad finẽ,& intellectum,quẽ inde colligit Moli.Nã cũ procedãt grauãdo prȩlegatariũ ad ſolutionem æris alieni poſtea emergẽtis,fruſtra augmenti loco adijcerent illam rationem,quæ potius ſtringebat in contrarium,operabaturq; diminutionẽ,ſi eo modo intelligeretur.l.legata inutiliter. de adim.lega. Voluerunt ergò in ea ȩquiparatione ſignificare, quod queadmodum hæres ſcriptus poteſt cõueniri à creditoribus:eodẽ modo poſsit conueniri iſte prælegatarius,qui hæreditatẽ repudiauit,pro rata meliorationis,quam acceptauit. Non obſtat dicto, *como ſi*, quæ improprietatem denotat. l. ſi pater.§. qui duos.ff.de adoptio. Quia licet re vera in prælegato nõ ſint hæredes,finguntur tamen in odiũ repudiationis,argum. tit.ſi

quis

quis omiſſa cauſa teſtamenti. Vt tradit Peral. vbi ſupra. nu. 9. Vt ratione prælegati, quod acceptauit teneatur, & poſsit à cre ditoribus conueniri. Et quamuis noſtra hæc opinio audax viſ ſa fuerit Velazquio in. l. 21. Taur. nu. 10. ipſe tandē, eā ſequi tur, & eſt hui⁹ tx. magis cōmunis intellectus, Quē etiā poſt hu ius operis primā æditionē ſequitur Gute. lib. 2. q. 58. nu. 19. Cu ius rei rationē quāuis Tello hic intellexerit fuiſſe fauorem cre ditorum, vt haberent plures obligatos: non tamē bene conſide rauit. Quia in hoc potius grauātur, cum cōtra plures agere com pellātur. Nam ſi cōſideres poſſe hæreditatē non reperiri ſuffi cientem creditoribus: iā tunc ip ſis iure cōmuni ſubuentū erat, vt omiſſo hærede, qui fecit inuentarium, poſsint legatarios cō uenire. l. fin. §. & ſi prefatam. C. de iure delibe. Et ideo nulla me lior ratio poteſt aſsignari, niſi quod ſit introductum in odium repudiantis hæreditatem, vt dictum eſt, ſecundum Peral. Licet in quantū ipſe conatur probare tx. hūc nō eſſe iuri cōmuni cō trariū, nō poſsit ſuſtineri. Nā quāuis verū ſit legis deciſionē eſſe particularē in prælegatario repudiāte hæreditatem: ſed in quantum text. probat hunc poſſe pro rata conueniri à credito ribus poſtea emergentibus, deciſio eſt iuri communi contra ria. Secundum quod quāuis prælegatum minueretur ęre alie no, & prelegatarius teneretur refundere hære di pro rata: ſed ipſe nō poſſet cōueniri à creditoribus, vt diximus ſupra. nu. 3. Et excepto hoc caſu, in alijs ius cōmune remanet incorrectum.

6 Ex quo infertur, quod ſi prælegatarius adijſſet hæreditatē, ſeruaretur ius commune, quod iſto caſu nō reperitur correctū. ſecundū quod ſolū poſſet cōueniri à creditoribus pro rata por tionis hęreditarię, & nō pro emolumēti meliorationis cūmulo. Prout bene aduertit Peral. vbi ſup. nu. 9. 10. &. 11. ex. l. 1. C. ſi
7 cer. pe.* Quā eo caſu eſſe incorrectā defendit, cū ceſſet cauſa, cu ius ratione pro prælegato poteſt cōueniri ex noſtro tx. Onera enim hæreditaria nō grauant prelegatum, vt in. d. l. 1. licet one ra prelegati grauent portionem hęreditariam, vt not. Bat. in. l.
8 Pamphilo. §. fin. de legat. 3.* Quod quidem intelligendum eſt, vt hęres non poſsit conueniri à creditoribus ratione prælega ti, in quantum ſcilicet ex prælegato capitur iure legati a cohæ redibus. Pro ea vero parte, quæ capitur iure ꝓprio hæreditario cū per aditionē hæreditatis extinguatur, vt in. l. miles ad ſoro rem. §. pro parte. de lega. 2. & ſic cōfundatur cū alijs bonis, quę capiun-

capiuntur iure hæreditario, vt ſupra dictum eſt gloſſ. 1. recte
9 poterit conueniri.* Rurſus id intelligendum eſt in prælegatario rei certæ, aut quotæ bonorum: non autem in prælegatario partis hæreditatis, in quem cum pro ea parte trāſeat actiones. l. ſi quis ſeruum. §. fin. de lega. 2. poterit à creditoribus conueniri. Prout ex ſententia Doctorum in d. l. 1. C. ſi cert. peta. tradit Moli. vbi ſupra. num. 9.

10 Ex quibus & ſecundo inferes, quod extra caſum legis nullus legatarius quotæ bonorum poteſt à creditoribus hæreditarijs conueniri, prout & de iure communi non poterat. Cum legatum ſolueretur deducto ære alieno præſenti. l. cum autē pars bonorum. de lega. 2. pro eo vero, quod poſtea emergebat, eſſent hæredes conueniendi. l. 1. C. ſi cert. petat. l. pro hęreditarijs. C. de hęred. actio. cum alijs. Licet cōtrarium eſſet in legatario quotæ hęreditatis, in quem pro ea parte actiue, & paſsiue tranſeūt actiones, vt in d. l. ſi quis ſeruum. §. fin. vt ſupra dictum eſt, nu. 3. Quam differentiam inter hæc duo genera legandi, eſſe hodie incorrectam defendit Peral. vbi ſupra. & benè, poſt Segur. in. l. vnum ex fami. §. ſed ſi fundū. pagin. 3. de lega. 2. In iſto enim legatario quotę bonorum ceſſat ratio, propter quam ex noſtro text. prælegatarius conuenitur. Quæ differentia licet ſeruetur etiam in prælegatarijs quotæ bonorū, & hæreditatibus adeuntibus, vt ſupra dictum eſt: in repudiantibus vero hæreditatem (quo caſu funguntur vice legatariorum. vt in. l. qui filiabus. §. fin. cum lege ſequente. de lega. 1.) ceſſat differentia, & quemadmodum prælegatarius quotæ hæreditatis conuenitur, vt in d. l. ſi quis ſeruum. §. fin. ita etiam & prælegatarius quotæ bonorum, ex noſtro text. quamuis iure communi non cōueniretur.

11 Ex quibus ſubinferes, quod nepos, vel alius deſcendens, qui ex eo, quod precedebatur à patre, non fuit inſtitutus, ſed melioratus in tertio & quinto (prout potuit ex. l. 2. ſupra.) non poterit à creditoribus poſtea emergentibus conueníri. Cum ceſſet ratio huius text. Licet ratione dicti ęris alieni, melioratio ſit minuenda, & ab hæredibus, qui ſoluerunt ſit pro rata ab ipſo repetendum, quod vltra quotas debitas, ſolutum reperitur, ratione æris alieni de nouo emergentis: prout de iure communi fiebat. l. 2. §. 1. ff. de cond. indeb. Et idem erit in extraneo, cui ſit quintum legatum, ex eadem ratione.

12 Cum itaque in caſu huius text. iſte melioratus repudians

poſſ.t

poſsit conueniri à creditoribus poſtea emergentibus: non immerito quæret quis,an creditores compellantur eum conueniri,poſsintq; hæredes in totum conuenti excipere,vt melioratus couueniatur pro rata. Et quidem quando actio eſſet diuidua inter hæredes:prælegatarius tanquam vnus hęredum pro rata prælegati conueniri debet. Nam cum text. diſponat, vt teneatur:conſequitur,vt & creditores debeant eum conuenire. Diſpoſitum enim in vno ex correlatiuis ad aliud extenditur, etiam in correctorijs.l.fin.C.de ind.vidui.toll.& ibi not.prout etiam poſt huius operis primam ędictionem placuit Gutc.lib. 2.q.58.num. 14.in fin.

13 Sed an diſpoſitio huius text.procedat etiam in melioratione data filio per contractum,qui poſt modum inſtitutus repudiet hæreditatem contentus melioratione,an eius ratione poſſit etiā conueniri pro ęre alieno emergenti? Quod attinet ad rei effectum, non eſt dubium niſi,quòd donatio tertij & quinti eſt minuenda pro ære alieno,quod eo tempore cauſatum erat, apparuit autem poſt traditā donationē: cum poſsit etiam minui occaſione æris alieni,vſq; ad mortem patris poſtea cauſati,bona fide,vt dictum fuit in gloſ.præcedenti,in fine.Sed dubium ſtat,an hæredes ſint conueniendi à creditore,quibus poſtea donatarius teneatur refundere pro rata.prout de Iure cōmuni eſſet faciendum:an verò creditor poſsit recta via conuenire donatariū pro rata,iuxta decíſsionem huius text Et quidem quamuis pro ære alieno poſt factam donationem cauſato (licet diminuat donationem,ſi tempore mortis eo reſpectu ſit inofficioſa,vt ibi dixi,& dicam latius in.l.7.gl.1.num.16.)donatarius nec adiens, nec repudians poſſit couueniri: cum text. iſte non loquatur in hoc caſu. Quod verò attinet ad æs alienū, quod erat cauſatū tēpore donationis,fuit tamē oblitū, de quo loquitur text.iſte.Cū vterq; caſus prælegatarij, & donatarij, repudiantis habeat de Iure cōmuni decíſsionē eādem (cū nec donatarius,nec prælegatarius poſſet pro ære alieno conueniri. l.æris alieni.C.de donat.l.1.C.ſi cert.pet.& in vtroq; inſtituto,& repudiante verſetur eadē odij ratio) idē ius nouum agēs de prælegatario videtur ad donatarium extendendū. argum.l. ſi quis ſeruo.C.de furtis,vbi gl.fi.Nec tex.iſte videtur alienus ab hac decíſsione.Loquens enim in filio meliorato non explicat,an per donationē,an per pręlegatū:& ſic videtur in vtroq;

poſſe exemplificari. Et licet videatur tex. potius dirigi ad prælegatum, eius tamen deciſio nō habet in prælegato maiorem dubitandi rationem, quā in donatione. Cū in vtroque de iure communi, eſſet idem ius tam quo ad æs alienum, vt dictū eſt, quā quo ad repudiandam hæreditatem, retento prælegato, vt in.d.l.qui filiabus.§.fin. cum lege ſeq.de leg. 1.quā etiam retenta donatione. Cùm donatarius poſtmodum inſtitutus non compellatur adire: ſed poſſit repudiare, retenta donatione.l. hęredes.C.de omni agro deſer.iuncta gl.per caſum ab ſpeciali fauore reipublicæ, de quo per Roman.in authen. ſimiliter.C. ad l.Falc.in. 14. priu. piæ cauſæ inter contractus, & per Iaſ.in.d. l. qui filiabus.§.fin.nu.5.

24 Inter hæredes autem extraneos, ſi quis ſit prælegatarius, & repudiet hereditatē, acceptato prælegato: ſeruabitur ne deciſio noſtri text.? Et quidem ſi prælegatum fuit rei certæ, text. iſte non poteſt extendi extra cauſam filiorum: prout bene aduertum Gregor.Couarru. & Matien. ſuprà citati. num.4. & talis prælegatarius repudians conſequetur ſuum legatum liberum ab oneribus hæreditarijs, ſi hæreditas vtrunque patiatur. l. ſi vniuerſæ. C.de legat. l. ſucceſſores.l.licet. C. ad.l. Falcid.quamuis Peralta vbi ſuprà contrarium voluerit probare. Si autem prælegatum fuit quotæ bonorum ſimpliciter, vel cum aſsignatione rei in qua ſoluatur, quod eſt idem, cum non immutet naturam legati: quo ad æs alienum apparens tempore diuiſionis, quæſtio ceſſat, cùm illud ſit prius deducendum.l.ſubſignatum.§.bona.de verb.ſig. Pro debitis autem poſt à emergentibus: quod ad rei effectum attinet, prælegatum minuetur pro rata, vt ſuprà ſæpiùs dictum eſt. Sed quo ad formam conueniēdi, prælegatarius nullo caſu cōueniri poterat: & ad hunc caſum lex noſtra, tanquā exorbitans, nō videtur extendenda. Et quidē ſi actio creditoris inſolidum daretur: iuxta notata in.l.Moſchis.ff de iure fiſc. fatuus eſſet creditor, qui cum poſſet quēlibet hæredū inſolidū cōuenire, vellet agere cōtra prælegatariū, quē ſolum pro rata teneri hìc dicitur, quicunq; ſit, qui illū cōuenerit. Si autem actio eſſet diuidua, non eſſet difficile ſuſtinere, quòd ex noſtro tex. poſsit à creditoribus poſtea emergentibus conueniri, pro rata prælegati, quod acceptauit. Cùm caſus habeat eandē odij rationē, imò & maiorē, & ſic debeat pati eandem iuris deciſionem. l. illud.ff.ad.l.Aquil. Præcipuè

cum

cum in lege præcedenti, legatum quotæ bonorum, inter hæredes extroneos, gaudeat iiſdem priuilegijs, quo ad ipſius deductionem in corporibus hereditarijs, quibus gaudet filius, vel deſcendens, vt ibi dixi gl. 1. Iuſtum enim eſt, vt etiã quo ad onera exequatur, cum non ſit maior ratio in vno caſu, quã in altero. l. ſecundûm naturam. de regul. iur. Indubio tamen ſatius erit actionem contra vtrumq; dirigere. Ne vel hæredes, ex noſtro text. excipiant prælegatarium repudiantem pro rata conueniendum: vel prælegatarius, Iure cõmuni, ſe tueatur, prætendatq; recta via à creditoribus non poſſe conueniri.

GLOSSA QVINTA.

DE legatario, ſeu prælegatario quotæ bonorum, & quotæ hæreditatis, in quibus conueniant, vel diſcordent.

1 *PRælegatarij quotæ bonorum, & quotæ hæreditatis, in quibus diſcordent, vel conueniant Iure communi, & Regio.*

2 *Quota bonorum, & quota hæreditatis, quo ad rei effectum, & commodum legatarij, idem continent.*

3 *Filius poteſt meliorari in tertio hæreditatis, ſicut in tertio bonorum.*

4 *Quota bonorum ſolet poni pro quota hæreditatis.*

1 O *En cierta parte de ſus bienes.* Et ſic vides prælegatarium quotæ bonorum adæquari cum prælegatario quotę hęreditatis, in quem de Iure communi tranſibant actiones actiuè, & paſsiuè, tam proportione hæreditatis, quam pro rata prælegati: argum. l. ſi quis ſeruum. §. fin. de legat. 2. Quod non erat in prælegatario quotæ bonorum, vt in. l. cum autem pars bonorum, quæ ibi ſtatim ſequitur. Ex quo Ciſuen. & Lupus hîc ſumpſerunt occaſionem, vt exiſtimarent ex hoc text. eſſe correctam illam differentiam, quę Iure cõmuni conſtituebatur inter legatum quotæ bonorum, & quotę hæreditatis, de qua in dictis legibus. Quam tamen in gloſ. præcedenti. nu. 10. diximus non eſſe correctam, cum text. noſter ſolum loquatur in prælegatario repudiante.

Conſtituitur autem differentia inter has quotas, quantũ ad hoc, vt vna ſoluatur libera, alia implicita oneribus hæreditarijs, vt ſtatim dicemus. *Quo ad rei tamen ſubſtantiam, & le-
2 gatarij commodum non continet vna plus altera. Cum quota

Bb 2 hæredi-

hęreditatis, ſolutis debitis, non cõtineat pluſquã quota bonorũ: ſecundũm Paul. in. d. l. ſi quis ſeruum. §. fin. & Cuma. in. l. ſeq. Habent enim ſe vtraq; quota tanquam cõtinens & contentũ, quaſi quota hæreditatis in effectu contineat quotam bonorũ, ſe
3 cũdùm Peral. ibi. nu. 16.* Vbi bene repræhendit Segurã in. l. vnum ex fami. §. ſed ſi fundum. nu. 8. de lega. 2. qui volebat, ꝙ lex Regni permittens patrem meliorare filiũ in tertio bonorum non poterat verificari in tertio hæreditatis, licet melioratio ſic facta ſuſtineatur, * & valeat in quota bonorũ, quę etiã
4 in iure quandoq; ſolet poni pro quota hæreditatis. §. ſed quia hæredes, verſi. poſt quod Senatus conſultũ. de fideic. hæred. ſecundùm intellectum Imol. & Cuma. in. d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. Valebit etenim melioratio in quota hereditatis, ſiue relinquatur nepoti per legatum, ſiue filio per prælegatum. Quia licet quota hæreditatis contineat iura & actiones, leges Regni non contradicunt, quim poſsit fieri. Cum in effectu legitima filiorum in nullo lędatur, imò aleuietur: ex quo quota hæreditatis nihil amplius tribuit meliorato quam quota bonorum, imò pro ea parte exonerat legitimas aliorum ære alieno. Neq; contradicit ius ciuile. Nam licet verbũ legati, ſeu prælegati ſit directũ, obliquatur tamẽ, vt operetur iure fideicõmiſsi. l. ex facto in princip. ad Trebel. not. Paul. in. l. vbi pure. §. 1. ff. eod. & diximus in gloſ. præce. num. 3.

Quod verò attinet ad hoc, vt vna quota ſoluatur libera, alia implicita oneribus hæreditarijs, id prouenit ex vi, & natura vtriuſq; vocabuli: vt pro ſoluendo legato quotæ bonorũ, prius omne æs alienum deducatur. d. l. cum autem. de legat. 2. nec poſſit conueniri à creditoribus pro eo, quod poſtea emerſerit, licet hæres ſoluens à legatario repetat pro rata, pro qua conſtat ratione æris alieni emergentis (quod ſemper diminuit quotã bonorum. l. ſubſignatum. §. bona de verbor. ſignifi.) plus ei eſſe ſolutum quam deberetur. l. 2. §. 1. de cond. indeb. In legato autem partis hęreditatis debita non deducebãtur, ſed actiones actiue, & paſsiue pro ea parte in legatarium tranſibant. d. l. ſi qui ſeruum. §. fin. Quæ iura ſic ſunt ab omnibus communiter intellecta: & in eo ſenſu ſunt ſupra multoties citata: licèt re vera earum legum ſenſus longe ſit diuerſus, prout late agemus in. l. fin. infra gloſſ. 2.

Lex

LEX SEXTA.

SI El padre, ò la madre, ò alguno de los aſcendientes, prometio por contrato entre biuos de no mejorar [1] à alguno de ſus hijos, ò deſcendientes, [2] y paſſò ſobre ello eſcritura publica, en tal caſo no pueda hazer la dicha mejoria [3] de tercio ni de quinto, y ſi la hiziere que no vala. Y anſi miſmo mandamos, que ſi prometio el padre, o la madre, ò alguno de los aſcendientes de mejorar [4] à alguno de ſus hijos, ò deſcendientes, en el dicho tercio è quinto, por via de caſamiento, ò por otra cauſa onerosa alguna, Que en tal caſo ſean obligados à lo cũplir y hazer, y ſino lo hizieren, que paſſados los dias de ſu vida, la dicha mejoria, ò mejorias ſean auidas por hechas.

GLOSSA PRIMA.

Filia quæ cauſa dotis nõ poteſt meliorari, an ſit capax ſoli' legitimæ neceſſariæ. Et an poſſit cũ patre dotante paciſci, ne quemquam ſ. iorũ melioret, vt ipſa poſſit maiorem partem capere.

1 *PActum meliorandi, vel non meliorandi, validum eſt.*

2 *Pactum de non meliorando non requirit, quod ſit factum ex cauſa onerosa.*

3 *Filia quæ cauſa dotis non poteſt meliorari, an poſſit pacto patrem aſtringere, ne alium quemquam melioret: vt vel ſic, ipſa maiorem partem reportet, & num. 9. & 19.*

4 *Filia e cauſa dotis prohibita meliorari, an poſſit recipere partem tertij, & quinti, quæ ſibi, tanquam vni filiorum contingat, quod ſic, nu. 10.*

5 *Generalis prohibitio totius includit quamlibet partem. & quando id procedat num. 13.*

6 *Meliorata videtur filia, quæ extra legitimam accipit partem tertij & quinti. & nu. 7. & 8 & 15. & 16.*

11 *Pater nollens non poteſt cogi dare filiæ integram legitimam pro dote.*

12 *Pater volens non prohibetur filiæ dare in dotem integram legitimam, & partem tertij & quinti, ſibi tangentem.*

14 *Legitima poteſt conſiderari dupliciter.*

17 *Dos, quæ eſt congrua, ſi nemo melioretur, non poteſt fieri inofficioſa per meliorationem poſtea factam.*

18 *Filia cauſa dotis meliorata ſolum tenetur reſtituere partes tertij & quinti, quæ tangunt alios, non vero ſuam.*

2 *Filia cauſa dotis non ſolum poteſt recipere partem tertij, quæ ſibi tanquam vni filiorum contingat, ſed etiam partem quinti.*

1 Promiſsio parentũ de non meliorando aliquẽ ex filijs, in publicã ſcripturam redacta, valet, & ſeruanda eſt. Similiter ſi ex cauſa onerosa vnũ meliorare promiſerũt adimplere tenentur: & ſi in vita nõ fecerint, eis mortuis melioratio pro facta habetur, hæc dicit, & eſt lex quodã. 22. Tauri.

2 *Prometio de no mejorar.* In hoc primo caſu pacti de non meliorando aliquem, non requirit lex cauſam onerosam cum tertio. Nã licet pactũ iſtud (quantuncumque ſit contractus innominatus, ſecundum Bar. in. l. iuris gẽtium. in prin. ff. de pactis.) tacitam donationem contineat, cum ex eo confirmetur ius filiorũ, quod auferri poterat. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres. ff. de dona. inter virũ. & ſic videatur non poſſe firmũ eſſe inter parentes, & filios, niſi concurreret cauſa onerosa, vel aliud, ex requiſitis. l. 1. ſupra. Ex quo tamen pactum dirigitur ad commune filiorũ cõmodũ, & æqualẽ ſucceſsionẽ, lex noluit cauſã onerosã, vel aliquid aliud pro ſui valore, & irreuocabilitate, requirere. vt ex contextu apparet. Et ſic intelligunt Couarruu. in cap. quamuis pactum. in princip o. tertiæ partis. numero. 2. & Tello hic. nu. 3.

3 Cæterũ non immerito dubitauit quis in propoſito, vtrum. filia, quæ dotis ratione meliorari nõ poteſt, ex. l. 1. tit. 2. ſupra. poſsit ſaltim pacto dotali patrẽ aſtringere, ne quẽquã ex fratribus melioret: vt vel ſic, ipſa poſsit in maiori portione dotari: vel æqualẽ ſibi cũ alijs, ſucceſsionẽ reſeruare. In primis videamus: vtrum filia ita ſit prohibita cauſa dotis meliorari, vt ab omni tertio.

tertio & quinto excluſa, ſolum poſsit pro dote recipere legiti
mã, quæ ſibi tãgat deducto tertio & quinto, an verò vltra hãc
legitimã, poſsit etiã recipere partẽ tertij & quinti, quæ ſibi tã-
quã vni filiorũ attingat, vt puta, exempli gratia, ſi pater habet
quatuor filios, & quatuor ducatorũ millia, vtrũ filię poſsit da-
re mille ducatos pro dote, an verò ſolã legitimã, quæ extracto
tertio & quinto ex omnibus bonis cõtinet ducenta marapeti-
norũ millia. Et videtur filiã ſolũ eſſe capacẽ huius ſolius legiti
mæ: propter expreſsa verba legis. Y *mandamos que ninguno pueda
dar ni prometer por via de dote ni caſamiento de hija, tercio ni quinto de
ſus bienes.* Quæ verba videntur nõ poſse reſtringi. vt filia ſolum
prohibeatur pro dote capere partes tertij & quinti, quę tangũt
alios fratres: poſsit tamen capere partẽ, quæ ſibi tãquã vni fi-
5 liorũ, attingat, diuiſsis bonis patris æqualiter. * Illa enim gene
ralis prohibitio totius includ t etiã ſuã partẽ. l. quæ de tota. ff.
de rei vendic. Quæ etiã in pœnal bus, & odioſis procedit. l. 4. §.
Cato. in fin. ff. de verbor. Per quem Iaſ. ibi nu. 15. not. quòd
qui promiſsit ſub pœna non petere centũ, incidit in pœnam
petendo quinquaginta. Quemadmodum etiam filia excluditur
à quinto, quod eſt pars minor tertij, & poteſt dari extraneo, de
bet etiam excludi à quauis parte tertij: vt verbum legis pari-
formiter definiat contenta in eadem oratione. l. quamuis C.. de
impuber.

6 Præterea ſi filia poſſet capere ſuam partem tertij & quinti,
iam vltra legitimæ permiſſum modum caperet, & per conſe-
quens eſſet meliorata, quod lex vetat. * Quod autem meliorata
dicatur, non ſolum, quæ integrum tertium & quintum, ſed etiã
quæ partem extra legitimam capit: probatur in. l. 10. infra vbi
quæuis donatio iudicatur melioratio pro modo quantitatis. ibi
en lo que cupiere. In quo quamuis donatio ſimplex differat à do
natione ob cauſam, in quantum illa prius computatur in me-
liorationem, quam in legitimam, iſta è conuerſo prius in le-
gitimam, quam in meliorationem, vt ibi dicemus, glo. 1. Sed
in quantum receptum per donationem ob cauſam, vltra legi-
timam, iudicatur melioratio pro modo accepti, ex illa lege
verum eſt, vt ibi dicemus: vt vel ſic, ex iſta ſit prohibitũ, illis
verbis, *tacita ni expreſſamente.*

7 Probatur etiã, quia cùm filia ſit quaſi creditrix in ſola legi
tima, ſecũdũ gl. in. l. 3. C. de iur. & fact. ign. ſatis dicit meliorata,

cui datur plus, quam ſibi debeatur: ſecundum Lupũ, in.c. perve ſtras.§.22.num.13. Vel cui datur illud, quod poterat adimi: quod eſt genus manifeſtę donationis.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus hæres.ff.de dona.inter virum. vt dicebamus in principio. Probatur etiã, quoniã ſi pater poſt modũ alium filiũ in tertio, & quinto melioret, quamuis filia, quę ſuam partem tertij, & quinti accepit, non præferatur filio meliorato, ſatis præfertur filijs non melioratis, vt patet ad oculum. Et hanc opinionem tenuit Baeça in Commen. Illius legis de non melio. filiabus.c.3. cuius omnia fundamenta ad ſuperiora tendũt. Secundum quæ videtur, quod ſi in prædicto exemplo filia recepit pro dote mille, & pater poſtea filium meliorauit: quamuis pro deducenda melioratione, non ſit accumulanda dos, in quantum eſt ęqualis legitimæ: cum melioratio ſequens non deducatur ex dotibus præcedentibus.l. 9. infra. ſit tamen accumulandus exceſſus. Quia cum ſit nullus, vel inofficioſus, tanquam nomen hæreditariũ, augebit bona: reſeruato filiæ iure ſuccedendi, collata in reliquo dote.

9 Ex quibus infertur ad quęſtionẽ, quod eo caſu pactum factũ filiæ cauſa dotis de non meliorando fratres, nihil prodeſt ad conſeruandam dotem, in illo exceſſu: propter expreſſa verba legis in fine, quibus quæcumque pacta, ſeu conuentiones in cõtrarium annullantur. Et idem erit (à fortiori) ſi filia reciperet pro dote ſolam legitimam. Nec enim ex pacto impediret fratris meliorationem. Cum vetita retentione accepti, in eiſdem terminis ſit etiam vetita actio, l. inuitus.§.cui damus.ff.de regul.iu. Cum filia eo caſu recipere dicatur plus legitima, propter pactum. Quod ſi valeret, ſui natura continet donationem: cum cõfirmet ius, quod poterat auferri.d.l.ſponſus.§. ſi maritus hæres.ff.de dona.inter virum. Vel ſaltim continet promiſsionem partis, quam filiam eſt prohibita recipere. Pactum enim de nõ meliorando quemquam, in effectu cõtinet promiſsionem, qua filia reportet plus legitima. & æqualem partem tertij & quinti, cum alijs fratribus. Quæ promiſsio, quemadmodum & traditio, illa lege vetita eſt: illis verbis. *dar ni prometer.*

10 Sed ijs non obſtantibus, verius eſt filiam, cauſa dotis, non ſolum eſſe capacem legitimæ neceſſarię, ſed etiã partis tertij, & quinti, quæ ſibi tanquã vni filiorũ contingat, vt quãuis pater nollens nõ poſsit cogi dotare vltra legitimam, ſecundũ Fulgo-

&

& Iaſ.nu.28.&.Mene.nu.21.in auth.res quæ.C.cōmunia.de lega.(Imò nec dare totam legitimam, quando ex qualitate perſonarum, & regionis, arbitrio iudicis, minus ſufficit.l.cognouimus.§.ſed ne videamur, ibi.*in omni caſu*.C.de hæreti.l.ſi filiç pater.de lega.3.l.quæro.de iure dotiū.d.auth.res quę.& vtrobiq; not.Bar.& Aymō.conſ.236.nu.3.Pari.conſ.81.nu.49.lib.2. Dec.conſ.277.Soci.conſ.288.nu.16.& probatur in.l.5.tit. p.6.vbi Grego.& late probat Baeça.d.tract.c.1. maximè iure
12 regio, quo legitima filiorum eſt amplior.) *Pater tamen volens non prohibetur dare filię dotē legitimam neceſſariam, & partem tertij & quinti.quæ ſibi tanquam vni filiarū contingat, ſi tunc bona æqualiter diuiderentur. Etenim prohibitio illius legis eo ſolum tendit, vt filia dotis ratione non melioretur, nec in bonis patris fratribus præferatur. Nec enim lex illa extenditur ad hoc, vt filia ſola legitima, pro dote, contenta, non poſsit amplius capere: vt fatetur Baeça vbi ſupra.c.24.nu.31. Nec pater compellitur alium filiū meliorare. Remanet enim ei meliorādi facultas libera, prout aliàs.l.9.tit.5.lib.3.Fori.& l.2.ſupra. Vt poſsit, ſi velit, tali facultati renūtiare, & filię ęqualem partem facere. Quæ, eo caſu, non poteſt dici meliorata, cū nihil reportet, in quo cæteros excedat.

Non obſtant verba.*tercio ni quinto*. Illa enim declarātur per ſequentia.*ni ſe entienda ſer mejorada tacita ni eſpreſſamente*. Vt, ſcilicet, prohibeatur capere partes tertij & quinti, quæ tāgunt alios non vero ſuam. In qua non poteſt dici meliorata. Argumento prælegati, cuius pars hæreditaria, quam prælegatarius caperet iure ſuo, non dicitur nec eſt prælegatum.l.miles ad ſororem.§.pro parte.de legat.2.& notatur in.l.qui filiabus.§.fin.de leg.1. & diximus in.l.pręcedenti.glo.1.nu.4.

13 Non obſtat, quod generalis prohibitio totius includit etiam partem.dict.l.quæ de tota. Illud enim eſt, quando prohibitio totius & partis eſſet vniformis: & in parte concurreret eadem ratio, quę in toto, non aliàs.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.&.§.adeo. iuncta gloſ.fin.ff.de peti.hęred.l.ex mille.iuncta glo.verb.pro parte.ff.de euictio.Not.Euerar.in proprio loco.de toto ad partem.& Tiraquel.de vtroque retractu.tit.1.§.1.gloſ.7.nu.45. Prout in noſtro caſu non concurrit in parte eadem ratio, quæ in toto. Cum melioratio, quæ datur in toto, non detur in parte. Et ſic filia, quæ excluditur à quinto, nō debet etiam cenſeri

excluſſa à parte tertij. Quia nec in parte quinti, nec in parte
tertij verſatur eadem ratio; quæ in toto: cum prohibitio pen-
deat à melioratione.

14 Non obſtat, quod capiat vltra legitimam. Nam ea poteſt du
pliciter conſiderari: aut patre inuito: aut volente. Legitima pa
tre inuito eſt, quæ (ex tracto integro tertio & quinto) ex alijs
bonis tangit æqualiter cuilibet filiorum: cum pater poſsit ter-
tium & quintum adimere vni, & dare alij. Legitima autem pa
tre volente, eſt æqualis pars, cum alijs, ex omnibus bonis.
Nam cum pater non compellatur diſponere de tertio & quin-
to: nullo meliorato, vel patre inteſtato defuncto: omnia eius
bona ſunt legitima filiorum, & eis ex lege æqualiter deferun-
tur. l. ſcripto. ff. vnde lib. & l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic.
teſtam. l. cum ratio. de bonis damna. l. inter filios. C. fami. hær-
ciſ. Nec aliqua lege diſponitur filiam debere, eo caſu, minus re
cipere. authen. in ſucceſsione. ibi. *non diſtinguendo ſexum.* C. de
ſuis. & legi. hæred. l. maximum vitium. C. de libe. præte. Vt ſic,
filia, quæ capit intra legitimam voluntariam, non debeat
15 cenſeri prohibita: cum non poſsit dici meliorata.* Non obſtat,
inductio, quam feci, de lege. 10. infra. Quia illud eſt ad effe-
ctum, quem lex ipſa exprimit, vt ſcilicet, alius filius non poſ-
ſit, niſi in reſiduo, meliorari. Non obſtat, quod capiat pluſquã
ſibi debeatur, vel capiat illud, quod poterat ſibi adimi. Quo-
niam, quamuis iſtud poſsit pro donatione conſiderari, non ta-
men pro melioratione: prout eſt in prælegato pars, quæ capi-
tur iure hæreditario. dict. l. miles. §. pro parte. de legat. 2.* Non
16 obſtat, quod alio filio poſtea meliorato, filia remanet prælata
alijs fratribus non melioratis. Quoniam quod illis deeſt non
fuit ablatum per filiam, ſed per filium melioratum.

Quod ſi obijcias dictas rationes ſatis conuincere ad hoc, vt
filia (cui ex lege, eſt data legitima neceſſaria pro dote.) non
cenſeatur prohibita à futura ſucceſsione, cum taxa dotium
non extendatur ad hoc: Sed ipſam remanere capacem, patrem
autẽ liberum, vt poſsit, ſi vellit, nullo meliorato in damnum fi-
liæ, æqualem ei partem facere: non autem conuincere ad
hoc, vt filia poſsit ſtatim recipere, propter rationes primo
loco adductas. Reſpondeo, præſentem conſtitutionem dotis,
fieri ad normam ſucceſsionis, poſſeque nunc patrem, ſecun-
dum bona præſentia, ea omnia facere, quæ moriens poſſet,
dum-

dummodo filiam non melioret. Et hanc fuiſſe intentionem legis: prout colligitur ex ſupplica, quæ reperitur in antiquis pragmaticis, ſeu curijs, ibi. *Suplicamos a V. Mageſtad, que las dotes no puedan ſer mas de la legitima que le vernia a la dotada, ſi entonces ſe partieſſen los bienes del dotador.* Vt ſecundum ea intelligatur reſponſio. propter verba. *attenta vueſtra ſuplicacion.* vt pater non extracto tertio & quinto, poſsit de præſenti filiæ pro dote æqualem partem facere.

17 Ex quibus infertur, quod cum non ſit inofficioſa, nec vetita, dos quæ filiæ datur, diuiſsis eo tempore bonis patris æqualiter: quod ſi pater alium filium poſtea melioret: filia nihil debeat reſtituere, nec dos ſibi data in aliquo per meliorationem reſecari. Propter generalem regulam, l. 9. infra. Et quia dos, quæ nô fuit inofficioſa, tempore quo conſtituitur, non debet effici talis propter meliorationem poſteriorem patris. Tum, quod nô licet per ſecundam diſpoſitionem facere: quod prima reuocetur, ſecundum gloſſ. in. l. Titia Seio. §. imperator. ff. de legatis, ſecundo. Tum quia gener habet electionem, vtro tempore velit conſiderari inofficioſitatem dotis: vel tempore, quo conſtituitur: vel tẽpore mortis ſoceri, prout ſibi erit vtilius ex. l. 3. titul. 8. infra. Et quemadmodum, ſi ſine culpa patris ipſius bona decreuiſſent, adhuc gener, electo tempore datæ dotis, non debet pati reuocationem: vt ibi, à fortiori, ſi dos eſt effecta inofficioſa cauſa patris, qui poſtmodum fecit meliorationem, non debet id genero parare præiudicium. Et ad hunc effectum nô eſt neceſſium, quod filia, vel gener, deducant in pactum cum patre, aut ſocero, ne quemquam ex fratribus melioret. Nam quamuis pactum iſtud prodeſſet pro bonis, quæ poſtea poſſunt adquiri: pro præſentibus tamen, & receptis ſatis efficax eſt traditio, ſeu conſtitutio dotis, per ſupra dicta. Et faciũt quæ diximus in. l. 1. ſupra. gl. fin. nu. 73. & ſeqq.

18 Infertur etiam, quod ſi filia cauſa dotis fuit meliorata in tertio, & quinto, expreſſè, vel etiam tacitè, vt quia non expreſſo quod meliorabatur, accepit pro dote rem, vel quantitatem quæ continebat legitimam, & integrum tertium & quintũ, ꝙ ſoiũ reuocabũtur, ex tertio & quinto, partes aliorũ fratrum, non vero, quæ tangit ipſi filiæ. Quia in ea dos non fuit inofficioſa, aut vetita, ex ſupradictis. Etiam ſi pater alium filium poſtea meliorauerit. Quo caſu melioratio deducenda eſt, ex bonis

relictis

relictis tempore mortis, aggregato exceſſu illo dotis in officio ſo, tanquam nomine hæreditario, & reliqua bona ſeruiēt pro legitima filiorum.

19 Infertur etiam ad quæſtionē in principio propoſitā, quòd ſi filiæ ſit pro dote aſsignata ſola legitima neceſſaria, aut minus, poterit cum patre deducere in pactum, ne quemquā ex fratribus, in ſuum præiudicium melioraret: vt ipſa poſsit æqualē ſuam partē ſucceſsionis reſeruare. Nam cū nō ſit prohibita, ſtatim cauere, nec etiam erit prohibita ex pacto reſeruare, quod pactum ex noſtro tex. generaliter permiſſum eſt, & ſic ceſſant rationes adductæ in contrariū. Et hanc opinionem probat etiā Matien. hîc. gl. 1. nu. 7. & quamuis Gutier. de iur. cōfir. 1. par. cap. 59. ex n. 14. contrariam putet iure veriorem, ab hac tamē aſſerit, vix eſſe in practica recedendum. Et hæc opinio poſt huius operis primam editionem placuit etiā Azeb. in. l. 1. tit. 2. ſuprà nu. 6. quamuis contrarium ſignificet hîc. n. 24. Placuit etiam Ayoræ parti. 3. par. quæſt. 26. nu. 88.

20 Excepto, quòd diſtinguit tertium à quintū, exiſtimatque, quo ad legitimam, & partem tertij valere conſtitutionem dotis filiæ: & quo ad eaſdem partes, valere etiam pactū patris de non meliorando quemquā ex filijs. Quo ad partem tamē quinti, putat non valere conſtitutionem dotis, nec pactum: ſed patri licere de quinto diſponere, etiā in damnum dotis datæ. Differentiæ rationem aſsignat eſſe. Quoniam tertium eſt legitima inter filios, & filia recipiens eius partem poteſt dici intra legitimam (ſaltim largam) capere, & ſic non obſtare legem regiam. Cùm verò recipit partem quinti, iam manifeſtè recipit vltra legitimam, contra dictam legem, cùm quintum nullo modo ſit legitima. Et ſic putat filiam, quæ extra legitimam recipit partē tertij & quinti, ſibi (tamquam vni filiorum) cōtingentem, quāuis non ſit compellenda reſtituere partem tertij, etiamſi in eo alium filium pater poſteà meliorauerit, cū ipſa in ea parte non ſit meliorata, nec receperit vltra legitimam largam: non tamē poſſe retinere partem quinti, ſed teneri reſtituere filio, poſteà meliorato in quinto, aut tertio & quinto, vel ſi nullus fuit in quinto melioratus, teneri reſtituere alijs fratribus. Quia in ea parte recipit planè vltra legitimam, & ſic contra prohibitionē legis, & fuit prælata alijs fratribus, qui remanent obſtricti ad funeris impenſam, & legata gratuita intra quintum.

Profecto

Profectò negari non poteſt, quòd ſi patris facultates nõ fuerũt auctæ, ſed in eodem ſtatu permanſerunt tempore mortis, prout erant tempore conſtitutę dotis, vel etiam decreuerunt: tunc filiam (etiam hęreditatē abſtinentem) neceſſariò teneri ad partem impenſæ neceſſariæ funeris, in qua ipſa reperitur fratribus prælata (quod non potuit etiam patre volente, cùm ipſe nõ potuerit per quamcunquè donationem, etiam præciſſam & irreuocabilem dictæ impenſæ renuntiare, iuxta ea quæ dicemus in.l.fin.infra gloſ.3.) In reliquo tamē, videtur verius poſſe dotem retinere, etiamſi pater diſpoſuerit de quinto, vel in eam rationem fecerit legata gratuita, vel etiam pia: & quòd in hoc nõ ſit differētia inter tertiũ & quintũ. Sed quòd quēadmodũ dotans in parte tertij, videtur renuntiare iuri diſponendi de ea parte in alium filium, ita vt diſponens poſtea de tertio non præiudicet doti datæ: eodem modo dotans in parte quinti, fuit enim in vtroquè eadem libertas patris. Cui nõn debet licere ſuo facto facere reuocabilem dotem datam, quæ aliàs nec eſſet inofficioſa, nec reuocaretur, attento tempore, quo ſibi placuit conſtitutio, & quo potuit renuntiare iuri ſuo meliorādi, ſeu diſponēdi de tertio & quinto, & quod gener poteſt eligere, pro conſeruanda ſua dote. Non obſtat, quod filia capiens pro dote partē quinti, capiat vltra legitimam, cum quintum nullo modo ſit legitima. Quia (vt legi ſatisfiat) ſatis eſt, quòd non ſit meliorata. Imò, & quintũ voluntate patris legitima fieri poteſt, ſi de eo nõ diſponat, vt ſuprà dictũ eſt, prout videtur pater deſtinaſſe, ſeu promiſiſſe dotando in parte quinti. Non obſtat, quòd alij filij remaneant obſtricti legatis gratuitis intra quintũ pro ſuis partibus, filia autem libera. Quoniam filia recipiendo ſuam partē quinti, vel ex pacto reſeruando, nihil ademit fratribus, ſolùm proſpexit iuri ſuo: abſtulit autem pater, cui licuit facultate ſua vti eo modo. Et in hoc diſtat impēſa neceſſaria funeris ab alijs legatis, etiam pijs. Quia diſpoſitio legatorum fuit voluntaria: & potuit pater, dando filiæ partem quinti, priuare ſe ea facultate, quo ad eam, & vti eadem, quo ad filios. In impēſa tamē neceſſaria funeris, quamuis (extra cauſam dotis) ſit idem, vt poſſit teſtator exonerare vnum filium, & grauare alios, ſi eorum partes quinti ad eam ſufficiant: cauſa tamen dotis non poterit exonerare filiam grauando alios: cùm in hoc filia præferatur alijs. Quemadmodum, ſi non extracto ære alieno, deduceret

ęqua-

æqualem partem filiæ pro dote: filios autem dicto ære alieno grauaſſet. Cæterum ſi tempore mortis patris bona reperirentur aucta in aliquo, quod ſufficeret ad impenſam neceſſariã funeris, filia nihil reſtitueret. Quod etiam agnoſcit Ayora. vbi ſupra.

GLOSSA SECVNDA.

PActum limitatum de non meliorando aliquem, vel generale de non meliorando quemquam ad quos extendatur, vel non.

1 *PActum limitatum de non meliorando aliquem nominatum, ad alios non extenditur.*

2 *Diſpoſitio limitata extenditur propter adiectam rationem generalem.*

3 *Pactum generale de non meliorando quemquam, omnes comprehendit, qui poterant meliorari, & num. 5.*

4 *Pacto de non meliorando quemquam, non comprehenditur is, cuius fauore fuit factum.*

6 *Pactum de non meliorando remitti poteſt per eum cuius intereſt. & quãdo.*

7 *Pactũ ſimplex de non meliorando quẽquam ex filijs cõprehendit nepotes.*

8 *Vnus ex pluribus nepotibus, an poßit meliorari in parte tertij & quinti, quæ ex pacto de non meliorando quemquam filiorum, pertinet toti ſtirpi nepotum.*

9 *Pater non poteſt ex poſtfacto vinculare æquales partes tertij & quinti, cuiquam filiorum ex pacto de non meliorando pertinentes.*

A *Alguno de ſus hijos, o decendientes.* Hæc verba poſſunt dupliciter intelligi, ſi legas *à alguno*, intelligentur de pacto limitato de non meliorando aliquem nominatum: ſi autem legas, *de no mejorar alguno*, intelligentur de pacto indefinito de non meliorando quemquam. Et ſic rectius debet legi, hic
1 eſt enim caſus legis. * Nam ſi promiſsio fuiſſet limitata, de nõ meliorando aliquem nominatum, in eius tantũ perſona ſeruaretur, & quiuis alius poſſet meliorari. Limitata enim cauſa limitatum parit effectum. l. age cum Geminiano. C. de tranſactio. l. in agris. de acquiren. rerũ dominio. & tenet hic Gomez.
2 nu. 29. * Niſi, eo caſu, adijceretur ratio, vel cauſa finalis omnium fauorem reſpiciens: puta, vt omnes æqualiter ſuccederent, tunc enim quia cauſa eſt generalis, generalem pariet effectum. argumento dict. l. age cum Geminiano. Et ſic nullus

poterit

poterit meliorari, & nominatus præſumetur expreſſus, quia ille præ cæteris timebatur meliorandus, quaſi plures cauſæ in eo concurrerent. Nam dictum limitatum extenditur ex generalitate ſubiectæ rationis.l.regula.§.fin.vbi notat Bart.de iuris & facti igno.l.2.§.ſi mater.verſ.quid ſi curatores, & verſ. quid ſi deceſſerint.ff.ad Terty.l.nomẽ debitoris.§.fi.de leg.3.

3 In promiſsione autem indeffinita de non meliorãdo quemquam, nullus poterit meliorari, ex noſtro text. Niſi pactum eſſet limitatum cum aliquo, vel aliquibus, in fauorem tantum ipſorum. Quia alijs eo caſu ius non acquiretur, ex dicta ratione.l.age cum Gemin. Et ſic in præiuditium illius, cui fuit facta promiſsio, melioratio fieri non poterit: in aliorum verò, ſic. Et tradunt hîc Lupus.num.11.Gomez.num.24.Tello.
4 num.11.Matien.gloſ.3.num.2. * Quin & is, in cuius tantum fauorem promiſsio de non meliorando aliquem ex filijs facta eſt, in præiuditium aliorum meliorari poterit. Ne inductũ in fauorem in eius damnum retorqueatur.l.quod fauore.de legi. Et tradit hîc Caſtilio.num.15.&.29.Lupus.num.12.& Matien.gl.3.nu.1. Et ex eadem ratione, ſi pactum de non meliorando fuit factum in fauorem duorum, vnus ipſorum meliorari poterit: dummodo ſolum in præiuditium aliorum melioretur, non eius, cui ſecum pactum factum eſt.

5 Quę quidem intelligẽda ſunt, quoties pactũ fuit factũ cũ aliquo, vel aliquibus, in ipſorũ tantũ fauorẽ: puta, quia pater, promiſsit nõſe melioraturum quẽquam, in alicuius, vel aliquorum pręiuditiũ. Si tamen pactum (quamuis initum cum aliquo, vel aliquibus tantum, etiam ex cauſa onerosa) eſſet factum generaliter in fauorem, omnium filiorum. Tunc quamuis Caſtillo. num.27.& Gomez.nu.24. ſentiant ex pacto non acquiri ius alijs, ſed ſolum prodeſſe paciſcenti, vt in eius tantum præiuditium melioratio fieri non poſsit: quaſi pacta non proſint alij quam paciſcenti, ex regula.l.iuris gentium.§.pactorum.l.idẽ. §.perſonale.l.epiſtola.§.pactũ.ff.de pactis.l.ex cõuentione.C. eod. Verius eſt omnibus prodeſſe. Nã text. iſte in hoc pacto de non meliorãdo, non conſiderauit cauſam, vel interuentum tertiæ perſonæ. Sed quamuis pater ſolus (nemine acceptante) faceret ſcripturã huius promiſsionis, valeret, & prodeſſet omnibus filijs: ergo à fortiori, ſi aliquis eorũ interueniſſet, & acceptaſſe: Et hoc eſt cõforme Iuri Regio.l.2.tit.16.infr.iſto libro.

Et

Et ſic non obſtant iura,quibus,fundatur Gomez,procedunt enim de Iure communi.

6 Ex quo infertur ad quæſtionem, quam idem Gomez ibi examinat:vtrum,mortuo,vel conſentiente filio,cui pactum de non meliorando quemquam filiorum factum eſt, poſsit fieri melioratio. In qua exiſtimat poſſe,ex eadem ratione, quòd ex pacto ſolum ſit quæſitum ius paciſcenti,non alijs:& ſic,eo ſublato de medio per mortem, aut conſenſum, nihil impediat, quin melioratio fiat. Quę opinio ex ſuperioribus vera nō eſt, prout etiam aduertit Tello hic.nu.11.Procederet autem,quoties pactum fuiſſet factum in fauorem tantum paciſcentis.Quo caſu,quamuis eius cōſenſus non ſit neceſſarius ad hoc, vt citra eius preiuditium,quiuis alius poſsit meliorari: ſi tamen ipſe conſentiret, poſſet melioratio, in ipſius etiam damnum, fieri. Volenti enim non fit,fraus,neque iniuria: vt in regula iuris. Niſi promiſsio ex cauſa onerosa facta eſſet. Tertius enim cuius tunc etiam inter ſit,debebit conſentire,ex ijs quæ dicemus infra,gloſ.4.num.8.

7 Poteſt autem quæri, an in ſimplici pacto de non meliorando quemquam ex filijs, includantur etiam nepotes? Caſtillo exiſtimauit,non includi: & ideò in hoc text.poſt expreſsionē filiorum,fuiſſe etiam additum, *o decendientes*. Tello.num.9. & 10.diſtinguit,quia aut filiorum fauore fuit facta promiſsio,cū expreſsione cauſę,cui melioratio nepotis contradicat: puta,vt omnes æqualiter ſuccederent: & tunc nepos meliorari non poterit: infringeretur enim ratio,ſeu cauſa finalis pacti.Secus dicit eſſe,ſi fuit ſolum pactum relatū ad filios,ſine cauſa,cui melioratio nepotis contradicat: tunc enim putat poſſet meliorari nepotem. Cifuen.num.2.& Gomez.num.27.tenuerunt in diſtincte tali pacto comprehendi nepotes. Quia cum ſit eadē ratio,appellatione filiorum veniunt nepotes.l.liberorū.de verbor.ſignificat.l.Senatus.de ritu nupt. Et hæc opinio verior & cōmunior eſt,quam etiam ſequitur hic Matien glo.1.num.4. & Perez ad Seguram in.l.3.§.fin.num.51.de liber. & poſth. Non obſtat conſideratio Tellij. Quoniam quando vnica tantum cauſa,vel ratio poteſt aſsignari, pro expreſſa habetur,gl. ſingu.in.l.quamuis.C.de fideicommiſ. quam ibi ſequuntur & commendant omnes. Qua enim ratione promiſsio ſit filijs, niſi vt ęqualiter ſuccedant? Et id reſponderet, & exprimeret

promittens,

promittens, ſi interrogaretur. Gloſ.fin.in.l.tale pactum.§.fin. de pactis: quam ibi cōmendant omnes, & Iaſ.in.l.3.C.de liber. præter. Decius conſil.465.num.8.& latius, Tiraq.in.l. ſi vnquam, verb.libertis.num.18.

Quod non ſolum procedit in nepote ex filio præmortuo, ſed etiam in nepote ex filio viuo. Quamuis enim appellatione filiorum non ſoleant venire nepotes, qui non tenent primum locum, vt probat Ruin.conſ.8.vol.5. Quia tamen reſpectu meliorationis, ita eſt capax nepos ex filio præmortuo, ſicut ex viuo. l.2.ſupra: eodem modo in pacto non meliorandi compræhendetur vterq;. Cum enim tractemus de conſeruanda æqualitate filiorū, eá ita infringitur per vnius, ſicut per alterius nepotis meliorationem. Et ſic reſultaret idem odium, & irrationabilitas, ſi nepos ex filio viuo poſſet meliorari: quo caſu nepos ex filio viuo venit etiam appellatione filiorum, ſecundûm Ruin. vbi ſupra.

8 Sed an auus poſsit vnum, ex pluribus nepotibus ex filio præmortuo, meliorare in ſola integra parte tertij & quinti, quę ſuo patri (ex dicto pacto) pertineret, ſi eſſet viuus, & nunc pertinet toti ſtirpi nepotum? Videtur ꝙ non. Nam pactum, ſeu promiſsio parentis de non meliorando quemquam filiorum continet tacitam donationem, ex qua quilibet eorum cōſeruat ius ſucceſsionis in ſua æquali parte tertij & quinti, quæ aliàs poterat adimi, argum.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus hæres.de donat. inter virum: prout dicebamus in gloſ.1.in princip. Ratio enim vnica & finalis pacti eſt, ea æqualis filiorū ſucceſsio, vt modo dicebamus. Hęc autem donatio (quæ ex dicto pacto reſultat) ex hoc text. futura eſt valida, & irreuocabilis, tanquam neceſſaria ſequella pacti, quod hîc approbatur. Sequitur enim acceſſorium naturam principalis.l.cum principalis.de regul. iur. c.acceſſorium.eod.tit. Et cōſequens habet eaſdē vires, quas antecedens.l.2.ff.de iuriſd.omniū iud.l.1.§.item ſi.ff ſi vſus fru. peta. Cū autem tale pactum extēdatur ad nepotes, vt dictū eſt: Queādmodum eis nocet in ſtirpem, & in capita: quia nec tota ſtirps, nec quodlibet eius caput poteſt in damnū filiorum meliorari: debet etiam prodeſſe, vt ius ex eo pacto toti ſtirpi quęſitum, pro conſeruanda ſua æquali parte tertij & quinti, ſit inter eos met in capita irreuocabile, reſoluta pluralitate in ſingularitates.l.falſa.§.fin.de cond. & demōſt. Prout fieret, ſi quis

 irreuoca-

irreuocabiliter donaſſet ſuis nepotibus ex tali filio defuncto recertã: non poſſet poſtea illam donationem reuocare, aut modificare: vt vnus tantũ ex dictis nepotibus totã donationẽ reportaret. l. perfecta donatio. C. de donat. quæ ſub mod. Pro quo etiam facit, quod dicemus infra, gl. 4. in pacto affirmatiuo meliorandi filium, eo mortuo, relictis liberis, etiam ante factam, ſeu conſtitutam meliorationem: non licere auo meliorationẽ filio promiſſam vni ex nepotibus ex eo dare, ſed omnes ſucceſſuros æqualiter.

9 Ex quo infertur, quod etiam ſi pater, qui promiſsit non meliorare filios, velet ex poſt facto eis æqualiter relinquere tertiũ & quintum, vinculata vniuſcuiuſq; æquali parte, iuxta formam legis. 11. infra, non poſſet. Obſtaret enim pacto. Ex quo, cum non poſsit ſuam partem à quouis adimere, nec etiam licebit vinculare. Perfecta enim donatio non recipit ex poſtfacto grauamina, d. l. perfecta donatio.

GLOSSA TERTIA.

QVòd pactum de non meliorando pro ſui valore requirit ſcripturam, & an poſsit aliàs probari.

1 *PActũ de non meliorãdo, licet ſit contra liberã teſtandi facultatẽ, valet.*
2 *Pactum de non meliorando ſcripturam requirit.*
3 *Probatio ſufficit per æquipollens, etiam in ſtatutis.*
4 *Promiſsio ſimplex obligat in conſcientia, in re iuſta, & graui.*
5 *Scriptura de perdita poteſt probari per teſtes.*
6 *Pactum de non meliorando non impedit donationem remuneratoriam, nec diſpoſitionem de quinto pro anima.*

1 NO pueda hazer la dicha mejoria. Valet ergo pactum de non meliorando, quod de Iure cõmuni non valeret: cũ ſit cõtra liberã teſtãdi facultatem. l. pactũ quod dotali. C. de pactis. vbi not. Dec. nu. 7. Et per conſequens valebit pactum de æqualiter inſtituendo, quod dict. l. pactum, prohibitum erat. Cum enim vtrunque pactum idem importet: ex quo hîc text. permittit pactum non meliorandi: permittet etiam & pactum æqualiter inſtituendi. Prout etiam tenet hîc Gomez. num. 19. ad finem. Et adhoc non requiritur iuramentum, vt patet in text. Cuius plures rationes aſsignant hîc Gomez. num. 21. & Matien. gloſ. 1. num. 2. & gloſ. 4. num. 1. & 2. Illa eſt verior,

quod

quòd cum pactum hoc (re vera) non ſit contra bonos mores, vt probat Couar. in. 2. par. rubr. de teſt. nu. 5. lege poteſt approbari (vt patet in cap. 1. de filijs natis ex matri. ad Morg. contract. & notat Baldus in. l. cum Archimedoram. C. vt in poſſeſſ. legat. Maximè ex tam iuſta ratione, vt filij æqualiter ſuccedant.

2 Requirit autem tex. ad valorem huius pacti, quod ſit redactum in ſcripturam publicam. Quæ in hoc videtur pro forma requiſita, prout ſentiunt omnes hîc, & Couar. in. c. quamuis pactū. 3. par. in princ. nu. 2. ad fin. Prout, & alibi pluries ſcriptura pro forma requiritur, vt per gl. verb. inſcriptis in. c. 1. §. poſtquam. de cenſibus in ſexto. Atquè ita in caſu huius tex. non ſufficiet probatio per æquipolens, puta per teſtes, ſcripturā priuatam, vel partis confeſsionē, vt aduertit hîc Tello. num. 6. & ex facto conſultus reſpondit, promiſsionē in priuata ſcriptura generò factam de non meliorando aliquem ex filijs, nullam eſſe, per ſupradicta.

3 Sed eius opinio dura videtur. Nam etiam in ſtatutis, quæ ſtrictè interpretantur, ſufficit probatio per æquipollens, vt probat Iaſ. conſ. 212. col. 6. verſ. vnde ſufficit. volum. 1. Item quia ſatis dicitur ſcriptura publica illa, cui ex lege fides adhibetur, qualis eſt priuata recognita. ſecundum Specul. de inſtru. æditio. §. nunc dicendum, num. 2. Socin. conſ. 63. nu. 20. vol. 1. Aymon de antiqui. 1. par. num. 245. Et confeſsio partis omnem probationem ſupplet. etiam in teſtamentis minus ſolemnibus. l. fin. C. de fideicom. §. fin. de fideic. hæredit. Et hæc opinio nō diſplicet Moli. lib. 2. cap. 8. num. 13. vbi remittit ſe ad plura remedia congeſta per Aluar. Vaez. in quæſt. iuris emphit. quæſt. 7. num. 19. cum ſequentib. aduerſus leges non admittentes aliam probationem, niſi per ſcripturam publicam, quorum aliqua dicit hîc poſſe accōmodari. Et eandem opinionem poſt huius operis primā æditionem ſequitur etiā Gut. lib. 2. quæſtione. 59.

4 Et in foro conſcientiæ (ſine dubio) hoc verius eſt. Nam pactum eſt iuſtum de æqualiter diuidendo, & nullo meliorando. l. cum ratio. de bonis damnat. l. vt liberis. C. de collat. l. inter filios. C. fam. herc. & res eſt grauis: ergo pactū obligat, & ſeruandum eſt. argument. eorum, quæ tradit ſanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 110. artic. 3. ad quintum. & ibi Caietan. & Nauarr.

in manuali c. 18. num. 3. & eſt opinio recepta cōmuniter. Quo circa ſi ante factam meliorationem cōſtaret legitimè de pacto non meliorandi, verius & tutius eſſet meliorationem nō poſſe fieri. Et contra hoc ego non conſulerem. Si autem poſt factam meliorationem, prætenderetur reuocanda, allegato pacto anteriori, cōmunem opinionem ſequerer. defendendo eum, cui melioratio facta eſſet ſequutus conſiliū Abb. in. c. nihil. de electione. Maximè ſi pactum non probaretur legitimè per teſtes, ſed per priuatam ſcripturam recognitam, aut ſolam partis cōfeſſionem. Eo enim caſu poſſet fraus ſuſpicari, & ſolo dicto parentis melioratio irreuocabilis infringeretur.

5 Si autem re vera facta fuit ſcriptura publica huius pacti de non meliorando, quæ eſſet de perdita, planè poſſet probari per teſtes, & ſufficeret l. teſtium, in fine. C. de teſti. Ex qua id notāt omnes; quòd perdita ſcriptura requiſita pro forma, admittitur probatio per teſtes. Quod ad propoſitum applicant hic Lupus. num. 7. & 9. Gomez. num. 28. Caſtillo. verb. *eſcritura*, & Matien. gloſ. 2. num. fin.

6 Intelligit autem Caſtillo. num. 26. deciſsionem huius text. vt ex pacto nō meliorandi excludatur ea melioratio, ſeu donatio, quæ eſſet voluntaria, aut gratuita: non tamē excludatur ea, quæ eſſet remuneratoria, in quantum ſe extendunt ſeruitia. Id tamen remunerandi genus inter parentes, & filios vix reperitur. Nam ad hoc ſeruitia deberent eſſe talia, pro quibus pater poſſet in iuditio conueniri: quod raro eueniet. Cum filius, propria obligatione, ad omnia ſeruitia obſequialia teneatur. l. veluti. de iuſtitia & iure. l. ſi pater. §. 1. de donat. Si autem caſus eueniret, iam tunc limitatio extra rem eſſet: quia pater non tam donare, quàm ſoluere videretur. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. de peti. hæredi. Intelligit etiam ex pacto non tolli, quin pater poſsit de quinto pro anima diſponere. Nam tunc non infringitur in aliquo pactum: cum & hæredes ipſi (etiam patre nihil diſponente) ad id teneantur. l. 36. Tauri, quæ eſt l. 10. tit. 4. ſupra. Eandem opinionem ſequitur Gomez. num. 26. diuerſa ratione: quia aliàs teſtator ex pacto efficeretur inteſtabilis. Vtraque tamen ratio non videtur ſufficiens. Hæredes enim neceſſarij (patre inteſtato defuncto, vel etiam relicta commiſsione teſtandi) non tenentur expendere quintum, pro anima: prout ipſemet Caſtillo agnoſcit, in dict. l. 36.

& nos

& nos dicemus infra.l. fin. gloſ. fin. Sed nec donatio irreuocabilis quinti deſinit valere, quaſi ex ea fiat quis in teſtabilis: vt diximus in.l.1.ſupra gloſ.2. num.2. 1

Sed adhuc opinio æquiſsima eſt, quam etiam tenuit Lupus hic. Quamuis enim ex pacto non meliorandi quęquam in tertio & quinto, reſultet donatio, ex qua quilibet conſeruat ęqualem partem ex tertio & quinto: quia tamen ea donatio elicitur ex ſenſu cōtrario, & verbis negatiuis: licèt ſit iuſtum excludere quęcumq; legata gratuita in damnum filiorum: iniuſtum tamen eſſet excludere opera pia, & ſuffragia pro anima. Qui abſonus, & abſurdus intellectus ſufficit pro temperanda donatione collecta à contrario, per ea quæ not. in.l. conuincula.C. de Epiſcop. & cleric. & l.2.C. de cond. inſer. 2

GLOSSA QVARTA.

PActum meliorandi valet etiam ſine ſcriptura, requirit tamē cauſam oneroſam matrimonij, aut aliàs. Et quando matrimonium dicatur cauſa oneroſa. Et an melioratio eius cauſa facta poßit remitti. Et quid in donatione pro ordinibus ſuſcipiendis. Et an melioratio reuocetur mortuo filio in vita patris ſine filijs.

1 *PActum de meliorando valet, licet ſit contra libertatem teſtandi.*
2 *Promißio meliorandi non requirit ſcripturam.*
3 *Promißio meliorandi, ad ſui valorem requirit cauſam oneroſam matrimonij, aut aliàs.*
4 *Matrimonij cauſa dicitur oneroſa, quando iam eſt pactum cum certa.*
5 *Matrimonium iam contractum non dicitur cauſa oneroſa, ad validandam promißionem meliorandi.*
6 *Promißio meliorandi pro matrimonio contrahendo, non annullatur ex nullitate matrimonij, ſi poſtea valide contrahatur.*
7 *Promißio meliorandi filiam cauſa dotis, nulla eſt.*
8 *Pactum de meliorando, an poßit remitti. & num.10.*
9 *Remißio donationis factæ ab aliquo, pro alicuius matrimonio, aut ordinibus ſuſcipiendis, non valet.*
11 *Promißio meliorandi ex cauſa oneroſa, non reuocatur mortuo filio, in vita patris, etiam ſine filijs, ſed defertur iure hæreditario.*

1 SI *prometio de mejorar.* Valet ergo irreuocabiliter promiſsio, ſeu pactum de meliorando, quod etiam de Iure communi non valeret, tanquam contrarium libero teſtantis arbitrio, quod ita infringitur per pactum affirmatiuum, ſicut per negatiuũ. l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbor. & not. in
2 d. l. pactũ quod dotali. C. de pactis. * Quãuis autẽ in pacto negatiuo de non meliorando quemquam, lex ſupra requiſierit ſcripturam publicam: in hoc tamen affirmatiuo de meliorando, non requirit. Quia nec in donatione requiritur. l. 1. ſupra. l. ſi aliquid. l. ſi donatio per epiſtolam. C. de donat. Niſi inſinuatio eſſet neceſſaria, de quo in. l. Sancimus. eodem tit. In quo lex iſta videtur irrationabilis. Cum enim pactum de meliorando ſit damnoſius filijs: ibi cautius erat agendum, in quo maius periculum verſabatur, c. vbi periculum. de electio. in. 6. Rationem differentiæ inter vtrumq; caſum ſcrutantur hic Tello, & Matien. cum tamen vix poſsit aliqua ex cogitari, quæ ſatisfaciat.

3 Requirit autem text. ad valorem huius promiſsionis, cauſam matrimonij, aut alias onероſam. Ex qua, non ſolum ſit irreuocabilis promiſsio meliorandi in tertio, ſed etiam in quinto: text. enim in vtraq; quota loquitur. Et hinc ſummitur ampliatio ad. l. 1. ſupra. in quantum ex cauſa oneroſa facit irreuocabilem meliorationem tertij: vt idem ſit in promiſsione meliorandi: & quod ibi dicitur de tertio, extendatur etiã ad quin-
4 tũ: vt bene hic aduertit Tello, & dixi in d. l. 1. gl. 2. nu. 3. * Matrimonij autem cauſa dicetur oneroſa, quando pactæ ſunt iam nuptiæ cum certa perſona, prout exprimitur in. l. 1. ſupra illis verbis, *con otro tercero*: Propter tertij enim interuentum, cauſa dicitur oneroſa, vbi diximus gl. 7. Aliàs contractus lucratiuus eſt, etiam ſi ſit dos. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. herc. Vnde ſi filio fieret promiſsio meliorãdi, quo melius in genere poſſet vxorem ducere, non eſſet irreuocabilis promiſsio, prout nec melioratio. Vt ibi diximus, & not. etiam hic Gomez. nu. 22. Fieret autem irreuocabilis ea promiſsio, ſi vel tempore matrimonij ratificetur: vel filius poſtea, ea occaſione, matrimonium contraxerit. Per ea, quæ diximus in dict. gloſſ. 7. num. 1. quæ huc etiam conducunt, eſt enim eadem ratio pacti, & meliorationis.

5 Matrimonium autem iam contractum nõ ſufficeret ad va-

lidandam

lidandam hanc promiſsionem, nec etiam meliorationem. Nec enim poteſt tunc dici cauſa onerosa: cum non fiat præiuditium tertio, qui non contraxit ea occaſione. Et ſic debet fieri ante matrimonium. c. 1. de filijs natis ex matrim. ad morga. ibi. *tempore ſponſaliorum.* c. quamuis pactum de pactis in. 6. ibi. *Dum nuptui tradebatur.* Et tradunt hîc Gomez. numer. 22. Tello. num. 17.

6 Qui numer. 18. addit, huius promiſsionis effectum non annullari, ex nullitate matrimonij, ſi poſtea validè cum eadē contrahatur. Et ſubiungit exemplum, & latè examinat. Quem etiam ſequitur Matien. gl. 5. num. 3. Et eſt ratio, quia & donationis promiſsio, pro matrimonio valido intelligenda eſt. Cū verba ſint accipienda cum effectu. l. 4. §. condemnatum. de re iudic. Et quia conditio relata ad actū non conſumitur in actu inualido. l. ſi filiæ meæ. ff. de cond. & demonſt.

7 Concluſio autem non procederet in promiſsione meliorandi facta filię. Ea enim cum, cauſa dotis, non poſsit meliorari, vt in. l. 1. tit. 2. ſupra. nec etiam erit capax huius promiſsionis, quæ pro ſui valore requirit cauſam onerosam.

8 Nec etiā procederet quoties filius, cui promiſsio facta fuit, conſentiret, & remitteret pactum. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. Dūmodo ex pacto non ſit ius quæſitum tertio. Nam illud (ipſo inuito) reuocari non poſſet. l. id quod noſtrum. de regul. iur. Et licèt hoc exemplificari non poſsit in melioratione promiſſa genero nomine dotis, vt fecit Gomez hîc. numer. 23. propter dictam legem Regiam: Poterit tamen exemplificari in promiſsione facta filio, ex qua ſit ius quæſitum nepotibus, quo ad ſucceſsionem, ad quam ſint expreſsè vocati: & nurui, quo ad cōmoditatē, & quantitatē arrarum. Nam cū non valeant vltra decimam partem bonorum. l. 2. tit. 2. ſupra. non nocebit remiſsio filij facta de pacto eum meliorandi, in præiuditium quantitatis arrarū. Ex traditis à Bal. in. l. ſi præces. C. de donat. ibi benè dico. & ab Alex. conſ. 10. nu. 5. vol. 4. Et tradunt DD. in. l. pactum quod dotali. C. de pactis, circa eum, qui ponit bona ſua in æſtimo alieno: quia per hoc videtur ea obligare ad omnia dāna: quia dolus habetur loco cōſenſus. l. ſi ſine. C. ad Velleian. Facit text. in. l. in bonæ fidei. ff. de peculio. ibi. *Ego autem arbitror non ſolum de peculio conueniri, ſed & ſi quid præterea dolo malo patris capta fraudataq; eſt mulier.*

9 Et hoc eſt ſumme notandum. Nam quot die fiunt ſchedulæ priuatæ inte parentes, & filios cauſa matrimonij melioratos, quibus filij promittũt non ſe vſuros talibus meliorationibus: quæ pacta, tanquam facta in fraudem, poterunt reſciendi, nec nocebunt coniugi, & ſucceſſoribus. Quod tenuit Tello in l. 17. Tauri. num. 73. & Matien. in l. 1. ſupra gl. 8. num. 4. & Molin. lib. 4. c. 2. num. 18. & latè probat Mieres. 1. par. q. 22. num. 32.

Et idem erit in quamuis alia donatione facta cauſa ordinũ ſuſcipiendorum, etiam ab extraneo. Quia quãtũcumq; donatarius promittat non ſe vſurum tali donatione, infringi non poterit, propter ius quæſitũ tertio. c. Epiſcopus. c. tuis quæſtionibus. de præbe. Et conducunt tradita per Meneſ. in l. poſt mortem. num. 22. C. de fideic.

10 Valebit tamen in omni caſu remiſsio, in quãtum fuerit præiuditialis remittenti. Cum in re ſua ſit quis libere moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Sed nec tertius poterit reuocare, ſi ius ſuum habeat ſaluum, excuſsis bonis remittentis. Qui ex patrimonio fortè poſt modum quæſito, poſsit reſarcire damnum, quod ex donationis remiſsione fuit irrogatum tertio. Quod eſt ordinarium in omni actione reuocatoria rationẽ fraudis. l. 1. C. de reuoc. ijs quæ in fraud. credit. & not. in. §. itẽ ſi quis in fraudem. de actio. Vnde ſi mulier non patiatur diminutionem in arris propter remiſsionem, non poterit infringere donationem. Filij etiam non reuocabunt, ſi remiſſa donatio poſsit includi in quinto bonorum patris, de quo poteſt diſponere, in eorum præiuditium.

11 Si autem (viuo patre) moreretur filius, cui eſt facta promiſſio meliorandi: adhuc proderit, & valida eſt. Nam ſi quidem reliquerit filios, in eos tranſit ius æqualiter: adeo, ꝙ auus non poterit vni, ex nepotibus meliorationem filio promiſſam, dare. authentico de nuptijs. §. ſi verò filiorum: & tradunt hîc Gomez. num. 25. Tello. num. 10. & Matien. gloſ. 4. num. 3. Si autem filius moriatur ſine filijs: tunc, quamuis Lupus. num. 13. & Matien. gloſ. 3. in fine, & gloſ. 4. num. 4. exiſtiment promiſſionem euaneſcere, & patrem remanere liberum. Verius videtur, vt in ſucceſsione filij, quo ad talem donationẽ promiſſam, quam lex perfectam, & irrenocabilem iudicat, obſeruari ea omnia, quæ ſeruarentur in donatione iam tradita, vel in alijs bonis filij: vt deferãtur iure hæreditario ex teſtamẽto, & abinteſtato.

teſtato donatori, ſi ſolus extet, vel vtriq; parẽti, vt dicebamus in.l.1.ſuprà gl.1.n.37. Poſſet tamen donator in ea parte, quæ ad ſe iure hæreditario ſit deuoluta, alium ex filijs meliorare, tā quam in reſiduo tertij & quinti, quod ex priori donatione ſuperſit, iuſta.l.10.infra, vt bene aduertit hîc Tello, nu.20.&.21. Poterit etiam filius donatarius de tertio, etiā in extraneum diſponere, iux.l.1.tit.8.infra. Nec obſtabit, quod melioratio ſit regulanda ſecundū tempus mortis, ex.l.ſeq. Quo tempore ſucceſſor filij in tertio reperitur incapax. Quia iſta reductio ad tẽpus mortis, quo ad quantitatem fit, vt deducatur ex bonis eo tẽpore relictis: non quo ad valorem promiſsionis. Quæ cum in vita valeat, ſitquè ex ea ius quæſitum filio, ex noſtro tex. eius iuris ratione, poterit diſponere, quo ad tertium, remanente adhuc diſpoſitione ſubiecta regulationi ſecūdum tempus mortis, ex.l.ſequent. Et idem ſeruaretur in quauis melioratione facta filio, etiam quæ eſſet reuocabilis. Nam cum præmortuo donatario non cenſeatur tacitè reuocata, vt diximus in.l.1.ſuprà.gl.1.nu.33. ſi filius decedens in vita patris, diſpoſuit de tertio bonorum ſuorum, & pater poſteà deceſsit, non reuocata donatione: ſucceſſor filij in tertio conſequetur ibi ſuam tertiam partẽ prout in reliquis bonis filij. Si autem valor donationis penderet à morte, vt quia extra cauſam onerosam eſſet facta pro legĩtima filio in poteſtate, in qua ſeruatur ius cōmune, vt diximus in.l.1.ſuprà glo.2.nu.5.& ſic pendet à morte, cenſeretur vtiq; præmortuo filio reuocata, argumento donationis cauſa mortis. l.non omnis.ſi cert.pet.& in prin.inſtit.de donat. & vtrobiq; notant omnes.

GLOSSA QVINTA.

Promiſsio de donando quod habetur pro donatione. Et an valeat pactum nudum de donando. Et an in his requiratur inſinuatio.

1 *Promiſsio de donando pro donatione habetur.*
2 *Promittens obligari ſe in decem, idem eſt ac ſi ſe obligaſſet.*
3 *Pactum nudum de donando, an valeat, & nu 4.*
5 *Inſinuatio, an ſit neceſſaria in pacto nudo de donando.*
6 *Promiſsio de donando, an fiat irreuocabilis ex traditione conſtituti, aut inſtrumenti.*

7 *Melioratio,ſeu maioria habetur pro facta cum qualitatibus promiſsis, aut conſuetis,quando qui promiſsit facere, non fecit.*

1 SEan auidas por hechas. Et ſic nota,quòd ſola promiſsio de do-
2 nando, vt circuitus vitetur,habetur pro donatione.* Facit doctrina Ioan. Andr. ad Specul. tit. de action. & oblig. in princ. vbi tenet promiſsionē obligandi in decē, idem operari, ac ſi obligatus eſſet promittēs. Cuius opinionē ſequūtur Alex. Socin. Iaſ. Purp. in.l.cum fundus.§. ſeruū tuū imprudens. ff. ſi cert. pet. Et eſt opinio recepta cōmuniter ſecundū Rub. côſ. 29. Afflict. dec. 61. Conar. in.c. quāuis pactū.in initio tertiæ partis.nu.3.& alios quam plures relatos à Tiraq. de vtroq; retra. ad fin. tit. nu. 26. Et quod promiſsio de donādo habeatur pro donatione,tenuerūt Lup. hîc.nu.21. Caſtil. gl. fin. Arias. nu.21. id deducētes ex iſto tx. Qui tamen videtur in cōtrariū ſtringere,in quantū obligat patrē,qui promiſsit meliorare, vt faciat meliorationē,& ſic diſtinguit promiſsionē,à donatione,& quāuis poſt mortē patris donatio pro facta habeatur:illa diſpēſatio eſt,& legis effectus in pœnā patris. Imò ex hoc deducitur, quòd interim promiſsio nō habetur pro donatione. Et quòd pactum de donando ſit diſtinctum à donatione,probatur quia pactum nudum donationis efficax eſt, & actionem producit.
3 l. ſi quis argentum. §. ſi autem.C. de donation. * pactum autem nudum de donando inefficax eſt, ſecundùm Salicetum in l. 2. ad finem. C. de condit. ob cauſam. Imol. in. l. in ædibus. §.1. colum.1. de donation. Alexand. in.l. iuriſgentium.num. 10. ff. de pactis. Gaſiaula in Rubrica de verborum. num. 11. &.120. Aretin. conſil. 28. Mateſil. nota. 46. Purpurat. in.l. 1. de iuriſdiction. omnium iudic. num. 65. Alciat. in. l. ſi pacto quo pœnam. C. de pactis. Minchac. de ſucceſ. progre. 5.27. num. 32. & alios plures, quos refert Tiraquel. vbi ſuprà de re tract. conuen. in fin. titu. num 48. Faciunt etiam in contrariū, ea quæ aduerſus dictam doctrinam Ioannis Andreæ cummulat Decius in dicto. §. ſeruum tuum imprudens. in principio. & Iaſo. in.l. in bonæ fidei. ff. de præſcript. verbis. & Galiaula, vbi ſuprâ. numero. 61. & Thomas Grammat. deciſsic. Neapolitan. 103. num. 187. & Tiraq. vbi ſuprâ. nu. 42. per quæ illa etiam doctrina redditur ſatis ſuſpecta.

Adhuc cōmunē opinionē noſtrorū teneo, vt promiſsio de donando habeatur pro donatione: vt circuitur vitetur, qui hoc

caſu

caſu videtur inutilis:ex illa doctrina Ioan. Andreę, quę (prout dixi) eſt magis cõmuniter recepta. Non obſtat cõſideratio,quã feci de noſtro text. ꝙ ex quo pater compellitur donare:diſtinguitur promiſsio,à donatione. Quamuis enim iſta ſin diuerſa: ex quo promittens donare tenetur adimplere:ratione vitandi circuitus,promiſsio habetur pro donatione, & habet eundem effectum. Nec etiam obſtat,ꝙ promiſsio ſolũ habeatur pro donatione poſt vitã promittentis: vt inquit text. Quia non per hoc impeditur filius in vita agere,pręmiſſa interpellatione,vel aliàs patre conſtituto in mora donandi. Quod in eodem libello fieri poteſt,quo petatur, vt pater ex pacto compellatur donare, & in defectum ex tunc compellatur tradere, habito pacto pro donatione.

4 Non obſtat,quòd pactum nudum donationis diſtinguatur à pacto nudo de donãdo: vt illud ſit efficax,iſtud non. Quoniã verius eſt vtrumq; eſſe efficacem,& in vtroq; procedere text. in d. §. ſi autem. Quod tenuit gl. verb. manifeſtauerit,in. §. aliæ. inſtit. de donat. & Bart. in d. l. iuris gentiũ,& in. l. fi. ff. de cond. ob cauſam. Quem latè defendit Fortu. in d. l. iuris gẽtium. nu. 51. & in. l. legitima,col. 2 eod. tit. Gomez. nu. 41. & Iaſ. nu. 57. in. §. in perſonam,inſtit. de actio. Pinel. in. l. 2. de reſcind. vendit. 2. part. c. 3. num. 30. Iul. Clar. lib. 4. §. donatio. q. 14. verſic. fin. Et quãuis text. in d. §. ſi autem loquatur in pacto nudo donationis: eandem vim habet pactum nudum de donando, ex hac veriori opinione: maximè Iure Regio,quo pactum nudum non diſtinguitur à ſtipulatione. l. 2. tit. 16. infra.

5 Ex quibus deduces,quòd quãuis in donatione ex cauſa onerosa cum tertio,non ſit neceſſaria inſinuatio,vt dicemus in lege ſeq. gloſ. 1. num. 49. & per conſequens nec etiam ſit neceſſaria in pacto de donando ex cauſa onerosa: ſi tamen donatio requirit inſinuationẽ,vt quia excederet legitimam ſummam. l. Sancimus. C. de donat. in eiſdem terminis, promiſsio de donando requiret etiam inſinuationem: aliâs ex ea non poterit agi ex eo defectu: cum non ſit in hoc maior vis pacti,quam donationis. Quod tenet Roge. in. l. Modeſtinus. num. 21. ff. de donat. quem ſequitur Tello hĩc. num. 24.

6 Infertur etiã, ꝙ quãuis pactũ de donãdo fiat irreuocabile ex cauſa onerosa,vt in hoc text. queãdmodũ & donatio,vt in. l. 1. ſupra: ꝙ ſi fieret citra cauſam onerosam,fieret irreuocabile per

tradítio-

traditionem ſcripturæ, vel per clauſulam conſtituti, qua ex tunc pater conſtituat ſe nomine filij poſsidere res ex pacto donandas. Nam cum pactum iſtud habeat eundum effectum donationis.eiſdem modis debet irreuocabile fieri, quibus & donatio, vt in.d.l.1. ſupra.

7 Mortuo itaquè patre, vel aliàs conſtituto in mora, agi poteſt ex promiſsione. Habetur enim pro facta melioratio, cum omnibus ſcilicèt qualitatibus, & conditionibus expreſsè contentis in pacto.argum.text.in.l.7.tit.4. ſupra. Idem ſi conditiones eſſent ſub intellectę, puta quia promiſsit facere meliorationem titulo maioriæ: haberetur enim pro facta, cum conditionibus à iure requiſitis, & cõſuetis, ſecundũ Tello hîc.nu.15.

LEX SEPTIMA.

QVANDO El padre, ò la madre, por contracto entre biuos, ò en otra poſtrimera voluntad, hiziere à algunos de ſus hijos, ò decendiẽtes alguna mejoria del tercio de ſus bienes: Que la tal mejoria aya conſideracion à lo que ſus bienes valieren al tiempo de ſu muerte,[1] y no al tiẽpo que ſe hizo la dicha mejoria.[2]

GLOSSA PRIMA.

Quòd melioratio tertij & quinti, etiam data per contractum donationis irreuocabilis, eſt regulanda ſecundùm bona relicta tempore mortis, licet ex hoc non fiat conditionalis, nec impediatur aut reuocetur in vita patris. Diminutio tamen bonorum, aut æs alienum interim contingens nocet donationi, & per conſequens augmentum bonorum proderit. Æſtimatio autem rerum donatarum attendenda eſt ſecundum tempus donationis. Et quòd in ijs donationibus requiritur inſinuatio.

Melioratio

1 *MElioratio regulāda eſt ſecundùm valorem bonorum tempore mortis.*
2 *Melioratio, licet ſit reducenda ad tempus mortis, non eſt conditionalis. & num. 5.*
3 *Donatio tertij bonorum, quæ erunt cum moriar, conditionalis eſt.*
4 *Conditio legalis ſemper habetur pro expreſſa. & num. 10.*
6 *Donatio inofficioſa ex nunc non reſcinditur viuo patre.*
7 *Querela inofficioſæ donationis, non datur viuo donatore.*
8 *L. ſi quis argentum. §. ſed ſi quis. Ç. de donat. declaratur.*
9 *L. 8. tit. 5. part. 5. declaratur.*
11 *Aßignatio rei certæ, quæ excederet quotam bonorum ſecūdum bona præſentia, non reuocatur ante mortem.*
12 *Melioratio irreuocabilis poteſt decreſcere, propter diminutionē bonorū. Alienatio bonorum, citra fraudem, permiſſa eſt in præiudicium meliorationis irreuocabilis. & quæ ſit iſta fraus. num. 15.*
13 *Pater non impeditur in vita diſponere citra fraudem de ſuis bonis, propter legitimas filiorum.*
14 *Donatio, quæ non eſt inofficioſa tempore quo fit, poteſt reſcindi, ſi reperiatur talis tempore mortis.*
16 *Melioratio tertij & quinti irreuocabilis remanet obnoxia æri alieno futuro, ſecus in maioratu, num. 17.*
18 *Melioratio tertij & quinti, etiam vinculata, poteſt minui ratione æris alieni futuri.*
19 *Quid ſi debita hæreditaria abſorberent bona relicta, & inſuper meliorationem?*
20 *Quintum, quo ad inofficioſitatem, regulatur ſecundùm tempus mortis, quemadmodum & tertium.*
21 *Donatio rei certæ, quo ad inofficioſitatem regulatur ſecundùm tempus mortis.*
22 *Donatio rei, vel quantitatis certæ agreganda eſt cum bonis relictis tempore mortis, vt in quantum poßit non reuocetur, ſed poßit intra tertium & quintum contineri.*
23 *Dotis inofficioſitas duobus tēporib⁹ cōſideratur, prout vtilius eſt marito.*
24 *Dos inofficioſa reuocatur in exceſſu conſtante matrimonio, quod non erat de Iure communi.*
25 *Melioratio ex cauſa oneroſa matrimonij regulatur ſecundùm tempus mortis, & non ſecundùm tempus, quo fuit data.*
26 *Onus probandi donationem fuiſſe inofficioſam incumbit allegranti.*
27 *Tertium, de quo deſcendentes poſſunt diſponere in præiudicium aſcendentium, regulatur ſecundùm tempus mortis.*

Melioratio

28 *Melioratio augetur, ſi bona tempore mortis ſint aucta, & excedant bona quæ pater habebat tempore donationis.*

29 *Quota bonorum relicta in teſtamento reſpicit bona relicta tẽpore mortis.*

30 *Idem in melioratione data per contractum, etiam titulo donationis.*

31 *Donatio quinti facta extraneo nõ augetur ex bonis futuris tẽpore mortis.*

32 *Augmentũ meliorationis ex bonis ſuper lucratis nõ poteſt peti ante mortẽ.*

33 *Æſtimatio rerum donatarum, quo tempore ſit attendenda. & num. 40.*

34 *Æſtimatio rei conferendæ attenditur ſecundùm tempus mortis, excluſa diminutione citra culpam.*

35 *Pater, quẽadmodum tenetur dare dotem, & legitimam, ita & conſeruare.*

36 *Donationes accumulantur cum bonis relictis tempore mortis pro extrahẽdis legitimis ſecundùm valorem tempore donationis.*

37 *Idem ſi melioratio tertij & quinti veniret augẽda ex bonis ſuper lucratis.*

38 *Donatarius conuentus per querelam inofficioſæ donationis ſolum tenetur in quantum factus eſt locupletior.*

39 *Etiam ſi conſumpſit abutendo, teneretur tamen de dolo.*

41 *Pater non tenetur re dotare, aut iterum aſſignare legitimam etiam ſine culpa perdictam, filiæ, vel filio diuiti.*

42 *Diminutio rei conferendæ citra culpam nocet meliorationi, etiam irreuocabili præcedenti.*

43 *Inſinuatio non requiritur in donationibus ob cauſam.*

44 *Inſinuatio requiritur in melioratione tertij, & quinti.*

45 *L. Sancimus. §. ſi quis autem talem. C. de donat. explicatur.*

46 *Inſinuatio an requiratur in donatione maioratus.*

47 *Maioratus perpetuus continet tot donationes, quot ſunt perſonæ vocatæ, quæ ſuccedunt.*

48 *Maioratus poſſeſſor eſt verus rerum maioratus dominus.*

49 *Donatio ob cauſam quæ dicatur adhoc, vt non requirat inſinuationem.*

50 *Donatio propter nuptias an requirat inſinuationem.*

1 *A Lo que ſus bienes valieren al tiempo de ſu muertẽ.* Melioratio tertij regulanda eſt ſecundùm valorem bonorum meliorantis tempore mortis, non autem tempore factæ donationis. Et eſt. l. quondam. 23. Tauri. Loquitur autem text. generaliter, tã in melioratione data per teſtamentum, quàm etiã per contractum irreuocabilem. Imò verius, & proprius procedit in donatione per contractum: vt habeat aliquam dubitandi rationem: quam nos infra explicabimus. Nam in ea, quę eſſet facta in teſtamento, nulla erat ratio dubitãdi quin tempus mortis, quo teſtamentum perficitur, eſſet attendẽdum in diminutione

nutione & augmento. Prout in legatis generalibus, ſeu vniuerſalibus attēditur. l. grege. de legat. 1. l. peculium. de leg. 2. l. pen. de fund. inſtr. l. equis. de vſuris.

2 Ex qua deciſione primo aſpectu offertur obiectio. Videtur enim colligi, quòd filius, cui eſt in vita facta donatio tertij, non poſsit ante mortē patris quidquā petere. Cū melioratio, ſeu donatio quotæ videatur eſſe conditionalis relata ad mortem: taliter ꝙ interim incertū ſit quid debeatur. Quibus conſequens videtur, vt petitio interim denegetur, ratione incertitudinis, & conditionis. Et licet videatur hoc ſolū procedere in donatione tertij reuocabili: idē videtur in ea, quæ eſſet irreuocabilis, etiā ex cauſa onerofa. Quę, quāuis ex. l. 1. ſupr. fiat irreuocabilis: ſed conditio, quæ reſultat ex relatione ad tēpus mortis (de qua in hac lege) non videtur ceſſare, ſed ſufficere ad defendendū pa-

3 trē, vt ante mortem nō teneatur quidquā tradere. * Vnde quēadmodū ſi pater donaſſet tertiū bonorū ſuorū, quæ erunt cum morietur: cōcluſio videtur clara, ꝙ filius in vita nihil poſsit petere, quātuncūq; interueniat cauſa onerofa: cum donatio ſit cōditionalis. l. Sthicū qui meus erit. de leg. 1. l. Nam & ſi cū moriar, cum lege præcedenti. ff. de cond. indeb. Idē videtur etiam ſi non exprimantur illa verba, quæ erunt cū moriar: cum à lege

4 iſta ſubintelligātur, * ſitq; cōditio legalis ex natura actus, quæ ſemper habetur pro expreſſa. l. 3. de legat. 1.

5 Sed cōtrariū eſt veritas: imò, ꝙ donatio tertij irreuocabilis ſit ſtatim tradēda ſecundū bona præſentia tēpore donationis. De quo eſt caſus in. l. ſi quis argentū. §. ſed & ſi quis. C. de dona. Et ꝓbatur in. l. 1. & 6. ſupra. cuius verba & deciſsiones cū effectu præſenti intelligēdæ ſunt. l. 4. §. condēnatum. ff. de re iud. Non obſtat text. iſte in quantū ſimiles donationes referūtur ad valorē bonorū ſecundū tēpus mortis. Quia iſtud principaliter fit ratione legitimarū filiorū, vt ſtatim dicemus, ad effectū inueſtigādi, vtrū donatio ſit inofficioſa, vel nō. Quod licet pēdeat à valore bonorū ſecundū tēpus mortis: donatio interim nō impeditur, nec ſuſpēditur ꝓ bonis præſentibus: ſub ea occaſione, ꝙ in

6 certū ſit, an tēpore mortis ſit futura inofficioſa. * Nā etiā ſi donatio eſſet rei, vel quātitatis certæ (quæ ex. l. 10. infr. eſſet reducēda ad tertiū & quintū) & ex nūc reſpectu bonorū preſentiū eſſet inofficioſa (quia excedit valorem tertij & quinti) non poſſet ea occaſione impediri, aut reſcindi: ſed eſſet ſpectandum tē-

pus

pus mortis ad videndum, vtrum forſam, iunctis medio tempo
re quæſitis facultatibus, donatio ſuſtineatur, ſecundùm glo. in
l. 1. C. de inoffi. donat. 8. quæſt. Quam ibi ſequuntur Cyn. Bal.
Paul. Salicet. & cæteri omnes, ſecundum Gomez. in. l. 29. Taur.
nu. 35. verſ. tertio infero. Et probatur in eadem. l. 29. quæ eſt.
7 l. 3. tit. 8. infra in F. vbi idẽ notat Mat. gl. fin. n. 3.* Et eſt ratio,
quia querela inofficioſæ donationis, per quã eſſet impediẽda,
aut reuocãda donatio, nõ datur patri donãti, ſed alijs filijs. l. 1.
& per totum. C. de inof. don. & eis non competit viuente dona
tore. Nam cùm detur prætextu læſionis legitimæ, vt in. d. tit. de
inoffic. donat. & legitima non debeatur viuo patre. l. 1. §. ſi
impuberi. ff. de collat. bono. non poteſt præſens donatio impe
diri ea occaſione. Quod etiam tradunt Lupus in capit. per ve-
ſtras. §. 22. num. 4. & §. 24. num. 3. & Segura in. l. cohæredi.
§. cum filiæ. colum. 24. de vulgar. & Tiraq. in. l. ſi vnquam. in
princip. num. 91. de reuocand. donat. & Molin. in tractatu de
8 donat. factis in contractu matrimon. nu. 12.* Et ſic eſt intel-
ligendus tex. in dict. l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de
donat. ibi. *Si non de inoffícioſis donationibus ratio in hoc reclamauerit.*
Quæ verba, licèt gloſ. ibi intelligat, vt eo caſu non cogatur do-
nator tradere, niſi quatenus ceſſaret querela: verius eſt, vt do-
natio non impediatur eo prætextu: cum remedium querelæ,
per quod id debet impediri, non competat, niſi poſt mortem.
Voluit autem tex. dicere, quod per talem donationem nõ adi
9 matur alijs filijs remediũ querelæ tẽpore cõpetenti.* Similiter
eſt intelligẽdus tx. in. l. 8. ti. 4. p. 5. ibi. *Cõ tãto q̃ ſinque en ſaluo a los
hijos la ſu parte legitima, tãbien en vida de ſu padre, como deſpues de ſu
muerte.* No, vt filij ſtatim agant querela: ſed, vt donatio nõ præiu
dicet querelæ cõpetituræ, vt ibi intellexit Greg. verb. *en vida*, in
10 principio.* Non obſtat, quod donatio tertij bonorum, quæ e-
runt cum moriar, ſit conditionalis. Illud enim eſt, quia condi-
tio eſt expreſſa, dict. l. Stichum qui meus erit. Illa autem ver-
ba non inſunt ex diſpoſitione huius legis eo modo, quo ibi ex-
primuntur, vt ſcilicet faciant cõditionem: ſed ſolùm ad effectũ
reſeruãdi querelã, ſi donatio appareat inofficioſa ſecundũ bo
11 na relicta tẽpore mortis, vt dictũ eſt.* Ex quibus infertur, q̃ ſi
donatio eſſet quotæ bonorũ, cũ aſsignatione rei certæ, & eſſet
irreuocabilis, etiãſi res certa excederet valorẽ quotæ bonorũ præ
ſentiũ, nõ poſſet reuocari, aut impediri, per ſupradicta. Si tamẽ
non

non impleret valorem quotæ bonorum præſentium, non impediretur filius agere ad ſupplementum, vt quota bonorũ donata effectualiter traderetur per ea, quæ diximus in.l.3 ſupra gloſſ.3.

Ex hac autem reductione donationis ad valorem bonorum ſecundum tempus mortis reſultat duplex notabilis effectus.
12 *Primus, quod ſi eo tẽpore, propter iuſtam patris erogationẽ alienationẽ, vel diminutionẽ bonorũ, quocũq; caſu, citra fraudem, contingentem, donatio (quamuis irreuocabilis præcedẽs) excedat tertiũ & quintum, ſecundum tempus mortis, tanquam inofficioſa eſt reſecanda, & reducenda ad valorẽ tertij & quinti, ſecundum tempus mortis. Quód eſt notabile. Nã re vera donatio tenuit à principio irreuocabiliter: & tamen poſsibile eſt, quod inuito donatario, minuatur: ſi patris facultates, ceſſante fraude, decreuerint. Prout intelligũt Caſtillo hîc en principio, & Gomez in.l.17. Taur.nu.20. Qui addit idem eſſe, etiã ſi melioratio eſſet aſsignata in aliqua re ſpeciali, cuius ſit tradita poſſeſsio. Nam licet pater non poſsit eam alienare, ex quo tranſiuit in dominium & poſſeſsionem filij: ſi tamen habito reſpectu ad bona, quæ pater reliquit tempore mortis, tertiũ & quintum non capiunt talem rem aſsignatam, reſecari poterit exceſſus. Et idem erit in donatione rei certæ, ex eadẽ ratione. Prouenit autẽ effectus iſte occaſione legitimarũ aliorũ filiorũ. Cũ enim debeantur ſecundum tẽpus mortis.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.teſta.l.cum quæritur.C.eod. & pater non poſsit in vita, nec in morte diſponere, niſi de quinto inter extraneos, & de tertio inter filios: Quamuis quo ad accumulandas donationes, quæ in vita præceſſerunt, diſtinguatur legitima, à melioratione, vt dicemus in.l.9.infra.gl.2.nu.18. Quoad excludẽdam tamen diminutionem, citra fraudem, in vita contingentem, par eſt vtriuſque natura. Et legitimæ trahunt ſecum tertium & quintum ad tempus mortis. Cũ ex dimenſione vnius colligatur dimenſio alterius: nec vnum citra alterum poſsit cõmode metiri, niſi vtrumque ad idem tempus referatur: vt appareat, vtrum melioratio tertij & quinti ſit inofficioſa. Quod apparere non poteſt, niſi eo tempore, quo legitimæ debentur, quæ ex melioratione lædi non debent.

13 Vnde cũ pater ratione legitimę filiorum debitæ poſt mortẽ nõ impediatur in vita de bonis ſuis libere, & citra fraudẽ, diſpo

Dd nere:

nere: vt colligitur ex Bar. in. l. nō vſq; adeo. ff. ſi aparē. quis fue. manum. & Bar. Bal. Salic. Ange. & Pau. in. l. 2. C. ſi in fraudem patro. & Bal. in. l. 1. nu. 14. C. de inof. dona. Ange. nu. fi. & alijs quos ibi refert Iaſ. nu. 1. & 2. in. §. item ſi quis in fraudem. de actio. Caro. Moli. in conſue. Pari. tit. 1. §. 8. gl. 3. q. 3 Rode. in. l. quoniā in prioribus. amplia. 16. nu. 9. Lup. in. c. per veſtras. §. 17. nu. 13. & ſeqq. Couar. in. c. Raynūtius. §. 10. nu. 9. vbi cæ teri omnes poſt gl. verb. deducēdas. & eſt cōmunis opinio, ſecundū Rub. in. l. Titia Seio. §. Imperator. nu. 30. & ſeqq. de lega 2. & Pau. de Monte. in. l. poſt cōtractū. nu. 13. ad fi. & nu. 15. de dona. vbi etiā loquitur, quādo fraus interuenit, quod nō placuit Iulio Claro lib. 4. §. donatio. q. 24. in fi. Hac de cauſa fuit neceſſum, vt donatio tertij & quinti eadem regula ſubijceretur, ne aliâs remanente melioratione integra, legitime diminuerētur. Et hæc fuit vera ratio huius tex. prout etiā probat. l. 5. tit. 8. in. f a. in verbis finalibus. Et procedit hoc, nō ſolū ſi filius melioratus inſtitutus adeat hæreditatē, ſed etiā ſi repudiet. Quo caſu alij fratres, quorū legitima reperitur diminuta propter diminutionem bonorum per querelam reuocant donationem, in quantum ſit neceſſum pro implendis legitimis, vt probatur etiam in. d. l. 3. Et in hoc text. iſte non cōtinet ſpecialitatem, reſpectu meliorationis. Quoniam etiam ſi donatio eſſet ob cauſam, & pro legitima (excepta dote, de qua ſtatim agemus) regulatur ſecundū bona relicta tēpore mortis. Ex eadē ratione, propter legitimas, ſcilicet, aliorum filiorū, vt probatur in. d. l. 3.

14 Et in hoc deciſiones fuerunt neceſſariæ. Quoniā de iure cōmuni erat articulus cōtrouerſus: vtrū donatio, quę nō erat inofficioſa, tempore quo fuit facta, poſsit reſcindi per querelā, ſi ex poſt facto, propter diminutionē bonorū, reperiatur inofficioſa tēpore mortis. In quo gl. magna. prope finem. q. 9. in. l. 1. C. de inof. dona. & ibi Cyn. q. 5. & Bar. Albe. Bal. Pau. Sali. & alij tenuerūt donationē nō poſſe reſcindi: cū à principio fuerit valida, & perfecta. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo. Et hæc opinio de iure cōmuni erat verior ex traditis à Moli. in tractat. de inoffi. dona. nu. 38. Cuius cōtrariū tenuerūt Mart. quē refert ibi Cyn. & Petrus de Bellap. quorū opinio ex hac lege & d. l. 3. eſt approbata, ſumma ratione. Vt etiā ſi ex poſt facto donatio fiat inofficioſa, propter diminutionē ſemper ſit regulāda ſecundū bona relicta tēpore mortis: vt not. Mati. in. d. l. 3. gloſ.

glo.fin.nu.2. & Gomez in.l.29.num.35.ver. ſecundo infero.
15 Illud aduertendum eſt,quod iam dixi,&nunc repeto:ita patri alienationem bonorum,ſeu diſpoſitionem permiſſam,in dãnum meliorationis præcedentis, ſi omnis fraus abſit. Aliàs inter bona computarẽtur,quę dolo factum eſt,vt abſint.l.1.§.cõfertur.l.2.§.de illis.ff.de colla. bonorum. Intelligimus autem de ea fraude,quæ non ſit etiam nocitura legitimis, ſed quæ poſſit per filios reuocari. Aliàs nulla ratio patitur,vt cedat in dãnum legitimarum.Quæ non poſſunt etiam fraudari,ſecundum Bar.in dict.l.non vſque adeò. ff. ſi quis à par. fue. manum. & ſupra dictum eſt,Et ſic fraus,maiori priuilegio,non debet nocere legitimis,quam meliorationi. Cum illarum conſeruandarum cauſa fiat reductio meliorationis,alias irreuocabilis , ad tẽpus mortis,ex hoc tx.Quid enim ſi pater poſt factam meliorationem fraudandi cauſa proieciſſet reliquum patrimonium in mare?Quamuis gl.in.l.1.C.de inof.dona.q.6.dicat cedere dãno legitimarum,cũ qua ibi tranſeunt omnes,& ſequuntur expreſſe Bal.n.3.& Ang.n.5,& probatur in.l.1.§.ſed ſi forte. ff. ſi quid in frau.patron.ibi. *Nam & ſi acceptum pretium libertus prodigiſſet:* iure tamẽ iſto filij nõ impedirẽtur agere querela aduerſus donationẽ ex hoc tx.vt diximus nu.precedenti.Cũ ſatis ſit donationem tẽpore mortis reperiri inofficioſſam. Quod ſi poſt meliorationẽ tertij & quinti fieret donatio extraneo, non valeret, nec noceret meliorationi.Satis enim dicitur fraudare,qui alienat titulo lucratiuo.l.qui autem.§.ſimili modo.ff.de ijs quæ in frau.credi.Sed eo caſu neceſſum eſt filijs querelare eã extranei donationẽ.Nã,ex quo donatio filij tanquã irreuocabilis,& prima,nõ fuit inofficioſa:nõ potuit ex poſt facto fieri per alterã donationẽ.Quæ tanquã poſterior, & inofficioſa, querelanda erit per filios. Argumento.l. ſi libertus. §. fin. de iure patro. & tradit Bartolus, numero. fin. in.l.1. C.de inofficioſ.dona. quem ibi ſequuntur omnes.Si autem extraneus donatarius facta excuſsione reperiretur non ſoluendo, poſſet reuocari melioratio,pro implendis legitimis, prout ſi pater eam quantitatẽ prodegiſſet,per ea quę dicta ſunt.Si autẽ donatio fieret alteri filio,etiam ſimpliciter (quæ ex. l.10.infra.ſolet in tertium & quintum imputari) non valeret , vt ſimplex, cum de ijs partibus ſit iam deſpoſitum : ſed valeret pro legitima. Et hæc ,& alia quæuis facta filio(etiam ex cauſa quantuncumque

neceſſaria, puta dotis) non minueret præcedentem meliorationem tertij & quinti. Quin potius donationes iſtę factę poſt meliorationem irreuocabilem (licet non reperiantur inter bona defuncti, tempore mortis) agregandæ tamen erunt eius patrimonio (ſaltim verbaliter) vt ſuſtineatur, & non decreſcat melioratio præcedens. Reputātur enim, quoad hoc, eſſe in bonis: quia aliàs fraudaretur primus donatarius, vt dicam in.l.9.infra.glo.1.& glo.2.nu.31. Sed nec poteſt videri alienatū quod filijs pro legitima datum eſt. Sic enim data non minuunt patrimonium, ſed aleuiant: cum ſit datum filio ſuccedere debenti, & ſit quaſi ſolutio debiti iuxta glo.in.l.ſi emancipata.C.de iuris & facti igno. Et non eſt iuſtum talem diſpoſitionem minuere meliorationem præcedentem. Cum ſit etiam ea diſpoſitio ſubiecta eidem reductioni ad bona relicta tempore mortis: vt vel per collationem, aut querelam reducatur ad debitum modum ſucceſsionis. vt in.l.1. & per totum. C.de inofficioſ. donat. & in authentica. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſta. & in.d.l.3.tit.8.infra.

126 Et ex præcedentibus infertur comprobatio illius opinionis, quam ſupra tenuimus in.l.5.gloſſ.3.in fine. ſcilicet, quod melioratio tertij & quinti (quamuis irreuocabilis) remanet obnoxia æri alieno futuro parentis: vt eius etiam ratione poſsit minui. Ita, vt ſi tempore mortis patris, bona reperiantur diminuta propter æs alienum, poſt factam meliorationem contractum, & eo reſpectu, melioratio non poſsit contineri intra tertium & quintum bonorum tempore mortis: ſit reſecanda tanquam inofficioſa, & reducenda ad bona relicta tempore mortis, ex ratione huius text. & eorum, quę ſupra dicta ſunt. Cum enim pater poſsit interim diſponere de ſuis bonis: & ea diminutio, fraude ceſſante, contingens noceat meliorationi præcedenti, quamuis irreuocabili, & traditæ: ſatis dicuntur bona diminuta propter æs alienum, cui ſubiacent. l. ſubſignatum.§.bona de verborum ſignificatione. l. ſi quis mandatu. in fine.ff.de nego.geſt.

In quo propoſito non omittam quod poſt huius operis primam æditionem Velaſquius in.l.21.Tauri.glo.1.num.15.liberè nimis hanc noſtram opinionem contempſerit, & miſcendo maioratum, & meliorationem irreuocabilem, in vtroque ſecure verius credit, debita contracta poſt donationem, non

gra-

grauare donatariū. Ex eo, quia ſi debita poſteriora deducerentur ex melioratione irreuocabili anteà facta, per indirectum reuocaretur, quod expreſſè nequiret reuocari: & donatarij nimis fraudarentur. Maximè, ſi donatio eſſet ex cauſa onerosa matrimonij cum tertio. Quia nurui, & filijs naſcituris præiudicium fieret. Poſſentquè parentes animo reuocādi meliorationem, & fraudandi donatarium, plurima debita contrahere. Et hanc opinionem dicit tenere Gomez. in l. 40. Tauri. num. 72. ad finem. & Peralta in l. 3. §. qui fidei commiſſ. num. 128. de hered. inſtituend. & Molin. libro. 1. capit. 10. numer. 11. & Mieres. 1. par. quæſt. 24. num. 35. Quibus dicit non obſtare noſtram cōſiderationem, de regulanda melioratione ſecundum tempus mortis, ex hoc tex. & l. 3. ſuprà. Quia dicit non benè ex eo deduci, donationem quotæ minui ex debitis poſteà à meliorante contractis. Quia cum quantitas quotæ (licèt incerta eſſet) à domino donantis a tempore factæ donotionis irreuocabilis exierit, nec hypothecæ ſubijci potuit, nec alienatione minui. Quod ingenioſè à ſimili dicit probari: ex. l. 9. infra, dùm ibi melioratio non deducitur à dote, nec à donatione propter nuptias, ſeu alia conferenda. Cuius rationem eandem dicit eſſe; quod dos, aut donatio propter nuptias, ſeu alia conferenda, ſtatim cum fuit effecta irreuocabilis, à dominio parentis exiuit, nec potuit per donationem poſteriorem minui. Sicut è conuerſo melioratio irreuocabilis nō minueretur per conſtitutionem dotis poſteriorem, quantumcunquè ſit neceſſaria. Maximè, quia ſi debita deducenda ſunt ex cumulo totius hæreditatis, inter ea, congruum eſt deducere meliorationem irreuocabilem, maximè ex cauſa onerosa, cum reſpectu eius pater iam debitor effectus ſit. Hæc ille.

Expediret profectò, vt aut rectius percepiſſet, aut moderatius reprobaſſet. Eſt enim opinio noſtra veriſsima, & indubitabilis, ſuppoſita relatione ad tempus mortis, de qua in hoc textu. Ex qua neceſſario deducitur meliorationem, etiam irreuocabilē præcedentem, debere pro rata minui ratione æris alieni, citra dolum & fraudandi animum poſteà contracti. Alià, legitimæ aliorum filiorum (quarum conſeruandarum cauſa, fit reductio meliorationis ad tempus mortis, vt dictum eſt) minuerentur dicto ære alieno. l. Papinianus. §. quarta de inoffic. teſtament. remanente melioratione integra, & non diminuta: &

ſic pater diſponeret de maiori tertio & quinto, quam ſibi liceret in præiudicium filiorum. quod eſſe non debet. Et procedit hoc, non ſolum ſi filius melioratus inſtitutus adeat hæreditatem, ſed etiam ſi repudiet. Nā quamuis nec adiens, nec repudians, poſsit à creditoribus reſpectu donationis conueniri pro ære alieno poſt donationem cauſato, (licet repudians poſſet, pro ære alieno tempore donationis quotæ contracto, quod tamen fuit oblitum, emerſit autem ex poſt facto, vt diximus in l. 5. ſupra glo. 4. nu. 13.) nec creditores futuri poſsint donationem reuocare (etiā ſi ab ipſo donatore poſſet aliàs reuocari, vt dixi in l. 1. ſupra glo. 9. nu. fin.) niſi conſtaret eſſe factā in eorum fraudem, iuxta glo in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. quam ibi ſequuntur DD. & not. Bart. §. in l. ait prætor. §. ita demum. ff. quæ in fraud. cred. & Iaſ. in §. item ſi quis in fraudē. nu. 62. de actio. Pro minuenda tamē melioratione ratione æris alieni: quēadmodum adeunte donatario, in iudicio famil. herciſ. extracto omni ære alieno, fit regulatio tā meliorationis, quam legitimarum, ſecundum tempus mortis; eodem modo donatario repudiante, alij fratres, quorum legitimæ reperiuntur diminutæ hinc, propter æs alienum, inde propter meliorationem: cum æs alienum non poſsint recuſare, cū vincat & minuat legitimas, vt in dict. §. quarta. eius occaſione per querelam reuocant meliorationem, in quantum ſit neceſſum pro implendis legitimis, vt in alia quauis iuſta diminutione bonorum ſupra dictum eſt.

Non obſtat ſimile, quod aducit. de. l. 9. infra. Eſt enim diuerſa ratio dotis, ſeu donationis propter nuptias, quā æris alieni ex poſt facto contracti. Nā quāuis poſt factā meliorationē irreuocabilē, patri permittatur de bonis diſponere, & ea diminutio noceat meliorationi, ſecundū tēpus mortis: id tamen citra fraudē intelligendū eſt. Et ſic excluditur titulus lucratiuus donationis, quamuis aliàs neceſſariæ, vt ea non noceat meliorationi irreuocabili præcedenti. Quin & dos, ſeu donatio data filio non poteſt dici minuere patrimoniū, prout minuit æs alienū. Cū enim ſit alienatio in filiū ſuccedere debentē. potius eſt quaſi ſolutio debiti, vt modo diximus n. 15. in fi. Et ſic nulla ratio patitur, vt melioratio irreuocabilis tertij & quinti præcedens minuatur per tales diſpoſitiones. Cum ea ſit regula ordinaria, vt prima donatio non minuatur per ſecundam, ſecundū glo.

gloſ.in.l.Titia Seio.§.Imperator.de lega.2.l.perfecta donatio. C.de dona.quæ ſub mo.Nec alij filij patiuntur iniuriam, quibus(oo id)nec legitima tollitur,aut minuitur. Nam etiã ſi dos, vel donatio poſterior eſſet inofficioſa:poteſt, & debet potius, quam prior(quæ iure facta eſt,& non fuit inofficioſa)per quę retrò reduci ad debitũ modũ ſucceſsionis.Quod nõ eſt in ęre alieno, ꝙ nec poteſt reuocari aut recuſari:& cũ minuat legitimas, vt in.d.§.quarta.nullꝰ recurſus remanet filijs,niſi aduerſus meliorationem.Et hęc eſt ratio illius.l.9.quatenus in ſenſu contrario probat,meliorationem irreuocabilẽ pręcedentem non minui per conſtitutionẽ dotis,aut aliàs ſequentem:vt ibi dicemus glo.1.& latius gl.2.Non obſtat,quod hac via fiat preiudicium meliorato.Quia non eſt maius priuilegium meliorationis,etiã ex cauſa oneroſa, quam legitimę filiorum:cum vtrumque eadem diſpoſitione vtatur, & attento valore bonorum tempore mortis reguletur. Aliàs pater diſponeret de maiori tertio & quinto,quam legitimæ reſtantes,deducto ære alieno tempore mortis,paterentur.Et ſic melioratus non poteſt dici iniuriam pati ex natura legali negotij.Non obſtat, quod daretur locus fraudibus,& animo reuocandi, ſeu fraudandi, poſſent debita contrahi.Quia caſus iſte indubitabilis eſt, nec in eo loquimur vt ſupra etiam explicuimus,ſed in ære alieno bona fide, & ex cauſa neceſſaria citra fraudem contracto.

Non obſtat authoritas Gometij, Peralt. Molin. Mieres. Nam Gomezius,& Molin.diuerſo caſu loquuntur,in maioratu,ſcilicet, facto Regia facultate irreuocabiliter. Peral.autem, eodem vitio laborat,quo Mieres, quatenus coniungunt etiam
17 meliorationẽ.* Verſatur autẽ inter vtrumq; lõga differentia. Nam maioratus irreuocabilis factus Regia facultate, non poteſt reuocari,aut diminui per æs alienum ab inſtitutore contractum. Non enim habet illam relationem ad bona relicta tempore mortis, quam habet melioratio ratione legitimarum aliorum filiorum.Quibus cum per meliorationem lędi non poſſit:merito æs alienum poſtea contractum, quod diminuit legitimas,debet etiam diminuere meliorationem,etiam irreuocabilem:ne ipſa remanente integra,legitimæ minuatur. Maioratus autem irreuocabilis non poteſt lædi per æs alienum ſubſequens. Quia Regia facultas, qua fulcitur, quæ præſtat licentiam nocendi legitimis aliorum filiorum, reijcit quancun-

 que

que diminutionem bonorum inſtituentis in damnum aliorum filiorum. Et hanc opinionem, & differentiam notauit benè idē Ludo. Moli. lib. 4. c. 2. num. 28. quem nec ille vidit, nec ego cū hæc tunc ſcripſiſſem.

18 Ex quo infertur, quod etiā ſi melioratio irreuocabilis eſſet vinculata, iuxta. l. 11. infra. adhuc minueretur ratione ęris alieni futuri, iuxta ſupra dicta. Quia facultas vinculandi ab illa lege conceſſa, non præſtat licentiam nocendi legitimis aliorum filiorum, prout conceditur à Rege in facultate vinculandi. Et ſic non obſtante irreuocabilitate, & vinculo meliorationis, erit reducenda ad tempus mortis, ex hoc text. Vt deducto omni ære alieno, etiā poſt factam meliorationem contracto, computetur ſiue in collatione, ſiue in querela.

19 Illud aduertendum eſt, quòd ſi debita hæreditaria poſt factam meliorationem irreuocabilem, cauſata abſorberent bona relicta tempore mortis, & inſuper meliorationem filij, aut eius partem, & filius donatarius repudiaret hæreditatē: Tunc quāuis conſulto egiſſent alij filij, ſi fauore fratris donatarij, renunciarent querelæ, cum creditores de per ſe non poſſent reuocare donationem, quę non eſſet in eorum fraudem facta, vt dictum eſt. Si tamen fratres (fauore creditorum, quibus aduerſus fratrem donatarium vellent conſulere, & gratificari) agerent querela, non eſſet ex donatione extrahendum æs alienum, ſed tantum legitimæ filiorum, remanente valida donatione pro eius tertia & quinta parte, & inſuper legitima donatarij. Cum nec donatio poſſit reuocari per creditores, nec illæ eius partes per fratres. Qui tamen rationem legitimarum, quas reuocant, tenebuntur reſpondere creditoribus, quibus legitima ſemper obnoxia eſt, vt in dict. l. Papi. §. quarta. de inoffic. teſtamen. Ex quibus videtur opinionem noſtram remanere ſatis comprobatā ab iniuſta contradictione Velaſquij. Per quæ etiam cauendum eſt à Gute. alias docto. libro. 2. quæſtion. 53. qui eandem opinionem cum Peral. & Mier. amplexus eſt. Eius enim opinio in maioratu, non in melioratione, (quamuis vinculata) intelligenda eſt.

20 Quamuis autem text. iſte loquatur particulariter in tertio, & per conſequens non videatur extendus ad quintum, prout etiam videtur vrgentius colligi. ex. l. 3. ſupra. Quæ cum in principio (quatenus tractat de arbitrio patris aſsignandi rem

pro.

pro melioratione) expreſſe loquatur de tertio & quinto: ſtatim infra, quando tractat de relatione valoris ad tempus mortis, ſpecialiter reſtringit ſe ad tertium: *Con tanto que no exceda el dicho tercio.* Adhuc tamen iſta deciſio pro regulanda inofficioſitate donationis, de qua agimus, procedit etiã in quinto, prout benè aduertunt Tello, & Matienço hic: & probatur expreſſe in l. 3. tit. 8. infra. quæ eſt lex quondam. 29. Tauri. Quæ eſt generalior iſta, & loquitur etiam in donatione quinti. Imo, & in quacunque donatione etiam ob cauſam, & pro legitima, præcipitque, vt attendatur tempus mortis, ad inſpiciendum, vtrum ſit inofficioſa, vel non, & facit l. 4. tit. 15. parti. 6. Et hæc opinio ſine dubio vera eſt, & neceſſaria, ſuppoſitis legitimis, vt dictum eſt. Et procedit etiam in donatione quinti, facta extraneo, vt dicemus in. l. fin. infra gloſ. 3. num. 27.

21 Imo etiam ſi ſit donatio rei, vel quantitatis certæ, cum ſit reducenda ad tertiũ & quintum, vt in. l. 10. eius inofficioſitas regulabitur ſecundũ bona relicta tẽpore mortis: prout regulatur tertium & quintum hic, prout etiam in præſenti aduertunt Ciſuentes. Gomez. & Tello.

Eſt tamen circa hoc aduertendum, quod quamuis donatio quotæ, rei vel quantitatis certæ, ſit reducenda ad tertium & quintum bonorum, ſecundum tempus mortis, & ſi excedat, iudicetur inofficioſa. Pro ſuſtinenda tamen donatione, ſi excederet tertium & quintum bonorum tempore mortis, eſſet aggreganda dicta donatio (ſaltim verbaliter) cum bonis relictis tempore mortis: vt tertium & quintum, ex omnibus extractum faciat ampliorem locum donationi: vt vel ſic non ſit inofficioſa vel in minore parte reuocetur, iuxta ea, quæ dicemus in. l. 9. infra gloſ. 2. num. 32.

22 Habet autem dos in propoſito huius text. ſingulare priuilegium ex. d. l. 3. tit. 8. infra. vt quamuis reliquę donationes, etiã ob cauſam & pro legitima, regulentur ſecundũ bona relicta tẽpore mortis, vt ibi. Dotis tamen congruitas, non ſolum poſsit attendi ſecundum bona relicta tempore mortis dotantis: ſed etiam ſecundum bona, quæ habeat tempore datæ dotis, prout vtilius erit marito. In quo text. ille fauore dotis, & propter cauſam oneroſam mariti, amplexus eſt cõmunẽ opinionem ſupra relatam num. 14. circa iudicandam inofficioſitatem donationis. Et licet in. d. l. 3. dos quæ continet meliorationem, non iudi-

etur inofficioſa: ex alia lege id correctū eſt: cùm filia non poſſit dotis ratione meliorari, l. 26. tit. 6. ſuprà. Qua lege ſtante pro dimetienda inofficioſitate dotis, ante omnia tempus datæ dotis conſiderandum eſt. Secundùm quod dos non excedat taxam illius legis, nec filia dotis ratione melioretur, iuxta ea quæ diximus in d. præcedenti glo. Quemadmodum, & ante illam legem, congruitas dotis regulabatur, attento numero filiorū, & facultatibus patris tempore datæ dotis. Secundū Alex. conſ. 33. nu. 4. lib. 4. Corne. conſ. 290. col. 13. lib. 3. Curt. Senior. cōſ. 27. col. 13. Lup. in c. per veſtras. §. 3. incipienti, ſed pulchrum eſt videre Arias in l. 27. Taur. n. 26. quod latè cōprobat Baeça in cōmentarijs illius legis de nō meliorandis filiabus. c. 31.

Cæterùm, ſi tempore datæ dotis fuit exceſsiua, attenta illa lege, & lis non eſt mota genero (iuxta ea quæ dicemus in l. 10. infra gloſ. fin.) auctis autem patris facultatibus; tempore mortis reperitur congrua: ſuſtinetur ex illo tex. in d. l. 3. Quia tūc vtilius eſt marito tempus mortis attendi, quod ſic intelligit Baeç. vbi ſuprà. Indè inferens, quòd ſi tēpore datę dotis fuit cōgrua, poſteà autem patris facultates ſint diminutæ: dos ſuſtinetur, attento tempore datæ dotis: quia tunc vtilius eſt marito illud inſpici, ex illa lege. Quod & de iure communi magis probat Dec. conſ. 277. col. 1. & fin. & Boer. deciſ. 62. nu. 11. aduerſus Pau. in l. in ratione. ad. l. Falc.

Si autem dos attento vtroquè tempore eſt inofficioſa, adhuc electio conceſſa marito in dicta. l. 3. vtilis eſſet, vt ſcilicèt, ea inofficioſitas attenderetur, quæ magis expediret. Finge tempore datæ dotis, ſi bona patris diuiderentur, filiæ competere centum pro legitima, dataquè ei eſſe centum viginti: tempore autem mortis patris, ita eſſe bona eius diminuta, quòd ſi tunc filia nupta non eſſet, ſed dos ei data commularetur patrimonio defuncti, bonaquè diuiderentur, ſibi tangerent pro legitima quinquaginta: dos vtiquè erit ſuſtinenda in centum quia licèt vtroquè tempore fuerit inofficioſa: tempore tamen quo fuit conſtituta, ſolum fuit inofficioſa in viginti: & ea tā- tum erunt reſtituenda. Cùm vtilius ſit marito id tempus inſpici, quam tempus mortis, quo dos eſſet inofficioſa in ſeptuaginta, quæ eſt bona, & vtilis declaratio ad. d. l. 3.

24 Iſto autē caſu (quo dos attento vtroq; tēpore eſſet inofficioſa) poteſt exceſſus reuocari (ſecūdū q̄d vtilius ſit marito) etiam

conſtante

conſtante matrimonio, vt in d. l. 3. Quod nõ erat de iure cõmuni. Secundũ quod, dos inofficioſa nunquã reuocabatur cõſtante matrimonio, propter preiudiciũ mariti, qui ex cauſa oneroſa poſsidet. l. fi. §. ſi à ſocero. ff. quæ in frau. cred. Vbi not. Bart. Quem ibi ſequitur Ange. Bal. & Sali. in l. 2. C. eo. Ange. in § ſi res aliena. inſt. de leg. Iaſ. in §. itẽ ſi quis in fraudẽ. de actio. nu. 30. Et cũ Bar. eſt magis cõmunis opinio, ſecundũ Lup. in c. per veſtras. 3. not. §. 24. in conſtituenda [illegible] 3. Cyfue. & Caſti. in l. 29. Tau. Segu. in l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 129. & ſeqq. ff. de vulg. & Capi. deciſ. 181. nu. 2. Cuius cõtrariũ deciditur in d. l. 3. vt etiã cõſtante matrimonio, reuocetur dos inofficioſa. Imo & de iure cõmuni id verius aliquibus viſſum eſt, ex l. 1. C. de inoffic. dot. quæ generalis eſt, nec diſtinguit inter matrimonium conſtãs, vel ſolutũ. Sic etiam procedit l. 2. C. de reu. ijs quæ in frau. Nec obſtat tex. in d. §. ſi à ſocero, quia loquitur ſimpliciter in dote, quæ per maritum poſsidetur titulo oneroſo. Nos autẽ loquimur in nimia dote. Ille enim exceſſus non poſsidetur per maritum titulo oneroſo, ſed lucratiuo. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donat. inter virum & tradit Ripa in l. ſi vnquã. nu. 28. & ibi Tiraq. verb. donatione largitus. nu. 69. C. de reuo. don. & ideò poteſt etiã cõſtãte matrimonio reuocari. Quod tenuit Paulus in d. l. 1. C. de inof. doti. Lupus in d. cap. per veſtras. §. 22. nu. 10. & §. 24. nu. 3. Gomez. in l. 29. Taur. num. 34. Molin. in tract. de donat. factis in contra. matrimon. num. 59. appellans communem opinionem erroris portentum, & Baçça de dote. cap. 32. vbi late comprobat. quem ſequitur Matien. in d. l. 3. tit. 8. infra gloſ. 6. num. 3. Quæ opinio iure Regio comprobata eſt ex d. l. 3. Quæ ſi non extaret opinio Bart. communiter recepta verior erat, ex tex. in d. §. ſi à ſocero. Nam cum ius creditorum ſit fortius iure filiorum in bonis patris. l. Papi. §. quarta. de inoffi. teſtam. & creditores non reuocent dotem, vt in d. §. ſi à ſocero. ergo nec filij. Quia ſi vinco vincentẽ te, à fortiori vincam te l. de acceſsionibus. ff. de diuerſ. & tempora. præſ. notat gloſſa in l. Claudius. ff. qui potio. pignor. & vtrobique Bartol. Nec ſatisfacit ſolutio, quod ille text. loquatur ſimpliciter in dote, non autem in dote nimia & inofficioſa. Quia ſatis nimia, & inofficioſa dos eſt, quæ ex alieno fraude interueniente conſtituitur, quæ adhuc non reuocatur, vt ibi. Nec diſtinctio illa inter dotem congruam, & exceſsiuam,

vt

vt exceſſus poſsideat à titulo lucratiuo, iure probatur. Nam text. in d. §. circa extra rem ag. & adhuc militat ratio text. in d. §. ſi à ſocero. Cum ſatis exceſsiua dos ſit, quæ excedit vires patrimonij, & de alieno ſoluitur. Iure itaque Regio hoc ceſſat & dos inofficioſa (etiam conſtante matrimonio) per querelam reuocatur, in quantum eſt inofficioſa. Quod probat text. in d. l. 3. ibi. *Aquello en que ſon inoficioſas.* Nam licet in donatione inofficioſa facta extraneo, diſtinguatur an ſit inofficioſa re & conſilio, an re tantum, ad hoc, vt in totum, vel in exceſſu reuocetur: donatio tamen inofficioſa facta filio ſine vlla diſtinctione, ſolum reuocatur in exceſſu, vt diximus in l. 1. ſupra. in gl. fin. numero. 5.

25 Moli. lib. 4. c. 2. num. 8 2. verſic. hæc tamen omnia. limitabat etiam deciſionem huius text. vt, ex eadem ratione dotis; non procedat in melioratione facta filio, ex cauſa oneroſa matrimonij. Quam dicit non poſſe minui, etiam ſi bona meliorantis, quocunque caſu, fraude etiam ceſſante, decreuerint: cum melioratus, pro conſeruatione ſuæ meliorationis, poſsit eligere, vt valor tertij & quinti, non ſecundum tempus mortis, ſed ſecundum tempus factæ meliorationis, conſideretur ex. d. l. 5. tit. 8. infra. Sed hęc extẽſio periculoſa videtur. Verius enim eſt, quod etiam ſi melioratio eſſet facta ex cauſa oneroſa matrimonij, deciſio huius text. ſeruanda ſit: vt quantumcunque eſſet tradita ſecundum bona præſentia, ſit diminuenda, ſi bona decreuerint tempore mortis. Nam text. in d. l. 3. ſpecialis eſt in dote, nec procedit in alia quauis donatione, etiãſi eſſet propter nuptias. Cum text. de omnibus prius loquutus excipiat (in hoc) ſolam dotem: in reliquis autem præcipiat attendi ſolum tempus mortis: vt text. explicat in fine. Neque eſt par ratio dotis, & meliorationis ex cauſa oneroſa, imò nec donationis propter nuptias, aut aliàs pro legitima. Cum in ijs ceſſet ius mariti, qui poſsidet dotem titulo oneroſo, quem lex conſiderauit.

26 Interim aduertendum eſt, onus probandi donationem fuiſſe inofficioſam ſemper incumbere ei, qui id allegat. l. cum de lege. ff. de proba. vbi gloſ. recepta communiter per omnes ibi. ſecundum Corne. & Iaſ. in. l. fin. §. licentiam. C. de iure delibe. & Couar. lib. 2. variar. cap. 6. nu. 3. prout latius explicabimus in. l. fin. infra glo. 2. nu. 20.

27 Ex ratione etiam huius text. quatenus inofficioſitas donationis,

nis,regulatur,ſecundum tempus mortis,idem dices eſſe in tertio, de quo deſcendentes poſſunt diſponere in preiudicium aſcendentium:vt eius inofficioſitas reguletur eodem modo, ex eadem ratione,& æquiparatione vtriuſque ſucceſsionis.l. nam & ſi parentibus.ff de inoffi.teſtam.l.1.tit.8.infra.Quamuis,ſine dubio,non augeretur ex bonis futuris,per ea, quæ ſtatim dicemus nu.31.

28 Alter effectus præcedenti contrarius,qui reſultat, ex relatione donationis ad tempus mortis eſt. Quod ſi bona parentis, eo tempore,reperiantur quocumque modo aucta: augeatur ſimiliter melioratio tertij & quinti,ſecundum bona relicti tempore mortis.Quod ex hoc text.adnotarunt communiter Scribentes omnes.Quod non procederet in donatione rei,vel quãtitatis certæ.Quæ quamuis ſit referenda ad tertium & quintũ, ex.l.10.infra.ex hoc poſsit eſſe inofficioſa,& decreſcere,ſi bona relicta tempore mortis non capiant pro tertio & quinto,talem rem,aut quantitatem: prout diximus in effectu præcedenti, ſi tamen bona augeantur,donatio nihilominus non recipiet augmentum.Quia quantum ad hoc text.ſolum loquitur,& procedit in melioratione generali quotæ bonorum. Quo ad quam

29 quatenus tex.loquitur de ea,quæ eſſet relicta in vltima voluntate,negotium non habet dubium.*Cum quota bonorum legata,vel prælegata referatur ad tempus mortis, & recipiat augmentum ex bonis poſt teſtamentum quæſitis.l.ſi quis bonorũ. de lega.1.Vbi not.Alexan.in illa quęſtione,de fructibus ſatis, & collectis poſt teſtamentum,&ante mortem.Quod etiam eſt regulare in legatis generalibus,ſeu vniuerſalibus, in quibus tẽpus mortis(quo teſtamentum perficitur)attenditur:vt diminutio, vel augmentum legati interim contingens cædat damno, vel lucro legatarij.l.grege.l.ſi grege.de lega.1.l.peculium. de legat.2.l.pen.de fund.inſtru.l.equis.de vſu.cum alijs.

Sed quatenus tex.loquitur de melioratione data per contractũ donationis irreuocabilis:ei⁹ deciſio,licet ſit neceſſaria quãtũ ad diminuendã meliorationẽ propter diminutionẽ bonorũ vt ſupra diximus,nõ tamẽ videtur iuſta,quantũ ad hoc, vt melioratio includat etiã bona futura:vt ſi augeãtur poſtea, debeat ipſa etiã augeri. Etenim verba cõtractus ſemper ſunt intelligẽda,ſecundũ tẽpus cõtractus.l.nemo rẽ ſuam.l.ſi filius fam.ff.de verb.obl.l.qui decẽ.§.Sthicũ.de ſolu.Vnde,queadmodũ ſi quis, dona-

donaſſet bona ſua omnia: ſolum intelligeretur de præſentibus, non autem de futuris, ſecundum Bar. in. l. fi. nu. 11. &. 12. C. de pactis. per tex. in. l. fin. §. 1. de lega. 2. Idem tenet Bald. in. d. l. fi. nu. 19. argumen. text. in. l. ſi mandauero tibi. §. is cuius bona. ff. mandati. Et eſt communis opinio omniũ in. d. l. fi. vt cõſtat ex Alex. nu. 3. & Dec. nu. 19. & ex eodẽ Alex. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 14. ff. de verbor. Eodem modo donando partẽ bonorũ, debet tantũ haberi reſpectus ad bona pręſentia, non autem ad futura. Argumen. l. quæ de tota. ff. de rei ven. Et probatur in. l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quis. C. de donat. ibi. *tantum, quantum donauerit præſtare.*

30 Adhuc noſtri omnes hic moti ex iſto text. dicunt attendendum tempus mortis, etiam ad hoc, vt melioratio creſcat, quaſi includat etiam partem bonorum futurorum. Idem expreſsius tenent in. l. 1. ſupra. quatenus ibi anxie perquirunt, qualiter poſsit tradi poſſeſsio, vel cauſari irreuocabilitas donationis, reſpectu futurorũ. Quod vel ex eo poteſt fundari, quod donatio facta filio ſub nomine meliorationis, quãuis ſit actus inter viuos, & irreuocabilis ſi fiat cũ requiſitis. l. 1. ſupra. habet tamen reſpectũ ad formam futurę ſucceſsionis. Vt ex Oldra. cõſ. 231. not. Tiraq. de primoge. q. 8. nu. 2. & Molin. lib. 1. c. 12. nu. 2. & Ant. Lara in. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. nu. 38. de libe. agno. Quaſi ex nunc pater velit oſtendere, qualiter, & ex quibus partibus velit ſibi filios ſuccedere. Argumento. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. fami. hercif. ibi. *non videri donationem, ſed potius ſupremi iudicij diuiſionem.* l. quoties. C. eod. titul. l. ſi parentibus. C. de inof. teſt. Quod venit ex ꝓpria ſignificatione vocabuli. cum melioratio data in cõtractu nihil aliud ſonet, quã pręceptionẽ quoad futurã ſucceſsionẽ hæreditatis. In qua cum pater ſciat omnes ſibi filios ſucceſſuros æqualiter: hũc tamẽ, quẽ meliorat, præceteris vult auantagiare in his partibus. Et licet verum ſit quod tertium & quintum ſunt quota bonorũ, quãtũ ad excludẽdũ æs alienũ. l. 5. ſupra. tñ cũ ex verbo meliorationis referãtur ad futuram ſucceſsionem, merito includũt etiam futura: quemadmodum includeret donatio quotæ hæreditatis, quod tanquam verbum vniuerſale refertur ad tempus mortis. l. Lutius. ff. de fund. inſtru. not. Bal. nu. 20. in. l. fi. C. de pactis.

Sed ſi pater ſimpliciter donaſſet vni filiorum tertium & quintum bonorum ſuorum, nec vteretur verbo, meliorationis

nec

nec in aliquo conſtaſſet, quod voluit ſe referre ad formam ſuc ceſsionis, nec ad bona futura, vel tempus mortis. Quamuis in donatione reuocabili poſſet idem ius conſtitui, vt tunc venirent etiam futura, cum agatur de modico præiudicio, propter facultatem reuocandi: prout in donatione cauſa mortis conclu dunt Bart. in dict. l. fin. C. de pactis, & cęteri omnes quos ſupra retulimus. ſi tamẽ donatio eſſet irreuocabilis, poſſet (nõ ſine iu ſta ratione) defendi, quod licet ſit attẽdendum tempus mortis quantum ad inofficioſitatem donationis, vt dictum eſt: Donatio tamẽ non extendatur ad bona futura, prout ſupra citati om nes concludun', loquentes etiã in donatione irreuocabili collata poſt mortẽ: & ꝙ verb. *poſt mortem*, nõ includat bona futura, ſed tantũ præſentia tradenda poſt mortẽ, prout eſſe cõmunẽ opinionem teſtatur Alex. ibi. n. 3. & in. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. n. 14. Sed iã forſam nec in hoc poſſet obtineri, cũ ſimilis donatio in omnib9 pro melioratione habeatur. vt in. l. 10. infra. & tanquã ipſa ſit iudicãda, & ad formã ſucceſsionis referẽda. Cũ facta filio, vel nepoti, fiat perſonæ ſuccedere debẽti vel ſaltim nõ extranea à ſucceſsione tertij, de qua agimus: & d ſpo ſitio ſit intelligẽda ſecũdũ qualitatẽ, & cõditionẽ perſonarũ, in quas cõfertur. arg. l. plenũ. §. equitij, de vſu, & habita.

31 Aliàs ſi pater habens filios donaſſet extraneo in vita quintum bonorum: vel filius habens aſcendentes donaſſet tertium: quamuis donationes eſſent referendæ ad tempus mortis, quantum ad inofficioſitatem: citra dubium non eſſent referẽdę, quãtum ad augmentum bonorum futurorum, ex dicta communi opinione. Cum nec donans expreſſerit, nec id veniat ex natura donationis, nec ex qualitate eius, cui fuit. Quim & poſſet ſu mo iure defendi, quod quãuis deciſsio noſtri tex. quæ loquitur in tertio, procedat etiã in quinto, quantũ ad eius inofficioſitatẽ, vt dictũ eſt in effectu p̃cedẽti: ſed quãtũ ad hoc, vt creſcat ex bonis futuris, deciſsionẽ tx. qui ſpecialiter loquitur in tertio, nõ eſſe extẽdẽdã ad quintũ. Sed, ꝙ in eo attẽdatur tẽp9 melioratio nis, prout & de iuri cõi attenderetur, ex rationibus ſupra dictis. Vltra quas in quinto cõcurrit, & alia ratio (qua forſã moti hui9 legis cõditores prætermiſſerũt mẽtionẽ quinti, qd ſũma ratione, cõſilio, & nõ caſu credẽdũ eſt factũ) ſcilicet, quia ſi melioratio quinti includerẽt etiam bona futura, quãuis (id volẽte donatore) donatio non deſinat valere, quaſi habeat inſtar donationis

omnium

omnium bonorum præſentium, & futurorum, quæ prohibita eſt, per ea quæ diximus.in l.1.ſuprà gloſ.2.id tamen non declarante, lex noluit id ſubintelligi, prout ſubintellexit in tertio: vt vel ſaltim melioranti relinquatur ſpes acquirendi bona, de quibus poſsit liberè, poſteà diſponere, & teſtari. Et hæc opinio videtur iuſta. Nam de iure communi eſt vera, prout ſuprà dictũ eſt, & tx.noſter non probat contrarium, cùm non tractet de quinto. Quod maximè procederet in quinto dato per ſimplex verbum donationis. Quo caſu ceſſat ratio referendæ donationis ad tẽpus mortis, quę ſumebatur ex verbo meliorationis. Quę vero poterat ex qualitate perſonę ſumi, ceſſat ex qualitate rei, ideſt, quinti, quod eſt in patre omninò liberũ, quo nolẽte, filius non habet in eo aliquod ius ſuccedendi.

32 Vt cumquè d ſit in quinto: illud aduertendũ eſt, tàm in eo, quàm in tertio, quòd quamuis traditio meliorationis irreuocabilis ſit ſtatim facienda ſecundum bona præſentia, vt diximus ſuprà in princ.gloſ. ſi tamen bona parentis poſteà augerentur, non poſſet filius ante mortem petere augmentum meliorationis. Habet enim dubium euentum, & prout bona ſunt ſuper lucrata, poſſent etiam de facili amitti: & quemadmodum ſi bona decreuiſſent, non poſſet in vita patris reuocari, aut minui donatio, cum remedium querelæ, per quam eſt reſecanda, non competat ante mortẽ, vt ſupra diximus in princip. Iuſtum eſt, vt nec ante mortem (quam lex in vtroquè voluit attendi, & conſiderari) filius poſsit petere augmentum, vt determinatio legis ſit in vtroquè membro pariformis.l.iam hoc iure.ff.de vulgar.l.2.l.quamuis.C.de impuber. & quem ſequuntur commoda, ſequantur incommoda.l.ſecundũ naturã.ff de regul.iur.

33 Reſtat videre pro complemento eorum, quæ circa duos effectus præcedentes dicta ſunt. Quo tempore ſit attendendus valor rerum donatarũ. Nam tx.iſte ſolũ tractat de bonis relictis à donatore, tempore mortis, prout &.l.3.ſupra.&.l.3.ti.8.infra de valore autem donationis non tractant. Et videtur attendẽdum idem tempus mortis: vt ſit æſtimatio æqualis, tam rerum remanentium donatori, de quibus in tex. quã etiam rerum do-

34 natarum.* Prout etiam obſeruatur in re conferenda data in rationem legitimę. Quæ cum debeatur ſecũdũ tempus mortis.l.cũ quæritur.C.de inoffi.teſt.idem tempus attenditur in æſtimatione rei conferendæ.l illud iuncta gloſ.verb.lucrum.C.de col.

vbi

vbi notat Paul. Roman. Alex. & melius Corne. num. 26. Soci. conſil. 64. lib. 1. Gregor. in l. 3. tit. 15. par. 6. verb. *Contar.* Quãuis enim ſi valor decreuiſſet culpa filij, aut etiam datum eſſet conſumptum, attenderetur in collatione æſtimatio ſecũdùm tempus donationis. authen. quod locum. C. de collat. vbi notãt Scribentes omnes. Poſt Bartol. in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolut. matr. cuius opinio eſt cõmuniter recepta ſecundùm Alex. ibi. nu. 6. & 9. & per conſequens, ſi valor augeretur per induſtriam filij, attenderetur ſola æſtimatio, ſecundùm tẽpus donationis: non autem augmentũ, quod tanquam aduentitium, non confertur. l. fin. C. de collat. iuncta. l. cum oportet. C. de bonis quę libe. ſecundùm Corn. vbi ſupra, & tenuerũt Paul. Fulg. & Rom. in d. l. illud. Soci. & Gregor. vbi ſupra. Si tamen valor decreuiſſet, aut etiam datum eſſet conſumptum, ſine culpa filij: attenderetur tempus mortis, & pro ea parte, aut in totum, ceſſaret obligatio collationis, & nihilominus filius admitteretur ad ſucceſsionem: vt in d. authent. quod locum, & in. l. ea demum. eiuſdem tituli, & tradunt authores ſupra citati. Et per cõſequens ſi valor creuerit ſolo curſu temporis, ſine induſtria filij, incrementum attenderetur in collatione, ſecundùm Corne. vbi ſupra.

Per contrarium videtur multum diſtare donationem dotis, aut aliàs pro legitima, à melioratione. Nam in illa, quamuis videretur, ꝙ ab eo die, quo res tranſierunt in dominium filij, earũ periculum (etiam ſine culpa) & incrementum (etiam ſine induſtria) deberet etiam ad eundem pertinere. argum. l. 1. & l. id quod. ff. de peri. & cõmo. rei vendic. §. cum autem. de empt. &
35 vend.* Quia tamẽ officium, & obligatio parentis non fuit extincta dotando, aut aſsignando legitimam, quim remaneat etiam pro conſeruandis traditis: ita, quòd eis perditis ſine culpa filij, adhuc remanet obligatus redotare, vel legitimã denuo aſsignare. l. fin. C. de dotis promiſ. authent. ſed quamuis. C. de rei vxori actio. ſecundùm Bald. Paul. Salic. & Iaſ. in d. authent. quod locum. Barr. & alios in dict. §. ſi poſt ſolutum. Campe. de dote. 1. part. quæſt. 15. Ripam. in l. 2. §. quod ſi in patris. num. 15. ff. ſolut. matrimon. Ideò in collatione attenditur valor rerum tempore mortis, licèt fuerit diminutus ab eo, quem habebant tempore donationis. Cui rei conſequens eſt, vt & augmentum prouenicns ſine induſtria filij, conſideretur etiam

ſecundùm tempus mortis. Quia quemadmodùm diminutio ſine culpa cœdit damno fratrum, ita augmētum ſine induſtria cœdat eorum lucro. l. ſecundùm naturam. ff. de regul. iur. Sed in melioratione eademmet obligatio parentis, & ratio conſeruandi legitimas filiorum vrget per contrarium, vt quamuis valor eſſet tempore mortis (etiam ſine culpa) diminutus, imò res in totum interijſſent, attenderetur tamen æſtimatio, quam habebant tempore donationis. Aliàs enim ſi interitus, aut diminutio harum rerum poſt donationem, ante mortem, eſſet ex bonis patris ſuplendus, legitimæ aliorum filiorum detrimentum paterentur. Vnde cum in ijs ceſſet obligatio parentis conſeruandi, quæ in datis pro legitima hoc immutabat: ab eo die, quo res tranſierunt in dominium filij, tranſit etiam periculum, & commodum. argumento dict. l. 1. cum alijs. de peri. & commo.

Pro reſolutione aduertendum eſt, quæſtionem poſſe triplici effectui deſeruire. Primò, pro metiēdis filiorum legitimis. Secundò, pro augenda melioratione, ſi bona tempore mortis reperiantur aucta. Tertiò, ad eam minuendam, ſi tertium & quintum bonorum temporis mortis, non capiant res donatas, iuxta hunc text. & ſupra dicta. Quo ad primum.
36 *Cum ad metiendas filiorum legitimas ſint accumulandæ donationes omnes factæ per patrem, non ſolum ob cauſam, & pro legitima: vt in l. ea demum. l. ſi ſoror. l. illam. ibi. *Vt commixtis huiuſmodi collationibus cum bonis mortuæ perſonæ.* C. de collat. Sed etiam ſimplices, vt in auth. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtam. vt filijs competat eademmet quantitas legitimæ, quę competeret, ſi donationes factæ non fuiſſent, vt ibi: ne aliàs legitimæ filiorum per donationem, & ſic per titulum lucratiuum diminuantur, vt ibi not. Iaſ. nu. 3. Procedit tamē differentia ſupra aſsignata. Quia in datis pro dote, aut legitima attenditur æſtimatio ſecundùm tempus mortis, ad excludendū interitū, ſeu diminutionē rerū. citra culpam, vt in d. auth. quod locum. propter obligationē parentis ad conſeruandum, vt dictum eſt. Et per conſequens, conſiderabitur augmētum, ſine induſtria. d. l. ſecundū naturā. Nō ſolum ſi data non ſint ęſtimata: ſed etiam ſi ſint data, facta earū æſtimatione. Quamuis enim æſtimatio ſoleat emptionē facere, & trāsferre periculū. l. quoties. C. de iure dotiū. l. plerūq;. ff. eo. l. æſtimatę. l. ſi æſtimatis. ſolut. matr. hic tamē nō trāsfert, propter

propter naturam negotij, & obligationem parentis. Per ea, quę notat Bar. in.l. ſi vt certo.§. nunc videndum.ff.commo. & ibi. Alexand. & Iaſ. in.l. 1.ff. de æſtimat.action. Imo etiam ſi dos, aut donatio conferenda conſiſteret in quantitate, quæ eſſet ſine culpa diminuta, aut amiſſa, ceſſaret pro ea parte, aut in totum obligatio collationis, ex ratione tex. in dict. authent. quod locum, & in dict.l. ea demùm, & eorum, quæ dicta ſunt. In melioratione tamen tertij & quinti tradita ſecundum bona præſentia, aut in donatione etiā rei certæ, quæ intelligitur eſſe melioratio data pro tertio & quintó, procederet quod vltimo loco dictū eſt: vt æſtimatio attendatur ſecundum tempus donationis, etiam ſi res poſtea citra culpam perierint, aut fuerint diminutæ, & etiam ſi fuerint datæ inæſtimatæ. Cum ab eo die res tranſierint in dominium filij, & per conſequens ad eum pertineat periculum, & commodum, cum ceſſet obligatio parentis ad conſeruandum, vt dictum eſt. De hoc eſt tex. in dict. authē. vnde ſi parens, & in corpore, vnde ſumitur, in quantum pro ſoluenda filiorum legitima, conſiderat, & computat alienata per patrem titulo lucratiuo: vt filijs competat eadem met quantitas legitimæ, quæ competeret, ſi donationes factę non fuiſſent. Quæ computatio, & æſtimatio valoris, eo caſu fit attento tēpore donationum, ſecundū omnes ibi. Et in eo ſenſu illa authētica corrigit legem pręcedentem, quæ pro extrahenda legitima conſiderabat tempus mortis. Cui rei conſequens eſt, vt quēadmodum à die donationis augmentum rerum donatarum (etiam ſine induſtria) cædit lucro donatarij, ſine eo, quòd alij filij in eo habeant aliquod ius legitimæ: eodem modo diminutio, ſeu totalis rerum interitus (etiam ſine culpa) non noceat legitimæ aliorum filiorum: quin adhuc æſtimatio rerum ſecundum tempus donationis ſit accumulanda (ſaltim verbaliter) cum bonis relictis tempore mortis, pro extrahenda filiorū legitima.l. ſecundum naturam. ff.de reg.iur.

37 Quo ad ſecundum, circa augendam meliorationem, ſi bona patris reperiantur aucta, tēpore mortis: quæſtio ſolum poteſt accomodari ad meliorationē tertij & quinti, quæ eſſet tradita ſecūdū bona pręſētia: quoniā donationē rei certę iā ſupra diximus nō recipere augmētū ex bonis futuris. Et tūc cū vltra effectū præcedentē metiendi, ſcilicet, filiorum legitimas, ſit etiam neceſſum ſcire veram æſtimationē rerum datarū, promettēdo

Ee 2 vero

vero tertio & quinto, ſiue procedamus ſeparando bona exiſtentia tempore donationis, ex quibus eſt iam ex tractũ & ſolutum tertium & quintum, & ſoluendo augmentũ ex bonis ſuper lucratis: ſiue accumulatis omnibus, & extracto tertio & quinto, & ex eo acceptis inde latis receptis: ſiue ſeparatis receptis, & reſecato tertio & quinto bonorum omnium in quantum lederet legitimas, iuxta ea quæ dicemus in.l.9. infra, gloſ.2. nu.14.16.&.20. Eadem obſeruanda ſunt, quæ nunc proxime dixi, & æſtimatio attendẽda eſt ſecundùm tempus donationis propter legitimas filiorum, ex ratione tex.in d. auth .vnde ſi parens, etiam ſi res ſint datę inæſtimatæ, & etiã ſi ſint diminutæ aut conſumptæ ſine culpa, vt dictum eſt.

38 Quo ad tertium, circa minuendam donationẽ, ſi bona relicta tempore mortis non capiant res donatas intra tertiũ & quintũ. Tunc, quãuis donatio ſiue tertij & quinti tradita ſecundũ bona præſentia, ſiue etiam rei certę, ſit accumulãda cũ bonis relictis tẽpore mortis, ad metiendas legitimas, in ea ęſtimatione, quam res habebãt tempore donationis, vt dictum eſt, ex d. authen. vnde ſi parens: ſi tamen veniret minuenda, ex quo non poſſet intra tertium & quintum bonorum tẽporis mortis contineri: Quamuis filius teneretur conſumpta ex donatione imputare prius in tertium & quintum, propter legitimas filiorũ, ex ratione ſupra dicta, & reſiduum, quod extaret, imputare in ſuam legitimã: ſi quid tamen amplius eſſet pro legitimis aliorum per querelã reuocandum, attenderetur interitus, ſeu etiam diminutio rerum donatarum, ſecundũ tẽpus mortis: nec filius teneretur ſanam facere ęſtimationem, quam habebant tẽpore donationis, ſed ſolũ in quantũ ex donatione reperitur locupletior. Nam cum querela detur ad reuocãdam donationem, filius ſatisfaciet oblatis ipſiſmet rebus, quę fuerunt donatę, nec tenebitur ad æſtimationem, etiam ſi res ſint datæ æſtimatæ, cũ eo caſu æſtimatio veniat ratione rei.l.electio. §. ſi is quem. ff. de noxa.l.quæſitum.in princip.ff.de pecu.l.in naue Sauphei.ff.locati.l.quidam teſtamento.§.ſi tibi.de leg.1. Tradit Bart. in.l. quod te mihi.nu.4.ff.ſi cert.peta.cuius opinionem aſſerunt ibi cõmuniter receptã Alex.Iaſ.Deci.& Ripa. Et ſi res eſſent diſtractæ, non poſſet alienatio reuocari.argum.l.ijs ſolis.C.de reuoc.don. nec filius teneretur, niſi quatenus ex prætio effectus eſt locupletior.argumento.l. ſi poſſeſſor.§. ait Senatus de peti.

hæred.

hæred. Imo etiam ſi donatio conſiſteret in quantitate, quæ eſſet amiſſa, non teneretur filius. Quamuis enim caſus (etiam fortuitus) non liberet debitorem quantitatis. l. incendium. C. ſi certum pet. filius non eſt in hoc debitor, ſed fuit verus rerum dominus. Et cum bonæ fidei poſſeſſor non conueniatur, niſi in quantum factus eſt locupletior. l. item veniunt. §. petitam. cũ ſequentibus. l. ſi poſſeſſor. §. reſtituere, cum alijs. §§. & legibus ſequentibus, maximè. l. vtrum. ff. de petit. hæred. â fortiori rei dominus. Prout videmus in donatione inter virum & vxorem, quæ eſt debilior, & ſolum reuocatur in quantum donatarius effectus eſt locupletior. l. ſi ſponſus. §. conceſſa. ff. de donat. inter virum. Et quamuis in datis pro legitima, filius, qui conſumpſit teneatur de culpa, vt adhuc conferat tanto minus recipiẽdo, nec pater teneatur iterum legitimam aſsignare, vt in dict.

39 authent. quod locum, & ſupradictum eſt:* ad impediẽdam tamen repetitionem per querelam, non ſolum in datis pro tertio & quinto. ſed etiam in datis pro legitima, licèt non excuſaret conſumptio per dolum. argum. l. etiam. §. item ſiquis ff. de petit. hæred. excuſaret tamen conſumptio, etiã per culpam. Quia quamuis filius conſumpſerit abutendo, non teneretur, dum re ſua ſe abuti putat. argum. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. eo. tit. Cũ potius debuit præſumere augmentum bonorum patris. l. ſi defunctus. C. arbitri. tute. l. cura. §. deficientium, de muneri. & honor. quam ſuſpicari diminutionẽ & ſperare caſum aduerſum. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbor.

40 Vt autem articulus plenius percipiatur, ſic poteſt diſtingui. Quia aut res donatæ, & patrimonium patris in eodem ſtatu tempore mortis permanſerunt, aut non. Si permanſerunt, res eſt clara: & nihil refert, vtro tempore fiat æſtimatio. Aut non. Et tunc, ſi quidem patrimonium in eodem ſtatu permanſit, aut etiam fuit auctum, res autẽ donatæ fuerunt diminutæ: attenditur valor tempore donationis, etiam ſi fuiſſent datæ inæſtimatæ, & etiam ſi eſſent diminutæ, aut etiam conſumptæ ſine culpa: idquè propter legitimas filiorum, vt dictum eſt. Si autem è contrario, res donatæ in eodem valore permanſerunt, patrimonium autem fuit diminutum, aut etiam conſumptum: ita, quod donatio reſultat inofficioſa, nec poteſt intra tertium & quintum bonorum temporis mortis contineri: exceſſus deſeruiret pro legitima meliorati: aut ſi

 adhuc

adhuc ſuperſit, reuocaretur pro legitima aliorum, in partitione, aut per querelam, ex ratione huius text. Si autem vtrunque eſt diminutum: Tunc in patrimonio attenderetur tempus mortis, ex hoc text. in melioratione vero attenderetur tempus donationis, quantum ad metiẽdas legitimas, & verum tertium & quintum, ex ratione text. in dict. authent. vnde ſi parens. Et quamuis filius teneretur conſumpta ex melioratione imputare prius in tertium, & quintum, propter legitimas filiorũ, ex eadem ratione, & reſiduum, quod extaret, ſumere pro ſua legitima: ſi quid tamẽ amplius eſſet pro legitimis aliorum per querelam reuocandum, quod eſſet conſumptum: attenderetur ea conſumptio, etiam per culpam: vt filius non teneretur, vt dictum eſt. Quod ſi id, quod ex melioratione reſtat, non ſufficit pro huius legitima: reliquũ ſuppleretur ex bonis patris. Quod ſi data pro melioratione eſſent in totum conſumpta, tunc filius non ſolum non teneretur fratribus aliquid impertiri: ſed etiam ipſi deberetur ſua legitima, ex bonis patris relictis tempore mortis. Et quamuis ad euitandam querelam, ſufficeret conſumptio citra dolum, etiam aliàs culpabilis: ad petendam tamen legitimam neceſſum eſt in conſumptione non interueniſſe culpam, vt in dict. authen. quod locum. Nam cum primũ data pro tertio & quinto deſierunt eſſe melioratio propter diminutionem patrimonij, & cœperunt ſortiri vices legitimæ: cæpit etiam filius teneri de culpa, pater autem ad conſeruandum, & reſartiendum amiſſa citra culpam, vt dictum eſt.

Ex quibus infertur, quod ſi in datis pro legitima ceſſaret in patre obligatio conſeruandi, vt quia nõ teneretur redotare, aut iterum legitimam aſsignare: quod æſtimatio rerum attenderetur in collatione ſecundùm tempus donationis, quamuis tẽpore mortis reperiretur etiam ſine culpa diminutus, aut res etiam interijſſent: & per conſequens, tempore mortis non attenderetur augmentum ex ratione dict. l. ſecundum naturam, & ſic à tempore, quo in filium tranſiuit rerum dominium, trã-
41 ſeat etiam periculum & commodum.* Et poteſt poni exemplum, quando filius vel filia eſſent aliàs diuites, & haberent vnde ſuplerent dotem, aut legitimam, etiam ſine culpa deperditam. Eſt enim in hoc obligatio parentis ſubſidiaria, vt patet in perditis per culpam, in quibus ceſſat obligatio parentis, vt in dict. authent. quod locum, quaſi filius teneatur prius ad

cuſtodiã

cuſtodiam: eodem modo in perditis, aut diminutis ſine culpa, tunc demum pater teneatur ſuplere, quando filius non eſſet ad id idoneus, & ſufficiens. Nam quamuis in prima conſtitutione dotis non conſiderentur diuitiæ filiæ. l. fi. C. de dotis promi. vbi notat. Bal. & Ang. & eſt communis opinio ſecundùm Ripam in. l. 1. num. 54. ff. ſolut. matrim. & Couar. in. 4. 2. part. c. 3. §. 8. num. 8. & probatur in. l. 8. tit. 11. part. 4. Et eodem modo non cõſiderentur in debito legitimæ, in qua filius eſt quaſi creditor ſecundùm gloſ. in. l. 3. C. de iuris & facti igno. Et in hoc differat debitum dotis, ſeu legitimę à debito alimentorum, quę non debentur filio diuiti. l. ſi quis à liberis. §. ſed & ſi filius. ff. de liber. agno. vbi latè probat Ant. Lara. poſt Couarr. in. 4. 2. par. c. 8. §. 6. num. 9. qui alios referunt: In obligatione tamẽ ad redotandum, ſeu ad iterandam legitimam, ſeu etiam ſuplendã, etiam ſine culpa perditam, aut diminutam, non male arguemus ab alimentis ad dotem, prout aliàs gloſ. in. l. ob æs. C. de præd. mino. & etiam ad legitimam, quæ debetur ratione alimentorũ, authentico de trien. & ſemi. §. 1. ſecundùm Cyn. in. l. Sãcimus. C. de nup. vt quemadmodũ pater non tenetur alere filium diuitem, ita nec redotare, aut iterare legitimã. Quãuis enim obligatio patris ad conſeruandã dotem, ſeu legitimam, pendeat ab eadẽ obligatione paterna, quã habet ad dotandũ, ſeu alendũ: quia tamen prima prouenit ab officio iudicis, vt in d. l. ſi quis à liberis, in princip. & in. l. qui liberos. de ritu nup. vbi not. Bal. & Salic. & officium iudicis conſiſtit in ſola æquitate. l. fin. de peti. hæredi. l. quod ſi epheſi in fine. de eo quod certo loco: illa æquitas ceſſat in redotando filiam diuitem, vel etiam in iteranda legitima filio diuiti: imò vrget per contrarium propter fauorem aliorum filiorum. Quibus conſequens eſt, vt ceſſante obligatione parentis, periculum donationis pro legitima pertineat ad filium, & ſic etiam augmentum, & commodum: & in collatione attendatur ſtatus, & ęſtimatio, quam res habebant tempore donationis.

Sed hoc procedet, quando donatio conſiſteret in genere, aut quãtitate, quæ perire non poſſunt. l. incẽdiũ. C. ſi cert. pet. aut etiam in ſpecie ęſtimata. Quãuis enim æſtimatio in datis pro legitima non transferat periculum in filium, propter naturam negotij, & obligationẽ parẽtis, vt dictũ eſt: quia tamẽ ea obligatio eſt ſubſidiaria, trãsferret in filiũ diuitẽ, & aliàs ſufficiẽtẽ:

vt ſolet.l.quoties.C.de iure dotium.cum alijs. Si tamen donatio cõſiſteret in ſpecie inæſtimata, quæ extaret: cum obligatio collationis ad eam ſolam referatur, vt latè probat Cagno.in l.ſi emancipati.nam.3.C.de collat. filius (etiam diues) ſatisfaceret eam conferendo, aut æſtimationem ſecundùm tempus mortis. Cum æſtimatio (quæ ex æquitate, & ob faciliorẽ collationem ſubrogatur loco rei.l.1.§. iubet.verſic. ſed & ſi tantũ. ff.de coll.bonor.ſecundùm Iaſ.in.l.filiæ licet.nu.10.C. eod. & Molin.in conſuet.Pariſ.§.125.& in additio. ad Decium in. l. ſi donatione. in fin.C.eod.) attendatur eo caſu ſecundùm tempus, quo res ipſa poteſt cõferri.l.ſi hæc res.l.Titię textores.§.fi. l.filius fam l.§.fin.de leg. 1. Etiam ſi valor decreuerit, citra culpam tamen: cum teneatur ſimiliter conferre etiam auctã ſine induſtria, vt dictum eſt. Et hæc mihi vera videntur, quamuis Mieres primoge.1.part. q.52.non diſtinxerit inter meliorationem, & legitimam. Et quamuis Ayora partitionũ.1.part. num.10.quæſt.4.ſcripſerit, æſtimationẽ rei datæ in dotẽ, ſeu donationem propter nuptias eſſe in collatione cõſiderandã ſecundùm tempus donationis, & non mortis. Quæ opinio quãuis vera ſit quando res diminuta eſt culpa filij, vel aucta per eius induſtriam: ſi tamen fuiſſet diminuta ſine culpa, vel aucta ſine induſtria: verius videtur attẽdendum tempus mortis propter obligationem parentis circa conſeruandam dotem: niſi ea obligatio ceſſaret, vt dictum eſt.

42 Ex quibus etiam infertur in propoſito huius text.quòd ſi data pro legitima eſſent in collatione diminuta, aut etiã amiſſa citra culpam: Quemadmodum ea diminutio nocet legitimis aliorum ſecundùm tempus mortis: ita etiam nocebit meliorationi tertij & quinti, quamuis præcedenti, & irreuocabili: ex ratione huius text. & eorum, quæ ſupra dicta ſunt: propter obligationem parentis ad conſeruandum. Qui conſumpta ſine culpa filij (tanquam æs alienum) tenetur reſarcire. Et ſic diminuunt patrimonium ſecundùm tempus mortis, quod attẽdi præcipitur ex hoc text.

43 Vltimo ex deciſione huius legis infert Tello in.l.22. Tauri. quòd non ſolum in donationibus ob cauſam excedentibus legitimam ſummam nõ requiritur inſinuatio, ex doctrina Barr. in.l.1.& in.l.Modeſtinus, & in.l. Aquilius. ff.de donat. quem ſequuntur plures quos refert Anton.Gabr.lib. 3. tit. de donat. concluſio-

concluſione. 1. num.62.& eſt cômunis opinio ſecundùm Socin.conſil.77.num.152.lib.1.& Iuli.Clar.lib.4.§.donatio. q.
44 16.verſi.fin.* Sed etiam in ſimplicibus donationibus,ſeu meliorationibus, licèt irreuocabilibus,quas parentes faciunt, vel promittunt facere vni ex filijs. Non ſolum ſi fiant in quota bonorum,ſed etiam in re certa. Nam cum hæc ad tertium & quintum,vt in.l.10.infra.& iſtud ad tempus mortis referatur, vt hic: & exinde ſit incertum,cuius quantitatis ſit futura donatio: requiri non debet inſinuatio: cum non conſtet,an ſit exceſſura legitimam ſummã, vel non. Ex text in. l. Sancimus. §.ſi quis autem talem.C.de donat. Per quem credit hanc eſſe meram veritatem. Concluditq́;, quòd cum à principio donatio non requirat inſinuationem: nec etiam requiret tempore mortis, licet tunc conſtet excedere legitimam ſummam.Cum eotempore iam non ſit perſona, per quam poſsit inſinuari: Cum hoc ad donatorem ſpectet,non ad donatarium. Secundũ Bald.in.l.in hac.C.de donat. Aretin.conſil.125.2.dubio. Corne.conſil.79.lib.2.& conſil.99.lib.4. Rimin.in.§. 1. de donat. num.521. Et eandem Tellij opinionem in omnibus ſequitur Matien.hîc gloſ.3.num.2.

Sed contrarium ſine dubio tutius eſt,& in puncto iuris videtur mihi verius.Nam cum donatio inter patrem & filium, etiam reuocabilis,& quæ ſolet æquiparari legatis,& donationi cauſa mortis,vt diximus in.l.1.ſupra.gloſ.1.& eo argumento non debebat requirere inſinuationem.l.fin.C.de donat.cauſa mort.adhuc inſinuationem requirit.l.donationes quas parentes.C.de donat.inter virum.vt diximus in d.gloſ.1.nu. 13. non debet contrarium ſtatui in donatione irreuocabili, in qua vrget magis ratio inſinuationis.Quæ,Iure Regio, generaliter in omni donatione excedẽte leg timam ſummam requiritur. l.9.tit.4.part.5.quod non reperitur correctum, nec immutatũ. Nõ obſtat,quòd donatio referatur ad tempus mortis,& ex tali relatione ſit poſsib.le,quòd non excedat legitimam ſummam. Quia ſatis eſt,quòd à principio donatio ſit exceſsiua, ad hoc,vt ſit inſinuanda, aliàs non valeat, vt in d. l. paritæ: vel non poſsit morte confirmari, vt in dicta.l. donationes quas parentes.

45 Nec text.in dict.§.ſi quis autem talem (qui ſingularis eſt,& alibi non reperitur ſecundũ Bal.ibi,) à ſuo caſu extrahi debet.

Nam licet probet, quòd ſi quis promiſsit dare quotanis Titio certam quantitatem (quæ perſe inſinuatione non indigeret) quouſque vterque viuat: ita, quòd cuiuſuis morte ſolutio ceſſet, donatio inſinuatione non eget: Quia poſsibile eſt, quòd quiuis eorum moriatur intra annum, & ex donatione reſultet permiſſa quantitatis: Amplius etiam probat (ſecundũ Salic.) quòd ſi in eadem ſpecie ſit facta mentio hæredum alterutrius (puta, promito pro me, & meis hæredibus tibi quouſque viuas: vel promito quo ad vixero, tibi tuiſque hæredibus) tunc donatio exceſsiua præſumittur, & inſinuatione eget. Et licet in primo caſu pro Telho faciat, in hoc ſecundo contra eum vrget. Nam etiam hic poſsibile eſt, quòd is cuius vita finiri debet promiſsio, intra annum moriatur, & tamen donatio inſinuatiône eget. Voluit autem Iuſtin. ibi, concordia illa decidere Iuris conſultorum varias ſententias, circa ſimilem promiſsionem. Et ex veriſimiliori coniectura, decreuit: vt in primo caſu, donatio non indigeret inſinuatione, quia eius duratio altero ex duobus extinctis finiri debebat: ſecus in ſecundo. Quia cum vna tantum via finiri deberet, aliquid amplius durationis habere videbatur. Ac proinde prior ſumma quotanis ſoluenda, ex durabiliori iteratione, facilius ſperabatur excedere legitimam ſummam. Sed hæc ad noſtram materiam aplicabilia non ſunt: & ſi aplicari debent, facilius adaptantur ad caſum, quo inſinuatio neceſſaria eſt, quam ad alterum, quo neceſſaria non eſt. Nam cum in dicto ſecundo caſu, licèt poſsibile ſit illum, cuius vita finiri debet donatio intra annum mori: adhuc donatio (tanquam exceſsiua) indiget inſinuatione: nec ſufficit fragilitas vitæ vnius ad præſumendum contrarium. Per conſequens in noſtro caſu, donatio, quę â principio eſt exceſsiua, inſinuanda eſt: licet ſuccedere poſſit, quòd patris facultates minuantur. Imò & fragilior eſt vita hominis ad præſumendum, quòd citius deficiet, argumento text. in l. ſi te minorem. C. de in integ. reſtit. Bar. in l. ſi quidem. ſolut. matrimon. quam diuitiæ vnius, vt caſu perdantur. l. ſi defunctus. C. arbi. tute. l. cura. §. deficientium. de mune. & honor. tradit Curtius conſil. fin. num. 3. & Decius in. l. fin. C. de pactis. num. 34.

46 Aprius ex illo text. in dicto. §. ſi quis autem talem, intellexit poſſe colligi Molin. libr. 2. primogen. cap. 8. numero. 20. quòd

quòd in maioratu facto per donationem, cuius fructus non excedunt quotanis ſummam quingentorum ſolidorum, non requiritur inſinuatio, etiam ſi valor totius donationis multò plus valeat. Ex ratione illius text. quòd ſit poſsibile donatarium mori: ita, quòd nec vno anno fruatur. Et licèt videatur, quòd ille textus in ſecundo caſu, quando eſt facta mentio hæredum, requirat inſinuationem, & per conſequens debeat requiri in hoc maioratu, in quo non ſolum vocantur hæredes primi donatarij, ſed etiam vlterio-
47 res. * Poteſt reſponderi, vocationem, & ſucceſsionem hæredum in maioratu perpetuo eſſe diſtinctas donationes reſpectu cuiuſcumque perſonæ vocatæ: ita, vt ſucceſſor in maioratu ſuccedat ex noua donatione concepta in ſua propria perſona, non autem ex iure à prædeceſſore tranmiſſo. Vt declarat Paul. in.l.ſi pecuniam. numero. 1 1.ff.de condit. ob cauſam. Roderic. in.l.quoniam in prioribus, in declarat.legis Regni quæſtione.8.numero.6. Et plures alij quos ad longum recenſet idem Molin. libr.1.cap. 1.numero. 17. Atquè ita in prima donatione maioratus, non debet attendi ſucceſsio ſequentis, adhoc, vt ſit neceſſaria inſinuatio: cum tanquam donatio diuerſa non augeat durationem primæ, ex ratione textus in dicto. §.ſi quis autem. Sed ad huc, ex alio capite, ea inductio non quadrat. Nam in ſumma promiſſa quotanis: ea ſola, aut ſaltim ius percipien-
48 di, poteſt conſiderari, quoad inſinuationem. * In donatione tamen maioratus, non ſolum reditus quotanis, ſed & prædia ipſa, ex quibus ſunt percipiendi, compræhenduntur in donatione: vt eorum æſtimatio ſit attendenda, in inſinuatione. Eorum enim fit dominus donatarius, quamuis reſtituere iuſſus, & alienare prohibitus. Hæc enim non impediunt, quim poſſeſſor maioratus fiat verus rerum dominus.l. non ideò minus ff.de rei vendication.l. fin. C. communia de legat. Et probat in ſimili.l.fin.ff.de vſufruct.earum rerum, &.l.ſpecies.de auro & argen. legat. vbi onus reſtituendi poſt mortem non tollit in vita nomen domini, quamuis res nomine vſusfructus concedatur. Explicat Paul. in. l. Titia cum teſtamento.§.fin.de legatis.2. Alciatus in. l. rectè dicimus.de verborum ſignificatione. Et in maioratu reſoluit

Gomez.

Gomez in.l.40.Tauri.num.75.& Pincl.in. l. 1. de bonis ma-ter.2.part.num.5.

Sed quamuis hoc fundamentum,& inductio d.§.ſi quis autem.ceſſet: ex alij tamen opinio Molinæ generalius in omni maioratu vera eſt,prout ipſe probat dict.cap.8.ex numer. 14. Inter quæ,illud eſt notabile,quòd conſtitutio maioratus, propter adiecta grauamina, cenſetur quædam donatio ob cauſam, quæ non requirat inſinuationem. l. Aquilius. ff. de donat. vbi notat gloſſ. verb. non meram.& Bart.num. 3. & alij

49 plures quos refert Molin.. * Et liceat videatur, quòd iſta donatio ob cauſam, in qua non eſſet neceſſaria inſinuatio, debeat eſſe ob cauſam neceſſariam,ob quam, ſcilicet,donans poſſet compelli, vt in materia collationis notant Paul. numer. 10. Alexand.num.5. Decius.num.26.& alij communiter in. l. vt liberis.C. de collat. Tamen in eo eſt notat. deciſio iſta, vt ſufficiat, ſi donatio non ſit ſimplex ob merum fauorem donatarij, ſed contineat aliquem alium finem, vel cauſam, vt non ſit inſinuanda. Pro quo multum conducit text. in. l. hoc iure.§.fin.ibi.*Deniquè Pegaſus, &c.* ff.de donat. vbi propter adiectum grauamen portandi nomen,donatio non dicitur mera, ſed ob cauſam. Et hoc ipſum tradunt Fab.in.§.idem eſt ſi quis. inſtit.de action.in princip.Oldrad.conſil.5.in fine. Riminal. in.§.1.de donat.num.61.&.65.Tiraquel.in.l.ſi vnquam.verbo, donatione largitus. num.123. Aymon conſil.85. num.2. Et hac ratione moti Decius conſil.414.num.14.&Bertrand. conſil.1.num.21. & conſil.227. num.10.& conſil. 246. numer.7.volum.2.tenuerunt in donatione ob cauſam oneroſam matrimonij cum tertio, non eſſe neceſſariam inſinuationem. Et hanc eſſe cõmunem opinionem teſtatur Riminald. vbi ſupra.num.494.Et hoc ſummo iure.Quia etiam ſi vellimus arguere ex illa ratione,ꝙ iſta non ſit donatio neceſſaria,ob quam pater poſsit compelli: ſufficit tamen cauſa oneroſa tertij prætendentis intereſſe,vt eius ſaltim reſpectu, donatio non poſsit

50 infringi, ob defectum inſinuationis. * Argumento donationis propter numptias, in qua licèt ſoleat requiri inſinuatio. l. fin. §. ſimiliq; modo. C. de iure dotium.l.fin. C. de donation. ante nupt. reſpectu tamen mulieris, quæ inde prætendit intereſſe, donatio propter nuptias facta marito vtilis eſt,etiam non inſinuata. authentica eo de curſum. C. de donatione.

ante

ante nupt.ibi. *Hoc quantum ad mulierem.* Vbi notat gloſſ. & Salic. Et licèt iſta donatio ob cauſam oneroſam matrimonij habeat diuerſos effectus,quam donatio propter nuptias antiqua,etiam quo ad inſinuationem,vt dicemus in.l.9.infra, gloſſ.3.ex numer. 14. non eſt incongruum argumentum adhoc, vt propter fauorem tertij prætendentis intereſſe, ſuſtineatur etiam non inſinuata.

GLOSSA SECVNDA.

AGitur de valore pacti vt filius contentus legitima ſecundùm bona præſentia non poſsit venire contra teſtamentum. Et an ſimile etiam pactum valeat in melioratione tertij & quinti, vt filius contentus donatione præſenti non poſsit amplius petere.

1 *PActum quòd in melioratione attendantur bona præſentia, & non expectentur futura tempore mortis, an valeat.*

2 *Pactum quòd filius contentus legitima ſecundùm bona præſentia,non poſſit venire contra teſtamentum non valet, firmatur tamen iuramento. num. 3.*

4 *Filius qui ex iuramento excluditur à querela,decreſcentibus patris facultatibus reſtituit fratribus exceſſum legitimæ quam recepit, habito reſpectu ad tempus mortis.*

5 *Filius melioratus,qui accepit meliorationem ſecundùm bona præſentia, ea lege quòd ratione tertij & quinti amplius petere non poſſet, excluditur, etiamſi patris facultates creuerint.*

6 *Donatio,quæ tempore mortis reperitur inofficioſa propter diminutionem bonorum patris,reuocatur in exceſſu,licèt fuerit ſoluta ſecundùm bona præſentia, cum renuntiatione huius legis.*

1 YNo *al tiempo que ſe hizo la dicha mejoria.* Tello hîc. num. 4. & in.l.25.Tauri.numer.3.verſic.ad primum limitat deciſsionem huius text.vt non procedat,ſi huic legi ſit renuntiatum per donatorem,& donatarium. Tunc enim exiſtimat renuntiationem valere, vt attendatur tempus præſens,& non ſpectetur futurum.Mouetur duabus rationibus. Prima, quòd tempore renuntiationis non conſtat cuius fauore, vel odio impediatur reductio ad tempus mortis; propter incertitudinem

tudinem, an bona futura ſint receptura augmentum, vel paſſura diminutionem. Atq; ita tanquam negotium, quod non habet partem certam, & poſsit vtrique prodeſſe, vel nocere, poſſit per pactum, & renuntiationem præueniri. Argum. l. de fideicōmiſſo. C. de tranſactio. Vt vel ſic, cui auctis bonis, debebat & melioratio augeri, non augeatur: nec per contrarium, bonis diminutis, diminuatur.

Secundò mouetur argumento legitimæ, in qua dicit hoc ipſum obſeruari: vt poſsit in vita filio aſsignari ſecundùm bona præſentia, cum pacto, quòd eam habeat, & contra teſtamentum venire non poſsit. Quo caſu aſsignatio valet: nec creſcentibus, vel decreſcentibus patris facultatibus, augeri, vel minui poteſt. Vt tenet Iacob. Butri. in l. pactum. C. de co. lat. Cuius opinionem ſic referunt, & ſequuntur, & dicunt communem Paul. numer. 9. & Iaſ. num. 27. in authent. res quæ. C. commu. de legat. Alexand. num. 9. in dict. l. pactum, & bi Roman. numer. 12. Angel. colum. fin. Imol. col. 3. & Roman. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 21. & 22. de verbor. Geor. Natam in cap. quamuis pactum, colum. 2. verſic. Tertio fallit. de pactis. Curtius ſeni. conſil. fin. Bened. in c. Raynuntius, verb. *Duas habens filias*. num. 242. Grāmat. deciſi. 57. num. 34. Et alij plures, quos hic Tello refert, & ſequitur. Vbi hanc opinionem latè fundat ex ijs, quæ nos ſtatim referemus dicentes fundamenta, quæ habuit à Roderic. in l. quoniam in prioribus, in declarat. l. Regni. limitat. 4. num. 2. & ſeq. vbi defendit etiam hanc opinionem.

2 In primis quod ad legitimam attinet, opinio Iacob. Butri. vera non eſt, & contrarium ſaniori inditio tenuerunt, & dicunt communem Bald. in cap. cum M. de conſtit. numer. 15. vbi Ripa. numer. 38. Paul. numer. 5. & Vincen. colum. 4. in l. in ratione. ff. ad l. Falcid. vbi etiam Alexand. Iaſ in l. ſi quando. §. 1. C. de inoffic. teſtamen. & in authen. nouiſsima. num. 9. eod. tit. Caſſan. in conſuet. Burgun. rubric. 7. §. 2. verb. *Du traſpaſſe*. num. 6. Et alij quam plures, quos referunt, & ſequuntur Couarru. in dict. cap. quamuis pactum. 3. part. §. 1. numer. 2. Minchac de ſucceſ creat. §. 20. num. 291. & Marcen. l. ic gloſ. 2. num. 6. Ex text. qui aperte decidit in dict. l. ſi quando. §. illud, & §. & generaliter. C. de inoffic. teſtament. Nam cum legima debeatur filio ſecundùm tempus mortis. l. cum quæritur. eodem

eodem tit. ex pacto hoc immutari non poteſt, quod circa ius ſucceſsionis inutile eſt.l.pactum quod dotali. C. de pactis, & filios ad paterna obſequia meritis potius, quam pactionibus aſtringendos eſſe,conſuluit Papin.relatus à Iuſtin. in dict. §.illud. Neque adhunc text. ſatisfacit contrariæ partis reſponſio, quòd ibi non fuit ſoluta integra legitima. Quia hoc ſatis vrgeret, vt ſupletio fieret ſecundùm tempus aſsignationis: ſed non adhoc, vt non attenderetur tempus mortis. Nam ſi aſsignatio valeret ſecundùm bona præſentia, potius deberet confirmari per receptionem ſpontaneam partis, argumento. l. ſi cui res.de legat.2. Quia tamen non valet, propter pactum, quod improbatum eſt,etiam ſi plus legitima ſolueretur: merito,eo non obſtante,attenditur tempus mortis,vt aduertit Mincha.vbi ſupra.§.17.num. 16.

Non obſtat, quòd in hoc caſu, filius non excludatur ex vi pacti,quod improbatum eſt,ſed ex vi ſolutionis receptæ: cum pater in vita libere poſsit filio legitimam aſsignare ſecundùm valorem bonorum præſentium. Et ſic,hoc non eſt pactum de non ſuccedendo, ſed anticipata ſolutio eius, quod ſibi debetur tempore mortis.In quo nec filius,nec alij fratres,in aliquo prę grauantur. Quia cum ſucceſſus habeat ſe ad eſſe, vel non eſſe:ex actu de præſenti non poteſt conſiderari fauor, vel damnum, dict.l.de fideicommiſſo. Nam fundamentum in parte leue eſt, in parte falſum. Nam quando facultates in eodem ſtatu permanſſerunt, fateri poſſet filium excludi,non ex vi pacti,quod etiam tunc improbatum eſt, ſed quia iam habet quod petere poteſt,& in hūc ſenſum vera eſt opinio Iacob.Butri.& ſequatium. Cæterum ſi facultates immutatæ ſint:iam filio non ſoluitur in vita, quod re vera habiturus erat in morte: ſed pacto, & traſactione, incertum ſolutionis tempore mortis certificatur ſecundùm bona præſentia. Et ſic non tam ſolutio, quam pactum in tali aſsignatione verſatur.Quod cum reprobatum ſit, ſuſtineri non poteſt ex eo, quòd ſucceſſus poſsit ſe habere pro,& contra.Nā quamuis hoc in fauorē aliorū fratrū poſſet cōſiderari,quibus pactū vtile eſt,vt renūtians(à quo Iure cōi reuocari non poterat donatio,quæ à principio non fuit inofficioſa, etiā diminutis poſtea bonis patris, iuxta cōem opinionē.de qua in.l.1.C.de inof.don.) ligaretur pacto,& no poſſet auctis facultatib⁹,ampli⁹ petere;adhuc lex pactū improbauit

tanquam

tanquam reſpiciens futuram ſucceſsionem, & tanquam damnoſum filio, cùm à principio veriſimilior ſit cōiectura augmēti in patrimonio patris. l. ſi defunctus. C. arbit. tute. quam diminutionis, & aduerſæ fortunę. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbor. Quod & ius regium hinc, & inde, adęquauit ſtatuēs donationē, quāuis à principio validam, & non inofficioſam, poſſe reuocari ſi propter diminutionem bonorum tempore mortis inofficioſa facta ſit, vt hîc, & in. l. 3. tit. 8. infra. Vt ſic annullato pacto reſpicienti futuram ſucceſsionem, par ſit omnium filiorum ſpes augmenti, & timor diminutionis ante mortem patris.

Minus obſtat tex. in. l. cum quo de peculio. §. fin. ad. l. Falcid. Quia non loquitur inter filios. Et ibi idem ſolutum eſt in vita, quod pro quarta debebat hęredi poſt mortem pertinere. Nec facultates teſtatoris creuerunt, nec pactum in ſolutione interuenit. Et licèt interueniſſet: procedit in quarta falcidia, cui licet legitima æquiparetur. l. Papi. §. quarta. de inoffic. teſtam. tamē in ea non reperitur prohibitum pactum inter teſtatorē & hęredē: cū & in totū hodie prohiberi poſsit falcidia. auth. ſed cū teſtator. C. ad. l. Falcid. Minus obſtat. l. 1. §. ſi parens. ff. ſi quis à parente fuer. manu. Quia idem dico. ex glo. ibi. cōmuniter recepta ſecūdū Gomez. in. l. 22. Tau. n. 3. Vel reſpōdeo, vt per Minc. vbi ſuprà. Qui etiā reſpōdet ad tx. in. d. l. Papi. §. ſi quis mortis. & in. l. ſed ſi non mortis. ff. de inof. teſt. Minus obſtat argumentū, quod Tello adducit de dote, cuius inofficioſitas regulatur ſecundum tempus aſsignationis, vt decreſcentibus poſtmodū patris facultatibus, alij filij non reuocent, vt diximus in gl. præcedenti. n. 23. Quia illud fabore matrimonij, propter cauſam oneroſam mariti, ex priuilegio. introductum eſt.

Reſoluo igitur, quòd ſolutio, vel aſsignatio legitimæ, non obſtante quouis pacto, regulari debet ſecundum tempus mortis ex dicta. l. cùm quæritur, iuncto dicto. §. illud. & dicto. §. & generaliter. *
5 Niſi & pactū iuramento confirmatum ſit, vt in dicto cap. quamuis pactum, & agnoſcunt Alexander. Corneus. Iaſ. Decius in dicta. l. pactum dotali. C. de collation. Paulus, & Alexander in. l. in quantitate. ff. ad. l. Falcidi. Grammatic. deciſsion. 57. numero. 30. Aymon. conſil. 114. num. 16. & eſt communis opinio ſecundum Molin. ad Alexander. conſi. 180. libr. 5. & ſecundum Couarru. vbi ſuprà. Et tunc ex iuramento

filius

filius ligabitur, vt creſcentibus patris facultatibus amplius nō
4 petat.* Verum eis decreſcentibus alij filij libere, iure Regio, donationem, ſeu aſsignationem inofficioſam reuocabunt. Quia ex pacto, quantumcunquè iurato, cui ipſi non conſenſerunt, ſibi generari præiuditium non potuit. l. filius paciſcendo. C. de pactis. l. nequè filius. C. de rebus creditis, vbi gloſſ. final. plura adducit. Et notat gloſ. 1. in cap. ſi diligenti. de foro comp. & gloſ. fin. per text. ibi. in cap. cum contingat. de iure iurand. & notat Bart. in. l. Titia Seio. §. imperator. nu. 5. de leg. 2. Bald. nu. 5. in. l. 1. C. de inof. donat. & alij quos citat Molin. lib. 4. primogen. cap. 2. nu. 83. in fin.

Et ſecundum hanc formam, quæ in renuntiatione legitimæ obſeruatur, & ex dicta communi opinione veriſsima eſt, debet etiam neceſſario adaptari noſtra quæſtio ad meliorationē. Quæ cum ſemper habeat reſpectū ad legitimas, ita negotium dirigēdum eſt, ne ipſis fiat præiuditium. Cum hæc ſit vera ratio noſtri tx. fauor, ſcilicet, & defenſio legitimarū aliorum filiorum, quidquid Tell. exiſtimauerit legem ad nullius fauorem reſpexiſſe, ſed ſolū caſum dubium decidiſſe. Quo circa, quamuis renūtiatio in legitima, & melioratione differant, quantum ad damnum filij: cùm in legitima filio renuntiatio non noceat, quim auctis patris facultatibus, poſsit agere ad ſuplementum, niſi ad
5 eſſet iuramentum vt dictum eſt.* In melioratione tamē (cum ea legitima non ſit, nec pater compellatur integrum tertiū & quintum donare) valebit quidem pactum, & renuntiatio: vt filius contentus donatione pręſenti, creſcentibus patris facultatibus, ratione tertij & quinti amplius petere non poſsit. Et ad hoc non eſt neceſſarium iuramentum, ſed nequè aliqua renuntiatio aut pactum: cum ſufficiat ſola voluntas patris tempore donationis, ſecundum Mati. hic glo. 2. in fine. Cum & verius & iuri conformius eſſet, hāc voluntatem, & declarationem potius eſſe neceſſariam ad hoc, vt donatio quotæ reciperet augmentum ex bonis futuris, & in dubio ſolum contineret præſentia, vt dice-
6 bamus in gl. præcedēti. n. 29.* Cęterùm quantum ad cōmodū filij, & damnum aliorū filiorū, ſupra dicta cōmunis opinio in legitima neceſſario trahit ſecum meliorationem, vt iiſdem regulis ſubiaceat. Vnde quemadmodum aſsignatio legitimę ſecūdum bona pręſentia (quantumuis filius receperit, & iurauerit) non nocet alijs filiis, quim decreſcentibus patris facultatibus,

poſsint iure Regio, ratione ſuarum legitimarum, aſsignationem reuocare, quæ tempore mortis reperitur inofficioſa, vt ſupra dictum eſt, non obſtante pacto (etiam iurato) cui ipſi non conſenſerunt. d. l. filius paciſcendo cum alijs: Eodem modo ſolutio meliorationis, ſecundum bona præſentia (non obſtante quouis pacto & iuramento, cui alij filij non conſenſerint) eis non obſtabit, quim ſi patris facultates decreuerint, poſsint meliorationem, quæ tẽpore mortis inofficioſa reperitur, reuocare.

Non obſtat fũdamentum Tellij ſupra relatum, ſumptum ex. d. l. de fideicommiſſo. Quoniam (prout aduertunt Iaſ. Dec. Rimin. & alij, quos refert ibi Alcia. numero. 2.) ille text. non procedit, quoties ex veriſimili coniectura incertitudo potius dirigitur ad damnum vnius, quam alterius, ex. l. verum. §. ſciẽdum. verſic. ſi locupleti. ff. de mino. Quam doctrinam ad propoſitum adducit Moli. lib. 4. c. 2. nu. 83. in fine. aduerſus hoc argumentum Tellij. Cũ hoc caſu, de quo agimus, incertitudo potius dirigatur ad damnum aliorum filiorum, quos poſsibile eſt omni ſua legitima fraudari, ſi pater nulla alia bona reliquerit, quam ad damnum meliorati, qui ex pacto in omnem euentum ſit habiturus meliorationem, ſecundum bona pręſentia. Vt vel ſic, pactum cui ipſi non conſenſerunt, imò & iurarunt (quod requireretur) ipſis non noceat. Et hæc opinio poſt huius operis primam æditionem placuit etiam Guterio. libr. 2. practic. quæſtione. 60.

L E X   O C T A V A.

QVando el teſtamento ſe rompiere, ò anulare,[1] por cauſa de preterícion, ò exheredacion: en el qual huuiere mejoria de tercio, ò quinto: no por eſſo ſe rompa, ni menos dexe de valer el dicho tercio è quinto,[2] como ſi el dicho teſtamento no ſe rompieſſe.

GLOS-

GLOSSA PRIMA.

QVod melioratio conſeruatur rupto teſtamento. Et quando rumpatur ex præte. vel exhæred. Et quid ſi deficiat in ſolemnitate. Et quid ſi teſtamentũ condatur inter liberos. Et quod tale teſtamentum eandem hodie requirit ſolemnitatem, quam inter extraneos.

1 *MElioratio conſeruatur, rupto teſtamento ex cauſa exhæredationis vel præteritionis.*

2 *Teſtamẽtũ quãdo & qualiter rũpatur ex præteritione, vel exhæredatione.*

3 *Teſtamentũ ſi deficiat ex defectu ſolẽnitatis, nõ conſeruatur melioratio.*

4 *Melioratio facta in teſtamẽto imperfecto inter liberos, an valeat.*

5 *Priuilegia patris teſtãtis inter liberos cõpetũt, etiã ſi diuidat inæqualiter.*

6 *Teſtamentum inter liberos nullum hodie habet priuilegium, non ſolum in numero, ſed & in qualitatibus teſtium.*

7 *Teſtamentum in ſcriptis inter liberos eandem ſolemnitatem requirit, quam inter extraneos.*

8 *Codicilli eandem ſolẽnitatem requirunt, quam teſtamentũ nuncupatiuum.*

1 SE *rompiere o anullare.* Rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, melioratio in eo facta non 2 rumpitur, ſed conſeruatur, & eſt. l. 24. Tauri. *Solet autem teſtamentum ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, quãdoque rumpi, quandoque annullari. In quo Bart. in auth. ex cauſa. C. de libe. præte. nu. 12. ponit longam diſtinctionem, quę eſt in omnibus magis cõmuniter recepta per omnes ibi. vt poteſt videri per Corn. qui per mẽbra proſequitur. Et ego dictã diſtinctionẽ ſequor, excepto vno caſu, ſcilicet, in filio in poteſtate præterito, inſerta cauſa legitima. Quo caſu Bart. vult, ꝙ teſtamẽtũ ſit nullũ ipſo iure, valeat tamẽ ꝓbata cauſa. Prout tenuit glo. in auth. de hæred. & falci. §. exhæredatos. verſi. noluit. communiter recepta ſecundũ Corn. vbi ſupra. nu. 75. & Alex. nu. 12. in auth. non licet. C. eo. & Gom. lib. 1. c. 11. nu. 2. Cuius contrariũ videtur verius: Imo, ꝙ tunc teſtamẽtũ mero iure valeat, Vt probat tx. cui hactenus nõ eſt aſsignata iuſta reſpõſio, in authenti. vt cum de appe. cognoſ. §. ſin ergitur. ibi. *ſuam firmitatem.* & in. d. authenti. non licet. ibi. *niſi.* Quibus verbis iura ſignificant, quod probata cauſa inſerta teſtamentum remanet in ſua firmitate: & ſic valuit à principio. Alias ſi eſſet nullum,

hæres ſcriptus non poſſet adire.l. 1. §.fin.ff. ſi tab.teſta. nullæ exta. Neque filius haberet legitimum contradictorem, cum quo litigaret, & intentaret querelam: cum ille, qui non poteſt adire, non cogatur eſſe aduerſarius contra teſtamentum.l. 1. §.denuntiari.ff.de ventre inſpi. Si autem dixeris teſtamentum eſſe in ſuſpenſo, quouſque cauſa inſerta probetur, vel non: eſſet maius inconueniens.l.fin. ff. communia præd. Valet igitur teſtamentum mero iure. & venit reſcindendum per querelam: niſi hæres probet cauſam inſertam eſſe veram. Prout tenuit Salic.in.d.authen.ex cauſa.num.7. Quem licet reprehendat Alexan.in.d.auth.non licet.nu.12.ex eo, quia leges nouæ introductæ in fauorem filiorum, retorquerentur in eorum damnum: Vera eſt opinio Salic. Nec obſtat ratio Alexan. Quia effectus docet contrarium. quod leges nouæ non fuerint in omnibus introductę in fauorē filiorū. Et hāc opinionē Sali. ſequitur Gom. tom. 1.c.11.nu.2.&.3.& comprobatur in.l.10.tit.7.p.6.

Emendato igitur hoc caſu ex Bart. vbi ſupra. remanent exæquata vitia exhæredationis, & præteritionis: & ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis. Et inhærendo literæ tex.in dict.authen.vt cum de appe.cognoſ.§.aliud quoq; cum ſeqq. qui ad illum referuntur: inhęrendo etiam literę tex.in.d.l.Partitæ.collige tres ſequentes concluſiones.

Prima, omnis præteritio, ſiue exhæredatio, in qua cauſa legitima non inſeritur, reddit teſtamentum ipſo iure nullum, indiſtincte. Peccat enim in forma tradita in.d.§.aliud quoque. Et hæc eſt communis opinio ſecundum Curt.nu.42.& Iaſ. num. 18.in.d.auth.ex cauſa.& Iuli.Clar.lib. 3.§. teſtamentū. q.40. verſi.aliquādo enim. Nec refert ſit filius in poteſtate, vel emancipatꝰ, vel ſit facta à linea paterna, vel materna. Quia nulla eſt in hoc differētia, vt dictū eſt, ſecūdū Curt.& Iuli. Clar. verſic. item quæro. Et omnibus competit ius dicendi nullum.

Secūda, omnis præteritio, vel exhæredatio inſerta cauſa legitima, vera, & ꝓbata per hęredē, excludit ꝑteritū, vel exhęredatū, & teſtamētū remanet firmū, vt in dictis iuribus, ſecūdū eoſdē.

Tertia concluſio, omnis præteritio, vel exhęredatio inſerta cauſa legitima, ſed falſa, vel non probata, non redit teſtamentum nullum ipſo iure. Valet enim mero iure, venit tamen reſcindendum, vel per querelam, vel per contra tabulas. Et hæc eſt cōmunis cōcluſio. ſecundū Curt.nu.42. Alex.n.2. Iaſ.n.18. in.d.

in dicta authentic. ex cauſa. Iulium Clarum vbi ſupra. verſic. aut talis. Etiãſi ſit preteritio facta de filio in poteſtate, vt aduerſus Bart. ſupra defendimus.

Et licèt Fulgoſ. num.3. in dict. authen. ex cauſa, quem ſequitur Imol. in. l. filio præterito. num.31. de iniuſto rupto. & Vigliius in rubric. de inoffic. teſtam. nu.3. & Conan. lib.9. cap.16. num.3. teneant, quod etiam in caſu primę concluſionis. cõpetat querela, & eorum opinio poſsit fundari ex traditis ab Igneo in. d. auth. nu.28. & ſequent. verius eſt, quod hodie in hoc ſolo caſu huius tertię concluſionis, detur querela. Prout voluit gloſ. ibi. verb. irritum. ibi. Tu dic ſecundum Ioan. quam ſequũtur omnes ibi, ſecundum Iaſ. in. l. ſi poſthumus. §. fin. num. 5. de liber. & poſth. & Gregor. in. l. 1. verb. *quebrantaſſe.* & in. l. fin. verb. *no es dada* tit. 8. par. 6. Et comprobatur in. d. l. 10. tit. 7. part. 6. Et hæc eſt veritas, & materię reſolutio, in qua faſtidioſè nimis laborant DD. in dict. authen. ex cauſa. & in. d. authen. nõ licet. Fructus inueſtigationis eſt, quem ponit Gomez. vbi ſupra. num.4. & Iulius Clarus. verſi. nequè putes, ſcilicèt, quia ius dicẽdi nullum durat triginta annis, querela vero quinque. l. ſcimus. §. illud. C. de inoffic. teſtam.

3 Procedit autẽ tx. noſter quoties teſtamentũ deficit ex pręteritione, vel exhęredatione: ſi tamen deficeret ex defectu ſolemnitatis probatorię, omnia corruerent. Debet enim teſtamentum vndequaquè perfectum eſſe, vt in eo contenta valeant. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* Ceterum cum melio ratio (de qua agimus) inter liberos fiat, non deſunt, qui dubitarint: an facta in teſtamento imperfecto, quod ſit conditum inter liberos, & ex priuilegio validum. d. §. ex imperfecto. ſit valida, nec ne. Nam Couar. in cap. Rainũtius. §. 1. nu. 3. tenet, quod priuilegia text. in dict. §. ex imperfecto, ſolum procedunt, quã do pater ęqualiter diuidit bona. Allegat pro ſe Rom. conſ. 385. num. 5. Decium in. l. 1. num. 2. C. vnde liber. & conſ. 105. Tiraq. de primogen. quęſt. 4. num. 4. & eſt communis opinio iſta ſecundum Socin. Nepo. conſ. 127. num. 19. & 20. volum. 1. & cõſil. 189. num. 44. vol. 2. Adducit etiam. l. 7. tit. 1. part. 6. quę concordat cũ. d. §. ex imperfecto. & videtur pro hac parte expreſſa, in verſi. *O partieſſe lo ſuyo entre ellos.* Quod in dubio ęqualiter intelligendum eſt, ob mentionem partis. l. nomen filiarum. §. portionis. de verbor. ſignif.

5 Contrarium tenuit Paulus in dict. §. ex imperfecto. & latius in l. hac conſultiſsima. §. at cum humana. numero. 9. C. qui teſta. facere poſſunt. Et late probat Pariſ. conſilio. 34. ex nume. 14. volumine. 2. Et eſt opinio proculdubio magis communis, & verior, ex traditis, & allegatis per Tellum, in l. 3. Tauri. 1. p. nu. 21. & Coſtam, in c. ſi pater. verb. in ſuo teſtamẽto. nu. 2, & . 3. & Manti. lib. 6 tit. 2. nu. 12. Imò, quod pater poterit teſtari inter filios, cum priuilegio illius text. etiam ſi inæqualiter diuidat bona, dummodo legitimam relinquat. Quod etiam magis probat, & communem opinionem dicit Mincha. de ſucce. crea. §. 21. nu. 67. Reiecta ſuperiori opinione. Reiecta etiam concordia Curtij, & Iaſ. in. d. §. ex imperfecto. inter magnam, & nimiam inæqualitatem, quæ ex capite eſt, & ſine lege ſecundum Tello vbi ſupra. & bene.

6 Sed ab hac nos difficultate liberauit tex. in. l. 2. tit. 4. ſupra. quẽ eſt. l. 3. Tauri. ibi. *hora ſea entre los hijos*. Per quã corrigitur tx. in. d. §. ex imperfecto. cum teſtamenta inter liberos ibi ſint exæquata teſtamentis inter extraneos. Quamlicet Tello vbi ſupra. nu. 14. & Burgos, in. l. 3. Tauri. nu. 134. & Mincha. vbi ſupra. nu. 70. teneant ſolum debere intelligi, quoad numerum teſtiũ, vt in eo ſolo corrigatur ibi ius commune: non tamẽ quoad qualitates eorum, ex doctrina Curtij, in. d. §. ex imperfecto. nu. 10. & Dec. conſ. 610. nu. 4. & . 5. Soci. in. l. ſciendũ. nu. 142. de lega. 1. Pari. conſ. 32. nu. 36. & . 37. volu. 2. Qui tenẽt quod lex noua minuẽs numerũ teſtium non derogat qualitati eorũ: deducentes inde fœminam poſſe eſſe teſtem in teſtamento inter liberos: prout de iure communi poterat, ſecundũ gl. in auth. quod ſine. C. de teſt. quam eſſe communiter receptam teſtatur Coua. in. c. relatum. el. 1. de teſt. nu. 4. & . 5. & Mincha. vbi ſupr. nu. 58. Verius eſt, dictam legem non ſolum in numero, ſed & in qualitatibus, corrigere tex. in. d. §. ex imperfecto. Quod bene probat Moli. lib. 2. primoge. c. 8. nu. 27. de quo tex. ille videtur manifeſtus: cum ſolemnitatem teſtamenti nuncupatiui extendat ad teſtamenta inter filios. Vnde ea omnia, quæ inter extraneos requirũtur, & inter filios dicit requiri. Eo vrgentius, quia principalis deciſio legis non agebat de teſtamento inter liberos; ſed tractans generaliter de quolibet teſtamento nuncupatiuo (in quo nemo dubitat, quim fœmina non poſsit eſſe teſtis. §. teſtes, inſtitu. de teſtam.) poſt modum id extendit ad

teſta-

teſtamenta inter filios, ſignificās idē ius in vtroq; futurum. Et illū tx. in hunc ſenſum acceperūt ibi Cifuen. nu. 7. Gomez. nu. 59. Caſtill. verſi. *Entre los hijos*. & Greg. in l. 7. tit. 1. par. 6. verb. *A los hijos*, & eſſe cōmunē opinionē teſtatur Mati. in d. l. 2. gl. 1. nu. 3. Nec reperio vnde ſupra citati elicere potuerunt, quod illa lex ſolū diſponebat quo ad numerū, non quo ad qualitatē, niſi ex illis verbis enuntiatiuis, *Que diſpone quantos teſtigos ſon meneſter*, quæ in l. 3. Tauri. poſita fuerunt, antequam hæc noua copilatio fieret, & illæ duę leges iūgerentur, prima, ſcilicèt, & ſecunda. tit. 4. ſupra. Nam prima erat in ordinamēto Regali: ſecūda autē inter leges Tauri. Poſita autem fuerunt illa verba, vt intelligeretur de qua lege tractabatur. prout hodie gratia clarioris intelligentiæ adiectum eſt, *que es la ley precedente*. Quæ verba cum ſint enuntiatiua, & gratia demonſtrandi adiecta, non debet ex eis ſūmi diſpoſitio contraria ſcripturæ, quæ generalis eſt, vt omnis ſolemnitas probatoria legis præcedentis ſeruetur in teſtamento nuncupatiuo inter liberos condito. Non obſtat doctrina Curtij, & aliorum ſupra relata, procedit enim in lege, quæ diminuit numero. Quę tāquam correctoria diminuēs reſtringitur, vt non minuat qualitates: nō ſic erit in ea lege, quę corrigat ampliando, & maiorem numerum exigendo.

7 Imo & in teſtamento in ſcriptis condito inter liberos, ea etiam omnia obſeruantur, quæ in teſtamentis inſcriptis inter extraneos. Quod tenuerunt Cifuent. nu. 7. Arias. num. 5. Caſtillo, verb. *Entre los hijos*. Gomez. nu. 59. in d. l. 3. Taur. Greg. in dict. l. 7. & Matienç. in d. l. 2. gl. 1. nu. 4. & ſequent. & poſt huius operis primam æditionem placuit, etiā Guter. lib. 2. practic. quæſt. 35. Pro quibus videtur tex. in d. l. 2. titul. 4. ſupra verſic. *Pero en el teſtamento cerrado*, Vbi poſtquam diſpoſuerat ſolēnitatem teſtamenti nūcupatiui inter extraneos & inter liberos, addit diuerſū requiri in teſtamēto in ſcriptis. Qui verſicul' ad omnia ſuperiora, de quib' pręceſſerat ſermo refertur. Quid quid in contrarium tentauerit Minchac. dict. §. 21. nu. 13. & Burgos in d. l. 3. Tauri. nu. 64.

8 Sed & in codicilis eadem ſolemnitas in numero, & qualitate, requiritur hodie, quæ in teſtamento nuncupatiuo. Quod tenuit Molin. d. lib. 2. cap. 8. num. 13. prout & illa lex aperte ſignificat in verſi. *Y en los codicilos interuenga la miſma ſolemnidad.* Solemnitas enim ex vi vocabuli ſonat illud, quod præcipuum

 requi-

requiritur vltra conſenſum, & pro forma eſt additum formæ iuris gentium, ſecundum Bald.nu.7.in.l.vt in epiſtola. C.de fi deic. iſta autem ſolemnitas in teſtamento nuncupatiuo, nõſolũ reſpicit numerum teſtium, ſed & qualitates, ad quas ille text. reducit codicillos. Cum relatum ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.l.aſſe toto.ff.de hæred.inſtit.l. ſi ita ſcripſero. de cond.& demon.l.penulti.§. fin.C. de inſt.cum late traditis per Tiraq.de legibus connub.gloſ.7.nu. 183. cum ſeq. Pariſ. conſ.2.num.52.lib.3. Et hoc teneo, & poſt huius operis primã æditionem ſequitur etiam Gute.lib.2.practi. quæſt.36. Quid quid dicat Mincha.de ſucce.progre.§.30.& Cyfuen.num.16. & Lup.nu.34.& Gomez nu.71.in.d.l.3.Tauri.

GLOSSA SECVNDA.

QVod prælegata conſeruantur rupto teſtamento, ex preteri. vel ex hæred. vel defectu aut repudiatione hæredis, etiam pro parte hæreditaria prælegati. Et quid ſi melioratio relinquatur titulo inſtitu tionis. Et quid ſi præteritio fieret ignoranter. Et quid ſi melioratio fieret ipſi rumpenti. Et an pupillaris ſubſtitutio conſeruetur.

1 *PRælegata conſeruantur rupto teſtamento ex cauſa exhæred. vel præte.*
2 *Prælegata conſeruantur in teſtamento, in quo non eſt ſcriptus hæres, vel ſcriptus repudiauit.*
3 *Defecta inſtitutione, quamuis legata conſeruentur, teſtator decedit inteſtatus, tam in terminis authent. ex cauſa, quam etiam legis Regiæ.*
4 *Legata, vel prælegata, quæ conſeruantur, rupta inſtitutione, qua actione exigantur.*
5 *Melioratio, ſeu prælegatum conſeruatur, rupto teſtamento ex cauſa præte ri. vel exhæred. etiam pro parte, quæ capiebatur iure hæreditario.*
6 *Melioratio relicta titulo inſtitutionis, an conſeruetur rupto teſtamento.*
7 *Clauſula codicillaris ſemper cenſetur appoſita in teſtamento inter liberos.*
8 *Clauſula codicillaris operatur repetitionem ab inteſtato, rupto teſtamento, ex præte. vel exhæred.*
9 *Inſtitutio in quota bonorum eſt ſimilis inſtitutioni in re certa, & an conſeruetur, rupto teſtamento.*
Filius inſtitutus in re certa, non dicitur præteritus.
10 *Clauſula codicillaris conſeruatur, rupto teſtamẽto, ex præt. vel exhæred.*

Clauſula

11 *Clauſula codicillaris ſubintellecta inter liberos non operatur repetitionem ab inteſtato.*
12 *Melioratio conſeruatur, rupto teſtamento ex prete. vel exhered. cum ſuis clauſulis, & conditionibus.*
13 *Conditio, ſi adeatur hereditas, adiecta legato, nihil operatur, nec impedit, quin legatum debeatur ab inteſtato, rupto teſtamento, ex prete. vel exhereda. vel etiam in terminis. l. 1. tit. 4. lib. 5.*
14 *Legata non conſeruantur, rupto teſtamento ex preteritione ignoranter facta.*
15 *Donatio reuocatur ſuſceptis liberis, de quibus donator non cogitauit.*
16 *Melioratio non rumpitur, rupto teſtamento, ex preter. ignoranter facta.*
17 *Legata relicta à filio non rumpuntur, rupto teſtamento ex prete. ignoranter facta.*
18 *Legata relicta filio, vel coniunctis perſonis, non rumpuntur, rupto teſtamento ex preteritione ignoranter facta.*
19 *Melioratio relicta filio vnico, titulo particulari meliorationis, an rumpatur, rupto teſtamento propter preteritionem poſthumi, aut filij ignorati, quod non.*
20 *Authentica. ex cauſa, ſolum conſeruat ea, que ex preteri. aut exhereda. annullabantur.*
21 *Legata conſeruantur, rupto teſtamento, ex prete. quando teſtator cogitauit de filijs futuris.*
22 *Legatum relictum filio vnico heredi inſtituto, an conſeruetur, rupto teſtamento ex preteritione alterius ignoranter facta.*
23 *Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, conſeruat legata, rupto teſtamento ex preteritione ignoranter facta.*
24 *Melioratio relicta rumpenti non conſeruatur.*
25 *Legitima relinquenda eſt hodie titulo inſtitutionis.*
26 *Rupto teſtamento ex cauſa preteri. vel exhereda. multa conſeruantur.*
27 *Pupillaris ſubſtitutio non conſeruatur, rupto teſtamento, ex prete. vel exhereda. Iure Regio.*
28 *Subſtitutio pupillaris, que excludit matrem, odioſa eſt, licet aliàs ſit fauorabilis.*
29 *Pupillaris ſubſtitutio an poſsit fieri in teſtamento ſine herede, vel repudiante, Iure Regio.*
30 *Exheredatio rite, & recte facta non conſeruatur, rupto teſtamen. ex prete. vel exhereda.*
31 *Exheredatio rite, & recte facta non conſeruatur in teſtamento, in quo nō eſt ſcriptus heres Iure Regio.*

1 NO *por eſſo ſe rompa el dicho tercio e quinto.* Id em diſpoſitum eſt in authentica. ex cauſa. & in corpore, vnde ſumitur.

C.

C. de libe. præte. Quæ etiam prælegata conſeruat, qualis eſt meliora tio: correcta. l. cū filius. de lega. 2. ſecūdum gl. & Bar. ibi. Et licet videatur, q ſecundū hoc lex iſta non erat neceſſaria. Eius tamen dubitandi ratio fuit. Quia cum inſtitutiones rumpantur, & non conſeruentur per. d. authen. videbatur non debere conſeruari meliorationem, quaſi eſſet legitima, quæ iure inſtitutionis relinqui deberet. Prout arguebat Montal. in. l. 9. tit. 5. lib. 3. Fori. verb. *mejorar.* & Caſtillo, & Gomez. hìc, nu. 5. & Mati. gl. 1. nu. 4. Cuius contrarium deciditur: cum nō ſit legitima,
2 vel inſtitutio, ſed prælegatū.* Et idē dicas in omnibus caſibus in quib' teſtamētū cōſeruatur per. l. 1. tit. 4. ſupra, ſcilicet, quādo in teſtamēto hęres ſcriptus nō eſt, vel ſcriptus repudiauit, ſecundum omnes hìc.

Quamuis autem reciſſo pro parte teſtamento, quoad in-
3 ſtitutiones, cōſeruentur prælegata, & reliqua, nō ex eo dicetur, teſtatorē decedere ꝑ parte teſtatū, & pro parte inteſtatū. Prout volebat gl. fi. in. d. authen. ex cauſa. & Soci. reg. 400. nu. 7. Verius enim eſt, teſtatorem decedere inteſtatū propter defectū inſtitutionis, licet legata debeātur ab inteſtato. Quod probat tex. in corpore, vnde illa auth. ſumpta eſt, ibi. *tanquam ab inteſtato.* Et idem obſeruatur in terminis tex. in. d. l. 1. tit. 4. ſupra. in omnibus eius caſibus. In quibus, quāuis defecta inſtitutione, conſeruētur legata, teſtator tamē decedit inteſtatus. Vt defendit Mincha. de ſuc. cre. §. 20. n. 149. Ad cauſam enim teſtati ſemper attenditur inſtitutio, tanquā caput teſtamēti. l. fi. ff. de iure codi. §. ante hæredis. inſt. de leg. in prin. inſti. de fideic. hære. Cui' defectus facit quem inteſtatum.

Sed nihilominus pro legatis, quę cōſeruātur cōpeteret actio
4 ex teſtamento, prout tenuit gl. fi. in. d. auth. ex cauſa, quā ſequūtur Bar. & cōmuniter DD. ſecundū Alex. n. 11. Cor. nu. 138. & Iaſ. nu. 20. & probatur in auth vt cū de appe. cog. §. ſi vero cōtingerit, ibi. *Tanquā non reſciſſum maneat teſtamentū.* Quod etiam in terminis. d. l. regiæ. aut ſtatuti ſimilis defendit Burg. in. l. 3. Tauri. nu. 889. poſt Rip. in. l. 1. de leg. 1. nu. 66. Et licet ad hoc videatur neceſſariū, q hæreditas ſit adita ab inteſtato, vt reperiatur perſona, contra quā poſſit dari actio. Prout in terminis. d. l. regiæ, tenuit Coua. in. c. Raynaldus. §. 3. nu. 8. Per gl. verbo. liber ex codicillis. in. l. qui filio. §. 1. de hæred. inſti. Quā ſequuntur, & commendat plures, quos ibi refert. Verius eſt, ſuppoſita

lege

lege regia,pro valore legatorum non requiri aditionem veniẽ tium ab inteſtato, vt defendit Peral.in.l.omnia.nu.17.de lega. 2.& Gomez hic in fi.& tit.de lega.nu.11.verſi.hodie tamen.& Gregor.in.l.37.tit.9.p.6.verb.*los frutos*.ad fi.& Burg.vbi ſup. nu.872.& Mati.in eadem.l.1.tit.4.ſupra.gl.14.nu.5. Sed requiſitis venientibus ab inteſtato,ſi nolint adire, eſſe dandum curatorem bonis,contra quem poſsit agi. Et idem erit quoad dandam actionem hypothecariam aduerſus bona defuncti,ſeu hæreditatis iacentis curatorem,pro recuperando legato.Secundum Socin.nu.14.& Ripam nu.66.in.l.1.de lega.1. & Greg. in.l.26.verbo.*obligados*.tit.13.p.5.& Gomez vbi ſupra. & Burgos nu.892.qui late proſequitur.

Sed quamuis in legatis hoc verum ſit: Quo ad meliorationẽ tamen,ſeu prælegatum,de quo agimus, tam in terminis huius tex.&.d.auth.quam etiam.d.l.Regię.aptius dabitur actio familiæ hæreiſ.inter cohæredes adeuntes ab inteſtato,iuxta ea,quæ dicebamus in.l.4.ſupra.glo.3.nu.8.Cum actio fami.hæreiſ.detur inter cohæredes, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.l. 2.fami.hęrciſ.Et inter eos non recte detur actio ex teſtamento,etiam omnino valido. Quia adeundo non videntur inter ſe quaſi contrahere, vt ibi dicebamus.Cæterum ſi non eſſet, qui ab inteſtato hæreditatem adiret,vel prælegatarius repudiaret, poſſet dari actio ex teſtamento, quemadmodum proalijs legatis, quorum naturam eo caſu habet prælegatum. l. qui filiabus. §. fin. cum lege ſequenti. de legatis. 1. vbi notant omnes.

5 Conſeruatur autem melioratio,ſeu prælegatum in terminis noſtri tex.& tex.in.d.auth.ex cauſa.nõ ſolum pro parte quę capitur iure legati,ſed etiam pro parte,quæ capitur iure hęreditario.Etenim cũ prælegatũ, vtroq; iure capiatur.l.miles ad ſororẽ.§.pro parte.de lega.2.licet rupto teſtamẽto ex cauſa pręteritionis,vel exhæredationis,ſolũ cõſeruentur legata,& nõ inſtitutiones,vt dictũ eſt:filius tamen melioratus conſequetur integram meliorationẽ,etiam pro parte,quam capit iure hæreditario.Iſto enim caſu potius dicitur integrũ prælegatũ capere iure legati:quẽadmodũ quãdo repudiat hæreditatem.l. qui filiabus.§.fin.de lega. 1. cum hæreditas ſibi auferatur contra voluntatem ſuam,& teſtatoris.Quod probat tx.in.l.cũ qui. §.pro parte. ff.de ijs quibus vt indig.vbi prælegatarius qui priuatur

hæ-

hæreditate, non priuatur prælegato, etiam pro parte hæreditaria prælegati. Rupto itaque teſtamento, filius melioratus conſequetur integram meliorationem, & inſuper conſequetur legitimam æqualem cum alijs, admiſſo præterito, vel exhæredato. Prout tenuit Segura in.l.3.§.fin.num.103, &. 104. de lib. & poſthum.

6 Loquitur autem text. noſter quando melioratio fuit relicta titulo particulari. Eſt tamen dubium, an conſeruetur ſi ſit relicta titulo inſtitutionis: vt in exemplo, quod ponit Gomez num.3.verſic. Tertio principaliter. poſt Lupum num. 5.verſi. Tertio pone. Scilicet, quando poſt inſtitutos tres, vel quatuor filios, alter eſt præteritus, vel exhæredatus, alter nominatim in tertio tantùm, & quinto bonorum inſtitutus. Quo caſu Lupus exiſtimat, quod ex quo inſtitutiones non conſeruantur, iſta annullabitur.

Contrarium tenet Gomez. Imò, quod iſte filius (rupta inſtitutione) ſuccedet ab inteſtato in ſua legitima, & inſuper habeat exceſſum illum meliorationis, qui eſt ſupra legitimã, iure fideicommiſsi. Quaſi dicat, quod inſtitutus in tertio & quinto, cẽſeatur inſtitutus in legitima, & melioratus in exceſſu, & illũ exceſſum tanquam prælegatum habeat ab inteſtato iure fideicommiſsi. Tum, quia voluntas patris quantumcumque ex ſolẽnitatis defectu inualida ſeruatur inter filios ab inteſtato. Ar-
7 gumento.l.fin.C.fami.hæreiſ.* Tum etiam, quia in teſtamento inter filios ſemper cenſetur appoſita clauſula codicillaris. gloſ. verbo. non valuit. in.l.cohæredi.§.cũ filiæ.de vulga. Quæ eſt communiter approbata per omnes ibi. &.in.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta. Vt poteſt videri per Alex. Iaſ. & Curtium.ibi. Bene.in.c.Raynuntius.verbo.teſtamentũ. el.1.nu.82.& verbo.teſtamentum.el.3.num.46. Ripa in.l. Cẽturio.num.86.de vulga. Tiraquel.in.l.ſi vnquam.verbo.libertis.num.86. Boerium deciſio.240.num.6. Anto. Gabriel. titu. de teſtamen.concluſione.5.num.6. Gomez.in.l.3. Tauri, num. 62. Mincha.de ſucceſ.crea.§.21.num.64. Couarr.in.c. Raynũtius.§.1.num.2. Coſtam, in.c.ſi pater.3.par. verbo. interdum.
8 nu.80.* Quæ clauſula, quemadmodum operatur, vt teſtamentum (quod ex præteritione, vel exhæredatione defecerat) ſuſtineatur in vim codicilli, & filius præteritus, vel exhæredatus cenſeatur grauatus reſtituere hæredi ſcripto hæreditatem ab

in

inteſtato. Prout aduerſus gloſ. fin. in fin. in. d. auth. ex cauſa. tenent ibi communiter DD. ſecundum Alexan. nu. 13. Corne. num. 152. & Iaſ. num. 22. Et probatur in. l. generaliter. §. ex teſtamento. de fideicom. liber. Et tenet Bart. num. 13. & 14. in. l. 1. ff. de iure codi. & in. l. ex ea. §. fi. de teſtam. Et ſequuntur plures, quos refert Iul. Clarus. lib. 3. §. teſtamentum. q. 46. Eodem modo inter filios operetur, vt inſtitutio inæqualis vnius ſuſtineatur in exceſſu in vim fideicommiſsi, rupta in reliquo inſtitutione huius, & alio ũ & admiſſo ad æqualem partem præterito, vel exhæredato. Et eandem opinionem tenet ipſemet Gomez in. l. 3. Tauri. num. 64. & Mincha. de ſucceſ. progre. §. 30. num. 46. & ſequitur Matien. hîc gloſ. 1. num. 7. Qui omnes nõ contradicunt Lupo, quantum ad hoc vt talis inſtitutio rumpatur, fatentur enim rumpi, ſolum intelligunt exceſſum vltra legitimam valere ab inteſtato in vim fideicommiſsi.

Videtur tamen in hoc exemplo contrarium eſſe verius, vt inſtitutio conſeruetur, neque ad id eſſe neceſſariam clauſulam
9 codicillarem.* Etenim filius inſtitutus in tertio & quinto bonorum ſimilis eſt inſtituto in re certa. Quota enim bonorum res certa eſt, cum non ſit nomen iuris, ſed referatur ad corpora. l. non amplius. §. cum bonorum. de leg. 1. l. 4. ſupra. vbi diximus & dicemus in. l. 11. infra. gloſ. 3. num. 16. Et quamuis quantũ ad hoc, vt filius taliter inſtitutus non dicatur præteritus, ſimilis inſtitutio ſufficiat. auth. vt cũ de appe. cognoſ. §. hęc autem. verſicu. cæterum. per quem iſta eſt communis omnium opinio, ſecundum Fabi. in repe. auth. nouiſsima. C. de inoffi. teſta. num. 136. & num. 187. Coſtam in. c. ſi pater. verbo. in re certa. num. 9. Iuli. Clar. §. teſtamentum. q. 38. verſic. ſed nunquid. & talis inſtitutio non dato cohærede vniuerſali, ipſa per ius accreſcendi fiat vniuerſalis, & extendatur ad omnia bona. l. 1. §. ſi ex fundo. l. ſi alterius. l. ex facto. la grande. verſic. ita igitur. l. quoties. §. ſi duo. l. ſi quis ita ſcripſerit. in fine. l. ſi quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo. ff. de hæred. inſtitu. l. quoties. C. eod. & in his locis not. communiter DD. & reſoluit Gomez de iure accreſ. num. 8. & idem ſit ſi cohæres vniuerſalis repudiauerit, per eadem iura in ratione ſui, ſecundum Bart. num. 2. in. d. l. ex facto. cuius opinio eſt communiter receptam ſecundum Gome. vbi ſupra. num. 13. & Coſtã vbi ſupra. num. 13. & his caſibus tanquam vniuerſalis non ſuſtineatur per dict. auth.

ex

ex cauſa. Datis tamen cohæredibus qui non repudient, quamuis quoad hoc vt filius dicatur recte inſtitutus, & non præteritus, procedat, quod dictum eſt: ſi tamen teſtamentum annulletur vel rumpatur ex præteritione, vel exhæredatione alterius, talis inſtitutio nõ rũpitur, ſed cõſeruatur. Eo enim caſu ſapit naturam legati. d. l. quoties. C. de hæred. inſti. tam in quantitate legitimæ, quam etiam exceſſus. Secundum Bar. in. d. auth. en. ex cauſa. nu. 15. cuius opinio eſt cõmuniter recepta ſecundũ Alex. Corne. & Iaſ. ibi, & Iuli. Clar. §. teſtamentum. q. 53.

Vnde rectius in propoſita quæſtione ponetur exẽplum in filijs inæqualiter inſtitutis: ita, vt inſtitutus in maiori portione, in effectu, reportet tertium & quintũ. Vel quando ex tribus filijs, vnus ſit præteritus, vel exhæredatus, alter in legitima tantum inſtitutus, alter in reliquo, qui in effectu reportat meliorationem tertij & quinti, vt dixi in. l. 2. ſupra gl. fin. in fine. Vel quando fuiſſet inſtitutus in tertio & quinto hæreditatis, tunc enim hęres eſt inſtitutus ex parte inęquali. *His igitur caſibus
10 ſi quidem clauſula codicillaris expreſſa eſſet, ſupradictorum opinio videtur vera: vt ea clauſula (quę rupto teſtamẽto ex prę teritione, vel exhæredatione non rumpitur, ſed inter cætera conſeruatur, ſecundum Gual. de arte teſtan. titu. 3. caute. 1. nu. 4. & Igneum in. d. auth. ex cauſa. nu. 179.) operaretur dictum effectũ, prout operatur repetitionẽ fideicõmiſsi, vt dictum eſt. Prout aduerſus gl. fi. in fi. in. d. auth. tenuerũt magis cõmuniter DD. ſecundũ Alex. ibi. n. 13. Tiraq. verb. donatione largitus. n. 273. Iul. Cla. §. teſtamẽtũ. q. 46. Et conducit qd tradit Bart. in. d. l. 1. de iure codi. n. 16. in fi. de teſtamẽto rupto per agnatione, ꝙ cõſeruantur inęquales inſtitutiones filiorum per clauſulam codicillarẽ. Cum quo tranſeunt omnes ibi ſecũdum Alex. cõſ. 161. n. 3. lib. 2. & eſt cõmunis opinio ſecũdũ Gual. vbi ſup.

Cęterũ in clauſula codicillari ſubintellecta opinio Gom. Min
11 cha. & Mati. nõ videtur vera. Quãuis. n. ꝓpoſitio gl. in. d. §. cũ filię eſſet vera (qd nõ eſt ſine cõtrouerſia: multi. n. cõtrariũ tenẽt & receptiorẽ opinionẽ dicũt, vt conſtat ex Tiraq. in. l. ſi vnquã. ver. libertis. n. 86. Gual. vbi ſup. Alc. lib. 1. de verb. ſig. col. 27. & additio. ad eũdẽ de præſump. reg. 1. præſump. 8. nu. 7. & Minch. vbi ſup. n. 43. & Ant. Gab. lib. 3. tit. de teſt. cõcl. 5. n. 6.) Quoad articulũ tñ, de quo agimꝰ, de repetione ab inteſtato, opinio nõ poſſet ſuſtineri. Etenim verũ nõ eſt clauſulã codicillarẽ ſubin-

ſubintellectã operari hũc effectũ in teſtamẽto inter liberos, vt eo rupto ex præter. vel exhæreda.filij ab inteſtato ſuccedant, ſecundũ portiones aſsignatas in teſtamẽto,per viã fidei cõmiſſi.Quia verius eſt, vt ex æquisportionibus oẽs admittantur Cũ inſtitutiones in totũ annullẽtur,vel reſcindãtur,& reducãtur ad cauſã inteſtati:vt in.d.auth. ex cauſa,& in corpore, vnde ſumitur. Reſciſsis igitur,vel annullatis inſtitutionibus,lex expreſſa eſt,vt liberi omnes,admiſſo præterito,vel exhæredato,ex æquis portionibus ab inteſtato admittãtur. Auth.vt cum de appe.cog.§.ſiue igitur,ibi:*quãtũ ad inſtitutionẽ hæredũ pertinet teſtamẽto euacuato,ad parẽtum hæreditatẽ liberos,tanquã ab inteſtato ex æqua parte peruenire*.Quæ deciſio generalis eſt,nec debet reſtringi ad caſum,quãdo ipſi filij eſſent æqualiter inſtituti:eſſet enim manifeſta diuinatio,& indubitabilis deciſio.Procedit ergo tx. indiſtinctè, prout etiã intellexit Greg.in.l.fin.tit.8.p.6.verbo. *De ſu derecho*,& verb.*lo quebrantaſſe*,p tx.ibidẽ.qui idẽ ꝓbat.verſ. *Fueras ende*.Quæ iura in hũc ſenſum manifeſtè probãt,ꝙ in teſtamẽto inter liberos,vel clauſula codicillaris nõ ſubintelligitur,vel ſubintellecta nõ operatur repetitionẽ ab inteſtato. Et hæc regula generalis eſt,vt teſtamẽtũ defectuoſũ nõ ſuſtineatur in vim codicillorũ,niſi expreſſè actũ ſit.l.1.ff.de iur.cod.l.ſi idẽ.l.fin.§.illud quoq;.C.eo.& hæc opinio videtur vera.

12 Conſeruabitur autem melioratio in terminis huius tx. cum iiſdẽ conditionibus,clauſulis,ſeu grauaminibus,quibus in teſtamento rupto relinquebatur.Prout in legatis cõditionalibus,in terminis.d.auth.ex cauſa.tradit Bar.ibi.nu.18.& Cor.nu.119.

13 &.120.* Qui limitat(ex ſententia Bald.n.39.)niſi legata eſſent relicta ſub conditione,ſi adeatur hæreditas. Exiſtimat enim,ꝙ quamuis ea conditio ſoleat tacitè ineſſe legatis.l.3.de leg.1. vt pote,quæ regulariter pendent,ab inſtitutione.l.eã quam. C.de fideicommiſ. ſed cum in terminis dictæ autheut.non pendeãt, cum ea rupta conſeruentur: exprimittur quod non ineſt, & debet operari conditionem. Et hinc etiam Tello in.l.3.Taur. 3.part.num.12.& Anton.Padill.in.d.l. eam quam. num. 89. idem exiſtimarunt, in terminis.l.1.tit.4.ſupra.Ex qua legata etiam non pendent ab inſtitutione: & ſic conditio, ſi adeatur hæreditas, ne ſit ſuperflua, debet operari conditionem, cuius defectu, deficiat legatum.Sed in hoc contrarium exiſtimauit Bartol.in dict.l.3.de legat.1. num.1. in fine.in terminis tituli.

tituli.ſi quis omiſſa cauſa teſta. Et Alex.nu.8.etiam in terminis.d.auth.ex cauſa.vbi Iaſ.nu.24. teſtatur hanc eſſe communem opinionem. Quia cum legata iſtis caſibus, debeantur legis beneficio. non debet operari adiectio dictę conditionis. Et idem in terminis.d.l.Regiæ.defendit Burgos ibi.num.922.vbi quæſtionem late examinat.

14 Deciſionem noſtri text. limitat Gomez hîc, niſi teſtamentum rumperetur ob præteritionem ignoranter factam: tunc enim annullabitur melioratio, cum eo caſu reliqua etiam legata annullentur.l.ſicut certi.l.ſi cum vel in vtero. C. de teſtam. mili.l.militis codicillis.§.miles in ſupremis.ff.eo. Et hoc eſt de mente text.in corpore, vnde ſumpta eſt.d.auth.ex cauſa. ſcilicet, in auth.vt cum de appe.cog.§.ſiue igitur ibi. *Ne liberi falſis accuſationibus condemnentur, vel aliquam circunſcriptionem in parentum ſubſtantijs patiantur.* Quę rationes adaptari nō poſſunt niſi ad

15 præteritionem ſcienter factam.* Et facit.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.vbi donatio inter viuos, quæ eſt firmior, reuocatur ſuſceptis liberis, de quibus donator non cogitauit. Cuius omnes rationes militant etiam in legatis, quaſi non ſit veriſimile patrem ſic legaturum, ſi de filio ignorato cogitaret. Et hāc opinionem tenuit Bart.in.d.auth. ex cauſa.num. 4. cuius opinio. eſt magis communiter recepta, vt conſtat ex Alexand. nu. 16. Corne.num.38.Curtio.num.17.Iaſ.num.3. ibi. Alexa. conſ. 41.vol.1.& alijs pluribus. quos ad longum refert Tiraq.in.l.ſi vnquam. verbo.donatione largitus.num.211.Et quamuis cōtrariam opinionem magnis, & efficacibus argumentis teneant Bald.Salic.Fulgo.& Igneus ibi.& Imol.in.l.filio præterito.ff. de iniuſto rup.vbi Bald.refert hoc conſuluiſſe Signo. & Collegium Medio. Et idem teneant alij plures, quos refert Tiraque. vbi ſupra.num.215. Quorum opinio & fundamenta nimis grauant Corne.& Alexand. Opinio.Bart. eſt magis communiter recepta, cui tandem cedunt etiam Corne. & Alexand. licet de rigore iuris contrariam veriorem dicant. Eandem opinionem Bart.ſequitur, & communem dicit Ripa in.d.l.ſi vnquam. nu. 41.& ab ea dicit non eſſe recedendum Iuli.Clari.lib.3.§.teſtamentum.q.52.verſi.quid ſi poſthumus.

16 Cæterum in terminis noſtræ legis agentis de melioratione inter liberos, videtur legem nihil diſtinguentem inter pręteritionem ſcienter: vel ignoranter factā, indiſtincte intelligendā,

vt

vt melioratio conſeruetur. Nam cum ratio conſeruandorum legatorum à teſtatoris voluntate dependeat, vt ſortiantur effectum, prout ipſe cenſetur voluiſſe, vt probatur in dicto authentico vt cum de appe. cognoſ. §. ſi vero contigerit, & ſupra citati omnes agnoſcunt: Quamuis in præteritione ignoranter facta vrgeant rationes Bartoli, & cõmunis opinionis, vt legata non conſeruentur: ſi tamen conſtaret teſtatorem idem diſpoſiturum, etiam ſi cogitaret de filio ignorato: tunc etiã conſeruantur legata, non obſtante præteritione. Cuius rei plura exempla conſtituũtur per Alex. Corn. Iaſ. & alios in d. authen.

17 * Inter quæ vnum eſt, quando legata ſunt relicta in teſtamẽto, vbi alij filij erant hæredes ſcripti, propter coniecturatam mẽtem teſtatoris, qui prout ſcriptos legatis grauauit, etiam grauaſſet quem ignoranter præterijt. Quod tradit Bald. in. l. filio præterito. de iniuſto rupt. & in. l. Titius. §. 1. de liber. & poſth. per text. ibi. Quem ſequuntur Alexand. nu. 16. ad medium, & Iaſ. num. 5. verſi. Tertio limita. & Cornc. num. 49. in d. auth. Et alij plures quos refert Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in præfa. num. 83. Conſtituentes inde notabilem limitationem ad illam

18 communem opinionem Bart. * Quæ ratio, & coniectura grauius vrget in melioratione, quæ non extraneo, ſed filio relicta eſt. Argumento. l. cum alienam. C. de legat. Ex qua Bald. num. 10. & Corne. num. 50. in d authen. collegerunt aliam limitationem ad dictam communem opinionem Bart. Vt vtraq; ſimul iuncta fortius ſuſtineat meliorationem. In qua, quemadmodum teſtator prætulit filium melioratum alijs cognitis, ac per conſequens, magis dilectis. l. qui filiabus. in princ. de leg. 1. maiori ratione, preſumendus eſt prætuliſſe filio ignorato. Quę etiã opinio cõuincitur ex ijs, quę tradidimus ſupra in. l. 1. gl. fin. numer. 19. ſcilicet, quòd donatio facta vni, ex pluribus filijs non reuocatur quo ad tertium & quintum per natiuitatem alterius.

19 Sed quid ſi filio vnico hæredi inſtituto ſit relicta melioratio tertij & quinti particulari titulo meliorationis. Magis dubium eſt, vtrum, rupto teſtamento ex alterius præteritioni ignoranter facta, conſeruetur. Et videtur non conſeruari, ex dicta communi opinione Bartoli, cuius fundamenta huic caſui magis quadrant: & ceſſant rationes, quibus meliorationem

20 nem factam vni ex pluribus diximus ſupra conſeruari. * Pręterea

terea text. ille in dicta authent. ex cauſa, ſolum conſeruat ea, quę ex præteritione annullabantur. ſecundùm Angel. & Imol. quos refert, & ſequitur Corne. ibi. num. 122. Sed melioratio relicta vnico hæredi, etiam ſi teſtamentum non deficeret ex præteritione, eſt nulla. Tum, quia non habet locum, quando eſt vnicus filius, vt dicemus in. l. 11. infra. gloſ. 6. Tum, quia ſibi ipſi à ſe ipſo inutiliter legatur. l. legatum. §. 1. de legatis. 1. l. Titia. §. 1. l. fin. §. Scio. de legat. 2. Ergo non debet conſeruari per dict. autheut. Præterea illa authentica non conſeruat inſtitutiones, vt dictum eſt. Sed legatum relictum vnico hæredi, in effectu, eſt inſtitutio, & ad eum pertinet iure inſtitutionis, & non legati, propter repugnantiam, ne ſit quis ſibi creditor, & debitor. l. Vranius. de fideiuſ. Ergo non debet conſeruari per d. authen. prout non conſeruaretur, ſi eſſet relictum iunctim titulo inſtitutionis, iuxta ſupra dicta.

Sed ijs non obſtantibus, contrarium videtur verius: vt melioratio ſuſtineatur, ex eadem ratione conſeruandæ voluntatis teſtatoris, ex qua inducta eſt d. authent. prout conſtat ex corpore vnde ſumitur. Quamuis enim Bart. & communis opinio iuſta ratione præſumant, quòd pater non legaſſet, ſi de filio ignorato cogitaſſet: ſi ex grauioribus coniecturis conſtet
21 contrarium, legata cōſeruarentur. * Inter quas (vltra ſupra dicta) eſt & alia, quando teſtator in ſpecie, vel etiam in genere, cogitauit de filiis futuris. Quaſi tunc non poſſit dici præteritio ignoranter facta: vel quaſi teſtator idem diſpoſuiſſet, ſi ſciuiſſet, argumento text. in. l. qui iure militari. ff. de teſtam. milit. Quod tenuerunt Bald. Angel. & Paul. quos refert, & ſequitur Corne. in dict. authent. num. 47. & Iaſ. num. 4. verſic. ſecundo. Et alij plures quos refert Tiraquel. in dict. l. ſi vnquam. in præfatione. num. 83. conſtituentes inde notabilem limitationem ad dictam communem opinionem Bartoli. Secundùm quam infertur ad propoſitum, quòd ex quo teſtator, titulo particulari, meliorauit hunc filium heredem inſtitutum, viſſus eſt de filijs cogitaſſe. Propter quorum forte præteritionem, ſi inſtitutio eſſet reſcindenda, ſaltim cōſeruaretur melioratio, quam titulo particulari relictam in omnem euentum viſſus eſt voluiſſe valere & conſeruari.

Non obſtat, ꝙ melioratio non poſſit fieri filio vnico. Quia illud eſt, quando ſucceſſit ſolus. Nato tamen alio valet in vim conditio-

conditionalis,impleta, & verificata conditione. Ex meliora tione enim ſic facta, colligitur coniectura,quòd pater de alijs filijs cogitans,quorum reſpectu poſſet inſtitutus dici melioratus,voluit in omnem euentum meliorationẽ conſeruari.Prout in ſimili dicebamus in.l.1.ſupra.gl.fin.nu.53.de donatione facta filio vnico titulo expræſſæ meliorationis. Non obſtat, quòd legatum à ſe ipſo ſit nullum,aliâs quam ex prçteritione, & ſic non debeat conſeruari ex dict.authen. Quia hodie legatum à ſe ipſo validum eſt,prout diximus in.l.5.ſupra glo.1. num.8. Et cenſetur conditionale,ſcilicet, ſi inſtitutio deficiat: prout de Iure communi erat pars hæreditaria prælegati, vt ibi diximus.num.4. Et ſic, quamuis adita hæreditate, vel non rupta inſtitutione, ſit verum legatum pertinere ad hæredem iure hæreditario,prout de Iure cõmuni pertinebat pars hæreditaria prælegati.l.miles ad ſororem.§.pro parte.de leg.2.defecta tamen inſtitutione,legatum à ſe ipſo pertinebit ad hæredem,iure legati,prout & pertinebat prælegatum.l.qui filiabus. §.fin.cum.l.ſeq.de legat.1.

22 Cæterum ſi filio vnico hæredi inſtituto eſſet relictum legatum ſimplici titulo legati, & non meliorationis. Quamuis per præteritionem ſcienter factam conſeruaretur, ex ijs vltimis rationibus: Per præteritionem tamen ignoranter factam non videtur poſſe conſeruari,ex dicta cõmuni opinione Bart. Cum memoria filiorum,quæ inducitur ex verbo meliorationis,ceſſet in ſimplici verbo legati. Vt vel ſic, filius ignoranter præteritus rumpat etiam legatum.Cum non ſit veriſimile patrem (qui in dubio videtur filios æqualiter amare.l.cum pater.§.pater pluribus.de legat.2.l.non ſolum.§.de vno.ff.de ritu nupt.) ſic legaſſe,ſi de eo cogitaſſet,ex ratione Bart.& communis opinionis.

Et ſi obijcias eandem memoriam filiorum ſummi ex eo, ꝙ legatum diuiſſerit ab inſtitutione: vt, ſcilicet, defecta inſtitutione,conſeruetur, qui videtur præciſſus effectus diuiſsionis cũ diſpoſitio non ſit præſumenda fruſtratoria.l.ſi quãdo.de lega.1.Reſpondeo,teſtatorẽ ſic legando potuiſſe ſentire,ꝙ filius ſi vellet,poſſet repudiare hæreditatem,agnito legato:iuxta ea, quæ diximus in.l.5.ſupra.gl.1.nu.6. Et ſic nõ conſtat præciſſæ,quòd fuerit recordatus filiorum,quod requiritur.

Et ſi inſtes eam ſolã voluntatẽ ad vtrũq; ſufficere: cũ ſatis

 ſit,

ſit, quòd eius ſaltim fuerit intentionis, vt legatum, defecta inſtitutione, ad filium pertineret. Maximè, cum repudiatio (cuius forte meminit) ſit ſui natura maior defectus, quam præteritio, cuius fortè fuit oblitus. Cum repudiatio omnia ſoleat deſtruere. l. eam quam. C. de fideicom. præteritio autem legata conſeruet, vt in dict. authent. ex cauſa. Vt vel ſic, memoria
23 maioris defectus includat etiam minorem.* Prout videmus in clauſula codicillari. Quæ cum dirigatur ad ſuplendum ſolemnitatis defectum. l. codicillis. §. fin. iuncta glo. 1. de legat. 2. & notat Bart. num. 7. in. l. 1. de iure codicil. includit etiam defectum ex præteritione, vel exhæredatione, vt ſupra dictum eſt. Etiam ſi præteritio fiat ignoranter, ſit clauſula ſi cōcepta per verba futuri temporis: vt probat text. in ſui generalitate in. l. generaliter. §. ex teſtamento. de fideicom. liber. & facit. l. ſi quis cum nullum, & . l. & qui graui. & . l. abinteſtato. de iure codicil. Prout, aduerſus Bart. tenent magis communiter Doctores, ſecundùm Alexan. num. 14. & Corne. num. 51. in dict. authent. ex cauſa. Et tamen clauſula codicillaris (etiam per verba futuri temporis) non inducit præciſſe memoriam filiorum ignoratorum. ſecundùm Iaſ. num. 24. in fine. Sed cum ſupleat maiorem defectum ſolemnitatis, ex quo omnia corruunt. l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. intelligitur etiā ſuplere minorem. Quaſi cogitatio teſtatoris apponētis clauſulam extendatur ad omnes rupturam. ſecundùm Alexan. poſt Bald. Etenim, quamuis non deſint, qui opinionem Bart. veriorem putent, vt defendunt multi quos refert, & ſequitur Iuli. Clar. lib. 3. §. teſtamentum. q. 46. verſic. & hæc. Reſpondeo tamen clauſulā codicillarem continere expreſſam voluntatem cōſeruandi legata, & eſſe remedium ita generale, ꝙ poſsit includere poſthumū ignoratum, prout DD. voluerunt. Sed legatū relictū vnico heredi à ſe ipſo continet actū ita vagum, vt non debeat inducere validitatē contra poſthumū, vel filium ignoratum, cuius memoria ex tali legato venit multum à remotis, per ea quę diximus in. l. 1. ſupra gl. fin. nu. 54. Cum iuſta præſumptio legis, ꝙ ſi pater cogitaret, nō legaret, non debeat excludi, niſi ex grauiori præſumptione. l. Diuus. de in integ. reſtit. quæ hic nō reperitur. Et hæc opinio videtur vera. Niſi vellis contrarium defendere: ex eo, ꝙ legatum ſit relictum filio: ex ea opinione, quā ex Bal. nu. 10. & Corn. nu. 50. in d. auth. ſupra retulimus.

Qui

Qui(argum.l. cum alienam.C.de legat.) voluerunt legata relicta coniunctis perſonis ſuſtineri ex præteritione ignoranter facta: Quod procedet(maximè) ſi fuerint adiecta vincula, & grauamina fabore poſteriorum.iuxta.l.11.infra.Per ea, quæ diximus in.l.1.ſupra gloſ.fin. num.55. & faciunt, quæ tradit Baeça de dote.cap.9.nu.15.&.16.

24 Limitant etiam noſtri omnes hic diſpoſitionem huius tex. vt non procedat in melioratione relicta ipſi filio præterito,vel exhæredato rūpenti. Ita Lupus.Caſtil.Gomez.Tell.& Mati. Segura in.l.3.§.fin.nu.101. de liber.& poſthum. & Gregor. in.l.fin.tit.8.par.6.verb. *mandas*. Mouentur ex doctrina Bart. in. dict.authen. ex cauſa.num. 19. & in.l. filio præterito.nu. 15.de iniuſto rupt. qui voluit per illam authent.non conſerua ri legata relicta ipſis præteritis,vel exhæredatis.Cum impugnans iuditium teſtatoris non debeat ex eo aliquid conſequi.l. Papi.§. meminiſſe. ff.de inoffic.teſtament.l.filium.§.omnibus l. virilis.§.ſi quis ex liberis.ff.de legat.præſt.l. quæſitum.de ac quiren.hæred.cum alijs.Et licet non deſint, qui contrarium ſu ſtineant,& in puncto iuris verius eſſe dicāt, vt defendunt Ful. num.45. & Igneus.num.204.in dict.authen.ex cauſa.Opinio tamen Bart. eſt magis communiter recepta,ſecundū Corneum nu.124.Curti.nu.59.Iaſ.num.15.ibi.Fulgoſ. Alexan. & Iaſ. in.l. maximum vitium.eiuſdem tit. Alexand. in.l. 1.§. final. de vulg.Iul.Clarum.lib.3.§.teſtamentum.quæſt. 54. verſicul. Præterea quæro:

Cæterum quamuis dict.doctrina vera ſit in terminis, quibus Bart.loquitur.in noſtro autem propoſito videtur infructi fera.Nam præteritus,vel exhæredatus,cui eſt relicta melioratio,fatuus eſſet,ſi tractaret de impugnando teſtamento: maximè,ſi melioratio eſſet totius tertij & quinti, & haberet alios duos fratres inſtitutos.Impugnando enim teſtamentum perde ret legatū ex doctr.Bar.& cōſequeretur minus emolumentū ex lite. Ac proinde ſatius eſſet tacere, qd poteſt.d.l.filio.p̄terito.

Et idem erit,ſi filius eſſet præteritus & alius ex inſtitutis pe teret,vt teſtamētū declararetur nullū.qd poteſt.l. ſi poſt mortem.§.fin.ff.de contra tab.l. 1. in fine.ſi tab.teſta. nullæ exta. l.fin. de liber. & poſth. Tunc enim quamuis præteritus,ſi vltra meliorationem,vellet ſuccedere, non conſeruaret meliorationem,ex dicta communi opinione, cum eius occaſione an-

 nulletur

nulletur teſtamentum: abſtinendo tamen: & aſſentiendo teſtamento, conſeruaret, cum ipſe non impugnet. Et ſic ceſſet ratio Bartoli & viget dict. authent. ex cauſa, ſecundùm Corne. ibi. num. 133.

Si autem fingas alium, præter hunc, eſſe etiam præteritũ, vel exhæredatum, qui rumpat. Tunc, quamuis Gômez hîc. nu. 4. debili ratione teneat, rupto teſtamento per præteritum, vel exhæredatum, cui nihil relictum eſt, hunc, cui fuit relictum tertium & quintum, nihil amplius conſequuturum, quam ipſum tertium & quintum, partim ratione legitimę, & exceſſum in vim meliorationis per fideicõmiſſum: verius eſt, conſequuturum integram meliorationem, quæ cõſeruatur ex hoc text. & inſuper ſucceſſurum in ſua legitima æquali, cum alijs. Et eſt ratio. Quia quod attinet ad conſequendam legitimam, iſte fuit
25 præteritus.* Quia quamuis ſit ei relictum tertium & quintum, non fuit inſtitutus: quod requiritur, etiam hodie, ad valorem teſtamenti, vt defendit Burgos in. l. 3. Tauri. nu. 888. Matien. in. l. 1. tit. 4. ſupra. gloſ. 10. num. 57. & Molin. lib. 2. primog. c. 15. num. 16. Et ſic poteſt vti iure alterius præteriti, vel exheredati, cui nihil relictum eſt. argum. d. l. ſi poſt mortem. §. fin. cum alijs. Quod vero attinet ad meliorationem, ea conſeruatur, ex hoc text. in d. authen. Cuius deciſsiones hic militant, & deficiunt fundamenta Bart. Hic enim non impugnat iuditium patris, vt amittat legatum, nec poteſt approbare, nec pręſtat occaſionem rupturę, cũ rumpatur per alterum: argumento. d. l. ſi poſt mortem, cum alijs. Et ſic nõ eſt in aliquo indignus, nec ex facto alterius, vel diſpoſitione iuris, debet pati iniuriã. Et in hoc caſu opinionem Bart. in d. Authen. limitat Corne. ibi. num. 133. & in propoſito tenuit Lupus hîc. num. 14. verſic. vel pone caſum aliter & quarto. Quem male repræhendit Gomez. Et idem tenuit Caſtillo gloſ. 1. in fine. verſic. Pro ſolutione, quos hîc refert, & aduerſus Gomez ſequitur Mati. glo. 1. num. 8. qui clarius loquitur, & gloſ. 3.

26 Vltra meliorationem autem, de qua in text. conſeruantur & alia multa, de quibus in authentico, vt cum de app. cog. §. ſiue igitur, ex quo extracta eſt dict. authent. ex cauſa. Qualia ſunt legata, fideicommiſſa, libertates, tutorum dationes, executorum conſtitutiones, & alia quæ explicat ibi Corne. numer. 116. Quæ omnia, quæ ſingilatim enumerauit text. in dict. §.

ſiue

ſiue igitur.vnico,verbo complexa eſt d.authen.ex cauſa ibi.*Cetera namq; firma permanent.*

Pupillaris autem ſubſtitutio,licet aliàs ſoleat appellatione cæterorum contineri, vt ſuſtineatur,quoties ſtatutum eſt cætera ſuſtineri, vt in. l. qui plures liberos.§. & ſi à patre. ff. de vulga. In propoſito tamen valde controuerſum eſt: vtrum, rupto teſtamento ex præteritione vel ex hæredatione, ſuſtineatur. Illa eſt magis communis opinio, quòd ſic. Quam tenuit gloſ.fin.in fine.in.l. 1.§.fin.ff.de vulga.& ibi Bartol. numer.3. Quam opinionem, tanquam magis communiter receptam, ſequuntur ibi Cuman. Alexan. Aretin. Iaſ.& Clau. & Guillerm. in cap. Raynuntius,verb.in eodem teſtamento, el.1.num.238. Politus de pupil.ex num.40. Et alij, quos referunt, & ſequuntur Tello in.l.3. Tauri.4.part.numer. 7. & Coſta in cap.ſi pater.3.part.§.fin. ſupra verbum.cenſendùm. num.9. Et hanc etiam ſequitur Gomez hîc.num. 3. & Iulius Clarus. lib.3.§.teſtamentum.quæſtione.54. Et procedit non ſolum, quando facta fuit filio inſtituto, alio præterito: ſed etiam ſi facta fuit ipſi præterito, vel exhæredato. Vt aduertit Alexand. in dict. §.fin.& melius Ripa in.l.2.eodem.titul. numer.32. verſicul. ſecundus caſus, poſt Bart. in dict. §. fin. numer.3.Cuman.numer.6.Aretin. numer. 17.ibi. Et eſt hæc communis opinio ſecundùm Alciat. in dict. l. 2. de vulg. numer.45.& Gomez tomo.01.cap.4.num.4.Clau.in. dict.§.fin. num.5.Coſtam vbi ſupr.num.10.& Iul.Clarum. verſ. Quæro etiam.Licet hodie pupillus ex hæredari non poſsit.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoffic. teſtam.

Contrariam opinionem tenuerunt Dynus Petrus, & vltramontani,intelligentes, quòd per illam authenticam,conſerbabantur ea,quæ ſine inſtitutione poterant conſiſtere, non verò ea,quę neceſſario requirebãt inſtitutionẽ, qualis eſt pupillaris ſubſtitutio.d.l.1.§.fi.de vulgar.§.liberis.inſtit. de pupil. vt ſic rupta inſtitutione,non conſeruetur.Et hanc opinionem defendunt Igneus in d.authen.ex cauſa.num. 167. & Corra. in.l. ſi teſtamento.num.54.C.de impub. & Couarru. in cap. Raynũtius.§.6.num.4.Maximè de Iure Regio,attenta.l. 10.titul. 5. part.6.verſi.*Otro ſi.* vbi eandem opinionem expreſſe tenet Gregor.verb.*ſe deſataria*,reputans illam legem ad hoc expreſſam. Prout etiam tenet D.doc.Perez in.l.1.tit.2.lib.5.Ordi.col.52.

verſiculo. ſed eſt pulchrum dubium. Contra quos inſurgit Tello vbi ſupra. Cuius argumenta perfecto non ſunt contemnenda.

Sed quidquid ſit de iure cõmuni, multum ſtringit. d.l. Partitæ, quę generaliter loquitur, & magis adaptatur ad caſum exhæredationis, vel prçteritionis, quam ad ſolemnitatis defectũ, vt volebat Tello. Prout colligitur ex verb. *Quebrantado*. Aliàs ſi text, tractaret ſolum de nullitate teſtamenti ex defectu ſolemnitatis, neceſſe non erat, quòd exprimeret pupillarem corruere, cum omnia contenta corruerent. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. Et licet de Iure communi, in puncto iuris, communis opinio vera eſſet: iure tamen Regio, hæc lex cõtrarium approbat: prout ſupra citati authores Regni fatentur. Et eſt opinio æquior, ſi excluſſa matre, filio ſubſti-
28 tuerentur extranei.* Tunc enim ſubſtitutio, quæ aliàs fauore pupilli inducta eſt. l. ſi pupillis, verſic. vtilitatem impuberis. ff. de acquir. hæred. odioſa potius eſt, ſecundùm Iaſ. in. l. in teſtamento. num. 7. C. de teſtam. mili. & Minchac. de ſucceſ. progreſ. §. 15. num. 55. & 56. Et ſic opinio illi contraria erit fauorabilior. c. odia. de regul. iur. in. 6.

Non obſtat l. 1. tit. 4. ſupra. vbi contenta in teſtamento valent, etiam ſi in eo hæres ſcriptus non ſit, vel ſcriptus repudia-
29 uit.* In quibus terminis ſuſtineri pupillarem ſubſtitutionem exiſtimauit Gomez tomo. 1. c. 4. nu. 4. in fin. & Greg. & Tello vbi ſupra. nu. 18. Quo argumento videtur idem ſtatuendum eſſe. quando inſtitutio defeciſſet ex præteritione, vel ex hæredatione. Cum maior defectus verſetur nullo ſcripto hærede, aut eo repudiante (quibus caſibus omnia corruebant. l. ſi nemo. de teſtamen. tutel. l. eam quam. C. de fideicom.) quam rupta inſtitutione ex præteritione, vel ex heredatione (quo caſu reliqua conſeruabantur, vt in d. authen. ex cauſa) prout videtur obijcere Gregor. vbi ſupra. & firmauit Matien. in dict. l. 1. gloſ. 14. nu. 83. Etenim reſpondeo, opinionem veram nõ eſſe, & dictam. l. 1. eſſe intelligendam eodem modo, quod dict. l. Partitæ, ſcilicet in alijs, excepta pupillari ſubſtitutione, prout exiſtimauit Couarru. vbi ſupra. Ex eadem ratione & fundamento, quòd ea ſine inſtitutione valere non poſsit, vt in dictis iuribus. Et pro hac parte retorqueo dictum argumentum. Nam ſi lex Partitæ ob leuiorem defectum præteritionis, vel exhæredationis

dationis,quo non obſtante ſolent reliqua ſuſtineri, adhuc noluit,vt pupillaris ſubſtitutio conſeruaretur: à fortiori.dict.l.1. non eſt præſumenda voluiſſe conſeruare pupillarem,ex tanto maiori defectu hæredis, aut aditionis,ex quo omnia corruebant. Et quamuis in terminis dict.l.1.opinio Gome.eſſet vera: ea tamen lex, tanquam correctoria,non eſſet extendenda, etiam ex maioritate rationis ad caſum,qui dict.l. Partitæ deciſſus eſt.l.ſi vero.§.de viro.ſolut.matrimon. Et in hanc partem videtur inclinare Gregor.vbi ſupra. Et quidem cum dicta.l.Partitæ (quantumuis dura) ita ſcripta ſit,ſi iura valent, & legibus iudicãdum eſt, hæc opinio videtur præciſſa.Quamuis contrarium poſt huius operis primam ædictionem viſſum fuerit Gute.lib.2.practic.c.30.& Azeb.in.l.1.tit.4.ſupra.numer.148.& in præſenti.num.2. Niſi eorum opinio ſuſtineatur authoritate Coſtæ vbi ſupra num.18.qui legi Partitę tanquam duræ & iniquæ,ſucurrendum putauit ex d.l.1. Qui ſuccurſus quam ſit debilis, viſſum eſt.

30 Ex cauſa etiam præteritionis, vel exhæredationis rupto teſtamento: Inter cætera,quæ conſeruantur, non conſeruabitur exhæredatio ritè & rectè facta. Sed ea quemadmodum inſtitutiones, annullabitur. Cum abinteſtato valere non poſſit: cum requirat omnino hæreditatis aditionem.l. filium.§. ſed cum exhæredatio.ff.de contra tabul.l. ſi patronus.§. ex teſtamento.de bonis libertor.l.Papin.§.ſi conditioni,verſi.quoniam.de inof.teſt.l.2.tit.7. par.6.Quin & de iure authenticorum exheredatio non valet, niſi hęredes ſcripti probent cauſam ingratitudinis inſertam verã eſſe.l.omnimodo.C. de inof. teſtamen.authẽtico, vt cum de appel.cog.§.ſiue igitur,authen. non licet.iuncta gl.verb.probetur.C. de liber.præt.Sed quando ex cauſa præteritionis,vel exheredationis non ritè factæ corruit teſtamẽtũ,nõ poteſt ſuſtineri alia exhæredatio in eodẽ teſtamẽto cõtenta, licet ritè & rectè facta. Cũ licet iidem hæredes ſuccedant, non tanquam ſcripti, ſed tanquam abinteſtato ſuccedunt,vt dictum eſt, & ſic non poteſt ſatisfieri requiſito dictarum legum.

31 *Idem accidet in terminis dict.l.1.tit.4.ſupra. quando hæres non fuit ſcriptus in teſtamento, vel qui ſcriptus fuit, repudiauit. Quibus caſibus cum abinteſtato etiam ſuccedatur,vt dictum eſt,exhæredatio, quamuis ritè & rectè facta,corruet,& non ſuſtinebitur. Cum non ſit legitima

perſona, quę ex teſtamento probet cauſam ingratitudinis: prout reſoluit Gomez tomo. 1. c. 11. num. 18.

LEX NONA.

EL Tercio è quinto de mejoria fecho por el teſtador,[1] no ſe ſaque[2] de las dotes, y donaciones propter nupcias, ni de las otras donaciones, que los hijos, ò decendientes trujeren à colacion,[3] ò particion.

GLOSSA PRIMA.

Quòd melioratio tertij & quinti irreuocabilis præcedens non reuocatur, aut minuitur per dotes, aut donationes ſequentes.

1 *Melioratio non extrahitur ex dote, vel donatione ad collationem adducta.*

2 *Melioratio tertij & quinti irreuocabilis præcedens non minuitur per dotem, vel donationem ſequentem.*

1 MElioratio non extrahitur ex dote, vel donatione propter nuptias, vel ex alijs donationibus adductis ad collationem. Et eſt lex quondam. 25. Tauri.

2 *Hecho por el teſtador.* Ex ijs verbis adnotarunt Tello & Matien. hîc legem ſolum loqui, & procedere caſu, quo præceſsit dos, vel donatio. Deducentes inde, quod ſi prius eſſet facta melioratio tertij & quinti irreuocabiliter, & alteri poſtmodum fieret donatio dotis, vel aliàs. Tunc melioratio irreuocabilis præcedens extraheretur à tali donatione, nec per eam in aliquo minueretur. Quæ quidem opinio, quamuis vera ſit, ex textu non colligitur. Qui cum loquatur in melioratione relicta in teſtamento: Quamuis quoad non minuendas donationes irreuocabiles præcedentes, procedat

etiam

etiam ſi eſſet relicta in contractu irreuocabili, ex iiſdem ratio nibus, quas dicemus in principio gloſſ. ſequent. Sed quantum ad hoc, vt ipſa non minuatur per donationes ſequentes, cũ tex. loquatur in melioratione reuocabili, verius eſt, vt procedat in diſtinctè: vt non deducatur ex donationibus etiam ſequẽtibus, quin potius per ipſas minuatur, per ea quæ diximus in. l. 1. ſupra. gloſ. 4. num. 14.

Cęterùm, ſi meliorario tertij & quinti irreuocabilis præceſſiſſet, procederet illorum opinio, & extraheretur à dote, vel do natione ſequenti, nec per eam in aliquo minueretur, etiamſi pa ter alia bona eſſet poſtea ſuperlucratus, ex quibus poſſet dos ſolui. Cũ melioratio tertij & quinti irreuocabilis præcedẽs extendatur etiam in eadem irreuocabilitate, quo ad futura. vt diximus in. l. 1. ſupra gloſ. 5. Etenim licet melioratio irreuocabilis, ſit computanda ſecundum bona relicta tempore mortis. l. 7. ſupra & interim non ſit interdicta parenti bonorum ſuorum adminiſtratio, vt ibi diximus, & ſic videatur melioratio nem (quamuis præcedentem) minui per dotes, ſeu donationes ſequentes, quæ in bonis non reperiuntur tempore mortis. Quia tamen id intelligendum eſt citra fraudem, vt ibi dixi, & adeſſet, ſi patri permitteretur taliter donare in præiuditium melio rationis irreuocabilis: merito ea dos, aut donatio ſequens non minuit meliorationem præcedentem: ſed illa eadem futura eſt quæ fuiſſet, ſi dotes aut donationes, non fierent, etiamſi ad hoc ſint minuendę dotes, ſeu donationes ſequentes, etiam non collatæ. Quia in quantum excederent legitimam neceſſariam (etiã ſi dote contenta vellet filia abſtinere) eſſent in reliquo reuocandæ. Cum propter meliorationem tertij & quinti irreuocabilem præcedentem, ſolum poſsint continere legitimam, & in exceſſu ſint inofficioſæ. Et hoc tenet Tello hîc. num. 2. & 3. & Matienço gloſſ. 3. num. 2. & poſt huius operis primam æditionem Guter. lib. 2. q. 62. Quamuis Azebedo hîc. num. 1. iniuſta ratione contrarium defendat. Non enim negamus, quin pater poſt factam vni filio tertij, & quinti melioratio nem irreuocabilem, poſsit alijs filijs, filiabuſquè dotes ſeu do nationes aſsignare æquales ſuis legitimis neceſſarijs, quibus in omnem euentum, per meliorationem quocunquè tempore factam lædi non debet: ſed quòd melioratio irreuo-

irreuocabilis præcedens non poſsit per dotes, ſeu donationes ſequentes minui, quod omni iure conſonum eſt, vt donatio per fecta irreuocabilis & licita non poſsit reuocari. l. pefecta donatio. C. de donat. quæ ſub mod.

Et eſt hoc intelligendum non ſolum quando poſt factam meliorationem tertij & quinti irreuocabilem, eſſet data dos, vel donatio ob cauſam, vel pro legitima. ſed etiam ſi eſſet facta donatio ſimplex. Quia cum hæc non valeat in vim donationis ſimplicis, ex quo totum tertium & quintum, intra cuius limites poterat valere, ſit prius irreuocabiliter donatum, vt dixi in l. 7. ſupra. gloſ. 1. nu. 15. licet valeat in rationem legitimæ, non tamen minuet meliorationem præcedentem, ſed ex ea extrahetur prior melioratio, ex ſupra dictis.

GLOSSA SECVNDA.

VTrum pro extrahendo tertio & quinto poſteriori ſint accumulandæ donationes ſimplices, vel ob cauſam præcedentes. Et vtrũ melioratio tertij irreuocabilis præcedens minuatur per diſpoſitionem quinti poſteriorem. Et vtrum melioratio tertij & quinti extrahatur ex quarta coniugi pauperi debita.

1 *RAtio dubitandi & decidendi ad hanc legem nonam.*

2 *Prima donatio irreuocabilis non minuitur per ſecundam.*

3 *Donatio ſimplex, quæ non confertur, vel ob cauſam collata, non minuitur per ſecundam.*

4 *Donatio ſimplex rei, vel quantitatis certæ, quæ præceßit, an ſit accumulanda verbaliter cum bonis relictis tempore mortis pro extrahendo tertio & quinto poſteriori. Et quid in donatione ob cauſam. nu. 7. Quòd non ſunt accumulandæ. num. 11. & 14.*

5 *Reliquum refertur ad totum, ex quo deinde ſit excipiendum datum.*

6 *Donatio data in rationem legitimæ accumulatur bonis pro metiendis legitimis.*

8 *Donatio quæuis ſimplex accumulatur bonis pro metiendis legitimis. & numer. 18. & 30.*

9 *Legitimæ non leduntur ex accumulatione dotium, aut donationum, etiam ſimplicium, pro extrahendo tertio & quinto. Augentur tamen ſi donationes ob cauſam ſeparentur. num. 15. Et ponuntur exempla. num. 19.*

Donatio

10 *Donatio poſterior minuitur in quantum grauat legitimas occaſio ie donationum præcedentium.*

12 *Legatum quotæ bonorum relictum in teſtamento refertur ad bona relicta tempore mortis.*

13 *Falcidia quæ nō detrahitur de legatis pijs, nō grauat alia legata, pro ipſis.*

16 *Accumulatis donationibus ſimplicibus pro extrahēdo tertio & quinto, aut ſeparatis, & reſecata melioratione poſteriori: eadem cumputatio reſultat, & ponuntur exempla, num. 20.*

17 *Si donationes ſimplices, & ob cauſam præceſſerunt meliorationem: pro ea extrahēda, multum refert accumulare ſimplices, & ſeparare ob cauſam, atq; ita omnes ſeparantur, & exempla ponuntur. num. 21.*

22 *Melioratio tertij & quinti non deducitur ex donationibus ob cauſam promiſſis.*

23 *Dos efficaciter conſtituitur promiſsione, ſicut traditione.*

24 *Promiſſio dotis cōfirmatur per matrimoniū cōtractū per verba de futuro.*

25 *Melioratio tertij & quinti non deducitur ex donationibus ſimplicibus irreuocabiliter promiſſis.*

26 *Melioratio tertij & quinti irreuocabilis non deducitur ex donationibus ob cauſam, vel ſimplicibus præcedentibus.*

27 *Donationes reuocabiles præcedentes, an minuantur, vel accumulentur, pro tertio & quinto ſequenti & num. 38. & 39.*

28 *Melioratio tertij & quinti, aut cuiuslibet quotæ, non deducitur ex donationibus præcedentibus.*

29 *Melioratio tertij & quinti deducitur ex bonis relictis tempore mortis, ſiue ſint aucta, ſiue diminuta.*

31 *Melioratio tertij & quinti irreuocobilis præcedens non minuitur per dotes, ſeu donationes ſequentes, ſed earum quantitas aggregatur cum bonis relictis tempore mortis pro deducenda melioratione.*

32 *Donatio rei, vel quantitatis certæ præcedens, ſi excedat tertium & quintum bonorum temporis mortis, non reuocatur tanquam inofficioſa, ſi aggregatis dotibus, ſeu donationibus ſequentibus, & eiuſdem etiam donationis valore, non excedat quantitatem tertij & quinti omnium.*

33 *Teſtator, aut donator poteſt præcipere, quòd pro deductione meliorationis tertij & quinti poſterioris, accumulentur dotes. ſeu donationes præcedentes, licet non poſſit præcipere, vt reuocentur, aut minuantur.*

34 *Donationes rei, aut quantitatis certæ non reuocantur, licet excedant tertium & quintum bonorum temporis mortis, ſi poſſint valere, ſine diminutione donationum præcedentium, & læſione legitimarum. Idem in legatis. num. 41.*

Exceſſus

35 *Exceſſus dotis inofficioſæ computatur in bonis pro deducenda meliorationne tertij & quinti.*

36 *Idem in exceſſu donationis non inſinuatæ, aut aliàs reuocabilis, & reuocatæ.*

37 *Tertium & quintum deducuntur prius quam reliqua legata.*

40 *Donationes reuocabiles filiorum non reuocantur pro rata, vt reducantur, ad tertium & quintum: ſecus ſi penderent à morte.*

42 *Quintum, an ſit extrahendum prius tertio, cuius donatio irreuocabilis præceſſit, quòd non. nu. 45. 47.*

43 *Diſtinguitur inter donationem tertij, prout eſt quota, & donationẽ rei, aut quantitatis certæ, quæ ex lege intelligitur facta pro tertio & quinto.*

44 *Lex Stilli, quæ præcipit prius extrahendum quintum, poteſt derogari contraria voluntate diſponentis.*

46 *Lex Stilli dicta procedit, quando diſpoſitio tertij & quinti fuit facta duobus, in eadem carta: etiamſi præceſſerit diſpoſitio tertij.*

48 *Impenſa funeris præfertur legitimis.*

49 *Melioratio tertij & quinti, an deducatur ex quarta debita coniugi pauperi.*

50 *Coniux debitor quartæ diſponit etiam de tertio & quinto.*

51 *Deſcendens debitor quartæ diſponit etiam de tertio, in præiudicium aſcendentis.*

52 *Quarta debita coniugi pauperi minuit meliorationem tertij & quinti.*

53 *Quarta debita coniugi pauperi non minuit meliorationem tertij & quinti irreuocabilem.*

54 *Coniux reſpectu quartæ non reuocat donationes in vita factas,*

55 *Quarta debita ex matrimonio præcedenti non extrahitur pro ſoluenda melioratione irreuocabili ſequenti.*

56 *Paupertas conſideratur in coniuge tempore mortis diuitis, & ab eo die incipit deberi quarta.*

57 *Melioratio minuitur occaſione quartæ, ſi non poſsit contineri intra tertiũ, & quintum tempore mortis, propter quartam.*

58 *Pater non poteſt imponere legem quartæ vxoris, vt reſeruetur filijs inæqualiter*

59 *Coniux præmoriens diues eſt debitor neceſſarius quartæ.*

60 *Quarta, vtrum ſit etiam reſeruanda filijs prioris matrimonij.*

61 *Lex ſemper ſolet prouidere, ne filij prioris matrimonij per contractum ſecundi fraudentur.*

62 *Quarta debetur coniugi, ſi extent tres filij, vel pauciores, aliàs ſuccedit in virilem.*

Irnerius

63 *Irnerius , nec Gratianus non habuerunt authoritatem legis condendæ.*

1 NO *ſe ſaque.* Noſtri hìc conſiderantes dotẽ, ſeu donationem irreuocabilem præcedentem nullo iure , nulla ratione,poſſe minui , aut reuocari propter meliorationem tertij & quinti ſequentem : cum perfecta donatio non recipiat ex poſt facto modificationem. l. perfecta donatio. C.
2 de donation. quæ ſub modo. * Maximè , ex donatione ſequenti, quæ ex alia generali regula non poteſt minuere præcedentem. ſecundùm gloſ. in.l. Titia Seio.§.Imperator. de legat.2.vbi notât Bar.& cæteri,& eſt cõmunis opinio omnium in.l.1.C.de inoſſic.donat. Et id vigere efficatius ex eo, quòd text. loquatur in melioratione tertij & quinti, & ſic quotæ bonorum teſtamento relicta,quæ ſua natura tanquam diſpoſitio generalis reuocabilis non ſolet minuere diſpoſitionẽ particularem prçcedentem,etiam reuocabilem,vt diximus in.l.1. ſupra gloſ.4.num.14. Intellexerunt huius text. dubitandi rationem in eo conſiſtere,quòd dos,ſeu donatio erat ad collationem adducta. Per quam cum donationes eſſent aggregatæ patrimonio.(cum collatio ſit rei propriæ in communi latio.l. illam.§.fin.C.de collat.& collata reputentur tanquam hæreditaria.l.3.§.emancipatus ibi. *Sicut hæreditatem, ita & quæ collata ſunt præſtent.* ff.de coll.bonor.) videbatur,quòd inde etiam eſſet extrahenda melioratio; licet poſterior. Subijciunt autem decidendi rationem. Quia cum melioratio contineat quotam bonorum,& ad bona in dominio meliorantis exiſtentia referatur.l. bonorum.§.in bonis.de verbor. ſignific. non eſt iuſtum deduci ex bonis iã alienis, & ad quæ pater non poterat ſe referre.l.1.§.fin.ibi. *Quia in bonis eius non eſt.*l.fin.ibi. *Abſceſſit enim à bonis parentis.* ff.de coll.dotis. Sed ſolum ex bonis reſiduis meliorantis : cum & attenta l. 7. ſupra.ſit inſuper melioratio reducenda ad bona relicta tempore mortis.Nec obſtare collationem,cuius diuerſus finis nõ debet obeſſe donationi irreuocabili præcedenti.Cum & dos tantum promiſſa,quę inter bona reperitur, non minuatur per meliorationem ſequentem: ex quo eius conſtitutio irreuocabilis præceſsit, per quam abſceſſiſſe à bonis parentis videtur,vt in d.l.fin. vt ſtatim dicemus. Quæ quidẽ rationes nõ carẽt replica,& quã ſint adhoc debiles,ſta-
3 tim videbim⁹.*Interim ex hoc cõmuni legis intellectu,& eius

decidendi

decidendi ratione, colligitur neceſſaria extenſio tex. vt eius deciſsio, procedat etiam in donationibus ſimplicibus, quæ per ſequentem meliorationem minui non poſſunt, non magis quam donationes ob cauſam, ex ijſdem rationibus. Et quamuis Tello hîc late ſe inuoluat, intelligens textum iſtum ſolùm loqui in donationibus ob cauſam: fatetur tamen procedere etiam in ſimplicibus. In quibus caſus habet minorē dubitandi rationē. Nā cum melioratio non extrahatur ex donatione adducta ad collationē: à fortiori non debet extrahi ex ſimplici, quæ nec reperitur inter bona tempore factæ meliorationis, nec per collationem eſt aducenda. Et pro hoc eſt text. in.l.ſequent.ibi. *Para que ni a el, ni a otro no pueda mejorar en mas de lo que mas fuere el valor del dicho tercio e quinto.* Vbi melioratio ſequens ſolum intelligitur in reſiduo, vt in propoſito not. ibi Mati. gloſ. 3.

4 Quo ſuppoſito Tello. nu. 4. ſubnectit quæſtionem, vtrum donatio ſimplex rei, vel quantitatis certæ, quæ ex.l.ſeq. dicitur melioratio, & debet in tertium & quintum computari, licet totum tertium & quintum non conſumpſerit: eſto, quod non debeat minui per ſequentem meliorationem tertij & quinti, an debeat accumulari (ſaltim verbaliter) cum bonis relictis tempore mortis, pro deducenda melioratione tertij & quinti poſteriori. In qua quæſtione (quam videtur non recte percepiſſe Matien. hîc gloſ. 3. num. 3.) Tello fatetur communem formam computationis eſſe, vt melioratio deducatur ex bonis relictis tempore mortis. ex.l.7. ſupra. non habita conſideratione donationis ſimplicis præcedentis. Et hanc opinionem eſſe in praxi ab omnibus aduocatis, & iudicibus fere canonizatam: adeò, quod ſi aliquando id controuerſia habuerit, nunquam contrarium obtinere potuit. Maturius tamen adhuc cogitādo contendit, quòd licet donatio ſimplex præcedens non poſsit minui per meliorationem ſequentem, pro deductione tamen vltimæ, habendam eſſe conſiderationem præcedentis, quæ in eam rationem data intelligitur. Ita, vt verbaliter fiat vnus aceruus, ad hunc quidem finem, non vt præcedens minuatur, ſed vt pater vtatur iure ſuo diſponendi de tertio, & quinto bonorum ſuorum: & vt huius iuris impediatur tranſgreſio, diſponendo de aliquo amplius. Cum vtrunquè inconueniens poſsit accidere in communi computatione, prout ipſe ſubiecto exemplo conatur oſtendere. Fingit enim filio in vita donata eſſe decem

cem,quæ ex.l.ſequen.pro melioratione tertij & quinti iudicã tur,& in ea debent computari: poſtmodum in morte eundem. ſeu alium in tertio & quinto melioratum: relictis tempore mortis centum viginti in bonis, ex quibus tertium & quintũ ſunt quinquaginta ſex: Arguit ipſe. Si filius melioratus in morte reportat integra quinquaginta ſex,non deductis inde decem,quæ in vita fuerunt donata,cæteri filij grauãtur in illis decem.Nam cum ex lege pater poſsit diſponere de ſolo tertio, & quinto,reſpectu bonorum temporis mortis,& illud non ex cedat quinquaginta ſex:iam diſponit de decem amplius. Rurſus,ſi ex prædictis quinquaginta ſex deducuntur decem, quæ fuerunt filio in vita donata: pater ſolum diſponit de quadraginta ſex,& non de integro tertio & quinto: cum decem ſoluantur ex bonis extra patrimonium exiſtentibus, & non de ijs.quæ reliquit tempore mortis, ex quibus totum tertium & quintum,extrahendum erat. Concludit itaque ſuam opinionẽ veram eſſe, vt id quod in vita donatum erat in rationem tertij.& quinti,verbaliter accumuletur cum bonis relictis tempore mortis,& inde deducatur tertium & quintum, & ex eo tertio & quinto deducantur decem in vita donata, & reliquum remaneat huic meliorato. Sic enim pater diſponit de omni eo quod poteſt,& legitimæ filiorum in nullo grauantur.

Et hæc opinio,vltra ipſum,videtur comprobari ex.l.ſequen te.illis verbis. *Mas de lo que mas fuere el valor del dicho tercio è quin*
5 *to.** Reliquum enim in quo ibi permittitur,& intelligitur melioratio ſequens tertij & quinti, ex ſignificatione vocabuli, refertur ad totum.ex quo deinde ſit excipiendum datum. l. 2. C.de hæred.inſti.vbi notant Bald.& Paul.idem Bald. in.l. ab Anaſtaſio.num.5.C.manda.Bart. num. 42.in.l. Centurio. ff. de vulgari.Ange. & Imola. in. l.ſi ex pluribus. ff. de ſolutio. Vnde quemadmodum ſi quis inter extraneos donaſſet Titio centum,& poſtmodum Mæuio reſiduum tertij bonorum ſuorum,iſtud reſiduum intelligitur de omni tertio bonorum ſuorum commenſurato nõ extractis centũ, licet illa ſint poſtea ex dicto tertio,ſic extracto ſoluẽda. Eodẽ modo,melioratio tertij, & quinti poſterior,quæ ex.d.l. ſeq.continet reſiduũ ſuper prima donatione,videtur cõmenſuranda nõ extracta, ſed potius accumulata priori donatione, licet illa ſit poſtmodũ ex dicto tertio & quinto,ſic commenſurato,ſoluenda.

Et pro iuridico opinionis ſundamẽto adducit Tello exẽplũ

legitimę,cuius inſtar habet tertium meliorationis (cũ in multis ęquiparentur, maximè in hoc, vt pro deductione attẽdatur tempus mortis, vt in l.cum quęritur.C.de inof.teſta. & in.l.7.ſup.)

6 *Inquit enim ꝙ quẽadmodũ donatio data in rationẽ legitimę neceſſario confertur, vt immixta bonis augeat hęreditatẽ, vt ex toto acerbo metiãtur hui⁹ & aliorũ legitimę.l.illã.C.de colla.& huic accumulationi nõ cõtradicit, ꝙ legitima ſit regulãda ſecũdum bona relicta tẽpore mortis, vt in.d l.cũ quęritur. Eodẽ modo ſimplex donatio prior quę in rationẽ tertij & quinti data intelligitur, ex.l.ſeq. ſit accumulẽda cũ bonis relictis tempore mortis, ad metiẽdum verũ tertium & quintũ, quamuis ex.d.l.7.ſup. pro deductione harũ partiũ præcipiatur attendi tẽps mortis.

7 Et quamuis Tello non obſcurè videatur fateri, dotes, ſeu donationes ob cauſam præcedentes non eſſe accumulandas pro deductione tertij & quinti poſterioris, ex quo quæſtionem tãtum propoſuit in donationibus ſimplicibus, quaſi in illis ceſſet ratio, quę in iſtis, ꝙ, ſcilicet, tãquam datę in rationem legitimę non debeãt augere hęreditatẽ, ꝓ extrahẽda melioratiõe: qđ ſit ſec⁹ in ſimplicib⁹, quę tãq̃ datę in eiuſdẽ melioratiõis rationẽ debeãt accumulari: Equiparatio tñ legitimę, quã adducit, nõ ſolũ cõducit quoad accumulãdas donationes ſimplices, quinimo videtur etiã cõuincere, vt & ad eũdẽ effectũ, fiat cumul⁹ dotiũ, & donationũ ob cauſã ꝓcedẽtiũ, nõ ſolũ collatarũ, ſed etiã quę nõ ſint ad collationẽ adductæ: vt ea oĩa aggregẽtur, ſaltim verbaliter, cũ bonis relictis tẽpore mortis ꝓ deducẽdo tertio & quinto. Eodẽ argumẽto legitimę. Pro qua cõmenſurãda ſit ſimilis cumul⁹, nõ ſolũ donationũ datarũ in eã rationẽ, ſed & ſimpliciũ, & etiã abſtinẽtibus donatarijs, vt appareat quanta ſit legitima, & iũctis donationibus cum bonis relictis tempore mortis, filij capiãt pro legitima eandẽmet quãtitatem, quę ipſis cõpeteret, ſi donationes factę non fuiſſent, vt in auth. vnde ſi parens.C.de inof.teſt.

Et quando ęquiparatio nõ eſſet omnimoda, ſatis eſt, ꝙ in legi-
8 tima id ſit certũ, ad hoc, vt extẽdatur ad meliorationẽ.* Nã quẽadmodũ fiebat iſte cumulus pro deducẽdo triẽte, vel ſemiſſe, quę iure cõi, erãt filiorũ legitimę, ſecũdũ eorũ numerũ, vt in auth. nouiſsima. C.eo.& neceſſario inde apparebat quantitas beſſis, vel ſemiſsis, quæ non erant filiorum legitima: & occaſione legitimæ, hæ partes vtebantur eodem genere deductionis: & legitima ad ſe trahebat idẽ genus computationis, quo ad beſſẽ, vel ſemiſſem. Eodẽ modo hodie, cõmenſuratio legitimę, pro qua cumu-

lantur omnia, trahat ad ſe tertium & quintum, vt vtatur eodem genere deductionis, cum ex dimenſione vnius colligatur dimenſio alterius: vt ſic, diſpoſitio tertij & quinti (quamuis poſterior) intelligatur de tertio & quinto bonorũ omnium.

Et iſta opinio deducit̃ à fortiori ex opinione Tel. Nã ſi (ſuppoſita deciſione. l. 7. ſup.) pro deducẽdo tertio & quinto, ſunt accumulãdę donationes ſimplices, à fortiori ſũt accumulãdę donationes obcauſam. Nam ſi ex actu donationis ſimplicis, ad quam pater non poteſt cõpelli, nõ minuit̃ ius diſponẽdi de integro tertio & quinto: nec colligit̃ pſũptio, ꝙ diſpoſitio tertij & quinti poſterior ſolũ intelligat̃ de bonis reſtãtib⁹, nõ aggregatis donatiõib⁹: maiori ratione, nec debet colligi ex dote, aut donatione ob cauſã ad quam poterat cõpelli. l. fi. de dotis prom. Cum maior ratio minuẽdi colligatur ex actu libero, quam neceſſario. l. rem legatam. ff. de adim. leg. Et pro hac parte facit illa ratio, cuius meminimus in. l. 7. ſupra. gl. 1. nu. 15. ad hoc, vt dotes, ſeu donationes factę poſt meliorationẽ tertij & quinti irreuocabilẽ, ſint accumulãdę ꝓ deductiõe tertij & quinti pcedẽtis: ſcilicet, ꝙ quis attẽdat̃ valor bonorũ ſm̃ tp̃s mortis, ad excludẽdã diminutionẽ bonorũ, caſu vel citra fraudẽ interim cõtingẽtẽ: nõ tñ ad excludẽdã accumalationẽ dotiũ, ſeu donationũ filiorũ, qui tãq̃ creditores, ſecũdũ gl. in. l. 3. C. de iur. & fact. ign. & queadmodũ dñi, vt in. l. in ſuis. de libe. & poſth. qui ſuũ inceperũt recipere, nõ videãtur in patre cauſaſſe alienationẽ, ſeu bonorũ diminutionẽ. Quę ratio, quãuis nõ ꝓſit, quãtũ ad hoc, vt dotes, ſeu donationes pcedẽtes minuãt̃, ꝓut minuũt̃ ſequẽtes, in quãtũ excederẽt legitimã neceſſariã: ſatis tñ ꝓdeſt, quãtũ ad hoc, vt accumulẽt̃: vt ſine ipſarũ detrimento fiat oĩũ cõputatio, & vnuſquiſq; recipiat, ꝙ ſibi tãgit, & patris diſpoſitio intelligat̃ de omni eo, qd à lege ſibi permittitur.

9 Eo maximè q̃a ſuppoſito, ꝙ dotes, ſeu donatiões ob cauſã, & ſimplices: pcedẽtes nõ ſunt minuẽdę: nec legitimę filiorũ (quarũ cõſeruãdarũ cauſa poterat impediri accumulatio) ex ea lædũt̃, aut minuũtur. Quod autẽ nõ lędãtur ex accumulatione donationũ ſimpliciũ, patet ad oculũ. Cũ donatio ſimplex prior ſit integraliter ex dicto tertio & quinto ſic extracto ſoluẽda, iuxta. l. ſeq. Et ſic nec ipſa minuitur, iuxta hũc tex. nec melioratio nocet legitimis. Quod aũt nec legitimæ lædantur ex accumulatione dotium aut donationum ob cauſã, & ꝓ legitima, patet ſimiliter. Nam ſi quidẽ dos, aut donatio obcauſã fuit collata (quia erat minor legitima, & filię intererat cõferre, quia nõ obſtãte meliorat ōe tertij

& quinti poſteriori ſperabat cōmodum ex ſucceſsione) etiam ſi ea dos immiſceatur bonis pro deducendo tertio & quinto: nec ipſa recipit detrimentum, nec melioratio nocet legitimis: ex quo dos collata in partem filię conferentis imputanda eſt, & ſic pater diſponit de tertio & quinto bonorum ſuorum omniū. Quod ſi dos, vel donatio ob cauſam eſſet ampla, & qua contenti filia, vel filius abſtiuerūt. Quāuis ex eius verbali accumulatione cum bonis relictis tempore mortis, pro deducendo tertio & quinto (ſi vtrumque eſſet integraliter valiturum) ex bonis reſtantibus non ſupereſt, quod ſufficiat pro legitimis neceſſarijs, huius meliorati, & aliorum: vel ſaltim (impletis ante omnia legitimis aliorum) huius meliorati legitima remanet diminuta, quod eſt inconueniens: quia quamuis tertium, & quintum ſit eidem relictum, & vtrumque ſit apud eundem remanſurum, multum tamen intereſt, an remaneat pro legitima, an pro melioratione: ſi (ſcilicet) meliorationi ſint adiecta grauamina:
10 *Iam articulus iſte iure communi deciſſus eſt, vt melioratio (tanquam diſpoſitio poſterior) in tantum minuatur, in quantum nocet, vel grauat legitimam. Ex opinione Guli. de Cuneo. quam (aduerſus Ioa. Azon. & Accur. in .l. 1. C. de inoffic. dona.) ſequuti ſunt communiter DD. ſecundum Paul. ibi. nu. 5. iuncta .l. quoniā in prioribus. & .l. ſcimus. §. cum autē. C. de inof. teſt. prout diximus in .l. 1. ſupra. gl. 10. nu. 6. Quæ via adhuc vtilior eſt filio meliorato. Poterit enim ſecūdū quātitatē dotis maior fieri ex accumulatione melioratio, licet dos debeat remanere integra, & ex melioratione ſic extracta ſit reuocandum, quod deficit pro implemento legitimæ. Et ſecūdum hoc diſpoſitio patris (ſine alicuius iniuria) intelligitur de tertio & quinto bonorum ſuorum omnium. Prout patebit, ſi iungas tertium & quintum ſic extractum, & reformatum, cum exceſſu dotis, aut donationis, ob cauſam vltra legitimam neceſſariam, qui exceſſus eſt pars tertij & quinti bonorum omnium.

Et ex ijs poteſt reſpōderi ad iſtū tex. ꝙ licet præcipiat meliorationē tertij & quinti poſterio. ē nō eſſe deducēdā, ex dote vel donatione ob cauſā collata, nō tñ excludat, quin omnia etiā nō collata, accumulentur, vt calculus, & cōputatio recte fiat. Neque enim videtur bona cōſequentia: dos etiam collata, non poteſt minui per meliorationem tertij & quinti, ſequentem, ergo, nec pro eius deductione, debet accumulari, tam ipſa, quam (à fortiori) non collata. Cum diuerſus vtriuſque rei effectus

ctus eſſe videatur, nec vnũ contrarietur alteri, ex ſuprà dictis.

Sed his non obſtantibus, quia ipſemet Tello aſſerit communem opinionem eſſe in contrarium, & eam ab aduocatis, & iudicibus fatetur eſſe communiter receptam, ea erit ſequenda, in hunc ſenſum: vt donatio (ſiue ſimplex, ſiue ob cauſam) quę pręcelsit, non minuatur per meliorationem tertij & quinti vltimo factã. Quim potius donationes ipſę faciant minui meliorationẽ tertij & quinti poſteriorem: vt pote, quæ ſit deducenda ex bonis tantum reſtantibus, non accumulatis donationibus.

11 In primis quod attinet ad dotem, ſeu donationẽ ob cauſam, & pro legitima. Fructus inueſtigationis eſt, quia ſi non accumuletur: minuitur melioratio poſterior in tertia & quinta parte eius quantitatis, quæ fuit data in dotẽ. Et ſi dos fuit æqualis, aut minor legitima neceſſaria: id, quod propter eã decreſcit meliorationi, accreſcit legitimis filiorũ. Si autem ſit maior legitima neceſſaria, & qua contenta filia abſtinuit: ſolum accreſcit legitimis filiorum tertia & quinta pars dotis, in quantum continet legitimam neceſſariam. Quia in quantum eam excedit, vſquè ad æqualem partem ſucceſsionis: quamuis ea quantitas decreſcat etiam meliorationi poſteriori: non tamen accreſcit legitimis. Sed tanquam pars tertij & quinti cædit lucro dotis, quæ in ea quantitate non eſt inofficioſa. Atquè ita text. cum myſterio loquitur in dote collata, quæ fuit æqualis, aut minor legitima neceſſaria. Quia quamuis in non collata (qua contenta filia abſtinuit) quo ad tertiam & quintam partem legitimę neceſſariæ, ſit eadem ratio & computatio: quo ad exceſſum tamen, non poteſt dici in ea quatitate minui tertium & quintum bonorum omnium. Cum is exceſſus ſit pars tertij & quinti bonorum omnium, de quo pater iam diſpoſuit. Imo, quanto magis dos creſcit à quantitate legitimæ neceſſariæ, vſque ad æqualem partem ſucceſsionis. tanto magis minuitur quantitas, quæ propter non accumulatam dotem, accreſcebat legitimis. Et ſi exceſſus peruenerit vſque ad ęqualem partem ſucceſſionis, abſorbit etiam omne illud, quod accreſcebat legitimis: & pater diſponit de tertio & quinto bonorum ſuorum omniũ. Vt patet, ſi exceſſus ille dotis (tanquam pars tertij & quinti) iũgatur cũ tertio & quinto extracto ex bonis reſtãtibus. Si au é dos fuit inofficioſa (vt quia exceſsit ęqualẽ partẽ ſucceſsionis) procedet quod infra dicemus. nu. 35.

Itaq; quod dicta dos,ſeu donatio ob cauſam,& pro legitima præcedēs nō minuatur,neq; accumuletur pro deducēda melio ratione tertij & quinti poſteriori,probatur. Etenim cū tēpore factę meliorationis iā exierint patrimoniū patris, ſintq; effectæ propriū patrimoniū filiæ.l. 3. ſed vtrū.in fi.ff.de mino. & tertiū & quintū contineant quotā bonorum,& referantur ad bona in dominio meliorātis exiſtētia: non eſt iuſtū deduci ex bonis iā alienis: vt dicebamus in prin.glo. Eo maximè quia licet melioratio quotæ bonorū meorū deberet referri ad tempus præſens,propter adiectionē,*meorū*.l.ſi ita.de auro & argē.lega. ex legis tamē diſpoſitione remanet etiā obnoxia regulari ſecundū tēpus mortis.l.7.ſupra. Quæ reductio cū excludat diminutionē bonorū,citra fraudē,ante mortē contingētē, etiā poſt factā meliorationē irreuocabilē, vt ibi diximus: à fortiori, excluder diminutionē præcedentē, etiā titulo donationis. Cū in ea ceſſet fraus,quæ in alienatis eodē titulo donationis, poſt meliorationē,id poteſt impedire: & concurrat eadē ratio,quæ in alienatis bona fide poſt meliorationem id operatur:ꝙ, ſcilicet, non reperiātur inter bona tēpore mortis:cū & tēpore factę meliorationis iā exierint patrimoniū.Quod deducitur ab ipſo tx. in quantū non ſolū loquitur in melioratione facta in cōtractu, ſed etiā in vltima volūtate.Quāuis. n. quo ad factā in contractu,poſſet cōſiderari valor bonorū ſecundū tēpus mortis,quātum ad excludendā diminutionē bonorū,medio tempore ante mortem contingentem:quoad factam tamen in vltima volun-
12 tate,ſuperflua erat deciſio,ſi ad hoc eſſet ſol m referenda.*Cū plusquam manifeſtum ſit,eſſe tunc tempus mortis (quo teſtamentum perficitur.l.4.de adim.lega.)attendendum, quoad diminutionem,& augmentum. l.grege.l. ſi grege. l.quod in rerum.§.ſi quid poſt.de lega. 1.l.Peculium.de lega. 2.l.ſi mancipia.de fund.inſtru. Et ſic ad nihil commodius poteſt referri, quam ad excludendas donationes præcedentes.Quo argumento idem erit in melioratione facta in contractu , cum ea lex in vtraque æqualiter loquatur.

Hoc ipſum conuincitur ex noſtro text. in quantum dotes, ſeu donationes præcedentes(etiam collatas , & bonis immixtas) non eſſe minuendas per meliorationem poſteriorem , diſponit. Ex qua deciſione licet non videatur bene argui , vt ex impedita donationum diminutione, impediatur etiam accu-

mula-

mulatio: argumentum non eſt inſufficiens. Durum enim erat, vt donatio non minuenda accumularetur bonis, vt ex eis, pro ipſis, & illa extraheretur melioratio. Ea enim quę non ſunt mi nuenda, ſemper cædunt damno eius, qui debebat minuere: ita, vt quod ex ipſis erat detrahendum, non poſsit detrahi ex reli-
13 quo.*Quod patet argumẽto falcidiæ. Quæ cùm non detrahatur ex legatis pijs. auth. ſimiliter. C. ad. l. Falc. non tamen detrahitur de legatis nõ pijs, pro ipſis & pro pijs. Prout tenet ibi gl. fin. in fin. communiter recepta, vt cõſtat ex Corn. ibi. & Alexã. in. l. ex aſſe. nu. 3. & Imol. in. l. ſi poſt miſsion ẽ. ff. eo.

Imò conſiderata radicitus huius tex. deciſsione, & quàm facilis, aut nulla ſit eius dubitandi ratio ſupra in princ. propoſita: poteſt (non ſine iuſta ratione) defendi principale intentum legis, non tam verſari in prohibita dotium, aut donationũ præcedentium (etiam collatarum) diminutione: quam circa prohibitam earũ accumulationem, pro deducendo tertio & quinto. Nam dicere, quod lex ſolùm vetuit dotium, ſeu donationũ præcedentium diminutionem: deciſsio carebat omni dubitandi ratione, vt dicebamus in principio gloſ. Dicere autem, quòd difficultas verſabatur in eo, quod dotes, aut donationes eſſent collatæ, & bonis immixtæ, prout ſcribentes omnes aſſerunt: eſt ad hoc ratio friuola. Nam ſuppoſito, quòd in dote, aut donatione nõ collata (vt quia filia, vel filius ea contenti abſtinuerunt) tx. non loquitur, nec habet aliquam dubitandi rationem, ex illis iuribus in principio gloſ. citatis: nec etiam in dote, aut donatione collata, poteſt conſiderari aliquod periculum, cuius occaſione timeretur diminutio, per meliorationem ſequentem. Nam ſi dos, aut donatio ob cauſam, eſſet maior legitima neceſſaria: ſatius eſſent filius, aut filia, ſi facta poſtmodum alteri melioratione, cum poſsint ſibi proſpicere abſtinendo, vellent ſuccedere conferendo: nihil inde commodi allaturi: obijciendo ſe potius diminutionis damno, quam augmenti commodo. Si autem dos, aut donatio ob cauſam fuit æqualis, aut minor legitima neceſſaria, etiam ſi conferatur, nullo modo poteſt minui, etiam ſi bonis iungeretur, pro deducenda melioratione tertij, & quinti poſteriori. Atquè ita in hoc literali ſenſu, lex caret omni dubitandi ratione, & etiam ſi condita non eſſet, caſus erat indubitabilis. Vt vel ſic, liceat conijcere, legẽ principaliter hunc articulũ de quo agimus, decidere

voluiſſe: vt melioratio tertij & quinti, nec deduceretur ex dotibus, aut donationibus ob cauſam, etiam collatis: nec ex earum accumulatione augeretur. In quo ſenſu lex habet dubitandi rationem (quam ſupra in contrarium adduximus) quod, ſcilicet, eadem accumulatio, & deductio fiat pro mẽſurandis legitimis, non ſolum donationum collatarum, ſed etiam earum, quibus filij contenti abſtinuerunt, vt in d. auth. vnde ſi parens. Decidendi autem ratio fuit (quam ſupra propoſuimus) quod tertiũ & quintum (tanquam quotæ bonorum) non poterant referri, aut extendi ad bona alienata, & extra patrimonium iam tunc exiſtentia. Nec obſtare collationem, cuius diuerſus finis augendi, ſcilicet, ſucceſsionem, non debet operari contrarium. l. legata inutiliter. de adimen. lega. Nec obſtat ratio dubitandi, cui infra ſatisfaciemus.

14 Quod vero attinet ad donationes ſimplices, irreuocabiles præcedentes, eædem rationes, & fundamenta procedunt, vt quemadmodũ nõ minuũtur per meliorationem tertij & quinti poſteriorem, vt ſupra dictum eſt: eodem modo, nec accumulentur. Cum & extra bona reperiantur, & nec ſint per collationem adducendæ. Et quamuis tanquam datæ in eam rationem, videantur debere accumulari: Imò & in particulari exemplo per Tellium propoſito, videtur parum referre, quod accumulentur, vel non: ſed vtroque modo eundem effectum reſultare, vt ſtatim explicabimus: Proprius tamen, & planius generalis regula conſtituetur: vt nec donationes ob cauſam, nec ſimplices præcedẽtes accumulentur. Sic enim verior computatio deducetur. Licet enim inconuenientia obiecta per Tellium videantur hinc, vel inde obſtare, & vnius vitãdi gratia, in aliud (quod videbatur facilius) ſit aliàs delapſum: Nunc attentius cõſiderando, videtur vtrumque non obſtare. Obijcit enim, quod non accumulatis donationibus ſimplicibus, vel pater non diſponit de integro tertio & quinto: vel excedit, diſponendo de maiori ſumma. Quod quidem nec eſt verum, nec iure probatur. Quamuis enim ex. l. 7. ſupra. melioratio tertij & quinti ſit computanda ſecundum bona relicta tempore mortis: ſed nec illa lex, nec alia probat, quod ſi donatio ſimplex in eam rationẽ data præceſſerit, ſit ex dicto tertio & quinto, ſic extracto, ſoluenda. Illud enim eſſet contra leges permittentes patri diſponere de integro tertio & quinto bonorum ſuorum. Nec etiam

iure

iure probatur,quod dicta donatio ſimplex, & tertium & quintum poſterius extractum ex bonis relictis tempore mortis, vtrumque ſit integraliter valiturum.Hoc enim eſſet abſurdius, cum tendat in grauamen legitimarum. Sed bene reperitur deciſſum,quod ſi donatio,aut legatum vltimum,occaſione donationum præcedentium,lædat legitimas , in tantum minuatur, in quantum lædat: vt ex opinione Guli.de Cuneo.ſupra dicebamus,& tradunt omnes in.l.1.C.de inoffi.dona.

Secundum quod,& ea quæ ſupra dicta ſunt, deducitur planus computandi modus:vt melioratio tertij & quinti poſterior deducatur ex bonis relictis tempore mortis,non aggregatis donationibus,ſiue ob cauſam,ſiue ſimplicibus meliorationē præcedentibus.*Quod ſi ex ea cōputatione accidat tertium & quintum non continere tot bona,quæ continuiſſet,ſi vel dotes, aut donationes datæ non fuiſſent,vel datæ accumularētur:hoc pro inconuenienti reputari non debet:Tum,quod diſpoſitio patris ad nihil amplius ſit extenſa.Tum, quod lex voluntati inhærēdo diſpoſuerit in hunc caſum (reſtricta melioratione) legitimas augere.Prout euenit regulariter,quando dos , vel donatio ob cauſam(etiam collata)præceſsit.Quod ſi ex dicta computatione reſultet tertium & quintum, ſic extractum nocere legitimis(pro quibus metiendis accumulantur omnia, vt dictū eſt) vt,quia ex bonis reſtantibus , non ſupereſt,quod ſufficiat pro legitimis neceſſarijs huius meliorati, & aliorum: vel impletis ante omnia legitimis aliorum,remaneat huius meliorati legitima diminuta.(Quod eſt inconueniens,ſi meliorationi,ſcilicet, eſſent adiecta grauamina : Quia quamuis vtrumque ſit apud eundem remanſurum,non tamen remaneret legitima libera.) Tunc,ex dicta opinione Guli.de Cun.&.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic. teſtam.melioratio vltima minuetur,in quantum grauaret legitimam:prout accidet, quando præceſsit donatio ſimplex.

Et ſi obijcias,quod accumulata dote , aut donatione ob cauſam,etiam non collata,& reſecata melioratione poſteriori, in quantum lædit legitimam:vel accumulata donatione ſimplici & deinde extracta ex tertio & quinto bonorum omnium:eadem computatio reſultat.Reſpondeo,quod quamuis accumulata dote,aut donatione ob cauſam collata,legitimę non lędātur: vel accumulata dote,aut donatione ob cauſam non collata , &

qua contenti filia, vel filius abſtinuerunt: ſuccurratur legitimis neceſſarijs, reſecando meliorationem poſteriorem, vt ſupra dicebamus: Non tamen eadem computatio reſultat. Accumulatis enim donationibus ob cauſam, creſcit tertium & quintum, & legitimæ minuuntur: non in quantitate debita, & neceſſaria, ſed in ea, quam lex voluit, hoc caſu habere. Omnis enim quantitas, quæ accreſcit tertio & quinto ſic extracto, decreſcit legitimis. & minores fiunt quam aliàs eſſent vt infra ſubiectis
16 exēplis explicabimus*. Quāuis autē accumulata donatione ſimplici, & deinde extracta ex tertio & quinto bonorū omnium, vt in exemplo, & opinione Tellij, non poſsit negari, niſi quod eadem computatio reſultat, quæ quando non accumulatur, & tertium & quintum poſterius reſecatur, in quantū lędit legitimā, vt dicimus, & infra exemplo oſtendemus: Planior tamen, & generalior computandi modus, & legibus conformior eſt, ſi nō
17 accumulentur.* Nam ſi procederemus accumulādo, ſequeretur, quod ſi præceſſiſſent dotes, ſeu donationes ob cauſam, & etiam ſimplices, iſtæ eſſent accumulandæ, illæ ſeparandæ. Quo caſu multum læderetur ius patris diſponendi de tertio & quinto, & de minori ſumma diſponeret, vt infra exēplis oſtēdem⁹. Cū tamen ius illud, in quantum poſsit, & diſpoſitio teſtatoris patiatur, ſuſtineri debeat, & valere. Vnde quemadmodum quando præceſsit donatio ob cauſam, & pro legitima, intelligimus, quod diſpoſitio ſequens de tertio & quinto ſolum verificatur in bonis remanentibus: eodem modo, quando præceſsit donatio ſimplex, vel vtraque. Verſatur enim eadem ratio, quamuis effectus ex vtraque computatione ſint differentes. Vt vel ſic, amplectendus ſit hic noſter computandi modus. Secundum quem ſatisfit omnibus legibus, & deciſionibus, quæ de hoc tractant. Nā melioratio deducitur ex bonis relictis tēpore mortis, iuxta. l. 7. Et donationes meliorationem præcedentes non minuuntur, iuxta hunc text. Nec etiam legitimæ læduntur, iuxta. d. l. quoniam in prioribus. quim potius augentur: qui videtur principalior finis huius tex.

Et ex his ceſſant ea, quæ ſunt ſupra in contrarium adducta. Ceſſant enim inconueniētia Tellij. Ceſſat etiam inductio, quā feci de. l. ſeq. Cui quando præceſſerunt ſolæ donationes ſimplices, vno & altero modo ſatisfit, & melioratio vltima non continet niſi reſiduum: Quando autem præceſſerunt donationes

nes ſimplices,& etiam ob cauſam: nullo modo poteſt melius reſiduũ deduci,quã ſeparatis omnibus. Aliàs enim reſiduũ non poteſt continere tantam quantitatem, ſi ſeparatis donationibus ob cauſam,accumularentur ſimplices. Harum enim accumulatio, poſt illarum ſeparationem, cum cedat in legitimarum augmentum,operaretur etiam tertij & quinti diminutionem aut reſtrictionem. Et ſic tertium & quintum duplici via lęderetur,accumulatione ſimpliciũ,& ſeparatione cauſaliũ. Cum tamen facultas patris diſponendi de tertio & quinto ſuſtinenda ſit in quantum ius,& voluntas extendantur.

18 Non obſtat,quod pro deducenda legitima fiat cumulus tam donationum ſimplicium,quam ob cauſam,etiam abſtinẽtibus donatarijs. In ea enim(tanquã in re fauorabili) quãuis ſit etiã quota bonorũ,vt in.l.Papi.§.quarta.de inof.teſt. & in ea deducenda,aliàs attendatur tempus mortis,vt in.d.l.cum quæritur. ne tamen per inofficioſas donationes fraudetur, fit ea accumulatio: imo,& donationum reuocatio, vt filijs competat eadem legitima,quæ aliàs cõpeteret,ſi donationes factæ nõ fuiſſent,vt in.d.authen.vnde ſi parens. Quam reuocationem, nec acumulationem lex noluit fieri pro deducendo tertio & quinto. Nec factam pro deducendis legitimis, imò nec ſpontaneam collationem, prodeſſe pro augmento tertij & quinti: eodem legitimarum fauore. Prout nec iure communi fieret pro deducendo beſſe, vel ſemiſſe, vel altera quota bonorum. Cum partes hæreditatis(de quibus in.§.hæreditas.de hæred.inſti.)referantur ad bona tantũ relicta tempore mortis.l.hęreditas.de reg.iu.

Et ſi obijcias ſecundũ hoc legẽ hanc de dubio etiam nõ deſeruire,ſecundum intellectũ ſupra propoſitũ: cũ iure cõmuni, eadẽ deciſio militaret pro deducẽdo prælegato beſsis,vel ſemiſſis,vel alterius quotæ bonorũ,ex ijſdẽ rationibus. Reſpõdeo, iure Regio,dubitãdi rationẽ maiorẽ fuiſſe,occaſione tertij,q̃d eſſe legitima videbatur, ex quo alij,quã filio aut deſcendenti. dari nõ poterat: vt ſic eadẽ deductione vtetetur, qua legitima. Quod tamen lex negat,prout & aliæ huius tituli, quibus ſignificatur meliorationem tertij & quinti nihil aliud eſſe, quam prælegatum,de quibus egimus in rubrica.nu. 18.

Nõ obſtat,q̃d donatio ob cauſam deberet accumulari,ne ex actu neceſſario ſumatur pręſumptio minuendi,quæ non ſumitur ex donatione ſimplici, qui eſt actus voluntarius. Nam quam-

quamuis ſeparatio donationum ob cauſam cedat in diminutionem tertij & quinti:ex quo in neceſſariam conſequentiam cedit in augmentum legitimarum,& iſtæ ſint fauorabiles,melioratio autem odioſa,vt diximus in rubrica: cum diſpoſitione legis ſeparantis donationes ob cauſam,concurrit primæua præſumptio meliorantis, vt melioratio non extendatur ad bona, quæ ſunt extra patrimonium, licet acceſſorie inde ſequatur augmentum legitimarum,& diminutio tertij & quinti. Donationes autem ſimplices non dicimus ſeparandas, eadem gratia minuendi tertium & quintum:quaſi earum accumulatio illud augeat. Nam imo minuit, aut reſtringit: ex quo tunc non eſt neceſſaria reſecatio,quæ fit quando non accumulantur: & ex quo earum accumulatio cedit in legitimarũ augmentũ. Quod prouenit ex vtriuſque donationis natura,quod,ſcilicet, donatio ob cauſam ſit data in rationem legitimæ,ſimplex vero pro tertio & quinto. Separamus autẽ,vtraſq; vt ſeruetur generaliter diſpoſitio tx. præcipientis non attendi bona alienata,pro deducendo tertio & quinto. Et quamuis quando præceſſit ſola donatio ſimplex,nihil referat accumuletur,vel non,vt dictum eſt:ſi tamen præceſſiſſent vtræque, multum referret accumulatio vnius,& ſeparatio alterius: vt ſic generaliter planius ſit ſeparare vtraſque. Cũ vrgeat eadem ratio deciſionis, licet effectus proueniens ex vtraque computatione ſit diuerſus: qui tamen non tam prouenit ex illa cauſa, quam ex diuerſa qualitate donationum.

Non obſtat,quod donationes factæ filijs (tanquam inceptæ ſolutiones factæ creditoribus)non videntur in patre cauſare diminutionem bonorum. Quoniam quamuis pro deducenda melioratione tertij & quinti irreuocabili præcedenti, id verum ſit,vt diximus in dict. l.7.cum alias fraudaretur melioratus,& in bonis computentur,quæ dolo factum eſt, vt abſint.l.1.§.confertur.l.2.§.de illis.ff.de coll.bon. Et quamuis etiã pro deducenda legitima,donationes præcedentes non minuant patrimonium,ſed ſint computandæ,vt in.d.auth. vnde ſi parens. Pro deducendo tamen tertio & quinto, donationes præcedentes lex noluit accumulari,ex rationibus ſupra propoſitis. Pro quibus etiam eſt tex in d.authen. per caſum ab ſpeciali. Non obſtat,quod accumulatis donationibus, ſiue ſimplicibus, ſiue ob cauſam,etiam non collatis, legitimę non minuuntur, cum

ſucur-

ſucurratur,reſecando meliorationem,in quantum lædat,vt dictum eſt.quoniam in his caſibus lex non tantum voluit conſeruare legitimas,quam etiam augere,vt ex ſuperioribus conſtat,prout accidit ſeparatis donationibus ob cauſam,etiam collatis,de quibus in text.

Reſoluitur autem articulus quatuor concluſionibus. Prima, quod melioratio tertij & quinti poſterior non reuocat,nec deducitur ex dotibus, ſeu donationibus ob cauſam, etiam adductis ad collationem:& per conſequens, neque ex non collatis, etiam ſimplicibus.Secunda,quod dictæ dotes, aut donationes præcedentes non accumulantur(etiam verbaliter)cum bonis relictis tempore mortis,pro extrahenda melioratione. Tertia, ꝙ ſi ex eo genere deductionis accidat, vt melioratio noceat legitimis filiorum,reſecatur in quantum lædit. Quarta,quod ad deducendam quantitatem legitimæ, & vt appareat quanta ea ſit, accumulantur dictæ omnes donationes: vt legitima tanta ſit, quanta foret,ſi donationes factæ non fuiſſent,& in ea quanti-
19 tate conſeruetur.* Vt autem ſubiectis exemplis res pateat dilucidius.Finge patrem, cui erant quatuor filij, habere in bonis quadringenta. Ex ijs tertium & quintum ſunt centum octuaginta ſex:legitimæ autem ducenta quatuor decim, circiter. Dedit filiæ dotē decē:remanēt in bonis.390.poſt modū,filium in tertio & quinto meliorauit. Si melioratio deducatur ex omnibus bonis,accumulata dote:valet.186.reſtant.164.Quæ quantitas,quamuis ſufficiat pro dote,& legitimis neceſſarijs.lex tamen diſponit eo caſu,meliorationem extrahendam,non accumulata dote.Et ſic extracta ex.390.valet.182.Minuitur in.4. & in his creſcunt legitimæ.Dedit in dotē.20.melioratio valet 177.minuitur in.9.& in ijs creſcūt legitimæ.Dedit.30.melioratio velet.173.minuitur in.13.&in ijs creſcūt legitimæ.dedit 40.melioratio valet.168.minuitur in.18.& in ijs creſcūt legitimæ.Dedit.50.melioratio valet.162.minuitur in.24.& in his creſcunt legitimæ.Dedit in dotem.60.& ſic plus legitima neceſſaria:iam tunc, quamuis meliorationi poſteriori decreſcat tertia & quinta pars dictarum ſexaginta, & ſic.28.quia tamē ex his filia retulit.7.plus legitima,& ea abſtinet:legitimæ triū filiorum reſtantium augentur in.21. Dedit dotem.70.melioratio valet.154.minuitur in.32.ex ijs filia retulit plus legitima, 17.&abſtinet:legitimę reſtantes augentur in.15. Dedit dotē

80.

latio ſimplicium, & ſeparatio dotium: & in hoc multum læ-di ius patris: ac proinde iuri, & voluntati conformius eſſe, ſeparare vtraſque, & reſecare meliorationem in quantum læderet legitimas: patet. Nam ſi dos ſeparetur, donatio autem ſimplex accumuletur: melioratio poſterior minuitur in tertia & quinta parte dotis, ea forma & ordine, quo explicatum eſt in ſuperioribus exemplis. Cum ſoluta donatione ſimplici priori, ex tertio & quinto ſic extracto: ea quantitas deficiat pro implemento totius tertij & quinti bonorum omnium. Sim autem vtræque donationes ob cauſam, & ſimplices, ſeparentur, prout regula, & ratio noſtri textus præcipit ſeparandas: melioratio relata ad bona reſtantia, augetur, ſecundum quantitatem dotis: & pater diſponit de integro tertio, & quinto bonorum ſuorum omnium. Nam cum (ſecundum hoc genus computationis) melioratio poſterior ſemper ſit reuocanda pro implemento legitimarum: nullum poteſt eſſe maius ſignum, quod ſit impletum totum tertium & quintum: quam quod reſiduum non ſufficiat pro legitimis. Et id patet, ſi iungas donationem ſimplicem, & meliorationem ſic reformatam. Vtrumque enim continebit totum tertium & quintum. Niſi dos data excederet legitimam neceſſariam, vſque ad æqualem partem ſucceſsionis: tũc enim & is exceſſus (tanquam pars tertij & quinti) iungendus erit cum donatione ſimplici, & melioratione reformata, & omnia continebunt totum, & integrum tertium & quintum. Quod ſi dos eſſet inofficioſa, & excederet æqualem partem ſucceſsionis: exceſſus eſſet reuocandus, & bonis accumulãdus, & reſultabit eadẽ cõputatio, vt infra dicemus. n. 35. Quod ſi donatio ſimplex eſſet ampla, & cõtineret totũ tertiũ & quintum: melioratio poſterior euaneſceret, iuxta ea, quæ dicebamus in. l. 1. ſup. gl. 4. n. 14. & quę dicemus in. l. ſeq. gl. 1. num. 5. Quod ſi donatio etiã eſſet inofficioſa: ea reuocatur pro implemento legitimę. l. 1. C. de inof. don. Finge itaq; ſecundũ ſuperiora exempla patrẽm dediſſe in dotem. 10. donaſſe etiam filio ſimpliciter. 10. Separatis vtriſque, tertium & quintum ſunt. 177. remanent pro legitimis (collata dote.) 214. quæ ſufficiunt. & pater diſponit de integro tertio & quinto, iuncta donatione. Dedit dotem. 30. donauit filio. 30. Separatis vtriſque, tertium, & quintum, ſunt. 158. remanent pro legiti-

dote immixta bonis per collationem, vt in text. nec etiam deducetur ex dote promiſſa, adhuc non tradita, quæ ſoluta & collata reputatur. l. 2. C. de colla. Eo maximè, quia text. non tam reſpexit ad hoc, quod dos non reperiebatur inter bona: quã ad hoc, quod eius cõſtitutio præceſſerat. Vt patet in dote data, & ſoluta poſt præcedentem meliorationem tertij & quinti irreuocabilem, cuius habetur conſideratio, pro deducenda me-
23 lioratione, vt dixi ſupra gl. 1. *Conſiderauit autem tex. dotem præcedentem, quæ non ſolum traditione, ſed etiam promiſsione efficaciter conſtituitur. l. ad exactionem. C. de dotis promi. Cum regulariter inter datum & promiſſum nulla ſit differentia. l. cum poſt mortẽ. §. 1. verſi. ſed is de quo. ff. de admi. tuto. iuncta gl. verb. promiſſerit. l. ſi mandato. §. item ſi dũ negotia. ff. mand. l. ſi quis mãdato. in fine. de nego. geſtis. l. 1. §. accedit. ibi. *dantur, vel promittuntur*. C. de rei vxo. actio. Quod tenet Tello hîc, num. 3. in fine. Et faciunt quæ tradit Salice. in. l. cum in te. nu. 4. C. de dona. ante nup. & additio ad Bart. in. l. iubemus. §. ſi ſane. C. de ſacro. eccle. verbo. quid ſi dos. promiſſa. Vbi diſpoſitiones dotis traditæ extenduntur ad promiſſam, quæ vera dos eſt, ſecundum Campe. de dote. q. 2. Quod etiã tenet Cyfuen. hic. num. 2. & poſt huius operis primam æditionem Gute. lib. 2. quæſtione. 61.

Quod etiã extendit Cyfuen. nõ ſolum quando matrimoniũ erat contractum per verba de præſenti, cum ſolemnitate nuptiarum, ſed etiam ſine ea. Et quod procedit, etiam in matrimo-
24 nio contracto per verba de futuro. * Quòd quamuis poſt huius operis primam æditionem diſplicuerit Velaſquio in. l. 25. Tauri. in fine. ex eo, quod ſtipulatio, ſeu promiſsio dotis, non ſequutis nuptijs, nec contracto matrimonio, eſt inefficax. l. nõ enim. l. promittendo. ff. de iure dotium. l. Sãcimus. 1. C. de nup. vbi tradit Bart. & in. l. Titio centum. §. Titio genero. num. 7. ff. de condi. & demõſt. Eſt tamẽ opinio vera. Cõditio enim nuptiarũ inſita doti, licet, ad efficatiam exactionis non poſsit dici impleta per ſponſalia de futuro, multo minus poteſt dici defecta, vt promiſsio inifficax ſit. Cũ potius poſsit dici incepta adimpleri: vt ſic tãquam debitũ adhuc irreuocabile, ſit extrahendum, vt non minuatur per meliorationem ſequentem.

25 Secundo concluſio amplatur, vt ex eadem ratione, procedat in donatione ſimplici rei, vel quantitatis cæterę præcedẽti

irreuocabiliter promiſſa, iuxta.l.6. ſupra. vel cuius ſit tradita poſſeſsio per actum fictum, iuxta dicta.in.l.1.ſupra. Ea enim (licet reperiatur inter bona defuncti tempore mortis) non minuetur per meliorationem tertij & quinti poſteriorem. Et quamuis quo ad deductionem meliorationis, ſi ex ſolæ donationes ſimplices præceſſerint, nihil referat, an accumulentur, & deinde ex tertio & quinto omnium ſoluantur: vel ſeparentur, & melioratio poſterior reſecetur, in quantum lædat legitimas: ſi tamen præceſſiſſent etiam donationes ob cauſam, vtręque ſeparandæ ſunt, iuxta ſupra dicta in donatione ſimplici tradita.

26 . Tertio, concluſio ampliatur, vt procedat non ſolum in melioratione tertij, & quinti relicta in teſtamento, vt text. loquitur, vel aliâs reuocabili: ſed etiam ſi eſſet facta in contractu irreuocabili. Ea enim adhuc nec deducetur ex donationibus ob cauſam, vel ſimplicibus irreuocabilibus præcedentibus: nec ipſæ, pro meliorationis deductione, accumulabuntur, iuxta ſupra dicta. Ex eadem ratione, quod vna donatio non minuat aliã. ſecundũ gl. in. d.l. Titia. §. Imperator. de lega. 2. Et quod melioratio non referatur ad bona alienata, & quæ in patrimonio non reperiuntur.

27 Quarto, cõcluſio tx. ampliatur, vt procedat non ſolum ſi donationes pręcedẽtes ſint irreuocabiles, ſed etiã ſi eſſent reuocabiles. Quia melioratio tertij & quinti poſterior teſtamẽto relicta ex eis nõ deducetur, nec etiã pro ipſius deductione accumulabũtur, ſed de eis iudicabitur, prout dictũ eſt de irreuocabilibus. Et eſt ratio, quia cum dicta melioratio poſterior (tanquã genus) nõ minuat donationes præcedẽtes (tanquã ſpecies) per regulã, ꝙ generi pſpeciẽ derogetur. l. vxorẽ. §. fœlicisſimo. de lega. 3. ex eis nõ debet detrahi: ac pcõſequẽs, nõ debẽt pro eius deductione accumulari. Sed cõputatio faciẽda eſt, prout dictũ eſt ſupra. Diuerſum eſſet, ſi melioratio poſterior in contractu irreuocabili data eſſet: tunc enim reuocaret priores, per ea quæ diximus ſupra glo. 1. & in. l. 1. ſupra glo. 4. nu. 14.

28 Quinto, concluſio tex. ampliatur, vt procedat non ſolum in melioratione tertij & quinti ſimul, ſed etiam tertij tantũ, aut quinti tantũ. In vtraq; enim quota de per ſe viget eadẽ ratio, quę in ambabus iũctis, quod nõ debeat minuere, aut deduci ex præcedẽtibus, & ſic ſeruetur eadẽ diſpoſitio. l. illud. ad. l. A qui.

Sextò.

29 Sexto concluſio tx. ampliatur, vt procedat nõ ſolũ, ſi bona tẽpore mortis in eodem ſtatu permanſerunt, quę habebant tempore datę dotis: ſed etiã ſi fuerũt, vel aucta, vel diminuta. Vtroque enim caſu, eadem computatio ſupra dicta reſultat: & melioratio poſterior verificatur in bonis relictis tempore mortis. Niſi & donationes etiam ſimplices præceſsiſſent, quę (propter diminutionem bonorum) eſſent effectæ inofficioſæ, iux. l. 7. ſupra. Tunc enim ceſſaret effectus meliorationis poſterioris. Cũ & donatio eſſet reuocãda, in quantũ inofficioſa, ex. d. l. 7. Quod tamen periculum ceſſat in dote, vt ibi dixi. gl. 1. nu. 23.

Cõcluſio autem noſtri tx. ſic declarata aliquibus caſibus neceſſario limitanda eſt, vt in eis dotes, ſeu donationes præcedentes cummulentur cum bonis relictis tempore mortis, pro deductione tertij & quinti. *

30 Et inprimis aduertendũ eſt (quod iã dixi, & nunc repeto) quod quantum ad metiendas legitimas filiorum, omnia alienata per patrem titulo lucratiuo in vita, & in morte, cummulanda ſunt, cum bonis relictis tempore mortis vt filijs competat eademmet legitima, quæ competeret, ſi donationes factæ non fuiſſent, vt in authen. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſt. Quo ad deducendum autem tertium & quintum, ſolum eſſe conſideranda bona relicta tempore mortis, vt in. l. 7. ſupra. non diminutis, nec aggregatis donationibus præcedentibus, vt dictum eſt.

31 Quod quidẽ primo procedit, quoties dos, ſeu donatio irreuocabilis præceſsit meliorationem tertij & quinti. Nam ſi melioratio tertij & quinti irreuocabilis præceſsiſſet, qręuis dos, ſeu donatio ſequens, etiam tradita & ſoluta, quæ non reperitur inter bona defuncti tempore mortis, accumulanda tamen eſt: vt melioratio pręcedens ſuſtineatur, & non decreſcat, ſitque eiuſdem quantitatis, cuius fuiſſet tempore mortis, ſi dotes ſeu donationes ſequentes factę non fuiſſent, iuxta ea, quæ dicebamus ſupra in gloſ. præcedenti.

32 Quod ex eadem ratione, procedet etiam, quoties melioratio præcedẽs eſſet facta de re, aut quãtitate certa. Quia cũ ſolũ valeat in rationẽ tertij & quinti: pro metiẽdo tamẽ hoc tertio & quinto, & regulãda inofficioſitate donationis, nõ ſolũ dotes, ſeu donationes ſequẽtes, ſed etiam ipſiuſmet donationis quantitas accumularetur cũ bonis relictis tẽpore mortis, vt in quãtũ fieri poſsit, donatio includatur in tertio, & quinto, & nõ reuocetur.

 Nam

Nam cum (eo caſu) reuocari non poſsit, niſi propter legitimas: erit locus deciſioni text. in. d. auth. vnde ſi parens. Cum per donationem non dicatur diminuta legitima, quæ eadem futura erat, ante factam donationem. Quod tradit Gomez in. l. 29. Tauri. num. 35. verſic. ex quo in terminis.

33. Secundo, concluſio limitanda eſt, niſi teſtator aut donator expreſſerit velle ſe, vt melioratio tertij & quinti, quamuis poſterior, deduceretur ex omni cumulo bonorum, aggregatis dotibus, ſeu donationibus ob cauſam præcedentibus. Quamuis enim tale præceptum non prodeſſet, quoad reuocandas vel minuendas dotes, ſeu donationes irreuocabiles præcedentes. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mod. (quidquid in contrarium arguant, & varient Rode. in. l. quoniam in prioribus. in decla. l. Regni. quæſtio. 6. nu. 2. & Velaſquius in. l. 25. Tauri. nũ. 5. & ſeqq.) Proderit tamen, vt melioratio extendatur in quantum poſsit, ſine diminutione donationum præcedentiũ, & legitimarum filiorum. Ijs enim ſaluis, reliqua in arbitrio patris poſita ſunt, & ab eius voluntate pendent. Quod etiam tenuit Ayora. parti. lib. 2. q. 3.

34. Tertio cõcluſio intelligẽda eſt, quoties melioratio poſterior fuit facta de tertio & quinto, & ſic quota bonorum, prout tex. loquitur. Nam ſi eſſet facta de re, & quantitate certa, licet excederet valorem tertij & quinti bonorum tẽporis mortis, non aggregatis donationibus ob cauſam præcedentibus: valeret tamen in omni ea quantitate, quæ ſine diminutione donationũ præcedentiũ, & læſione legitimarum, poſſet: etiam aggregatis, ad id dotibus, ſeu donationibus ob cauſam. Ceſſat enim eo caſu ratio, propter quã meliorationẽ tertij & quinti, & ſic quotę bonorũ diximus ſupra reſtringi, etiã ampliatis legitimis: ꝙ ſcilicet, tanquã quotæ bonorũ, non intelligũtur referri ad bona iã donata, licet eis aggregatis legitimę non læderentur. Res enim aut quãtitas certa efficacius prouidet, & voluntatẽ extẽdit, in quantũ eſt neceſſum pro diſpoſitionis valore, ſine detrimẽto donationũ præcedẽtiũ & legitimarũ, cũ id à volũtate pẽdeat, aut nunc proximè dixi. Finge patrẽ, cui erãt quatuor filij, & in bonis. 400. dediſſe filiæ dotẽ. 50. poſtea autẽ melioraſſe filiũ in re certa valẽte. 186. donatio valet. Cũ nec reuocet dotẽ, nec noceat legitimis, ꝓ quibus (collata dote) remanẽt in bonis. 214. Cũ tũ ſi filiũ melioraſſet in tertio & quinto bono-

rum,

rum ſuorum, quamuis hæ partes (accumulata dote) valeant ea dem. 1 8 6. quia tamen dos eſſet ſeparanda, ex noſtro tx. ſolū valeret melioratio. 1 6 2. iuxta ſupra dicta.

35 Quarto, concluſio tx. procedit, quoties dos fuit legitime cō ſtituta, & nō inofficioſa, vtpote data cōtra prohibitionē. l. 1. tit. 2. ſupra. tūc enim verū eſt, nō poſſe minui per melioratio nē ſequentē, vt etiā diximus in. l. 6. ſupra gl. 1. nec etiā debe re accumulari pro deducēdo tertio & quinto, vt dictū eſt. Cæ terū ſi dos fuiſſet inofficioſa, vt quia exceſsit æqualē partem ſucceſsionis, & veniret reuocāda, ex deciſione illius legis: ex ceſſus ille, in quo eſt inofficioſa (tanquā nomē hæreditarium) deberet accumulari bonis relictis tēpore mortis, pro deductio ne meliorationis tertij & quinti. Prout etiā diximus in. d. gl. 1. nu. 1 8. Et poſt huius operis primā editionē tenuit etiā A yora parti. 3. p. q. 2 6. nu. 8 5. Quin, & pater poterit aſsignare me liorationē in vna re, iuxta. l. 3. ſup. relinquēdo alijs filijs reli qua bona, & inter ea nomen illud hæred tariū dotis inofficio ſæ, vt ipſi recuperēt. Nā cū melioratio, & aſsignatio, non ſit inofficioſa, dos autē ſic, illa erit querelāda. modo melioratus te neatur de euictione pro ſua parte. vt dicebamus in. l. 1. ſupra. glo. 1 0. nu. 1 2. & . l. 7. gloſ. 1. num. 1 5.

36 Et eadē ratiōe, idē eſſet in exceſſu donatiōis vltra legitimā ſumā, ſi ex defectu inſinuatiōis eſſet null⁹. iuxt. l. ſancim⁹. ver. ſi quid autē. & . l. pē. verſi. cæteris. C. de dona. Et idē ſimiliter eſſet, quoties donatio aliās eſſet nulla, vel eſſet reuocabilis, & tacitè, vel expreſſe per ſequētē meliorationē reuocaretur. I js. n. caſibus eſſet facienda cumulatio: cum hæc bona non differant ab hæreditarijs, iuxta ea quæ dicebamus in. l. 1. ſup. gl. 4. n. 2 4.

37 Quinto, cōcluſio limitatur, vt nō ꝓcedat in legatis. Ea enim quāuis largo modo dici donationes poſsint. l. legatū. de leg. 2. nō tñ ſunt extrahenda pro deducēdo legato tertij & quinti, qđ (tanquā quotæ bonorū) ad omnia bona refertur nō extra ctis legatis, vt dicemus in. l. fi. infra. gl. 2. Et quāuis videatur id ꝓcedere inter extraneos, inter quos legata particularia nō ſol uūtur ex tertio & quinto: inter filios autē nō referre, vtrū le gata particularia extrahātur, & legatū tertij & quinti reſece tur in quātū lædat legitimas: vel nō extrahātur, & deinde ſol uātur ex tertio & quinto ſic extracto, vt poſſe etiā fieri in dona tionibus ſimplicibus ſupra diximus, quādo eę ſolę factę ſunt:

filiũ in tertio & quinto bonorũ, faceret etiã alijs filijs legata
particularia, quæ valẽt in rationẽ eiuſdẽ tertij & quinti ex. l.
ſeq. Quãuis ꝓ extractione tertij & quinti nõ eſſent accumulã
dę dotes ſeu donationes ob cauſã p̃cedẽtes, ex ratiõe huius tx.
ſi tñ tertiũ & quintũ ſic extractũ nõ ſufficeret legatis particu
larib⁹, & ea legata poſſent valere intra bona libera nõ diminu
tis donationib⁹ præcedẽtibus, vel legitimis filiorũ: valerẽt qui
dẽ etiã ſi excederẽt tertiũ & quintũ bonorũ tẽporis mortis,
& melioratꝰ in tertio & quinto remaneret vacuus, per ea, quæ
in donationibus ſimplicibus diximus ſupra. 3. limitatio. n. 33.
Sexto, Cyfue. hic, in fi. limitat etiã decisionẽ huius tx. vt nõ
42 ꝓcedat, quãdo eſſent factę duę meliorationes, vnuſq; eſſet me
lioratꝰ in tertio, alter in quinto. Arbitraſq; eo caſu, prius de-
trahẽdũ quintũ, nec illud poſſe ꝑ tertiũ minui. Mouet̃ ex. l. 214
Styli. quę vſu forẽſi recepta eſt, ſecũdũ quã fauore animę, ex
cumulo bonorũ prius extrahit̃ quintũ, quã tertiũ, vt quintum
amplius ſit. Sed lex illa videt̃ loqui, & ꝓcedere, quoties vtraq;
melioratio in eodẽ teſtamẽto, aut cõtractu facta ſit, etiã ſi diſ-
poſitio tertij p̃ceſſerit diſpoſitionẽ quinti. Cęterũ ſi de vtraq;
quota ſit facta ſpecialis diſpoſitio, p̃ceſsitq; melioratio, ſeu
donatio tertij irreuocabilis, quęſtio magis dubia eſt, an quin-
tũ ex poſt facto donatũ, ſeu legatũ ſit extrahẽdũ prius tertio
Facit dubitationẽ. Quia cũ illa lex Styli ſit generalis, hũc etiã
caſũ debet cõprehẽdere, quaſi donatio tertij p̃cedẽs hũc habeat
ſenſũ ſub intellectũ, vt ſaluũ remaneat donatori ius diſponen-
di de quinto, cum prælatiõe legis: vt, ſcilicet, extrahatur prius
tertio. Cum diſponens ſemper videatur ſe referre ad diſpoſi-
tionẽ legis, vt ſm̃ eam ſua diſpoſitio intelligatur, vt not. Bar. in
l. hæredes mei. §. cũ ita. nu. 4. ff. ad Trebe. cũ alijs, quos referã in
fra. l. 11. gl. 5. n. 16. Eo maximè, quia tertiũ licet prius donatũ,
ſẽper refertur ad tp̃s mortis, quoad metiẽdã quantitatẽ. l. 3. &
7. ſup. Quę relatio videt̃ hũc effectũ habitura, vt cũ tẽpore mor
tis reperiatur etiã diſpoſitũ de quinto, illud priꝰ debeat extra
hi, ex illa. l. Styli. & poſtea fiat dimẽſio tertij. Præterea. cũ ra-
tio illiꝰ legis p̃cipiẽtis prius extrahi quintũ quã tertiũ ſit fa-
uor animę, & ſũptus funeris coherẽtis quinto (vt ipſa expri-
mit) & in eo ius quoddã publicũ verſet̃. l. Neratiꝰ ff. de relig. o.
nõ debet id tolli aut minui p donationẽ p̃cedẽtẽ: cũ ex ea ius
hoc quinti lędi nõ videat̃, nec poſsit, arg. d. l. Neratiꝰ. cũ ijs, quę
dicã. inf. l. fi. gl. 3 n. 10. Et ad eũdẽ effectũ cõducũt. l. 3. & 7. ſup

quatenus loquitur in tertio deducendo ſecundū tēpus mortis non autem loquitur in quinto. Quaſi lex voluerit ſignificare tertium trahendum ad bona relicta tempore mortis, vt vel inde prius deducatur quintū: quod nō ſit in quinto, quaſi illud nō tantū ſit deducendū ſecundū bona relicta tēpore mortis, ſed etiā de tertio (licet prius irreuocabiliter donato) quod ibi diſponitur trahendum ad tempus mortis.

Et ſecundū hoc poteſt reſponderi ad hunc noſtrum tx. qui videtur in contrarium obſtare, quatenus præcipit melioratio
43 nem tertij & quinti nō eſſe extrahendā ex donationibus præcedentibus, etiā ad collationem adductis.* Quia iſtud intelligitur in donationibus rei, vel quantitatis certæ: cum eo caſu, id videatur de mente donantis, vt illę integræ debeātur, nec poſſint minui per quintū. Nā cum talis donatio (ex interpretatione legis) intelligatur facta pro tertio, & ſi excedat, intelligatur etiam facta pro quinto, vt in. l. 10. infra. & ibi dicam gl. 3. nu. 5. non poteſt minui per ſequentem donationem quinti: vtpote, quæ ſaltim pro exceſſu tertij, intelligatur facta de eo quinto. Et quemadmodū, quintum non minuet rē, vel quantitatē certā prius donatā expreſſe pro quinto vel etiā quę eſſet ſimpliciter donata extraneo (cū tacitè intelligatur pro quinto, vt. in. l. 12. infra. & ibi dicā nu. 9.) eodē modo non debet minuere præcedentem donationē rei, vel quantitatis certæ facta filio: cū etiā intelligatur facta pro quinto, ſaltim pro rata, qua excedit tertiū, vt in. d. l. 10. Quæ non videntur ita procedere in donatione tertij, prout eſt quota. Quia cum ex relatione ad tempus mortis, illa ſit quantitas incerta: adhuc videtur donator ſibi reſeruare facultatem diſponendi de quinto, cū dicta prælatione, quam ei lex tribuit.* Et cū ſit verum donatorē poſſe ex
44 preſſe renuntiare illi legi, præcipereq́;, vt prius extrahatur tertium, quā quintū, & id ſit in omnē euentū ſeruandū, vt rectè aduertit hîc Cyfuen. & ad eundē finem ſufficiat coniecturata voluntas: cū ea, ne dum expreſſa, ſed etiā præſumpta, & tacita ſequenda ſit. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſth. l. fin. ff. de hæred. inſti. l. mulier. C. ad Trebe. l. ſi mater. C. de inſti. & ſub. Talis videtur eſſe, quæ colligitur ex donatione rei, vel quantitatis certæ, non vero, quæ ex donatione quotæ tertij. Et hæc opinio, quod donatio, ſeu legatū quinti extrahatur prius tertio, quantūcumq́; prius irreuocabiliter donato, videtur eſſe

de.

de mēte Cyſuc.hîc. Qui dū in ꝓpoſito noſtri tx.dicit quintū extrahendum prius tertio, ex lege Styli.ſatis ſignificat loqui ſe iuxta terminos text. quando vna donatio præceſsit alteram.

Quę opinio ſi vera eſt, non ſolum debet comprehendere caſum, quando præceſsit donatio quotæ tertij: ſed etiam quando pro eodem tertio donato eſſet aſsignata res certa. Quia talis aſsignatio non immutat in aliquo naturam donationis, vt dixi ſupra.l.3.glo.1.nu.6. Quinimo, & idem erit, quoties fuit donata res, vel quantitas certa, pro tertio. Quia iſto caſu eadem incertitudo verſatur, & relatio ad tēpus mortis, vt appareat an tertium capiat talem rem, vel quantitatem certam prius in rationem tertij donatam, vt dixi in.l.7.ſupra glo.1.nu.21. Quæ incertitudo, & relatio, & expreſsio tertij, debent ſignificare donatorem reſeruaſſe ſibi ius diſponendi de quinto, cum prælatione legis, vt ſit prius extrahendum.

45 Sed ijs non obſtantibus, contrarium videtur verius: vt donatio irreuocabilis tertij præcedens non minuatur per quintum ex poſt factum legatum ſeu donatum: nec quintum, eo caſu, extrahatur prius tertio. Non ſolum in illo caſu, quando fuit donata res, vel quantitas certa ſimpliciter, ex ratione ſupra adducta (in quo non eſt dubium) ſed etiam quando pręceſſit donatio irreuocabilis tertij, prout eſt quota, vel quādo fuit donata res, vel quantitas certa pro tertio. quod eſt idem.

46 Imprimis lex illa Styli videtur tantum intelligenda quādo vtraque diſpoſitio tertij & quinti in eodem teſtamento, vel contractu facta fuit, etiam ſi in eo præceſſerit diſpoſitio de tertio. Quo caſu non eſt illa lex ſuperflua, aut inutilis, ſed multum neceſſaria. Cum caſus dubitatione non careat, nec alibi reperiatur deciſſus. Imo, & qui ex regulis iuris in contrarium eſſet dedicendus: vt licet vtraque donatio in eadem diſpoſitione eſſet facta, illa quota eſſet prius extrahenda, quę primo legata, aut donata fuit. Vt vel ordo literæ, & diſpoſitionis id operaretur.l.quoties.ff.de vſufr. vel ordinata charitas teſtatoris, & prædilectio ad primo nominatum.l. qui ſoluendo.l. ſi non lex.§.temporibus.ff. de hæred. inſtit. l. generaliter. §. quid ergo ſi plures.ff.de fideicommiſ. libe. vt & magis dilectus magis honoretur, ſecundum Bald.num.22.in authen.hoc amplius.C.de fideicom. Atque ita lex illa (tanquam in hoc correctoria) non eſt extendenda, vt comprehendat etiam caſum, in quo ſit ius quęſitum tertio: cum intra ſuos terminos ſit ſatis

 neceſſa-

neceſſaria, verificata, & extenſa.

47 Præterea, quod quintum iſto caſu non ſit extrahendũ prius tertio ſuadetur, ex eo quod donatio perfecta, & irreuocabilis præcedens reuocari amplius minui, aut modificari facto donatoris non poteſt. l. perfecta donatio. C. de donat. quæ ſub mod. Minueretur autem, ſi taliter poſſet de quinto diſponere, vt illud eſſet extrahendum prius tertio ante donato. Quæ ratio cum procedat etiam in donationibus quantumcunquè onerosis, & neceſſarijs, vt dixi in. l. 7. ſupra gloſ. 1. num. 15. â fortiori nõ debet poſſe minui per donationem merè lucratiuam ſequentem. Quo caſu arctior eſt iuris prohibitio, vt prima donatio irreuocabilis non poſsit per ſecundam minui. vt notat gloſſa in fine, in. l. Titia Seio. §. Imperator. de leg. 2. & gl. verb. ex duabus. ibi: idẽ ergo in ſeptima quæſt. in. l. 1. C. de inoffi. dona. vbi ad hoc allegat. l. ſi libertus. §. fi. de iure patr. Et illas gl. ſequũtur cõmuniter D D. vtrobiq;. & in c. fi. de dona. ſecundũ Rube. in d. §. Imperator. & Tello hîc. n. 1. Vnde cũ donatio ſequẽs quinti nõ potuerit fieri, niſi ſaluo iure tertij prius irreuocabiliter donati: neceſſario erit tertiũ prius extrahẽdũ, ne minuatur per quintũ.

Præterea hoc etiam cõuincitur. Quia nõ ſolũ melioratio tertij, ſed etiam melioratio quinti. & cuiuslibet alterius quotę, non poteſt extrahi, niſi ex bonis relictis tẽpore mortis, vt in. l. 3. & l. 7. ſupra. & ibi dixi. gl. 1. nu. 20. Vnde cũ tertium ſit prius irreuocabiliter donatum, nec reperiatur inter bona defuncti tempore mortis: lex vetat, quintum poſteà datum inde extrahi. Imo, etiam ſi tertium nondum eſſet traditum, ſed reperiretur inter bona defuncti: ſatis eſſet, quòd donatio ipſius irreuocabilis pręceſſerit. ad hoc, vt eſſet prius tanquam debitum extrahendũ, vt fieret dimẽſio quinti, vt dixi ſupra. nu. 25. & in. l. 10. gl. 4. n. 6.

Præterea de hoc videtur lex noſtra expreſſa, dum præcipit meliorationem vltimã non eſſe extrahendam ex donationibus præcedẽtibus, etiã ad collationẽ adductis: ergo a fortiori, nec ex donatione tertij ſimplici & irreuocabili, quæ ad collationẽ nõ adducitur, debet extrahi melioratio quinti poſterior. Quæ deciſio cũ ſit generalis. & nõ ſolũ procedat in melioratione tertij & quinti ſimul, ſed etiã in tertio, aut quinto tãtũ vt diximus ſup. n. 28. & ea deciſio fulciatur rationibus pręcedẽtibus: nõ debet reſtringi, vt ſolũ procedat in donationibus rei vel quãtitatis certæ, nõ aũt in donatione tertij. Eius. n. deciſio amplior, & generalior eſt, & ſic intellecta iure & ratione fundatur vt dictũ eſt.

Et

Et ſecundũ hoc reſpõdeo ad ea, quæ ſunt pro parte cõtraria adducta. Scilicet, illũ, qui donat tertiũ, nõ tã reſpicere, vt ſaluũ ſibi remaneat ius d ſponendi de quinto, cum prælatione legis, Styli: quam ad alias leges, quæ potius conuincunt, vt præſens diſpoſitio ſuſtineatur, nec in aliquo minuatur. Præſertim facto donãtis, cui licet liberũ fuerit nõ donare, nõ tamẽ eſt libe rõ à priori facto recedere. l. ſicut initio. C. de acti. & oblig. l. per fecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo. Cũ intẽtio agẽtiũ potiꝰ d. rigatur, ad valorẽ, actus præſentis: quã ad illius inualiditatẽ, & diminutionẽ. l. 3. ff. de nuli. teſt. l. Clodius. de acq. hęre. Alias donatio tertij nõ cõtineret id, qd ſonat, & tanquam liberalitas captioſa eſſet reprobãda. l. cũ Aquiliana. ff. de trãſactio. Non obſtat, qd donatio tertij referatur ad tẽpus mortis. Quia hoc propter legitimas fit, vt dictũ eſt, nõ autẽ propter quintũ poſtea donatũ. Cũ ſit verũ illud non eſſe deducẽdum, etiã ex donationibus allatis ad collationem, ut in noſtro tex. Atque ita nihil ad hoc præſtat reductio, cum etiam nõ præſtet collatio. Eo maximè quia reductio ſemper habet exceptam fraudem donantis, vt non poſsit in præiuditiũ prioris donationis alteri poſtea etiam ob cauſam donare, vt dixi in. l. 7. gl. 1. nu. 15 Imo hinc deducitur, ꝙ cũ tertiũ referatur ad bona relicta tẽpore mortis, ex. d. l. 7. ꝙ ſi bona eſſent, eo tẽpore aucta, donatio tertij irreuocabilis ꝓcedẽs nõ ſolũ extẽderetur ad bona futura, cũ eadẽ irreuocabilitate, vt ibi diximꝰ, & in. l. 1. ſup. gl. 5. ſed etiã per cõſequẽs, cũ ꝑlatione, vt quoad futura extrahatur prius quinto ex poſt facto donato, vel legato, ex eiſdẽ rationibꝰ, iuxta ea, quę dicebamꝰ in gl. 1. quantũ ad dotes poſteriores.

Nec etiã obſtat fauor animæ, & ſumptus funeris cohęrẽtis quinto ex. l. fi. inf. Nã cũ id in ſumptibus neceſſarijs tantũ procedat, cũ alijs poſsit teſtator ſuæ animę oblitus renũtiare, vt ibi dicã gl. 1. n. 9. etiã donãdo quintũ in vita, vt ibi etiã dicã gl. 3. ex. n. 10. fatẽdũ eſſet, ꝙ ſi per tertiũ prius irreuocabiliter donatũ, ita remaneret extenuatũ quintũ, vt nõ ſufficeret impenſę neceſſarię funeris, quod in ſubſidium teneretur etiam donatarius tertij.

48 Nam & ſi daretur caſus, quod omnia bona eſſent neceſſaria pro hac impenſa funeris, ea eſſet præferenda, etiam legitimæ filiorum. Cum & pręferatur creditis. l. pen. ff. de religio. & credita ſunt potiora legitimis. l. Papinianus. §. quarta. de inofficio. teſta. Prout etiam d cemus in. d. l. fi. gl. 2. num.

18. Minus obſtat, quòd l. 3. & 7. ſupra loquuntur tant m in tertio, & non in quinto, quaſi quintũ non ſolum ſit deducẽdũ ſecundum bona relicta tempore mortis, ſed etiã ex tertio prius donato. Quia ea inductio falſa eſt. Nam quo ad hoc ill. l. 11. non ſolum procedunt in tertio, ſed etiã in quinto, & omni alia quota, vt ibi dixi. gl. 1. nu. 20.

49 Iuxta ſuperiora occurrit quæſtio, vtrum melioratio tertij & quinti deducatur ex quarta coniugi pauperi debita, iuxta tx. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. & l. 7. tit. 13. par. 6. ita

50 quod prius deducatur melioratio, deinde quarta. * Gregor. in dict. l. 7. verb. *hijos*, dubitauit vtrum coniux diues, qui contraxit cum paupere, ita quod ſit debitor quartæ, poſſit inſuper diſponere de tertio & quinto. Quia illud ſibi durum videtur propter nimium grauamen legitimæ filiorum, maxime alterius matrimonij, quibus proprietas quartæ non eſt reſeruanda, vt ipſe ibi ſignificat, & clarius Salicet. in d. authen. præterea. num. 9. in fi. Adhuc tenet coniugẽ pauperẽ habitu ã quartã, & inſuper teſtatorem poſſe diſponere de tertio & quinto, quem ſequitur Tello in l. 9. Tauri. num. 51. * Quorũ argumento idem erit in

51 deſcendentibus reſpectu aſcendentium, habebit enim coniux quartam, & inſuper deſcendens poterit diſponere de tertio in præiudicium aſcendentis, cum vtriuſque legitimæ idem ſit iuditium, & vtriuſque diſpoſitionis eadem ratio. l. nam & ſi parẽtibus. ff. de inof. teſt. l. 1. tit. 8. lib. 5.

Hoc igitur ſuppoſito, intrat dubitatio noſtra: quid prius ex

52 trahatur, & vtrum quarta minuat meliorationem, an vero meliorationem quartam? Segura in l. cohæredi. §. cum fil æ. num. 210. ff. de vulgar. tenuit quartam prius extrahendam, & ſic minuere tertium & quintum. Nam cum melioratio ſit quota bonorum, quarta autem ſit æs alienum, cuius coniux diues ſit debitor legalis, ita quod etiam nollens ſoluere teneatur, vt in dicta authentica, præterea, & in dicta l. 7. non poteſt quota bonorum aliàs deduci, quam extracto prius ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. de verbor. ſignif. Idem ſequuntur Arias in l. 32. Taur. nu. 19. & Tello hic. nu. 5.

Hoc videtur procedere, quoties melioratio tertij & quinti eſ-

53 ſet relicta in teſtamẽto. Si tñ eſſet facta p cõtractũ donationis irreuocabilis, nõ poſſet p quartã minui, quę tùc deduceretur ex bonis tãtũ relictis tẽpore mortis, nõ accumulata donatione. Idq; ex ge-

ex generali regula, quod donatio perfecta non poſsit amplius reuocari. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo. Quæ procedit etiam per quartam coniugis.
54 *Cū cōiux reſpectu quartę non reuocet donationes per cōiugem in vita factas, vt probat Corne. conſ. 178. volu. 2. & Soci. conſ. 108. vol. 1. quos refert & ſequitur Gregor. in d. l. 7. verbo. quarta.
55 *Non ſolum ſi melioratio eſſet ſic facta filio prioris matrimonij, ante contractum ſecundum cum paupere: ſed etiam ſi eſſet facta filio prioris matrimonij, vel etiam filio huius ſecundi matrimonij, etiā poſt contractum hoc ſecundum matrimonium cum paupere. Quo caſu, licet poſſet videri quartam (quaſi æs alienum, iam extans) debere prius deduci, cum diminutione meliorationis, ex ratione text. in dict. §. bona. & eorum, quæ diximus in. l. 5.
56 gl. 3. non tamen minuetur. *Nam debitum quartæ (re vera) nō contrahitur actualiter per contractum matrimonij cum paupere, ab ipſo die matrimonij: ſed à die mortis coniugis diuitis. Potuit enim pauper ante diuitis mortem ditari, & ſic carere illo remedio. Vt colligitur ex dict. authent. Præterea. in quantum conſiderat paupertatem ſuperſtitis, tempore mortis diuitis. ibi. *Coniux autem præmoriens locuplex ſit, ſuperſtes vero laboret inopia.* Cum ijs quæ ibi adducit Decius ex numer. 19. & expreſsius in dict. l. 7. in fine. vbi notat Gregorius, verbo. *de lo ſuyo.*

Sed quamuis quarta non minuat meliorationem irreuocabilē præcedētē, nec melioratio pro deductione quartæ ſit accumulanda, ex dicta ratione, quod ſolū debeatur ex bonis relictis
57 tēpore mortis. *Cū tamen propter quartam (etiam debitam ex matrimonio poſteriori) bona reperiantur tempore mortis diminuta in damnum legitimarum: occaſione quartæ, minueretur melioratio pręcedens, quamuis irreuocabilis: ex eadem rationem, quod quarta ſit ęs alienum. Nam cum omnes donationes parentis ſint reducendæ ad tertium & quintum, ex. l. ſeq. & illud tertium & quintum ſit reducendum ad tempus mortis. ex. l. 7. ſupra. & pater poſsit interim de bonis diſponere, citra fraudē, vt ibi dixi gl. 1. nu. 12. Quēadmodum ęs alienum (etiam contractum poſt factam meliorationem irreuocabilē) minuit bona tēpore mortis, cū quibus eſt adęquenda melioratio, vt ibi dixi num. 16. eodem modo, quarta debita coniugi (etiam ex matrimonio poſteriori) minuet bona temporis mortis,

tis,cum quibus eſt regulanda melioratio,ex dict.l.7.ac proinde minuet meliorationem præcedentem. Cum per contractũ matrimonij,cenſeatur cõtractum debitum neceſſarium quartæ, ſaltim tempore mortis,quod ſufficit. Argumento.l.ſi duo. in fine. de acquirend.hæredi.Quod quamuis non cedat in augmentum quartæ, cedet tamen in augmentum legitimarum, quarum fauore ſit dicta reductio ad tempus mortis.Et quamuis,quando bona in eodem ſtatu permanſerunt, quem habebant tempore meliorationis, non poſsit ex ea deductione conſiderari aliquod augmentum legitimarum, modo quarta extrahatur ante meliorationem, modo poſt: (licet quo ad vtrumque multum interſit) ſi tamen bona eſſent diminuta, aut etiam aucta, reſultaret ea deductio in fauorem legitimarum. Ijs enim caſibus,extracta prius quarta ex bonis relictis tempore mortis, & facta reductione meliorationis ad bona reſtantia, & computato vero tertio & quinto: filius melioratus tanto minus recipiet ex augmento bonorum,vel tanto plus reſtituet, propter diminutionem, quantum ex computo deductæ prius quartæ reſultabit in fauorem legitimarum filiorum.Iuxta tradita in dict.l.7.

Et quamuis videatur parum referre, quod quarta minuat meliorationem, aut nõ:maximè, ſi melioratio ſit facta filio cõmuni eiuſdem matrimonij,cum quarta ſit eis reſeruanda,vt in
58 d.auth. Præterea. Adhuc tamen multum refert. * Quia non reſeruatur,prata legitimę& meliorationis,ſed ęqualiter omnibus filijs defertur,vt ibi, & in corpore vnde ſumitur. Adeo, quod nec pater poſſet talem legem quartæ imponere,cum ſit debitor neceſſarius,vt ibi.Nec poſsit in re debita legem imponere.Quamuis enim inter DD.videatur controuerſum, vtrũ coniux præmoriens diues ſit debitor neceſſarius, aut contin-
59 genter, vt tangit Gregor.in.d.l.7.verbo. *non dexaſſe.* * Verius eſt,vt ſit debitor neceſſarius:ita,vt etiam contra eius voluntatem,ſuperſtes pauper ſit habiturus quartam,computato tamẽ quod ſibi relictum eſt,etiam ſi teſtator adiecisſet legato,vt amplius petere non poſſet:vt deducitur ex.d.authen.vbi ex aliorum opinione probat Alex.nu.6.aduerſus Salic.Vnde quemadmodum coniux ſuperſtes non poſſet in quarta meliorare aliquem ex filijs,vt diximus in.l.2.glo.1.nu.7.ita nec præmoriens poſſet quartæ debitæ legem imponere, vt filijs reſerue-

tu

tur inęqualiter. Vno enim, & altero caſu, viget legis diſpoſitio
reſeruantis æqualiter. Et vbi lex diſponit homo diſponere nõ
poteſt, vt not. Bal. in auth. lucrum. C. de ſecun. nup. & in ſimili
diximus in d. l. 2. gl. 1. nu. 5.

60 Illa autẽ diſtinctio, quã tradũt Salic. & Greg. ſupra relati,
inter filios eiuſdẽ matrimonij, vel alterius: vt quarta ſit reſer-
uãda filijs eiuſdẽ matrimonij, nõ autẽ filijs, quos coniux præ-
moriens haberet ex alio priori matrimonio: nõ videtur iure
nec ratione probari. Nã in primis tex. in d. auth. Præterea eſt
expreſſus in contrariũ. ibi. *Vt tamen eiuſdem matrimonij liberis pro-
prietatem ſeruet, ſi extiterint, eis tamẽ nõ extãtibus, vel ſi nullos habuerit,
potiectur etiã dñio.* Quibus verbis ſatis tx. innuit, ꝙ cõiux tenetur
etiã reuocare ꝓprietatẽ filijs mariti prioris matrimonij. Cum
de cõmunibus liberis prius loquutus adijciat. *vel ſi nullos habue-
rit.* qd de alijs, q̃ de cõmunibꝰ intelligẽdũ eſt. Nec ea verba poſ-
ſunt referri ad filios cõiugis ſuperſtitis ex alio matrimonio: cũ
omni ratiõe eſſet alienũ, ſi quarta habita ex bonis p̃mortui p̃-
ciperetur reſeruari filijs ſuperſtitis alterꝰ matrimonij, omiſſis
filijs p̃mortui ex altero matrimonio. Prȩterea vtriuſq; rei eadẽ
eſt ratio, imo & maior. Nã pater facit p̃iudiciũ filijs, quos ha-
61 bet, ducẽdo ſecundã vxorẽ pauperẽ: * & lex ſemper ſolet proui-
dere, ne filij prioris matrimonij ꝑcõtractũ ſecũdi fraudẽtur. l.
ſi cõſtãte. C. de don. ante nup. Rurſus, queadmodũ lex, quę vo-
luit ꝓuidere, ne cõiux pauper laboret inopia, ſatis illi arbitra-
ta eſt eſſe prouiſſum cũ vſufructu quartę, quãdo extãt filij eiuſ
dẽ matrimonij, quibus præcipit ſeruare ꝓprietatẽ: quare non
erit idẽ, extãtibus priuignis, qui iã extabãt, quibuſq; maiori ra-
62 tione ꝓuidẽdũ erat, ex ratione tx. in d. l. ſi conſtante. * Præte-
rea lex æquiparat filios vtriuſq; matrimonij, quãtũ ad taxan-
dã partem, vt ſi tres ſint, vel pauciores, ſuccedat cũ eis in quar-
ta, ſi plures, in virilem: quare etiam non æquiparabuntur, quan
tum ad reſeruationem proprietatis. Præterea ex opinione con
traria reſultat abſurdum, ſi pater habeat duos, aut plures filios
ex primo matrimonio, vnum tantum ex ſecundo, ſi vxor te-
neretur reſeruare proprietatem quartæ filio ex ſecundo, non
autem ex primo: illi nimium grauantur, & eorum ſucceſſio
nimis diminuitur, propter filiũ ſecundi matrimonij: maximè,
ſi pater in eum etiam contuliſſet melioratiõẽ tertij & quinti.
Quę oĩa rationi cõſona sũt, vt quarta reſeruetur ęqualiter filijs

con-

coniugis præmortui ex hoc, & altero priori matrimonio: &
quòd coniux non potiatur dominio, niſi in omnium defectum.
Sed illa verba, *vel ſi nullos alios habuerit*, quæ leguntur in dict. au-
thent. præterea, non reperiuntur in originali, vnde illa ſumpta
eſt. Solum ibi mulieri præcipitur reſeruare proprietatem filijs
63 communibus, de alijs verbum vllum nõ reperitur. *Neque Irn.
qui tranſtulit authenticas ad Codicem, habuit authoritatem le
gis condendæ, vt aduertit Decius in eadem authen. in princ. &
Corneus in authent. ex cauſa. nu. 91. C. de liber. præte. & Co-
uarruu. in cap. Raynuntius. §. 6. num. 4. Quemadmodum nec
Gratian. vt ex alijs notat Decius. in authen. ingreſsi. in princi.
C. de ſacroſ. eccleſ. Et adhuc iſtud non videtur inconueniens, vt
quamuis tex. in corpore, vnde illa authent. ſumpta eſt, non me-
minerit de filijs prioris matrimonij, ſed ſolũ de communibus:
extendatur tamen, ex prædictis rationibus, quibus deſeruit au
thoritas Irnerij, qui licet non habuerit facultatem legis condẽ-
dæ, ſic tamen intellexit, dictamq; authent. interpretatus eſt.

GLOSSA TERTIA.

Dos, & donatio propter nuptias, quando conferantur in ſucceſsione parentum, aut auorum. Et quæ nam ſit hodie donatio propter nuptias. Et vtrum pater poſsit eſſe fideiuſſor in dote filij.

1 *Dos & donatio propter nuptias ſemper conferuntur.*
2 *Neptes conferunt dotem datam matri; etiam ſuccedẽtes cũ patruis.*
3 *Neptes conferunt dotem ſibi datam ab auo.*
4 *Dos data nepti à patre, vel matre, non confertur in ſucceſsione auorum.*
5 *Dos data ab auis, an ſit conferenda in ſucceſsione parentum.*
6 *Aduentitium eſt, quod datur ab auo nepoti, & quando. nu. 7.*
8 *Dos data nepti non poteſt fieri aduentitia, Iure Regio, etiam volente auo.*
9 *Donatio propter nuptias, quæ nam ſit.*
10 *Donatio propter nuptias antiqua deſuetudine abrogata eſt.*
11 *Leges partitarum appellant donationem propter nuptias, arras.*
12 *Arræ multum diſtant à donatione propter nuptias.*
13 *Donatio propter nuptias, an ſit ea, quæ datur filio pro matrimonio contrahendo, quod ſic num 20.*
14 *Donatio pro matrimonio, eſt donatio ſimplex, & num. 21.*

15 *Donatio propter nuptias eſt donatio ob cauſam.*
16 *Donatio pro matrimonio inſinuationem non requirit.*
17 *Donatio propter nuptias inſinuationem requirit. & nu. 22.*
18 *Donatio pro matrimonio non confertur. & nu. 23.*
19 *Donatio ad titulum patrimonij pro ſuſcipiendis ordinibus, an conferatur quod ſic. num. 25.*
24 *Diſtinguitur inter donationẽ, & meliorationẽ, pro matrimonio cõtrahẽdo.*
26 *Dos data moniali confertur.*
27 *Pater, an poſsit eſſe fideiuſſor in dote filij, quod non. nu. 28.*
29 *Fideiuſſor datus a marito volente, & non coacto, pro dote non tenetur.*
30 *Duo rei, an poſsint in dote conſtitui, & obligari.*
31 *Duo rei videntur ad inuicem fide iubere.*
32 *L. fin. C. de dote cauta, expenditur, & noue intelligitur.*
33 *Dos poteſt ſolui marito, & adiecto cuicunquè eo volente.*
34 *Actio de dote datur contra non obligatum, qui poſsidet, quando qui debet eſt inops.*

1 TRaxeren a collacion. Prout dos, & donatio propter nuptias datæ filijs, ſiue in poteſtate, ſiue emancipatis, ſemper conferuntur. l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſt. l. vt liberis. l. illã. C. de collat. l. 3. tit. 15. par. 6. l. 3. tit. 8. infra. Etiamſi à matre, vel auo materno datę ſint. Ad quos licet obligatio dotãdi nõ ſpectet. l. neque mater. C. de iure dot. Quia tamen non eſt donatio ſimplex, ſed ob cauſam matrimonij, quæ etiam in matre inducit naturalem affectum collocandi filios in ſtatu: ideò confer
2 tur, & imputatur in ſucceſsione eius, vt in dictis iuribus. * Et non ſolum dos, & donatio propter nuptias conferuntur per filiam, vel filium, cui datæ ſunt: ſed etiam (eis mortuis) per eorũ filios, qui in eorũ locũ vocantur ad ſucceſsionẽ aui. Vt probatur in hoc tex. in verb. *deſcendientes*, & in. d. l. 3. tit. 8. verb. *aſcendientes*. Non ſolum quando nepotes ſuccedunt ad inuicẽ cũ alijs nepotibus eiuſdẽ gradus, in quo hæc iura concordant cum. l. vt liberis. C. de collat. ſed etiã quãdo ſuccedũt cũ patruis, auũculis amitis, & materteris, in quo concordant cũ. l. illam. C. eo. tit. In quo tex. licet ſolũ tractetur de nepotibus reſpectu aui materni, in. verſi. *Nã ſi inteſtatus quis*, & reſpectu auię paternæ, vel maternæ, in verſic. *Vel ſi qua inteſtata*, non autem agatur de nepotibus reſpectu aui paterni, in omnibus tamen idem eſt iuditium, ſecundum Iaſ. ibi, num. 17.

3 Et idem erit ſi dos eſſet data ipſi nepti, vel donatio propter nuptias nepoti ab auo, de cuius ſucceſsione tractatur. Erit enim ſimiliter conferenda per ipſas neptes, vel nepotes ſuccedentes cum patruis, amitis, & materteris. Secundùm gloſ. verbo, mortua perſona, in dict. l. illam, quę ſic extendit illum text. licet hæc quæſtio ibi non decidatur. Et licet in hac quæſtione magis communiter Doctores, aduerſus illam gloſ. ſequantur diſtinctionem Bart. num. 6. in. l. ſi emancipati. cod. tit. ſecundũ Iaſ. in d. l. illã. n. 17. in fin. Opinionẽ tamen gloſſę, in diſtinctè ſequuntur Cyn. Bal. & Deci. ibi. nu. 12. vbi Molin. dicit hãc eſſe veritatem. Et hæc eſt approbata in hoc text. verb. *decendiẽtes* relatus ad collationem. Et expreſsius in d. l. 3. tit. 8. qua cauetur, vt ſi filius, vel filia veniant ad hæreditatem paternam, vel aliorum aſcendentium, & ſic auorum, debent conferre dotes, & donationes propter nuptias receptas ab eo, de cuius hæreditate agitur. vt aduertit Caſtillo. nu. 18. in. l. 29. Tauri.

4 Si tamen dos, vel donatio propter nuptias eſſet data nepti, vel nepoti, non ab auo, de cuius ſucceſsione tractatur, ſed à patre, vel matre ipſorum nepotum: Quamuis illa gloſ. in d. illam, teneat eſſe conferẽdam patruis, amitis, & materteris in ſucceſſione aui: communiter tamen reprobatur, ſecundùm Iaſ. ibi. nu. 18. cum non proceſſerint de bonis eius, de cuius ſucceſsione tractatur. argum. l. vt liberis. §. 1. C. eod. tit.

5 Cæterum ſi dos, vel donatio propter nuptias ſit data ab auo nepti, vel nepoti, magis dubium eſt, an ſit conferenda in ſucceſsione patris. Et videtur, quòd non. Nam cum aduentitia non conferantur. l. fin. C. de collat. nec debet conferri quod da-

6 tur ab auo nepoti. * Quod eſſe aduentitiũ teſtatur gl. in. l. qui in aliena. §. interdũ. verb. facit hæredẽ. ff. de acqui. hæred. & gl. in l. quęſitum, verb. ſeruo, ibi ſecundũ hodierna tempora. de leg. 1. & gl. magna ibĩ, ſed quidam putant in. l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de liber. & poſthu. & gl. in. l. auus neptis. ff. de iure dotiũ. vbi ex text. pro illis glo. Quas in hoc dicit cõmuniter approbatas Iaſ. in d. l. Gallus. §. quid ſi is. num. 22. & Parpa. in. l. 2. §. quod ſi in patris. nu. 24. ſolu. matr. Alex. in. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. num. 16. ff. de vulga. & in. l. in quartam. num. 41. ff. ad. l. Falci. Lupus in rubric. de donat. inter virum. §. 45. nu. 20. Alciat. regul. 1. præſumpt. 17.

7 Sed illarum gloſ. opinio procedit, quando auus dediſſet ex

cauſa

cauſa voluntaria. Quia tunc datum bene dicitur aduentitium. Cæterùm, ſi daret ex cauſa neceſſaria, puta dotis, aut donationis propter nuptias, ad quas pater ipſe tenetur. l. fin. C. de dotis promi. tunc verius eſt, dotem & donationem propter nuptias, cenſeri profectitias, & in ſucceſsione parẽtis conferendas. l. dedit dotem. ff. de collat. bonor. Et eſt de mente Bart. ibi. nu. 2. & in authent. ex teſtamento. C. de ſecun. nup. Et eſt opinio verior & receptior, ſecundum Rip. in. d. l. in quartam. num. 202. Et ibi Paul. de Monte. nu. 83. & Fabian. in authen. nouiſsima. C. de de inoffi. teſta. nu. 164. Videtur enim in dubio, auus dare contemplatione filij, vt in. d. l. dedit dotem, ſecundm Bart. & alios. Si tamen expreſſe eſſet datum contemplatione ipſius neptis, vel nepotis: tunc, quamuis iure communi tam dos, quam donatio propter nuptias, cenſeantur aduentitiæ, & non conferantur in ſucceſsione parentis, per tex. in. l. auus neptis. ff. de iure dotium. ſecundum ſupra citatos: & Iure Regio in donatione

8 propter nuptias, id etiam verũ ſit. * Dos tamen data nepti non poteſt (etiam volente auo) fieri aduentitia, propter prohibitã ipſius meliorationem. l. 1. tit. 2. ſupra. prout explicuimus in. l. 2. ſup. gloſ. 3. num. 2. Quæ prohibitio, cum vetet neptem cauſa dotis meliorari ab auo, vt ibi diximus: dos non poteſt aliunde ſolui, quam ex legitima filij, & ſic in eius ſucceſsione conferetur. Quod cum procedat data expreſſa declaratione aui: idem erit (à fortiori) in tacita, puta, quando filius eſſet diues. Quo caſu, quamuis auus (iure communi) videatur in dubio dotare neptẽ ipſius contemplatione, & non filij diuitis: cum auus non teneatur dotare neptem pro filio diuite, vt tradunt Alexand. num 28. & Ripa. nu. 204. in. d. l. in quartam. Iure tamen Regio, quamuis auus non teneatur etiam dotare neptem pro filio diuite: ſi tamen volens dotet, adhuc dos non erit aduentitia, ex dicta ratione, prout etiam diximus in. d. l. 2. gl. 3. nu. 3.

9 Sed quatenus tex. iſte tractat de donatione propter nuptias adducta ad collationem: non immerito, quæri poteſt, quæ ſit iſta donatio propter nuptias. * Nã illa de qua in. l. vt liberi. C.

10 de collat. & in. l. quoniam nouella. C. de inoff. teſta. abrogata eſt, & de cõſuetudine nõ ſeruatur. Secundũ gl. & ibi Fabr. in auth. æqualitas. C. de pactis conuen. Et Bald. in auth. dos data. C. de donat. ante nupt. & ibi Angel. & Salic. Pau. in. l. mulier. § cum proponeretur. nu. 3. ad Trebel. & gloſ. in authentic. de æquali.

dotis.§.1.Pariſi.conſ.126.nu.6.lib.1.Corra.in.l.qui liberos. de ritu nup. num. 137.Baça de dote.c.7.num.5. & c.8.num. 25. Iuliũ Clar.§.donatio.q. 11. Erat autem donatio propter nuptias,donatio quædam,quæ per maritum, vel eius patrem, vel aliũ,eius nomine,dabatur vxori,aut nurui,propter matrimonium, in recompenſam dotis,& ad illius ſecuritatẽ,& efficiebatur vxoris conſtante matrimonio,& eo ſoluto reuertebatur ad virum.l.fin.C.de donat.ante nup.Vt latius proſequitur Gomez in l.50.Taur.num.9. Quę omnia ſublata iam ſunt,& pro ſecuritate dotis ſolum fit obligatio & hypoteca bonorum. Atq; ita text.noſter de hac donatione intelligi non poteſt.

11 Aliter interpretatur l.1.tit.11.part.4. vt donatio propter nuptias,iure Hiſpano,ſit idem, quod dicimus *Arras*, eaſq; ſucceſsiſſe in locum donationis propter nuptias,de qua in legibus Codicis. Et idem probatur in.l.87.tit.18.part.4. Et cum hoc tranſit Gregor.in d.l.1.dicens ſtatuta loquentia de Iure cõmuni in donatione propter nuptias eſſe interprætanda,& verificanda iure Hiſpano in arris. Idem tenuit Montal.in rubr.tit. 2.lib.3.Fori. Et Lupus in rubric.de donat.inter virum.§.12. num.1. Et Roderic.in.l.1.tit. *De las arras.* foro.ll. num.2. Imò & l.3.tit.15.part.6. tractans in materia collationis hanc do-

12 nationem propter nuptias arras appellauit.* Sed,re vera,apud nos ſatis compertum eſt arras, quibus iure Hiſpano nunc vtimur, de quibus in l.1.tit.2.lib.3. Fori,& in.l.2.3.&.4. tit.2. ſupra. eſſe quid longe diuerſum à donatione propter nuptias, de qua in legibus Codicis. Quod ex ipſiſmet legibus, & iis, quæ cumulat Gomez in dict.l.50. ex num.9.ſatis patet. Vbi ipſe.num. 11.& Couarru.in.4.2.part.c.3.§.7.numer.12.& Grego.in l.7.tit.11.par.4.verbo. *Lo que quiſiere*, hoc expreſſe aſſerunt. Non obſtat dict.l.1.tit.11.part.4. Nam ex dict.l.7. eiuſdem tituli ſatis patet, quòd prædictæ leges non ſenſerunt de arris, quæ hodie dantur iuxta leges Fori,& Tauri, vt bene aduertit ibi Gregor. Quo circa poſsibile eſt, quòd in dict.l.1. illa interpretatio eſſet facta ſecundùm tempus,quo illæ.ll. cõditæ fuerũt: quo tẽpore ſic in Hiſpania appellabatur donatio propter nuptias. Vel poſsibile eſt,quòd lex illa voluerit dicere,quòd in locum donationis propter nuptias, quæ illo tempore iam erat deſuetudine abrogata, Hiſpani introduxerint arras, quamuis eſſet quid diſtinctum ab illa donatione

propter

propter nuptias:licet verba tex. hanc interpretationem ægre ferant. Quidquid id ſit,donatio propter nuptias,de qua in hoc tex.non poteſt verificari,vel exemplificari in arris, quibus nũc vtimur,cum ſint omnino diuerſa.

13 Gloſſatores noſtri hanc donationẽ propter nuptias, de qua in his legibus,dicunt eſſe donationem factam filio, vt in matrimonium eat, *Por via de caſamiento.* Ita interpretatur Cifuen. nu. 1. Lupus. num.45.in.l.17. Taur. Couarruu.in. cap. Raynaldus.§. 2. num.7. Sic etiam interpretatur Aymon.conſ.85.nu. 1. &. 2.volum.4. & Decius conſ. 239. num.3. Quorum argumento Couarruu.vbi ſupra reſoluit,quòd donatio,quæ datur filio pro titulo patrimonij, vt ordines ſuſcipiat,eſt conferenda & imputanda,quia eſt donatio ob cauſam: argum. donationis propter nuptias,quæ datur ad matrimoniũ carnale. Et hoc ſequitur Minch.de ſucceſ.crea.§.22.nu.44.& Auend.reſpõ.17.

Contrarium ſemper obſeruat Tello.in.d.l.17.Taur.nu.78. & in.l. 22. num.24.& in.l.29.num.5.quòd hæc donatio facta filio,vt in matrimonium eat.ſit quid diſtinctum à donatione propter nuptias,& quòd ſit donatio ſimplex,& non conferenda,nec includatur ſub nomine donationis propter nuptias, de qua agitur in hoc tex. & in.l. 3. tit. 8. infra. Cuius opinio comprobatur authoritate Pauli. conſ.345. vol. 1.& Bertran. conſ. 66.num.2.vol. 2. & conſ.135. num.7.vol. 1. & Aymo.

14 vbi ſupra. * Qui voluerunt hanc donationem factam filio, vt in matrimonium eat, non eſſe donationem propter nuptias, ſed ſimplicem. Adeò quòd de iure communi,inter patrem & filium in poteſtate non valebat, niſi interceſſiſſet traditio, & ſequuta eſſet mors. Prout dicit Paul.vbi ſupra.& Ripa.n.141.in l.1.ſolut.matr.Et tamẽ ſi eſſet donatio propter nuptias valeret

15 cùm ſit vere donatio ob cauſam.l.fin.C.de dotis promi. * Comprobatur etiam authoritate Decij.conſ. 414. num. 14. & Bertran.conſil.1.num.21.& conſ.127.num.10.& conſil.246.nu.

16 7.volum.2. * Qui voluerunt in hac donatione facta filio, vt in matrimonium eat, inſinuationem non requiri. Quæ eſt omniũ communis opinio ſecundum Riminal. in. §.1. de donation.

17 nu.494.* Et tamẽ,ſi iſta eſſet donatio propter nuptias,ipſi negare non poſſent requiri inſinuationem, ſi excedat legitimam ſummam, quamuis cunque ſit donatio ob cauſam.l.fin.§.ſimilique modo. C.de iure dotium. l. final.C.de donat.ante nupt.

Quæ iura non corriguntur per authẽticam.eo decurſum,eo tit. Quia,in quantum ibi dicitur non eſſe neceſſariam inſinuationem,intelligendum eſt,quo ad fauorem mulieris,prout tex. declarat,ibi.*Hoc quantum ad mulierem*, iuncta gloſ.&Salic. Vnde cũ Decius.Bertran.& communis opinio aſſerat in hac donatione facta filio,vt in matrimonium eat,inſinuationem non requiri:
18 ſatis oſtendunt non eſſe donationem propter nuptias.* Comprobatur etiam opinio Telli ex textu in dicta.l.3. tit.8. infra Vbi donatio propter nuptias iubetur conferri. Quod non poteſt exemplificari in donatione facta filio, vt in matrimonium eat,cum ea ſit ſimplex,& non ob cauſam,& per conſequens,nõ conferatur, nec in legitimam imputetur. Quod tenet Bertran. conſil. 91.nu.5.verſ. ad ſecundum.vol. 2.Aymon. conſ. 85.& conſ.114.num.17.& conſ.136.vol.4.Decius.conſ.216. num. 7. & Oldrald.conſ.5.Hoc ipſum conuincitur ſecundum Tell. ex.l.1. &.6.ſupra.in quibus fit mentio de hac donatione in cauſam matrimonij,& eã tex.appellant.*Por via de caſamiento*, in noſtro vero tex.& in.d.l.3.tit.8. fit ſpecialis mentio donationis propter nuptias.Et ſic iura apertè ſignificant diſtinctam eſſe vtramquè donationem.Quod manifeſtius comprobatur(ſecundum eundem Tello in.l.29.Taur.)ex.d.l.1.ſupra.quatenus facit reuocabilem omnẽ donationem factã filio,niſi traditio interceſſerit: vel ſiat ex cauſa oneroſa cum tertio,per viam matrimonij. Quæ cauſa oneroſa non poteſt exemplificari in donatione propter nuptias,quæ de per ſe irreuocabilis erat.l. Pompon.Phila.ff.famil.hærciſ.l.quoniam nouella.C.de inof.teſta. gloſ.1.in.l. 2.C.de inoffic. donat. vbi notat Bal. Et ſic vocabula iſta, ſeu termini, quibus hæ leges vtuntur, confundi non debent.

19 Et ex his rationibus, Tello in dict.l.29. num.26. reprobat opinionem Couarruu. ſupra relatam, aſſeritque donationem in titulum patrimonij, pro ſuſcipiendis ordinibus,eſſe ſimplicem,& per conſequens, non conferendam. Quod tenuerunt Fab. in.l. ſi emancipati. C.de collat.& in.§. fin. Inſtit.de inoſ. teſtam.Igneus in.l.3. §. ſubuenitur.nu.177. ad Sylla. Aymõ. conſ.136. Caſſan. in conſuetu.Burg. rubric.7.§.5. Dueñas.regul. 222.limita.3. Rojas de ſucceſ.cap.7.num.46.

20 Profectò negari nõ poteſt, attẽtis huius vtriuſq; donationis iuris effectibus,donationẽ propter nuptias verã & propriã de

qua

qua in legibus Codicis, videri quid diſtinctũ ab hoc donatione pro matrimonio, de qua agimus. Cæterum habet iſta opinio vnum inconueniens, quod mihi non parui momenti videtur, ſcilicet, quòd hæc lex loquens in donatione propter nuptias adducta ad collationem, non poſſet in aliqua donatione exemplificari. Et licet quo ad principalem deciſionem text. quòd melioratio nõ debeat deduci ex dote, vel donatione propter nuptias adductis ad collationẽ, quæſtio poſſet omitti ex ijs, quæ diximus in gloſ. præcedente in principio, vbi oſtendimus quamcũq; donationem, quæ præceſſerit, non poſſe minui per meliorationem ſequentem: adhuc quæſtio non eſt ſubterfugienda pro interpretatione text. in quantum tractat de donatione propter nuptias adducta ad collationem: & tex. in d.l.3.tit.8.infra. vbi magis ex propoſito deciditur donationẽ propter nuptias eſſe conferendã, quaſi cenſeatur data in rationem legitimæ: ad quem articulum redducitur fructus huius inueſtigationis, ſcilicet, vtrum donatio illa ex cauſa oneroſa matrimonij contrahendi ſit conferenda, vel non.

Quo circa ego in ea ſemper fui ſententia, quòd predictis nõ obſtãtibus text. iſte tractans de donatione propter nuptias adducta ad collationẽ, & tex. in d.l.3.tit.8. præcipiens cõferri donationẽ propter nuptias, debere intelligi, & interpretari, in hac donatione data filio in cauſam matrimonij, non quidem in genere, vt ditius matrimonium inueniat, (ea enim eſſet donatio mere ſimplex, & intelligeretur melioratio, ex interpretatione legis ſequentis) ſed in ſpecie, cauſa contrahendi cum certa, quando non eſt facta de tertio aut quinto, aut per expreſſum titulum meliorationis. Et quòd hæc donatio ſit, quam hæ.ll. appellant propter nuptias: ad effectum, vt cenſeatur data in rationem legitimæ, & per conſequens, conferatur. Nam ſi hæ.ll. in hac donatione non exemplificarentur, verba remanerent inania, nec in aliqua donatione poſſent verificari. Nec fas eſt dicere harum legum conditores ignoraſſe effectus donationis propter nuptias, de qua in legibus Codicis, abrrogatos eſſe, & in illis terminis, & ad illos fines, quibus tunc illa donatio erat in vſu, nunc iam conſuetudine non ſeruari. Quorſum ergo illo vocabulo vſi ſunt, tractantes de collatione donationis propter nuptias, conſeruantes vocabula inania, & ſine iuris effectu?

quòd mihi abſurdum videtur. Nam verba non ſunt ſine effe-ctu proferenda, aut relinquenda. l. ſi quando. de legat. 1. l. 4. de vſufruct. l. quod Labeo. de Carbo. ęd. c. ſi Papa. de præſur. in 6. Lex enim ſemper abhorret nomina ſine effectu. l. 4. §. cōdemnatum. de re iudic. l. ex facto. §. fin. de vulgar. l. propter. §. neptis. ad Syllan. Voluerunt ergo hanc donationem factam filio cauſa contrahendi matrimoniū cum certá appellari illo nomine antiquo donationis propter nuptias: non, vt huic quadrent illius omnes effectus, quos abrogatos eſſe cognoſcimus: ſed ad effectum tantum in legibus expreſſum, ſcilicet, vt conferatur. Et vltra authoritatem eorum, qui ſic declarant, quos ſupra retulimus, interpretatio videtur conueniens, & non abſona: ſi ſingas parētes contrahentium hinc promittere mille pro dote, inde donare filio alia mille, vt in matrimoniū eat, eiusq; onera ſuſtineat. Videtur non eſſe contrariū, imò conforme voluntati donantium, vt quo ad collationem vtraque donatio par ſit. Vt quemadmodum dos datur pro legitima, ita & donatio: & ſic, vtraq; conferatur. Videtur enim promiſſio reſpectiua, quæ pariformiter debeat interpretari, vt donatio dota occaſione dotis, & matrimonij, ſapiat in hoc dotis naturam. Eo maximè, quia non ſolum dos cenſetur data pro legitima in dubio, ſed & lege Regia prohibetur dari titulo meliorationis: cui videtur conſentaneum, vt licet illa prohibitio nō includat hanc donationem in cauſam matrimonij filij: ſatis ſit, quòd pater poſſit expreſſe filium cauſa contrahendi matrimonij meliorare, ſine eo, quòd tacitè etiam, intelligatur hoc actum: cum tam contraria ſit natura dotis, cuius occaſione ſit donatio. Et hæc opinio Iure Regio videtur neceſſaria, ex. l. 3. tit. 15. part. 6. ibi: *O la donacion que el padre diere en caſamiento.* Quæ verba (vt aliquid operentur) non poſſunt referri, niſi ad hanc donationem, de qua agimus, cum prius lex mentionem fecerit dotis, & donationis propter nuptias, ſub nomine arrarū, ſub quo leges illæ Partitæ ſemper intelligunt donatione propter nuptias, vt & ibi interpretatur Gregor. ex alijs legibus libri illius, maximè ex. l. 1. tit. 11. part. 4. quam nos ſupra adduximus.

Et quantum adhoc, non obſtant motiua contraria. Omnia enim eo tendunt, quòd donatio propter nuptias vera & propria, de qua in legibus Codicis, & authēticorum, ſit diſtincta ab hac donatione, de qua agimus, cum vtraq; habeat di-

uerſos

uerſos iuris effectus. Id enim fateri neceſſe eſt. Sed hoc nõ præſtat impedimentum,quim lex hæc noſtra,& dict.l.3.tit.8.infra,poſt oblitos,& abrogatos iuris effectus donationis propter nuptias:illo verbo,& nomine antiquo voluerint appellare hanc donationem,de qua agimus,ad hunc ſolum effectum, vt conferatur. Et ſic ceſſat primum illud fundamentum,quòd hæc donatio in cauſam oneroſam matrimonij ſit diſtincta à donatione propter nuptias. Quim & de Iure communi, quòd ſucceſſerit in locum donationis propter nuptias,tenuit Berenga. in.l.in quartam.3.articulo tertij capitis.num.10.verſi.ſed dubium non mediocre.

21 Illud vero, quod tradunt Paul. d. conſil. 345. vol.1. & Ripa in.l.1.ſolut.matrim.num.pen.quod hæc donatio non valet de Iure communi inter patrem & filium in poteſtate, niſi interceſſiſſet traditio, & ſequuta eſſet mors: poſſet defendi in donatione ſimplici facta filio,vt ditius matrimonium inueniret. Nam iſta vere ſimplex eſt,& mere liberalis,& de Iure communi procederet in ea,quod tradit Paul. Licet hodie de Iure Regio, iudicaretur melioratio ex præſumptione legis ſequentis, & fieret irreuocabilis per traditione, ex l.1. ſupra. non expectata morte patris. Sed donatio in cauſam oneroſam matrimonij contrahendi cum certa (quidquid dicant Paul. & Ripa) etiam de Iure cõmuni, valebat,& erat irreuocabilis. Prout tradunt Guido,deciſ.145.col.3.Deci.conſil.414.num.12.Bertrand.conſil.227.num.10.volum.2.Rimin. in.§.1. inſtit. de donat.num. 492.

22 Quod vero tradit Tello,quòd ſi donatio iſta in cauſam oneroſam matrimonij cum tertio eſſet donatio propter nuptias, eſſet vtiq; inſinuanda: prout donatio propter nuptias inſinuatur.d.l.fin.§. ſimiliq; modo. C. de iure dotium. & tamen non inſinuatur,vt tradunt Bertrand. Decius,& Riminal. ſupra relati,& diximus in.l.7.ſupra gloſ.1.num.49. Argumentũ non obſtat noſtro intentui,cum non diffiteamur effectus huius donationis multũ diſtare ab effectibus donationis propter nuptias,de qua in legibus Codicis.

23 Nec obſtat, quod tradunt Oldrald. Bertrand. Decius, Aymõ ſupra relati, quod donatio iſta in cauſam oneroſam matrimonij cum tertio, tanquam ſimplex non cõfertur, vt vel ſic, text. ille tractans de donatione propter nuptias adducta ad colla-

tionem, & d.l. 3. tit. 8. infra, præcipiens conferri donationem propter nuptias, non poſsint exemplificari in hac donatione pro matrimonio. Nam illorum opinio non eſt vera. Etenim licet pater non compellatur donare filio, etiam ob cauſam matrimonij: & in materia collationis, illa dicatur donatio ob cauſam, vt conferatur, ad quam poteſt compelli donator inuitus, vt tradunt Paul. num. 10. Alexand. num. 5. Decius. num. 26. & alij in. l. vt liberis. C. de collat. Per legis tamen extenſionem, ſub donationibus ob cauſam conferendis, compræhenduntur etiam donationes, quæ licet non ſint de rigore præciſſę, includuntur tamen in quadam æqua obligatione, naturalique affectione parentum collocandi filios in ſtatu. Prout videmus in dote data à matre, quæ licet non poſsit compelli ad dotandũ. l. neque mater. C. de iure doti. dos tamen ab ea data confertur. d. l. vt liberis. l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. Quæ ratio, & affectus quodammodo cõpellit etiã patrẽ, vt pro collocãdo filio in matrimonio, faciat ſimilem donationem. Quę cum nõ ſit mere liberalis, ob ſolum finem exercendi munificentiã, prout aliâs dicitur in. l. 1. ff. de donat. & in. l. donari. ff. de reg. iu. ſed ob finem matrimonij, ex obligatione, & affectu parentis, quodã modo extracta, cenſetur habere legem, vt ſit conferenda: prout iura iſta probant. Et de Iure cõmuni defendit Bertr. conſil. 1. num. 42. & 46. vol. 3. & Rolan. conſ. 44. vol. 4. Et pro hoc facit illa opinio ſupra relata, ꝙ hæc donatio, tanquã facta ob cauſam, non inſinuatur, vt ex eadẽ ratione, conferatur.

24 Neque etiam obſtat fundamentũ Tellij, quòd terminus donationis ex cauſa onerosa matrimonij cum tertio, quo vtũtur l. 1. & d. l. 6. ſupra. & terminus donationis propter nuptias, quo vtitur text. iſte, & text. in d. l. 3. tit. 8. ſint termini diſtincti à lege. Quæ dum hìc exprimit donationem propter nuptias videtur ſignificare nolle ſe intelligere de donatione in cauſam matrimonij, ſed de vera donatione propter nuptias. Cum illam donationẽ ſemper appellauerit illo termino donationis ob cauſam matrimonij: & ſic termini, quos lex diſtinxit, non ſunt confundendi. Etenim fatemur differ etiam. Sed ea inde prouenit, quòd d. l. 1. & 6. ſupra loquuntur in melioratione ex cauſa onerosa matrimonij cum tertio. Quæ verum eſt non compræhendi ſub dona tione propter nuptias, quæ adducitur ad collatiõẽ, de qua in hoc text. & d. l. 3. cum illa non conferatur, ex

quo

quo eſt data titulo meliorationis. Imo ex ea diſtinctione, quã
leges faciunt, colligitur, quòd donatio in cauſam matrimo-
nij præſentis filij, quæ non ſit de tertio & quinto, vel data ex-
preſſo titulo meliorationis, ſit conferenda: cum appelletur no-
mine antiquæ donationis propter nuptias: vt ſignificetur eſſe
conferendam, prout hîc defendimus: cum verbum hoc nõ poſ-
ſit in alia donatione verificari.

Vt autem difficultas hæc euitaretur ſatius eſſet, ſi pater tem
pore, quo donatio in cauſam matrimonij contrahẽdi cum cer-
ta, celebratur, exprimeret in hoc ſuam voluntatẽ, vtrum donet
pro legitima, vel in vim meliorationis. Nam cum hoc à ſua vo
luntate pendeat, vt dicam in l. ſequenti gl. 3. num. 1. ex ſua de-
claratione ceſſabit dubitatio. In dubio autem, ſi id expreſſum
non ſit, donatio, tanquam facta in cauſam matrimonij, & tan-
quam pars cõtractus dotis, eiuſq; naturam ſapiens, eſſet confe
renda, ex dictis rationibus. Et hæc opinio videtur eſſe de men
te Mati. hîc gl. 2. & in l. 1. ſupra. gl. 8. nu. 7. & 8. Et poſt huius
operis primã æditionẽ tenuit etiã Ayora parti. 2. par. q. 13.
nu. 17. & ſequutus etiam fuit Velaſquius in l. 29. Tauri. gl. 2.

25 In illa vero donatione, quæ datur filio pro ſuſcipiendis ordi
nibus, quæ nõ ſit data pro tertio & quinto, aut expreſſo titulo
meliorationis, nõ videtur incõgrua opinio Couar. vt in dubio
cenſeatur data pro legitima, & per conſequens ſit conferenda.
Eſt enim donatio ob cauſam oneroſam cũ tertio, vt dixi in l. 1.
ſupr. gl. 7. n. 15. Et licet cauſa non ſit præciſſa, & neceſſaria, ad
quã pater poſſit cõpelli: adhoc autem, vt non intelligatur data
pro melioratione, ſatis vrget naturalis affectus parẽtis, quo qua
ſi cõpellitur collocare filios in ſtatu. Et quẽadmodum ea cauſa
oneroſa tertij ſufficit ad hoc, vt donatio fiat irreuocabilis, arg.
l. 1. ſup. vbi dixi d. gl. 7. n. 15. eodẽ modo ſufficiat, vt cõferatur.
argu. donationis in cauſam matrimonij. Eſt enim vtriuſq; ea-
dẽ ratio, & de vno matrimonio ad aliud valet argumẽtũ. c. quo
niã frequẽter. §. porro, vt lite nõ conteſt. c. inter corporalia, cũ
26 alijs. de tranſlat. Epi. auth. niſi rogati. C. ad Treb.* Atq; ita,
quẽadmodũ dos data ꝓ moniali confertur, ad ſimilitudinẽ do-
tis datæ filiæ nuptæ, ſecundũ Bar. in l. 1. §. ſi parens. ff. ſi quis à
paren. fue. manu. cõmuniter receptus ſecundum Ripam in l. in
quartam. nu. 155. ad l. Falc. & Feli. in c. eccleſia ſanctę Marię.
de conſtit. col. 29. & Mincha. de ſucceſ. reſolut. §. 19. num. 47.
eodem

eodem modo conferatur donatio facta filio clerico, pro ſuſci-
piendis ordinibus, ad ſimilitudinem huius donationis in cau-
ſam matrimonij carnalis. Et hanc opinionem ſequuntur Min
chac. & Auenda. quos ſupra retulimus. Et poſt huius operis
primam æditionem tenuit etiam Ayora parti. 2. part. c. 13. &
& Gute. q. 65. num. 11. ad finem.

27 Ex eo autem, quod ſupra dicebamus, patrem hodie non cō-
pelli ad donādum filio in cauſam matrimonij, eſſeq; ſublatos
iuris effectus donationis propter nuptias, deducitur illatio ſin
gu. ad illum articulū, de quo iam vidi magnū dubiū, & contro
uerſiam: vtrum pater poſsit eſſe fideiuſſor in dote filij. Quod
multi tenuerunt: poſſe, ſcilicèt. Bart. in. l. ſi con ſtante. num. 34.
& in. §. quoties. num. 6. Paul. in. l. ſi cum dotem. §. transgredia
mur. num. 5. ſolut. matr. Alex. in d. §. quoties. nu. 8. Iaſ. in d. l. ſi
conſtante. nu. 49. Ripa ibi. nu. 56. Bal. Nouel. de dote. 9. part.
priuil. 21. n. 4. & priu. 12. nu. 2. Lup. in. c. per veſtras. 5. nor.
verſic. octauus caſus. Gregor. in. l. 3. tit. 12. part. 5. verb. *Dar le.*
Qui omnes limitant titulum, ne fideiuſſo. dotium dentur, vt
non procedat in patre. Quē non ſolum dicunt poſſe eſſe fide
iuſſorem, ſed & correum. Eorum principale fundamētum eſt,
quia pater quandoq; compellitur ſe obligare pro filio: imò &
ab ipſa lege obligatur pro dote filij. d. §. tranſgrediamur. vbi
notat Bart. Paul. & Alexand. & latius Lupus in Rubric. §.
21. 22. & 23. ſcilicèt, quando pater non dabat filio donatio-
nem propter nuptias. Quæ cum à lege eſſet introducta ad ſecu-
ritatē dotis, authent. dos data. C. de donat. ante nup. pater com-
pellebatur dare. l. fin. C. de dotis promiſ. & interim, quòd non
dabat, inuitus à Iure obligabatur ad ſecuritatem dotis, vt in d.
§. tranſgrediamur. & tradit Lupus vbi ſupra. Sed cum hodie
hoc ſublatum ſit, & pater non compellatur dare filio donatio-
nem propter nuptias, vt dixi ſupra num. 10. per conſequens,
ceſſabit & illa obligatio, quæ ipſo inuito à lege introduceba-
tur, cum pendeat ab obligatione, quam ipſe habebat dandi do-
nationem propter nuptias.

28 Quocirca verius eſt, quòd titulus, ne fideiuſſores dotium dē-
tur, pariformiter militet in patre, ſicut in alio quouis extra-
neo. Nam cum generaliter prohibeat omnē ſatiſdationē, ini-
quum iudicans, vt quæ cōmiſsit corpus, non confidat in dote:
generaliter debet intelligi, vt quæuis ſatiſdatio, per quam ipſa

ſecura reddatur in dote, ſit interdicta. Cum in patre militet eadem ratio perfidiæ (quam text. in l. 2. illius tituli conſiderauit) eodem modo, ſicut in extraneo. Quod ſupra citati authores nõ ſic intelligebant, putantes rationem perfidiæ ceſſare in patre. Quaſi ratio perfidiæ conſiſteret in eo, quòd fideiuſſor eſſet rigidus, aut non, pater, vel extraneus: vt eſſet iuſtum maritum ea ratione eſſe obnoxium patri, non extraneo. Cum potius in eo conſiſtat, quod mulier, quç corpus commiſsit, non confidat in dote: in quo conſiſtit perfidia connubij, & indignatio mariti: quod æque militat in patre, ſicut in extraneo. Sed nec ratio illa perfidiæ, quam conſiderauit text. finalis eſt, ſed impulſiua. Quod regulariter in omni diſpoſitione præſumitur. l. 2. §. fi. & ibi notat gloſ. ff. de donat. Maximè in diſpoſitione prohibitiua, & quæ ſit generalior, quã ratio ſcripta. vt notat Bart. in extrauaganti. ad reprimendum. verbo. ne ex eorum abſentia. Bald. in l. generaliter. C. de Epiſcop. & cleric. & Iaſ. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et ratio impulſiua ceſſans non facit ceſſare diſpoſitionem. l. 1. §. ſexum. ff. de
29 poſtu. & in d. l. 2. §. fin. * Et ſi hoc admitteretur, eſſet etiam dicendum, quòd maritus (cui forte multum expediebat talem ducere) poſſet volens, à nemine exactus, dare fideiuſſores. Cũ tunc ceſſet cauſa perfidiæ. Quod tamen omnes negant. vt notãt gloſ. Bar. & Salic. in d. l. 2. C. ne fideiu. dotium, & eſt opinio recepta communiter ſecundùm Lupum in d. not. 5.

Nec obſtat text. in l. fin. C. de dote cauta. quem non ſolũ pro ſua opinione ſupra citati adducebant, ſed etiam ex eo volebant inferre, quòd & duo rei poterant in dote conſtitui. Nam imprimis, quòd text. ille non probet patrem poſſe eſſe fideiuſſorem pro dote filij, ex eo cõuincitur, quòd diſpoſitio text. non eſt particularis, neq; continet aliquam ſpecialitatem reſpectu patris. Nam licet in verſic. *Socero etiam*, loquatur in patre: in verſic. *Omniq; perſonæ* extendit ſuam deciſsionem (quæcumq; illa ſit) ad omnem perſonam. Et ſi tractaret, quòd pater poſſet eſſe fideiuſſor, & idem eſſet in omni perſona, prout textus dicit, eſſet deſtruere titulũ, ne fideiuſſores dotium dentur: prout
30 bene aduertit Iaſ. in d. l. ſi conſtante. num. 49. * Quòd vero attinet ad correos, text. ille videtur aliquantulum magis vrgere. Probat enim, quòd ſocero, & omni perſonæ confitenti ſe recepiſſe dotem vna cum marito, competit exceptio non numeratæ.

meratæ dotis. Cũq; exceptio ſit actionis excluſio, vt in principio, inſtit. de except. ſatis ſignificat text. quòd actio pro dote datur contra hunc correum: aliâs fruſtra ei daretur exceptio. Et per hunc text. quòd duo rei poſsint in dote conſtitui, tenuit gloſ. in d. l. 2. C. ne fideiuſ. dotium. ibi. *Imò tenet vtrobiq;*. Idem tenent ibi Cynus Bart. Bald. & Salicet. Idem tenent Imol. Angel. & Roman. in d. l. ſi conſtante. in principio, & in. §. quoties. Et ibi dicit eſſe communem opinionem Iaſ. num. 48. & refert Paul. conſil. 170. dicentem, quòd communis vſus approbat hanc opinionem. Contrariam tenuerunt Bartol. ſibi contrarius in d. §. quoties. vbi Alexan. dicit eſſe veriorem opinionem, idem tenet Imol. in d. l. ſi conſtante. & ibi Ripa. nu. 55. Bald. Nouel. de dote. 6. part. priuil. 21. num. 11. Campe. de dote. 3. par. q. 179. Lupus vbi ſupra. d. verſic. octauus caſus. Itaq;, ſi ad numerum, & authoritatem ſpectes, nõ video cur illa ma-
31 gis, quã iſta poſsit appellari communis opinio.* Pro hac facit, quòd duo rei videntur ad inuicem fideiubere, ſecundùm opinionem Azonis communiter approbatã, de qua per Bart. in l. reos. ff. de duo. reis. Maximè vbi eſt color quæſitus, id eſt, vbi fideiuſsio eſt à lege prohibita. l. vir vxori. §. fin. ad Vellei. l. ſed & Iulianus. §. 1. ad Macido. Ratione autem dotis fideiuſsio prohibita eſt: ergo nec dari correus poteſt, quia videtur eſſe fideiuſſor. Aliâs quod vna via prohibitum eſſet, per indirectum concederetur. c. cum quid vna via. de reg. iur. in. 6. l. fin. C. ſi mãcipium ita fue. alie. Et leges eſſent impoſitæ verbis, & non rebus. l. 2. in fine. C. cõmunia de legat. Item in correo militat eadem ratio perfidiæ, quam conſiderauit d. l. 2. ergo debet eſſe eadem diſpoſitio. l. illud ad l. Aquil. Imò quo maior, & arctior eſt obligatio correi, quam fideiuſſoris: arctius in eo debet verſari prohibitio illorum iurium.

32 Non obſtat text. in d. l. fin. C. de dote cauta, qui fuit cauſa harum difficultatum, & præbuit erroris occaſionem. Ille ſolum probat, quòd exceptio nõ numeratę dotis competit marito, & patri eius, & cuicumq; perſonæ, quæ ſecum confeſſa ſit dotem recepiſſe. Hinc DD. duo inferunt. Primum, ꝙ illi duo obligãtur inſolidũ. Quod tex. nõ dicit vt bene abgnoſcit Bart. in d. §. quoties. vbi etiam Alex. Nã licet text. tribuat exceptionẽ, nõ tamen dicit illum obligari inſolidum, vel inſolidũ exceptionem dari. Secundò inferunt, quòd ſaltim teneatur pro parte,

aliâs

aliàs fruſtra ſibi daretur exceptio. Quod etiam nec text. dicit ſolum tribuit exceptionem. Quod intelligi debet, quãdo actio poſsit dari. Quãdo autẽ tertius accedit pro ſecuritate mulieris, non indiget exceptione, cum eius obligatio ſit nulla. d. l. 1. C. ne fideiu. dotium den. Atq; ita mẽs text. omnino aliena eſt à correis, vel fideiuſſoribus: quos ſatis pro comperto habuit nõ indigere exceptione. Loquitur autem text. de adiecto ſolutioni.

33 * Dos enim non ſolum poteſt ſolui marito, ſed etiam cuicumq; de voluntate ipſius, tota, vel pro parte, vt in d. §. tranſgrediamur, & agnoſcit Salicet. in d. l. 2. C. ne fideiu. dotium. q. 4. Qui adiectus licet regulariter non remaneat obligatus mulieri, cum ſemper actio detur contra maritum, cuius nomine dos recepta eſt, vt in d. §. tranſgrediamur. Quod eſt regulare in omni procuratore, qui cum primum oſtendat mandatum, & rem quam recepit tradidiſſe domino mandanti, non poteſt conueniri ab illo, qui dedit. ſecundùm Bart. in. l. ſi vno. §. vbicumq;. ff. locati. Bald. in. l. 1. C. credi. euictio. pigno. non debe. num. 2. de quo Bart. in. l. procurator qui pro euictione. ff. de procura. Tamen ille adiectus quandoq;, ex ſpeciali priuilegio dotis, poteſt conueniri, putà, quando maritus, vel eius hæredes ſoluto matrimo-

34 nio, reperirentur nõ ſoluendo. * Eſt enim hoc priuilegium dotis, vt actio de dote detur mulieri (cui dos perire non debet) etiam contra non obligatum, quando qui debet eſt inops, & iſte qui conuenitur, poſsidet. Text. eſt in l. pater dote, in fine. ff. de dote præleg. Hoc ergo caſu vtilis erit exceptio non numeratæ dotis huic adiecto, qui confeſſus ſit recepiſſe, ſi conueniatur à muliere tanquam ſi vere recipiſſet. Atquè ita text. in d. l. fin. qui ſimpliciter, & in caute tribuit exceptionem, debet intelligi caſu, quo ille poſsit conueniri, qualis eſt ſupra relatus. Nec ex ſimplici, & incauta deciſione debet argui, quòd ſatiſdationẽ pro dote permittat, que iure reprobata eſt.

(.:.)

LEX DECIMA.

SI El padre,ò la madre en teſtamento,ò en otra qualquier vltima volũtad,ò por otro algun cõtracto entre biuos,hizierẽ alguna donaciõ [1] à alguno de ſus hijos,[2] ò decendientes,aũ q̃ no digan q̃ lo mejoran en el tercio, ò en el quinto: entiendaſſe q̃ lo mejoran en el tercio è quinto [3] de ſus bienes, y que la tal donacion ſe quente en el dicho tertio è quinto [4] de ſus bienes, en lo que cupiere: para que à el,ni à otro no pueda mejorar,mas de lo que mas fuere el valor del dicho tercio è quinto. E ſi de mayor valor fuere,mandamos que vala, faſta en la cantidad del dicho tercio è quinto, è legitima,de lo que deuian auer de los bienes de ſu padre, y madre,y aguelos,y no en mas. [5]

GLOSSA PRIMA.

QVòd donatio ſimplex refertur ad tertium & quintum, donatio vero ob cauſam ad legitimam. Et an diſpoſitio generalis de tertio & quinto inducat reuocationem donationis reuocabilis praecedentis. Et vtrum donatio ſimplex adhoc, vt intelligatur melioratio, ſit danda expreſſo titulo donationis. Et vtrum data ſimpliciter praeſumantur donata. Et quid ſi ſint aequalia legitimae.

1 *DOnatio quaeuis ſimplex intelligitur eſſe melioratio.*
2 *Donatio ob cauſam prius conſumit legitimam, & ſolus exceſſus computatur in meliorationem. Et quid in dote. Et quid in donatione pro legitima.*

Donatio

3 *Donatio ſimplex etiam reuocabilis habetur pro melioratione.*
4 *Legatum particulare eſt melioratio, & conſumit pro ſua rata tertium, & quintum.*
5 *Diſpoſitio generalis de tertio & quinto, an inducatur reuocationem donationis reuocabilis præcedentis.*
6 *Legatum particulare, an minuat tertium, vel quintum, relicta duobus.*
7 *Donatio ſimplex ad hoc, vt intelligatur melioratio, an ſit danda expreſſo titulo donationis.*
8 *Data ſimpliciter, an præſumantur donata.*
9 *Donatio legitime præſumpta pro melioratione habenda eſt.*
10 *Quantitas æqualis legitimæ data, etiam titulo donationis, an imputetur in legitimam, quòd non. num.11.*
11 *L. cum quo de peculio.§. fin. ad l. Falcid explicatur.*

1 DOnatio facta à parentibus intelligitur eſſe melioratio, & in tertio & quinto cõputatur: ita, vt pater amplius, niſi de reſiduo tertij & quinti diſponere nõ poſsit. Et ſi quid amplius donatio continet in legitimam imputandum eſt, & eſt lex. 26. Tauri.

2 *Alguna donacion.* Modo donatio ſit ſimplex. Nam ſi eſſet dotio ob cauſam, non cenſeretur data loco meliorationis (niſi id actum eſſet) ſed imputaretur in legitimam, quamuis ſi excederet legitimam, exceſſus ſit in tertium & quintum imputandus. Secundùm Couarru. in cap. Raynaldus. §. 2. ad finem. Quidquid contrarium dixerit Lupus in. c. per veſtras. 3. notab. §. 22. num. 12. Quod quamuis in dote non poſsit hodie verificari: cum eius ratione, filia meliorari non poſsit: nec dos excedere legitimam: nec quæuis eius pars in meliorationem imputari. l. 1. tit. 2. ſupra iuxta ea, quæ diximus in. l. 6. ſupra. gloſ. 1. Poterit tamen verificari in donatione facta filio, cauſa contrahendi matrimonium cum certa, quam in lege præcedenti gloſ. 3. ex num. 13. diximus in dubio cenſeri datam pro legitima, & appellari donationem propter nuptias. Diſtat autem in hoc donatio ſimplex, à donatione ob cauſam. Quia hæc in dubio cenſetur data pro legitima, & exceſſus pro melioratione: illa (è conuerſo) prius pro melioratione, & exceſſus pro legitima. Nam cum pater compelli poſsit ad donationem ob cauſam, & non ad ſimplicem: liberalitas non tam præſumitur in neceſſarijs, quam in voluntarijs. l. rem legatam. ff. de

adim.legat. Et licet donatio illa in cauſam onerọſam matri-
monij,cum certa,non ſit preciſſa,ad quam pater poſsit cōpel-
li:per legis tamen extenſionem,neceſſaria iudicatur,ad effectū,
vt pater ſic donando,non videatur meliorare, ſed dare pro le-
gitima:vt ibi etiam diximus. num. 23.

Sed ſi donatio non eſſet facta ex cauſa onerosa cū tertio,ſed
volūtarie,pro legitima,& in eius rationē: Quāuis ſi excederet
metam legitimæ neceſſarię, exceſſus valeret in rationē æqua-
lis partis tertij & quinti,quę huic donatario,tanquā vni filio-
rū contingeret: nec poſſet,propter meliorationē poſtea alteri
factā,in ea quātitate reuocari(ſi, ſcilicet,donatio pro legitima
eſſet irreuocabilis:vt, quia facta à matre,vel filio emancipato,
iuxta ea quę diximus in l.1.ſupr.gl.2.n.5.) Ex eo,quia tāquā
donatio perfecta,& irreuocabilis,& quæ à principio in ea quā
titate non eſt inofficioſa,nec lędit legitimas aliorum,nō debet
poſſe inofficioſa fieri, & reuocari facto donatoris aliū poſtea
meliorantis.l.perfecta donatio.C.de donat.quæ ſub modo. iun
cta.l.poſt mortē.ff.de adoptio. Si tamen(vltra legitimam)do-
natio etiā excederet partem æqualē tertij & quinti, quæ huic
donatario(tanquā vni filiorum) contingeret: ille exceſſus eſ-
ſet nullus, & reuocaretur:non ſolū ſi alius poſtea eſſet meliora
tus,ſed etiam nullo meliorato. Expreſsio enim legitimæ, licet
extendatur quanto plus poſsit,vt donatio ſuſtineatur,& nō re
uocetur:vltra hos tamē largos limites,nō debet operari melio-
rationē.Cum coarctandæ,& interpretandę donationis gratia
adiecta ſit,& excludat meliorationē.argu.l.legata inutiliter.de
leg.1.& de adim.legat.Sed quaſi ſoluta vltra debitū,debet poſ
ſe reuocari,argu.l.1.& per totū.de cond. indeb. Et faciunt ea,
quæ diximus in.l.6.ſupra.gl.1.in illa quæſtione,vt.ſi filia cau-
ſa dotis poſsit recipere æqualē partē tertij & quinti, quæ ſibi
tāquam vni filiorū contingat.Ea enim hîc poſſent applicari:
cū expreſsio legitimæ operetur,in iſto caſu,quo ad excludēdā
meliorationē, illud quod prohibitio legis vetantis in filia cau-
ſa dotis meliorationē. Et in hoc differt donatio expreſſa pro
legitima,à donatione ob cauſam. Quia,illa (ob mentionē legiti
mę) excludit meliorationē,(licet nō poſsit reuocari intra ęqua
lem partem tertij & quinti, intra quā iſte non poteſt dici alijs
prælatus.) Iſta vero tanquā indeffinita,& quā(etiam vltra le-
gitimam)nec ius,nec donator vetuit, aut reſtrinxit, quamuis

iu

in rationē legitimæ tacitè data intelligatur:exceſſus tamen valebit meliori modo,quo poſsit,in rationē (ſcilicet) meliorationis,etiam vltra æqualem partem donatarij,vt dictum eſt.

3 Procedit etiā deciſsio noſtri text.nō ſolū in donatione ſimplici irreuocabi: ſed etiā in quauis donatione ſimplici reuocabili, iuſta deciſionem.l.1.ſupr. Vtraq; enim loco meliorationis habetur,ad effectum de quo in hoc text.vt ea in tertium & quintū cōputetur, nec patri liceat, niſi de reſiduo diſponere.Quod probat text. quatenus generaliter loquitur in omni donatione,quæ tam irreuocabilem,quam reuocabilem comprehendit.l.alienatum.§.donationis.de verbor. ſignif.

4 Imò etiam procedit in quouis legato particulari relicto alicui filio.Eſt enim legatum donatio quædam.l.legatū.de leg.2. In ea enim re,vel quantitate ſic legata,cenſebitur filius melioratos,adhoc: vt legatum tertij & quinti factum alteri intelligatur tantum de reſiduo.Quod eſt manifeſtum.Nam cum patri ſolum liceat de tertio & quinto diſponere,& legatum particulare,non ſit in legitimam imputandū.l.ſi patre.l.nec emancipati.C.de collat.Nec ſit reuocatum per generale prælegatum tertij & quinti,vt diximus in l.1.ſupra gloſ.4.num.14.Conſequens eſt,vt minuat meliorationē generalem tertij & quinti, vt intelligatur ſolum in reſiduo,iuxta noſtrum text. Quod ex eius deciſione colligitur,ex verb. *En teſtamento*, iuncto verb. *Donacion*. Quæ verba quamuis referri poſsint ad donationem teſtamento celebratam,prout eſt contractus, iuxta text.iuncta gloſ.in.l.hæredes palam.§.fin.de teſtam.vt tunc verum ſit donationem ſimplicem teſtamento celebratam haberi loco meliorationis,quemadmodum ſi inter viuos celebraretur : commodius tamen intelliguntur de quouis legato particulari, cum de per ſe fiat etiam mentio donationis inter viuos,vt in tali legato filius cenſeatur melioratus ad dictum effectum , de quo in text. Et hæc opinio veriſsima eſt,quāuis poſt huius operis primam editionem Azebe.hîc.num.4.occaſiones quærens reprobet, tandem idem ſentiens. Legatum enim non refertur ad legitimam,niſi ſit dotis,aut ad euitandam querelam in filio inſtituto in minori portione. Quibus caſibus loquuntur iura, quæ allegat. Nos autem loquimur in prælegato,relicto vni filiorum hæredum, quod non confertur in rationem legitimæ ſed imputatur in quantitatem tertij & quinti.

5 Et ex præcedentibus inferes, quòd quamuis patri liceat reuocare donationem reuocabilem præcedentem, & de integro tertio & quinto diſponere: In dubio tamen diſpoſitio generalis de tertio & quinto non inducit reuocationem donationis reuocabilis præcedentis: ſed ſolum intelligitur facta de reſiduo tertij & quinti, prout ex hoc text. notat Matien. gloſ. 3. num. 1. Quod tamen re vera textus non probat. Cuius deciſsio eo ſolum tendit, ne pater poſsit diſponere, niſi de vno tertio, & vno quinto: & quòd in eo computentur donationes particulares. Et quamuis, quando præceſsit donatio irreuocabilis, poſsit tex. induci adhoc, quòd melioratio tertij & quinti poſterior ſolum intelligatur de reſiduo: cum nec poſsit in plus valere, propter verba text. *Para que ni a el, ni a otro, no pueda mejorar en mas de lo que mas fuere el valor del dicho tertio e quinto.* Quando autem præceſsit donatio reuocabilis, non poteſt text. induci adhoc, vt melioratio ſequens intelligatur tantum de reſiduo, propter eadem verba, quibus denegatur patri facultas. Quæ ſi referrentur ad caſum, quo donatio reuocabilis præcederet, non denegaretur, quim reuocata donatione, poſſet de integro tertio & quinto diſponere. Quo circa recurrendum eſt in hoc ad ea, quæ diximus in dict. l. 1. ſupra gloſ. 4. num. 14. Vt, quamuis ſi melioratio tertij & quinti poſterior fuit facta in contractu irreuocabili, reuocet legata, vel donationes non traditas, ac proinde reuocabiles præcedentes: ſi tamen fiat in teſtamento, aut donatione etiam reuocabili, non reuocet: ſed intelligatur tantum de reſiduo. Vt quod operatur irreuocabilitas prioris donationis rei aut quantitatis certæ aduerſus ſequentem diſpoſitionem tertij & quinti etiam irreuocabilem, operetur diſpoſitio particularis reuocabilis præcedens aduerſus generalem ſequentem reuocabilem, quæ non eſt fortior illa ad reuocandum. Vt generi ſemper per ſpeciem derogetur. Niſi ex vrgẽtiori præſumptione, collecta ex diuerſa irreuocabili generis diſpoſitione, contrarium coniecturetur, ex ijs quæ ibi diximus.

Ex quibus infertur, quòd cum melioratio reuocabilis tertij & quinti poſterior non reuocet diſpoſitiones reuocabiles rei aut quantitatis certæ præcedentes, ſed intelligatur tantũ de reſiduo: ꝙ ſi donatio prior reuocabilis, aut legatũ particulare cõſumeret totum tertiũ & quintũ, euaneſceret melioratio generalis

ralis ſoleat extēdi & cōprehendere, quæ aliâs nō cōprehende ret, ſi poſſet in alijs verificari, ne remaneat inutilis, & fruſtrato ria. vt in. l. pediculis. §. itē cū quæreretur. ff. de aur. & arg. lega. Sed quoties diſpoſitio generalis fit ſub nomine reſidui, ſi nihil reſtet in quo verificetur, euaneſcit. l. itē quod Sabinus. verſic. aliter. de hæred. inſt.

6 Iux. pcedētia offert ſe dubitatio. Finge patrē in teſtamēto legaſſe vni filio pdiū, alterū melioraſſe in tertio, alterū in quinto. Manifeſtū eſt, q legatū pdij imputādū eſt in tertiū & quintū, ex noſtro tx. Hoc videtur planū, quādo tertiū & quintū eſt relictū vni. Sed in dicto exēplo dubitatur: vtrū legatū prędij ſit detrahendum ex tertio, an ex quinto. Quod minuat tertiū, facit cōmunis doctrina noſtrorum, quod quæuis donatio (quæ ex hac lege intelligitur melioratio, & diminuit meliorationem tertij & quinti) prius conſumit tertium, quam quintū vt dicam infra glo. 3. nu. 5. Quod vero minuat quintum, facit. l. fin. infra. Quatenus omnia legata gratuita præcipit deduci ex quinto. Adhuc tamen tale legatū prius minuet tertiū, quā quintum. Nam ex quo iudicatur melioratio (vt dictum eſt) in eo procedit deciſsio tex. quemadmodū in donatione facta in vita. Et ſecundum hoc reſpondeo ad. l. fin. infra. vt procedat in legatis gratuitis, quę non ſunt maliorationes: puta relictis alijs, quam filijs.

Et ea, quæ hîc dicta ſunt (legatum ſcilicèt relictum filio iudicari meliorationē) conducunt ad illud, quod dicebamus in. l. 1. ſuprà glo. 5. in. fin. Vbi tenuimus legatum relictum filio, qd iudicatur melioratio fieri irreuocabile per traditionē in vita factam, vt alia quæuis melioratio, de qua ibi.

7 Ad hoc autem, vt filius per ſimplicem contractum donationis cenſeatur melioratus, neceſſum eſt (ſecundū Tell. hîc. n. 1.) quod ſic data expreſſe ſint donata, & pater vtatur verbo. *dono.* Nam aliâs, ſi ſimpliciter tradiderit, non expreſſo titulo donationis, meliorare non videtur. *Quia illa ſic data, non præſu-

8 muntur donata. Secundū Bart. in. l. 1. §. ſi parēs. ff. ſi quis à parēn. fuer. manu. Quē ſic intellexerūt Paul. in. l. in quartam. nu. 8. ad. l. Falcid. Imol. in. l. Titio centum. §. Titio genero. ad fin. ff. de cond. & dem. Alexand. in. l. illud. num. 5. verſic. limita. C. de collat. & in conſil. 142. num. 22. lib. 2. Corraſ. in. l. filiū, quem habentem. num. 109. C. famil. hærciſc. Et eſt communis

 opinio

opinio ſecundum Minch. de ſucceſ.crea.§.30.in repetit.l.omnimodo.§.imputari.num.255.

Non deſunt qui in hoc artic.ſint in diuerſa opinione, vt exiſtiment ſupra dictũ non eſſe in diſtincte verum, ſed ita demũ, ſi quantitas tradita ſimpliciter ſit eiuſdem quantitatis, cum legitima: vt tunc verum ſit cenſeri datam pro legitima, nõ autẽ videri donatã. Et pro hac opinione allegatur etiã Bar.in. d.§. ſi parens. Quẽ ſic intelligunt Imol. & Alex.in.l. cũ quo de peculio.§.fin.ff.ad.l.Fal.Rip.in.d.l.in quartã.nu.38. &.n. 145. eo.tit.Socin.conſ.18.lib.4. Bertr.conſ.82.lib.2.Couar.in cap. Raynaldus.§.2.nu.6.verſ.præfata. Mouentur ex ratione tex. in.d.l.cum quo de peculio.§.fin. Quaſi ratio illius deciſsionis in eo cõſiſtat, quod quantitas data erat æqualis cũ ea, quæ hæredi debebat nomine falcidiæ pertinere.

Sed in eo articulo, quamuis verior ſit prima opinio, vt in dubio data ſimpliciter non cenſeantur donata, ſed ſint in legitimam imputanda, etiamſi quantitas ſit maior, vel minor legitima. Cum ſit graue, vt præſumatur donatio, quando eſt donata quantitas maior legitima, quæ non prępumeretur, ſi quantitas eſſet æqualis. Cum, quo minor eſt quantitas, aptior futura erat donationis præſumptio. Quam, cum ſupra citati excludãt quando data eſt quantitas æqualis legitima: per conſequens excludi etiam debet, quando data eſt maior quantitas. Quo caſu, maior (licet diuerſa) militat ratio, vt donatio non præſumatur, propter vetitam donationis pręſumptionẽ.l.cũ de indebito.ff.de proba. Et ſic, cum verum ſit, quod quando datur æqualis quantitas, vrget ratio non præſumendæ donationis. argu. illius tex. male ſequitur, quod ſi data fuerit minor præſumetur, & peius, ſi data fuerit maior.

9 Tamen, quod attinet ad noſtrum tex. licet, pro certo conſtituendũ ſit, ſolam donationẽ habendam pro melioratione: adhuc nõ eſt admittẽda tã rigida reſolutio Tellij: vt, niſi adſit verbũ, *dono*, non poſsit reſultare melioratio. Id enim ex tex. non colligitur, qui ſolũ diſponit ſimplicem donationem pro melioratione habendam: quod autem ſimplex donatio non poſsit exiſtere ſine verbo, *dono*, nec textus dicit, nec verum eſt. Nam licet, data ſimpliciter in dubio non cenſeantur donata, vt dictum eſt: & donationis ſit rara præſumptio, & interpretatio dict.l. cum de indebito, cum ijs, quæ diximus in.l.3. ſupra

gloſ.

gl.2.nu.46.&.47.Negari nō poteſt,quim multoties citra verbū, *dono*,pręſumatur donatio ex alijs verbis,factis, vel circunſtantijs (iuxta doctrinā Bart.cōmuniter recepti in.l.cū quid. nu.11.ff.ſi cert.peta.)puta ſi dans ſit diues, recipiens pauper,& ſumma modica,inter coniunctas perſonas,iuxta ea quæ ibi dicebamus.nu.74.Quibus caſibus,negari etiā nō poteſt inter patrē & filiū donationē præſumi,& ad eā deciſionē huius text. poſſe extendi: vt in eis videatur filius melioratus.Pro quo poteſt induci text.(ſecundùm cōmunē intellectum) in.l.filiæ cuius.C.fami.hærciſ.vbi.DD.cōmuniter intelligunt res emptas nomine filiæ,& ſibi traditas, cēſeri donatas,ac per conſequens non eſſe conferendas.ſeu in rationem legitimæ computandas: & ſic ex noſtro text. haberentur loco meliorationis. Et licet text. ille mihi non probet hanc concluſionem: vt ex emptione facta nomine filiæ,& traditione præſumatur donatio, vt dixi in d.l.3.gloſ.2.nu.59.Quantum adhoc tamen,vt donatio legitimę præſumpta non conferatur:concluſio eſt ſine dubio,& recepta cōmuniter tam ibi,quam in l.in quartam.ff.ad.l.Falci.& & in pluribus locis tituli de collat.vbi multoties DD. ex præſumpta donatione ceſſare collationem aſſerunt.

10 Sed iſta videntur debere limitari illo caſu, quo quantitas data eſſet æqualis legitimæ,vt tunc omnino eſſet in legitimam cōputanda, ex illa ſententia Bart.in d.§.ſi parens.Imò,quamuis Bart.loquatur, quādo ſumma ęqualis legitimę eſt data ſimpliciter: idem videtur dicendum,etiam ſi eſſet data expreſſo titulo donationis.Prout videtur eſſe de mēte Imol.Corra.& Bertr.quos ſupra retulimus,& Iaſ.in.l.ſi quando.§.& generaliter. C.de inof.teſt.& Ant.Gom.in.l.29.Tauri.nu.28. & tanquam cōmunem opinionē refert Minch.vbi ſupr.nu.254. Per tex. in d.l.cum quo de peculio.§.fin.In quo,quantitas illa fuit data titulo donationis. Prout Paul. ibi colligit ex verbo. *Dederit*. Quod dominij tranſlationem importat.§. ſic itaquè. inſtit.de actio.l.vbi autem non apparet.§.fin.& ibi Bart.de verbor.obligat.Nam,ſi quantitas eſſet data ſine titulo,remanſiſſet in ſubſtantia teſtatoris.l.numquam nuda.de acqui.rerū dominio.l.2. §.circa.de doli except. & ſine vlla dubitandi ratione, deberet pro Falcidia deſeruire. Et quamuis in litera illius text. gl. & Paul: ſuppleant,quòd teſtator,tempore quo dabat quantitatē, expreſſerit,quòd eam dabat nomine Falcidiæ:contrarium

colligitur ex text. qui huius declarationis nullam facit mētionem. Quæ ſi interueniſſet, neceſſaria non erat hæreditatis dinumeratio Cum quæuis quantitas, quæ ea cōditione data eſſet, in Falcidiam (ſine aliquo dubio) computari deberet. l. quod autē. in fine. ff. ad l. Falci. vbi tradit Alex. poſt Bar. in. l. in quartā. nu. 3. eo. tit. Nec text. in ratione ſuæ deciſsions vteretur, verb. *videtur*, ibi. *Quia viuus videtur hæredi futuro prouidere.* Quod verbū denotat deciſsionem collectā ex coniecturis, quæ in claris locū non habent. l. continuus. §. cum ita, in fin. de verbor. Quo argumēto, idem ſupra citati conſtituunt in legitima, quaſi de falcidia ad legitimā valeat argumētum, cum & legitima ſoleat ſub nomine falcidiæ contineri. auth. vnde ſi parens. C. de inof. teſt.

11 Sed adhuc verius eſt: vt, quamuis quantitas data ſimpliciter, quæ ſit æqualis legitimæ, nō cenſeatur donata, ex illa ſententia Bartoli. ſi tamen eſſet data expreſſo titulo donationis (non obſtante, ꝙ eſſet æqualis legitimæ) non ſit eā imputāda: ſed debeat haberi loco meliorationis, niſi tēpore donationis contrarium eſſet expreſſum. Hæc eſt generalis regula tex. in. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofli. teſtam. Quod tenuit Corne. in l. illud. num. 19. C. de collat. Soci. conſi. 18. lib. 4. Ripa in. d. l. in quartam. nu. 146. Rube. in. l. Titia. §. Imperator. num. 94. de legat. 2. & Mincha. vbi ſupra.

12 Non obſtat tex. in d. l. cum quo. de peculio. §. fin. Quia loquitur in falcidia, quę cum non ſit ita debita, ſicut legitima. l. ſi debitor. ff. ad. l. Falci. iūcta. l. quoniā in prioribus. C. de inof. teſt. & notat Bald. nu. 13. in. l. fin. §. in computatione. C. de iure de liber. faciliori coniectura excluditur, quam legitima, quę fauorabilior eſt. Prout conſiderauit Corne. vbi ſupra. Et ea ratione in legitima ad hoc, vt donata imputentur, neceſſaria eſt expreſſa conditio, & declaratio, vt in d. §. & generaliter, in falcidia autem, ſufficit coniecturata, vt in d. §. fin. Pro cuius text. dubitandi ratione, ſupponenda eſt regula tex. in. l. in quartam, eiuſdem tituli, ꝙ in falcidiam ſolum computantur ea, quæ capiuntur iure hæreditario: & text. in. l. quod autem, eiuſdē tituli, quòd ad hoc, vt computentur in falcidiam, ea, quæ nō capiūtur iure hæreditario, neceſſum eſt, ꝙ ea conditione data ſint. Quærebatur ergo in caſu illius tex. Vtrum illa vigintiquinq; futura eſſent loco Falcidiæ. Faciebat dubitationem, Quia nec capiebantur iure hæreditario, nec teſtator id expreſſeat. Contrarium

tiarium

trarium deciditur, ex coniecturata mente, quia per traditionē eiuſdem ſummæ, quæ per Falcidiam deberet hæredi pertinere, teſtator viſſus eſt hæredi futuro, & ſuo vltimo iuditio prouidiſſe. Quæ deciſsio per coniecturam ad legitimam (eius fauore) non extenditur, ex d. §. & generaliter. Et hæc eſt congruentior reſponſio ad illum text. quam aliæ, quas tradit Minchac. vbi ſupra. pleræq; enim ex eis ſunt contrariæ caſui, & intellectui text. ſupra propoſito.

GLOSSA SECVNDA.

Donatio etiam ſimplex facta filio vnico etiam ſub nomine quinti, non refertur ad tertium, nec ad quintum, ſed intelligitur data pro legitima. Et quòd donatio facta aſcendenti nòn refertur ad tertiū, ſed imputatur, licet non conferatur, etiam ſi ſit ob cauſam.

1 *Donatio ſimplex facta filio vnico vtrum intelligatur facta pro quinto. & num. 7. Quòd non, Iure Regio, num. 9.*
2 *Donatio ob cauſam intelligatur data pro legitima, & in eam imputatur.*
3 *Donatio ſimplex non imputatur in legitimam ad euitandā querelā. & n. 9.*
4 *Donatio ſimplex æqualis legitimæ non imputatur legitimam.*
5 *Legitima (Iure Regio) ſunt quatuor partes ex quinq; non bonorum remanentium, ſed omnium iunctis donationibus.*
6 *Legitima (Iure communi) ſunt quatuor, aut ſex, vntiæ groſſæ bonorū omnium, non autem minutæ bonorum remanentium.*
8 *Donatio ſimplex, an imputetur in legitimam ad euitandam querelam inofficioſſæ donotionis.*
10 *Relictum creditori legali indubio intelligitur animo compenſandi.*
11 *Pater expendens pro filio (in dubio) intelligitur de bonis filij, quæ penes ſe habet.*
12 *In dubio, non videtur quis velle ſe arctare, niſi quatenus importat ad actum, qui geritur.*
13 *Legitima filiorum, Iure Regio ampliſsima eſt.*
14 *Diſpoſitum debet intelligi quod veriſimiliter fuiſſet, ſi diſponens aduertiſſet.*
15 *Deſtinata ad certum vſum non veniunt in generali diſpoſitione.*
16 *Anima cæteris rebus eſt præferenda.*
17 *Diſpoſitio generalis non ſolet pijs cauſis nocere.*
18 *Legitima relicta quoquo titulo impedit querelam aduerſus inſtitutam cauſam piam.*
19 *Quintum extrahitur prius tertio fauore patris.*

Donatio

20 *Donatio quinti facta filio vnico non impedit diſpoſitionem quinti, ſed valet pro legitima.*
21 *Donatio facta filio vnico, reuocatur, nato alio pro eius legitima.*
22 *Donatio facta filio vnico, nato alio, confertur.*
23 *Donatio facta aſcendẽti, an intelligatur facta pro tertio Quòd nõ. nu. 30.*
24 *Legitima aſcendentium æqualis eſt, excepto vno tertio.*
25 *Donatio ob cauſam facta aſcendenti non imputatur, neq; confertur. nu. 26.*
27 *Legitima eſt relinquenda aſcendenti titulo inſtitutionis.*
29 *Aſcendenti datur querela inofficioſæ donationis.*

A *Alguno de ſus hyos.* Loquitur text. quãdo erãt plures filij. Ne pater in præiuditiũ aliorum, poſſet vni donare, eundem, vel alium in integro tertio & quinto meliorare, & ſic alios ſua legitima fraudare.

1 *Sed quid ſi pater vnicum tãtũ habens filium, ei donaſſet ſimpliciter rem, vel quantitatem certam. In quem ſenſum eſſet accipiẽda donatio? Intelligeretur ne melioratio, & ſic facta pro tertio & quinto, an ꝓ legitima? Finge patrẽ habentẽ in bonis decem, donaſſe filio vnico in vita, ſimpliciter, & irreuocabiliter. 8. (& ſic totã ipſius legitimã) & retinuiſſe duo (id eſt, quintum) demum in teſtamento filiũ in donatione data inſtitutũ, aut etiã in re minima, multis legatis oneraſſe, vſq; ad valorem quinti. Quæritur, vtrũ valeant legata

2 *? Et quidẽ ſi donatio eſſet ob cauſam, negotiũ facile eſt. Ea enim ſemper in legitimã imputatur. l. quoniã nouella. C. de noffi. teſta. tanquam in eam rationẽ data, & quæ tanquam præciſſa. l. fi. C. de dot. promi. excludit liberalitatẽ. l. rem legatã. de adim. leg. Et tradit gl. in. l. 3. §. ſed vtrũ. verb. patrimoniũ. ff. de min. quæ eſt cõmuniter recepta ſecũdũ Iuli. §. teſtamentũ. q. 44. Sed ſi donatio eſſet ſimplex, videtur, ꝙ filius poſsit querelare teſtamentũ, aut agere ad ſuplementũ legitimæ, ſuper re minima, in qua fuit inſtitutus (quę ſupletio omnia bona reſtãtia abſorbet, & facit ceſſare valorẽ legatorum, cum bona ſint

3 neceſſaria pro ſua legitima) *ex quo nõ tenetur imputare donationẽ ſimplicẽ in vita receptã, in quantum æquiualet quinto. Per tx. in. l. ſi quãdo. §. & generaliter. C. de inof. teſt. ibi. *Sub ea tamẽ cõditione, vt hæc inter viuos donatio in quartã imputetur.* l. ſi nõ mortis, in princ. ff. eo. ibi. *Sed inter viuos hæc etiam contẽplatione, vt in quartã habeatur.* l. etiã. §. ſi debita, verſi. ſed ſi non mortis. ff. de bonis lib. ibi. *Cõtemplatione tamẽ debitæ portionis donata ſunt.* In quantũ ſignificãt, filiũ, cui eſt facta donatio ſimplex, nõ impediri querela-

querelare teſtamentũ,aut agere ad ſuplementũ,non imputata donatione ſimplici,quæ ea lege data nõ eſt,vt imputetur. Vnde ſi(Iure cõmuni)filio vnico fieret donatio ſimplex,vltra beſſem:de inde in teſtamẽto legatis oneraretur in reliquo: reuocaret vtiq; omnia legata:cũ bona reſtantia ſint neceſſaria ꝓ ſua legitima (quæ eſt bonorũ omniũ triens,auth.nouiſsima.C.de inof.teſt.non imputata donatione recepta,vt in d.§.& generaliter.) Eodẽ modo(Iure Regio)ſi filio vnico donetur ſimpliciter vltra quintũ reuocaret legata : cũ bona reſtãtia ſint ſibi neceſſaria ad ſuã legitimã (quæ ſunt bona omnia,excepto quinto,nõ imputata donatione.)* Et quãuis aliquibus viſſum ſit donationẽ ſimplicẽ ęqualẽ legitimæ eſſe imputandã:etiam ſupr.in gl.præcedẽti defendimus cõtrariũ,ex generalitate illius lx. Et, ꝙ donatio ſimplex,quæ in vita valet,non ſit imputãda aduerſus extraneũ eſt opinio,in qua nemo vnquã dubitauit: tam in d.§.& generaliter,quam in.l.in quartam.ff.ad l. Falcid.

4

5 Et ſi obijcias rationẽ conuincere,quantum ad hoc, vt pater nõ poſsit diſponere de quinto bonorũ omniũ cõputata donatione:nõ tamẽ ad hoc,vt impediatur diſponere de quinto bonorũ remanentiũ: cũ ſic ſatisfiat legitimæ filij,quæ eſt omnia bona excepto quinto(habet enim omnia bona, etiã nõ imputata donatione) & ſic pater,qui(ſi donatio eſſet imputãda) diſponere de quinto bonorũ omniũ,nõ impediatur diſponere de quinto bonorũ reſtantiũ:& ſatis ſit,ꝙ facultas ſua ad id coarctetur, ꝓpter non imputandã donationẽ. Etenim(vt in.l.9.ſupra.gl.2. pluries diximus)pro dinumerãda legitima filij, non attendũtur ſolũ bona reſtãtia,tẽpore mortis,ſed donationes etiã cumulantur, vt legitima eadẽ ſit,quæ foret,ſi donationes factæ non fuiſſent,auth.vnde ſi parens.C.de inof.teſt.correcta.l. cũ quæritur.ibi præcedente.Sed filius nõ tenetur imputare donationẽ ſimplicẽ,in quãtum ęquiualet quinto bonorũ omniũ, pro cõſequenda ea legitima,ſic cõnumerata,vt in d.§.& generaliter,nõ magis,quam ſi eſſet facta extraneo. Ergo pater,qui iam diſpoſuit de quinto,nõ poteſt amplius diſponere.l.pen.infr.* Prout

6 nec(Iure cõi)pater,qui filio vnico donauit beſſem,ſatisfaceret relinquẽdo illi trientẽ bonorũ remanentiũ,& ſic quatuor vncias minutas:ſed tenetur relinquere quatuor vncias groſſas, id eſt bona reſtantia,ſecundũ gl. & omnes in.l.1.C.de inof.dona.

7 Poteſt etiam pro hac parte induci text. iſte. Quemadmodũ enim

enim donatio ſimplex inter plures prius cēſetur data in rationem tertij, & eo conſumpto, in ratione quinti, prius quā in legitimam: eodem modo, in filio vnico, prius intelligatur data in ratione quinti. Cum (Iure cōmuni) donatio ſimplex, ſiue facta vni ex pluribus filijs, ſiue vnico, referatur ad beſſem, vel ſemiſſem, in dubio: niſi expreſſe actum ſit, quòd imputetur, vt in d. §. & generaliter.

8 Imò quod fortius eſt, ſi pater per donationem irreuocabilē diſpoſuiſſet de quinto, ſibi remanente, poſt factam filio priorē donationē: adhuc, filius poſſet querelare ſecūdam donationē, prout & teſtamentū. Quamuis enim Bal. & Ang. in. l. cum donationibus. C. de inoffi. donat. teneāt, ꝙ legitima datā quoquo titulo excludit querelam inofficioſæ donationis: & per conſequens ſignificent, idem operari donationē ſimplicē: vt ſermo illę generalis (quoquo titulo, ſeu quocūq; titulo) non excludat donationem ſimplicē. l. à procuratore. C. manda. Et ea opinio poſsit fundari in. l. ſi mater. C. de inof. dona. ibi. *donationibus elargita eſt*. vbi (etiam aduerſus fratrē) ſignificatur, ꝙ ita demū poteſt agi querela inofficioſæ donationis, ſi filius in donationibus non habet legitimā. Poſsit etiam fundari in authētico de immen. donat. verſic. ſic enim. iunct. gl. in fin. Vbi filij nō poſſunt conquæri, qui ex ſubſtantia patris, habēt quod legitimū eſt. Per quē dicit gl. ꝙ donatio legitimorū excludit à querela inofficioſæ donationis. Et facit tex. in. l. ſi vero. §. cæterum. de bonis liber. Vbi patronus, cui etiā debetur legitima, ſi eam habuit titulo donationis, non querelat aliā donationē, niſi à ſua donatione diſcedat, aut illā imputet in legitimā. Adhuc tamē verius eſt, filium, cui eſt data legitima titulo donationis ſimplicis, non impediri agere querela aduerſus aliā donationem poſteriorem. Et eſt ratio. Quia querela inofficioſæ donationis eſt eadem, aut omnino ſimilis querelæ inofficioſi teſtamenti, vt clamant omnes. ll. illius tituli à prima vſquè ad vltimam: & eſt introducta ad euitandas fraudes eorum, qui (vt eluderent querelam inofficioſi teſtamenti) diſponebant per donationē inter viuos, vt explicat Moli. in tractat. de inoffi. donat. poſt principiū. Quibus conſequens eſt, vt donatio ſimplex, quę nō excludit querelam inofficioſi teſtamenti, vel ius agendi ad ſupplementum, vt in d. §. & generaliter, non excludat querelā inofficioſæ donationis. Vt latius comprobant Soc. conſ. 18. vol. 4.

& Ioan.

& Ioan.Bap.de Santo Seuerino,in conſ. 19. quod ſtatim ibi ſequitur,& Rubeus,in.l.Titia Seio.§.Imperator.nu.87. &.91. de leg.2. qui reſpondent argumentis contrarijs.

9 Sed ijs non obſtantibus verius eſt, Iure Regio, vt donatio ſimplex facta filio vnico non intelligatur facta pro quinto, ſed pro legitima,& in eam debeat imputari,quaſi ea lege tacite data. Et, quòd patri liceat diſponere de quinto:non ſolum per donationem,ſed etiam per teſtamentum.& nõ ſolum de quinto bonorum reſtantiũ, (quamuis ſimplex diſpoſitio quinti ad illa ſolum referretur , vt in lege præcedenti) ſed etiam bonorũ omnium,cumulata donatione, ſi pater exprimat,vt ibi diximus gl.2.nu.33.Etenim(Iure cõmuni)cum legitima filiorũ eſſet tam tenuis,ꝙ inter quatuor,non excedebat trientem, inter plures,nõ excedebat ſemiſſem.auth.nouiſsima.C.de inof. teſt. cũ patri tam ample relictũ eſſet,quod poſſet extraneis elargiri: legi curæ fuit,quo melius poſſet modo,& cũ parentis tacita voluntate,& beneplacito,legitimã augere:& quæ dari poterãt extraneis,impellere,aut potius alicere parẽtẽ,vt daret filijs.Atq; ita,quãuis pater,qui(tanquã quodã modo debitor legitimę. gl. in.l.3.C.de iuris & facti igno.)donãdo ſimpliciter filio,indubio(ex primęua intentione,& iuris pręſumptione)deberet intelligi dare pro legitima , vt ſic à ſua obligatione liberaretur. Prout intelligitur donando ob cauſam.l. quoniam nouella. C. de inof.teſt.l.vt liberis.C.de colla.

10 *Et ꝓut diſpoſitũ eſt in alio quouis debitore legali,qui indubio cenſetur relinquere animo cõpenſandi.l.ſi cum dotẽ.§.ſi pater.ſolu.matr.l.huiuſmodi.§ ſi pater.de leg.1.auth.pręterea.C.vnde vir & vxor.not.Bar.in d. l.huiuſmodi.§. ſi pater. & ibi ſequuntur indiferentur omnes.

11 *Prout & in patre expendẽte pro filio,ꝙ indubio intelligatur de bonis filij , quæ penes ſe habet:tenet Bart. in.l.1.§. neq; caſtrẽſe.nu.8.de colla.bono.& Iaſ.in auth.quod locũ.nu.3.C.eo.

12 argu.l.Nẽſenius.de nego.geſt.*Cum & in dubio non videatur quis velle ſe arctare niſi quatenꝰ habet neceſſe,& quatenus importat ad actionẽ,quæ geritur.l.ſolutũ.§.per liberum, ibi. *Non enim credibile eſt*.ff.de pigno.actio. Vt ſe grauet, quo minus poſſit,& id agat,quod ſibi vtilius eſt.l.ſemper in obſcuris.de reg. iur.l.1.2.&.3 .ff.de ſolu.l.plerũq;.de iure doti.Ex legis tamẽ interpretatione (admiſsis,& retentis ijs rationbus,in donatione ob cauſam,quæ de præſenti neceſſaria eſt,& in vita debetur. l.

fin.

fin.C.de dotis promi.& excludit liberalitatem.l.rem legatam de adim.lega.)declaratur (non obſtante obligatione futura poſt mortem dandi legitimam) donare mere liberaliter. Ita vt prout donando extraneis, intelligeretur expẽdere beſſem, vel ſemiſſem, reſeruata legitima pro filijs: eodem modo, donando ſimpliciter filijs, intelligatur donare de eodem beſſe aut ſemiſſe, reſeruata etiã iiſdem filijs ſua legitima, quam etiam conſequantur, non imputata donatione, vt in d.§.& generaliter. Et quãuis patri liberũ ſit exprimere, ꝙ donatio ſimplex in legitimam imputetur, vt ibi: Quia tamen filij grauantur in tam moderata legitima, & pater honoratur relicta ſibi tam ampla bonorum parte libera: in eo illi honorantur, & pater grauatur, vt caſus dubius, ſeu memoriæ lapſus, patris dãno, & filio. ũ cõmodo cædat.l.ſecundum naturam.de reg.iur.

13 Iure autem Regio, filiorũ legitima ampliſsima eſt, & loco beſsis, vel ſemiſsis, ſolũ eſt parẽti relictũ quintum.l.pen.infra. Et ſic ceſſat ratio nõ imputandæ donationis ſimplicis. Et remanent illæ aliæ (quæ fortiſsimæ ſunt) quas ius cõmune auge

14 dæ legitimæ gratia poſt habuerat.*Quibus conſonat veriſimilis mens donantis, qui ſic expreſſe diſpoſuiſſet, & declaraſſet, ſi aduertiſſet. Prout conſiderauit gl.fin.in fin.in.l.tale pactum. §.fin.de pactis. Quã cõmendant, & ſequuntur omnes ſecundũ Iaſ. ibi.nu.fin.& in.l. Barbarius.nu.2 de officio præt.& ſecũdũ Tiraq.in.l.ſi vnquã.verb.libertis.nu.18.C.|Cui conſonat diſpoſitio poſterior, per quam pater ſatis declarat, in priori donatione facta filio, non intellexiſſe ſe diſponere de quinto.l.v-

15 xori.§.cũ Seius.& ibi Bar.de lega.3. Et quãuis in donatione ſimplici facta vni, ex pluribus filijs, reperiatur cautum & deciſſum, quod pater in dubio intelligatur expẽdere tertiũ & quintum, vt in hoc tx. qui interpretatur donatarium cęteris in his partibus prælatum, & melioratum: & per conſequens, donatio non eſſet imputanda, etiam ad excludendam querelam inofficioſæ donationis, vt dicemus in gl.ſeq.n.7.& 8. Per hoc ſatis ſignificat, qd in filio vnico, in quo ceſſat hæc prælatio, & cuius legitima extenditur ad omne poſsibile, propter defectũ fratrũ, quibus ſi extarẽt, teneretur impertiri: donatio ſimplex non referatur ad quintum, ſed ad ſolã legitimam.

Hoc ipſum probat.l.fin.infra. quatenus hoc quintũ grauat, & onerat impẽſa funeris, quod eſt onus magis præciſſum

ipſa

ipſa legitima.l.Papinianus.§.quarta.de inof.teſt.imò & credi
tis.l.pen.ff.de religio. Separat etiã, & deputat hanc partẽ pro
miſsis,operibus pijs,& exoneratione conſcientiæ.Per quæ in-
iũcta onera,ſatis videtur inducta donationis ſimplicis in legi-
timã imputatio:& ꝙ quintũ (quod ad hos effectus deſtinatum
25 eſt) nõ cõprehẽdatur in donatione.*Arg.tex.in.l. generali. §.
vxori.de vſuf.leg.l.pediculis.§.itẽ cũ quęreretur.de auro,& ar-
ge.leg.l.ſeruos.in fi.de leg.3.l.Caius.de leg.2.l.ſi mihi Mçuia.
§.1.de leg.3.l.1.C.de verbor.ſignif.Vbi in diſpoſitione(quã-
uis generali) non cõprehenduntur ea,quæ ſunt ad alium vſum
deſtinata. Sunt enim hæc incõpatibilia: & iuſtius eſt, vt quin
tũ reſeruetur,quã,ꝙ donatio non imputetur. Intẽtũ enim filij
abſorbẽtis omnia bona patris nimiũ eſt, & odioſum. Et quã-
uis nõ ſemper totũ quintum neceſſariũ ſit ad impenſam fune-
ris:& imò,etiã ſi ſit,impenſa ſaluaſit,& omnibus prę ferẽda,vt
dicemus in d.l.ñ.infr.gl.3. Satis eſt,vt ea pars deputata etiam ſit
promiſsis,operibus pijs,& exoneratione conſcientię:vt eo ſal-
26 tim fauore,in donatione nõ cõprehendatur.* Cũ anima cæte-
ris rebus ſit præ ferenda.l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccleſ.c.cũ in-
27 firmitas.de peni. * Et generalis diſpoſitio nõ ſolet pijs cauſis
28 nocere.l.liberis quos.§.poſthumis.de alim.legat.*Cũ & legi-
tima relicta quoquo titulo impediat querelã aduerſus piã cau-
ſam inſtitutã. Secũdùm Bart.in.l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.Quẽ ibi
ſequitur Flor.Anch. & Imol.in c.cũ eſſes.de teſtam.Fulg.in.l.
generali.C.de ſacroſ.eccleſ.Alex.conſ.105.col.pen.lib.4.Quos
ſequitur,et ab impugnatione Bal.Salic.& Barba.defendit Ti
raq.priui.14.piæ cauſæ.Cũ & indubio piæ cauſæ fauẽdũ ſit l.
lege Iulia.ff.de m. num.l.ſunt perſonę.ff.de religio. ſin Tiraq.
priui.l.146.&.148. Et quãuis,omiſsis operibus pijs,vel in ex
ceſſu, extra quintum,poſsit pater dare extraneis,vt in d.l.pen.
& lin.infra: ea ſaltim deſtinatio legis ſufficit, vt quintum
ad hunc etiam effectũ videatur reſeruatum,ex dictis iuribus.
Vt, quemadmodum diſpoſitio facta in effectus, quibus eſt
quintum reſeruatum, non poteſt excedere quintum, nec
nocere alijs partibus, vt dicemus in. l. 12. infra. numer.13.
eodem modo,diſpoſitio facta in filium non debet impedire
quintum. Et quamuis filius ſit etiam capax huius quinti,
& pater poſsit illud dare filio, prout poteſt extraneo: ſal-
tim legis deſtinatio proſit ad hoc, vt donatio ſimplex filij

(indubie)

(in dubio) non referatur ad quintum. Quod ſi pater velit dare, hoc faciat ſciens, & prudens, id declarando. Nec verbis & lapſu capiatur, & ſua libertate priuetur. Argumento illorum iuriũ, de quibus ſupra nu. 15. vbi ad aliũ vſum deſtinata non veniunt in legato. Et tamen ſi expreſſum ſit, venirent. auth. de nup. §. diſponat.

19 Hoc ipſum probat l. 214. Stylli, in quantũ præcipit quintũ extrahi prius tertio. Quod quãuis tx. dicat fieri fauore animæ: eadem deductio ſeruatur, etiamſi non relinquatur pro anima, ſed in opera profana, vt dicemus in l. fin. infra gl. 3. nu. 3. Quod nulla alia ratione fit, niſi fauore patris, vt ea bonorũ pars ſibi libera reſeruata, ſit maior. Et ſic, qua ratione, ius cõmune induxerat non imputari donationem ſimplicem, vt eo modo, legitima ampliaretur, & pater (cui tam amplè relictum erat, de quo poſſet diſponere) interpretaretur donare de bonis ſib liberis, & aliàs quam pro legitima: eadem ratione, Iure Regio, parua quantitas parenti reſeruata, ampliatur etiam pro extraneis, & per conſequens reſeruatur, vt in donatione facta filio non comprehendatur. Prout (argumento illius tx.) donatio facta vni, ex pluribus filijs potius refertur ad tertiũ, & ſi illud ſufficiat, quintum reſeruatur, & non intelligitur in donatione comprehenſum, vt dicemus in gl. ſeq. nu. 7. Cũ tamen, ſi attento iure cõmuni, donatio non eſſet omnino imputanda, prius eſſet referenda ad quintum, quàm ad tertium, qd legitima eſt inter filios. Vnde qua ratione imputatur in tertiũ, inter plures: iuſtum eſt, vt imputetur in legitimam, in vnico. Vt quamuis inter plures lex voluerit reſeruare legitimam, potius quam quintum, ſi donatio exceſſerit tertium, vt in hoc tx. vt legitima (quæ diuiſione minoratur) ampliaretur: in filio vnico, in quo ceſſat hæc ratio, & omnia reportat, donatio imputetur in legitimam, vt quintum liberum relinquatur, ex ratione illius legis. 214.

Et hinc orta eſt cõmunis cõputatio, vt dinumeremus legitimam exceptando, & reſeruando quintum, ſignificantes eam partem vltimo loco reſeruari. Et hinc etiam proceſsit eorum opinio, qui voluerunt donationem huius quinti non valere, vel ſaltim reuocabilẽ eſſe. Prout tenuerunt Gom. & Matien. quos ſupra retulimus. l. 1. gl. 2. nu. 1. Quorum opinio, quamuis à nobis ſit ibi improbata, quãdo cõſtaret, ꝙ pater diſpoſuit de

illo

illo quinto, prout ſi donaſſet extraneo: donationem tamen factam filio vnico ſimpliciter durum eſſet referre ad quintum, & donatorem inteſtabilem, aut coactum remanere. Et ad hunc effectum ſatis conuincunt rationes Gome. & Mati. imo. & aliorum omnium in.l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. Quatenus reijciunt omnem conuentionem, quæ vltimo & libero teſtatoris arbitrio noceat.

Et quamuis iſtis inconuenientibus ſatisfiat, declarãte patre, quod donatio imputetur, ut in.d.§. & generaliter. Non debet paruum inconueniens reputari, ſi onus hoc imponatur patri, qui ſatis in eo grauatur, quod tam parua quantitas ſibi libera relinquitur (& non omnino libera, ſed alijs oneribus deſtinata) vt iuſtius ſit incumbere filio curare cum patre, vt id declaret: aliâs in dubio imputet. Et quamuis videatur has eaſdem rationes militare, quando donatio ſimplex fit vni ex pluribus filijs, vt tunc quamuis intelligatur pro tertio, ſi tamẽ excedat, potius ſit referenda ad legitimam, quam ad quintum: cuius cõtrarium deciditur in tex. Potuit lex ea ratione moueri, quam ſupra tetigimus. quod inter plures legitima, quãuis ampla, minoratur: vt tunc quintum quod dari poterat extraneis remaneat inter filios, & donatarius in eo poſt tertium, intelligatur melioratus. Quod ceſſat in filio vnico, qui omnia reportat, & non habet cui præferatur. l. adigere. §. quamuis. de iure patro.

20 Quinimo ex iiſdem rationibus defendi poteſt, & videtur verũ, ꝙ ſi filio vnico eſſet facta donatio ſimplex ſub expreſſo nomine quinti, adhuc donatio non ſit intelligenda de illo vltimo quinto libero, quod lex pro extraneis, & anima reſeruauit: ſed donationẽ imputandam in legitimam, & adhuc patri licere diſponere de quinto. Quinti enim appellatio (quãuis regulariter de vltimo libero intelligatur) illud ſecundũ ſubiectam materiã eſt. Quæ ſi ad hoc non congruat, nihil vetat, quin vel ad tertiũ. vel ad legitimã (ſi ratio expoſtulet) referatur. Cũ de vna quota ad aliã poſſit relatio fieri, vt diximus in.l.1.ſup.gl.4.nu.9. Et facit quod diximus in.l.1.ſupr.gl.fin.nu.68. quod donatio tertij facta filio vnico refertur ad legitimam, etiam nato a ib. Et quod dicemus infra.gl.3.nu.10. de donatione quinti facta vni filiorum, quod referatur ad tertiũ. Omnia enim procedũt ex eodẽ fundamento, vt ſemper quintum vltimũ patri liberũ relinquatur. Et queadmodũ (iure cõmuni) donatio facta filio

vnico ſub nomine trientis non eſſet in legitimam imputãda, per ea, quæ diximus ſupra. num.4. & in gloſ. præcedenti.numer. 11. eodem modo, per contrarium, etiam facta ſub nomine quinti (Iure Regio) imputetur; vt quintum liberum relinquatur. Nec obſtat, quod donatio ſit facta ſub nomine quinti. Quoniam omnia bona poſſunt diuidi in quinque partes æquales, ſeu quinque quinta. Et nulla ratio conuincit, vt donatio quinti, quæ poteſt intelligi in alijs quatuor, intelligatur in eo quod damnoſius eſt donatori, & quod à lege ad alios effectus eſt deputatum. Cum rectius & voluntati conformius intelligetur de eo quod ſibi vtilius eſt cum & in alternatiuis ſoleat debitori electio concedi.l. plerumque. de iure dotium. facit bonus textus in.l. idem Iulianus. §. ſcio. ff. de legat. 1.

21 Et ex his etiam rationibus infertur, quod ſi alius filius naſceretur, ea donatio facta filio vnico poſſet reuocari pro eius legitima, tam in vita patris, quam eo mortuo per querelam,
22 iuxta ea quæ diximus in.l. 1. ſupra gloſſa final.* Et, quod ſi donatio eſſet minor æquali parte ſucceſsionis, eſſet per donatarium conferenda, ex generali regula, quod ea quæ imputantur, conferuntur. l. quoniam nouella. C. de inofficioſ. teſtament. l. illud. C. de collation. & per ordin. ibi. & in. l. in quartam. ff. ad. l. Falcid. Et quod patri liceret diſponere de tertio & quinto bonorum. iuxta ea quæ diximus in. d. gloſſ. final. vbi de hoc latius.

23 Sed vtrum lex habeat locum in donatione facta aſcendenti, vt illa cenſeatur facta in ratione tertij? Inſignis conciuis Antonius Lara in Granatenſi prætorio Regis Auditor in. l. ſi quis à liberis. §. parens. numer. 24. de liberis agnoſc. vltra omnes defendit licere filio, vltra tertium (de quo poteſt diſponere ex. l. 1. tit. 8. infra.) meliorare vnum ex aſcendentibus in alio tertio. Nam cum liceat patri dare quintum extraneo, & tertium vni filiorum: debet etiam & filio licere, ratione correlationis, & æquiparationis, quam pluribus comprobat. Quæ opinio (ſi vera eſſet) poſſet ad iſtum textum applicari, vt filius donando vni aſcendentium ſimpliciter, videatur in dubio, diſponere de his duobus tertijs, reſeruata inſuper legitima: ſi autem eſſet vnicus tantum aſcendens,

vide-

videretur dare pro legitima, reſeruato tertio, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt.

Sed illa opinio noua eſt, & ab omni iure aliena. Legitima enim parentum ſunt omnia bona, excepto vno tertio. Neque (filius vltra hoc) habet facultatem meliorandi quemlibet parentum. Eſt enim (excepto illo tertio) legitima æqualis, vt in authentica nouiſsima. C. de inofficioſ. teſtamen. ibi. *ex æquo, ſcilicet, inter eos diuidendus.* & in corpore, vnde ſumitur. ibi. *ſingulis ex æquo quadriuncium, vel ſexuncium diuidendum.* Suppoſito, quod ea deciſsio procedit etiam in aſcendentibus, ſecundum gloſſ. ibi. verbo. titulo. ibi item intelligo. communiter receptam per omnes, ibi. ſecundum Alex. conſ. 45. & conſilio. 140. libro. 1. & ſecundum Minchacam de ſucceſsio. creation. §. 20. numero. 283. Qui ſucceſsionis ordo ſolum reperitur immutatus ex dicta. l. 1. vt deſcendenti (cui iure communi, licebat diſponere de beſſe, vel ſemiſſe, in præiudicium aſcendentium) liceat tantum de tertio bonorum diſponere. Sed, quod excepto illo tertio, legitima aſcendentium non ſit æqualis, non reperitur correctum, neque correctio ex æquiparatione induci debet, ſecundum gloſſam in capite. cupientes. §. ſi per viginti. verbo. petere. de electio. in. 6. Nam ſi æquiparatio ſucceſsionis filiorum eſſet ſufficiens ad hoc, vt filio liceret, vltra vnum tertium meliorare vnum aſcendentium in alio tertio: deberet etiam licere, in hac melioratione tertij, præferre auum patri: quia, & id patri licet, præferre, ſcilicet, nepotem, filio. ex. l. 2. ſupra. Quod in filio nemo admittet: cum omnia iura ſint in contrarium præferentia proximiorem. Argumento authenticæ: defuncto. C. Tertij. ibi. *ſalua ſui gradus prærrogatiua.* Iuncta gloſſa. ibi communiter recepta, ſecundum Gomez. numero. 5. & Tello. numero. 16. in. l. 6. Tauri. & Rodericum in. l. quoniam in prioribus. ampliatione. 16. numero. 6. in fine. & Rojas de ſucceſsion. capite. 33. num. 31. Quod poſt huius operis primam æditionem placuit etiam Azeb. in. d. l. 1. tit. 8. infra. nu. 68.

In quæſtione autẽ propoſita, videtur donationẽ factã aſcendenti referri ad tertium, de quo deſcendens poteſt diſponere: non autem imputari in legitimam, ex eadem generali regula, dict. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficioſ. teſtam. Imo,

25 *nõ ſolũ ſi donatio ſit ſimplex, nõ imputatur, vt ibi, ſed etiã ſi eſſet ob cauſã. Cũ enim filius nulla lege teneatur dotare matrẽ ſecundo nubentem, aut dare patri donationem propter nuptias: ſi dediſſet: tanquam mere liberalis, non eſſet imputanda. Prout defendit Gomez in l. 29. Tauri. num. 39. Quidquid di-
26 cat Ripa in l. in quartam. numero. 208. ff. ad l. Falci.* Et ex eadem ratione, neque eſſet conferenda. Prout eſt communis opinio omnium in l. ſi emancipati. C. de colla. quã Iaſ. numer. 23. fatetur ſequi totum mundum. Et defendit etiam Gomez. vbi ſupra. numero. 9. Vnde ſi aſcendenti fieret donatio, vltra tertium: deinde in teſtamento grauaretur in alio tertio: videtur poſſe reſcindere legata. Prout ſi iure communi, fieret donatio, vltra beſſem in teſtamento autem grauaretur in triente, non
27 obſtante donatione.* Cum aſcendenti etiam ſit relinquenda legitima titulo inſtitutionis. Prout contra Bartol. in authen. nouiſsima. num. 4. C. de inofficioſ. teſta. tenuerunt DD. omnes ſecundum Iaſ. num. 37. & ſecundum Alexan. num. 4. & Deci. num. 8. in l. 1. C. de ſecundũ tab. & Iuli. Clarum. §. teſtamẽtum. quæſtione. 38. verſic. ſed quæro. Facit text. in authent. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoque. quatenus conſtituta in filijs, dicit in parentibus quoque locum habere. Nec ſufficiat dare legitimam titulo donationis, quam non tenetur imputare, vt in
28 dict. §. & generaliter.* Et idem eſſet, ſi filius diſponeret de ter-
29 tio per donationem irreuocabilem: aſcẽdens enim*(cui etiam datur querela, aduerſus inofficioſam donationem deſcẽdẽtis. l. ſi filius tuus. C. de inofficioſ. dona.) poſſet eam donationem querelare, non obſtante ſua priori donatione, quam nõ tenetur imputare, per ea quæ diximus ſupra nu. 8.

Quæ opinio quamuis iure communi vera ſit, Iure tamen
30 Regio, ex rationibus ſupra propoſitis in filio, videtur, quod donatio facta aſcendenti ſit ad legitimã referenda, ita vt quamuis non eſſet conferenda, eſſet tamen ad euitandam querelam inofficioſi teſtamenti, aut etiam donationis, imputanda. Militant enim in hoc omnes rationes ſupra dictæ in filio. Et tertium in ſucceſsione aſcendentium, habet eandem qualitatem, quam quintum in ſucceſsione deſcendentium. Eſt enim ſpecialiter pro anima, & extraneis à lege reſeruatum, ex dicta. l. 1. Imo, quamuis in donatione facta vni ex pluribus filijs, text. iſte includat quintum, poſt tertium: in donatione

tamen

tamen facta aſcendenti, ſiue vnico, ſiue vni ex pluribus, non includet hoc tertium liberum. niſi expreſſe actum ſit. Militant enim, vtroque caſu, eædem rationes: quamuis in donatione facta vni ex pluribus filijs, propter meliorationem, & diſpoſitionem huius tex. admiſsimus contrarium.

GLOSSA TERTIA.

Donatio ſimplex facta vni ex pluribus filijs, intelligitur data pro tertio & quinto. Et non confertur, neque imputatur in legitimã, niſi hoc expreſſum ſit. Et quod prius præſumitur datum donationem tertij quam in rationem quinti. Et quod quintum prius deducitur, quam tertium.

1 *Donatio ſimplex imputatur in tertium & quintũ, donatio vero ob cauſam in legitimam, niſi aliud ſit expreſſum.*

2 *Donatio ſimplex ad hoc, vt imputetur in legitimam, tempore donationis exprimi debet.*

3 *Donatio ſimplex cum pacto, vt ea contentus filius amplius non petat cẽſetur data pro legitima.*

4 *Donatio ſimplex, vtrum conferatur.*

5 *Donatio ſimplex imputatur in tertium & quintum, etiamſi alius non melioretur in tertio & quinto.*

6 *L. 3. tit. 8. lib. 5. noue intelligitur.*

7 *Donatio ſimplex non imputatur in legitimam ad euitandam querelã.*

8 *Donatio ſimplex, an imputetur in legitimam ad euitandam querelam inofficioſæ donationis.*

9 *Tertium prius præſumitur donatum quam quintum.*

10 *Quintum prius deducitur, quam tertium. Ampliatur dupliciter.*

11 *Pars hæreditaria meliorationis quæ tangeret meliorato, tanquam vni filiorum non eſt proprie melioratio.*

1 ENtiendaſe que le mejoran en el tercio e quinto. Lex ergo loquitur in caſu dubio, quando non conſtat, an pater voluerit meliorare, vel donare pro legitima. Sed ſi cõſtaret, quod voluit acceptum per donationem ſimplicẽ in legitimam imputari, vtiq; imputaretur. l. ſi quãdo. §. & generaliter. C. de inoffi. teſt. & tradit Tello hic nu. 2. & Mincha. in l. parentibus. C. de inoffi. teſt. nu. 2. verſ. quinto. Quemadmodũ per contrarium, donatio, quæ alias eſſet conferenda imputaretur in me

liorationem, & non in legitimam, ſi id expreſſe auctum eſt, authen. ex teſtamẽto. C. de coll. l. 3. tit. 15. p. 6.* Sed ad hoc, vt do-
2 natio ſimplex videatur data pro legitima, neceſſum eſt, vt id exprimatur tempore donationis. l. illud. in fin. C. de colla. Nec ſufficeret, ſi ex interuallo pater declararet donaſſe ſe, ſimpliciter, eo animo, vt donatio conferatur, prout ibi not. DD. Perfecta enim donatio non reciperet ex poſt facto conditionem. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo. Pro quo Gomez in. l. 17. Tauri. num. 22. adducit in argumentum. l. 1. ff de ſolu. de creditore eligente, in quod debitum velit cedere ſolutionem, quod debeat declarare in continenti. Et text. in. l. item Labeo. verſicul. ſed ſi pure. ff. fami. hærciſcund. de arbitrio. qui poteſt tempore diuiſsionis, vni prædio ſeruitutem imponere, quod non poterit, ex interuallo. Et text. in. l. licet. C. qui potio. in pigno. de eo, qui mutuauit pecuniam ad emendum prædium, vt eſſet ſibi obligatum, vt in eo præferatur cæteris creditoribus: quia hoc proderit, ſi exprimatur tempore, quo mutuauit, non autem ſi ex interuallo.

3 * Sufficit tamen quandoque tacite agi, quod donatio ſimplex intelligatur data pro legitima.* Puta, ſi actum eſſet, quod filius, donatione contentus nihil amplius peteret. Quamuis enim ea conditio, citra iuramentum, non impediret ſucceſsionem, vt diximus in. l. 7. ſupra gloſſ. fin. ſatis tamen operaretur, vt donatio (quamuis ſimplex) intelligatur data ratione legitimæ, & ſic eſſet conferenda. Argumento. l. ſi adulta. C. de hæred. action. Et tradit Ripa. in. l. in quartã. numero. 205 ff ad. l. Falcid. Et Baldus in. l. pactum dotali. C. de collation. Vbi dicit, quod licet filius non teneatur conferre expenſas ſtudij: ſi tamen, ea occaſione, renuntiaſſet ſucceſsioni: quamuis adhuc poſsit ſuccedere, vt in dict. l. pactum dotali. teneretur tamen imputare: cum pater non videatur donare, ſed expendere propter renuntiationem. Et ſequitur ibi Paulus. numero. 3. & Alexander. in authentica. quod locum. C. de collationibus. numero. 10. & ibi Iaſ. numero. 3. in fine.

4 Ex deciſione etiam huius tex. colligunt noſtri omnes, quod licet. l. 4. tit. 15. par. 6. donatio ſimplex eſſet conferenda, quando reſultabat inæqualitas: hodie in diſtincte non confertur. Nam cum iudicetur melioratio, eiuſque loco habeatur, & in

tertium

tertium & quintum computetur:conferri non debet. Et iſte eſt communis ſenſus huius legis. Prout tenet Roderi. in.l.quoniam in prioribus. in declaratione.l. Regni. quæſtio. 5.nu.6. & ſeqq. Et Gomez.in.l.29.Tauri.nu.29.& Couar.in.c.Raynaldus.§.2.nu.8. Et Grego.in.l.3.tit.4 p.5. verbo. *en ſu parte.* Tello hic nu.2.& Mati.in.l.3.tit.8.lib.5.glo.1.in fi. Et poſt huius operis primam editionem Gute. q.64.nu.3. Et eadem opinio eſt receptior de iure cõmmuni, vt tradit gl. verb.impoſuerit.in.l.illud.C.de colla.& glo.verbo.datorum. in auth. ex teſtamento.eod.tit. Quæ in hoc ſunt communiter receptæ, vt poteſt videri per Alex.nu.6.Corn.nu.5.Iaſ.num.10. Decium nu.5.ibi.Socin.conſ.91.nu.7. lib.1. Cagno.in.l.ſi emancipati. nu.101.C.de colla. Et licet noſtris aliquando dubium fecerit text.in.l.29.Tauri.quæ eſt hodie.l.3.titu.8.infra.in illis verbis generalibus.*y las otras donaciones.* omnes ibi concordant eſſe intelligendam de donationibus ob cauſam, ſimilibus præcedentibus: prout tenent ij, quos ſupra citauimus. De quo habemus bonum ſimile in. d.auth. ex teſtamento. verbo. aliorum datorum. quæ ſic interpretatur gloſſ. ibi. & ſequuntur cæteri communiter, vt intelligantur de ſimilibus præcedentibus expreſsis. Et quoad text.in. dicta.l. 3. noſtri aſſerunt eſſe intellectum neceſſarium. Cum verba illa.*y las otras donaciones.* non poſsint comprehendere donationem ſimplicem, ne contrarietur huic noſtro tex. vbi donatio ſimplices habetur loco meliorationis, & per conſequens non debet conferri.

Ego aliquando in hoc articulo, defendebam opinionem Ioa. Marti. Rayne. & aliorum quos citat Curtius nu mer. 56. in.d.l.ſi emancipati. Quorum opinionem defendit Fulgoſ.in d.auth.ex teſtamento.ex vrgenti text. in. l.ſi donatione.eiuſdem tituli.cui hactenus citra diuinationem,non eſt ſatisfactũ. Et ex alijs fundamentis, quæ ibi referuntur. Et in eũdem ſenſum accipiebam text.in.d.auth.ex teſtamento.verbo.aliorum datorum, vt comprehenderetur etiam ibi donatio ſimplex. Et ꝙ ex eo tx eſſet correctus tx.in.l.illud.§.fi.eiuſdẽ tit. Et ꝓ hac opinione (Iure Regio) adducebam text.in l. 3.tit.4.partita.5. illis verbis.*Ca el hijo aquien lo dieſſe,&c.* cui nõ ſatisfacit intellectus Ber. Diaz reg.212.quod ille tx.non loquitur in donatione, ſed in conceſsione in peculiũ, prout colligitur ex verb.*dieſſe.* Quoniã ex illo verb.potius colligitur cõtrariũ, cũ importet

dominij tranſlationem.l.vbi autem non apparet.§. fin.vbi notat Bart.de verbor.obliga.& diximus ſupra glo. 1.nu. 10.circa intellectum text.in.l. cum quo de peculio. §.fin.ad.l.Falci. Nec ſatisfacit intellectus Mati. in.l.3.tit.8.infra glo.1.nu.7. quod ille text.loquitur alternatiue ibi.*Ca el hijo aquien lo dieſſe ſi ouieſſe otros hermanos, tenudo ſeria deſpues de la muerte de ſu padre de aducirla e meterla a particion con ellos, ó de recebirla en ſu parte, entregandoſe cada vno de los otros hermanos de otro tanto como valieſſe la donacion que le dio el padre.* Per quæ verba reliquit in electione donatarij,vel conferre,vel in legitimã imputare. Vnde ipſe eliget potius computationẽ,quam collationem. Quid enim refert,quod filius conferat,vel imputet in legitimam,ſi vtroque caſu,ſit eam quantitatem minus legitima recepturus? Nã tx.ille non loquitur,nec tractat de imputatione in legitimam, de qua in.l.omnimodo. C.de inofficio. teſta.ſed ſolum de collatione,quæ cum fiat vel re ipſa,vel imputando, & tanto minus recipiendo,vt in.l.filiæ dotem.& in.l.dotis.C.de colla.vbi not.Bart.& alij:ad hæc duo genera conferendi refertur alternatiua illius tex.Cum verba illa. *ó de recebirla en ſu parte.* nil.il. aliud ſignificent, quam genus hoc collationis, quod fit tanto minus recipiendo,quod etiam fit ſi alij fratres recipiant tantundem,prout tex.explicat.

Inducebam etiam.l.1.ſupra.vbi diſponitur donationẽ ſimplicem factam filio, cuius ſit tradita poſſeſsio, vel ſcriptura, vel quæ fuerit ex cauſa onerosa cum tercio celebrata,eſſe irreuocabilem,ſtatimque,non expectata morte,valere. Cui conſequens eſt,vt conferatur.Cum ea ſolum donato ſimplex,de iure communi,non eſſet conferenda, quę morte confirmabatur. Quæ vero ſtatim valebat,ſine dubio,conferebatur. Vt eſt cõmunis omnium concluſio in.d.authen.ex teſtamento. Vt poteſt videri per Alexand.num.6.Iaſ.num. 13. Decium num.7. ibi,& eſt communis opinio ſecundum Rimi.in.§.1.inſti.per quas perſo.nob.acqui.num.96.& ſecundum Cagno.in.d.l.ſi. emancipati.nu.116.

Inducebam etiam pro hac parte text. in. d.l.3.tit. 8.infra. quæ eſt lex quondam.29.Tauri. vbi filius veniens ad ſucceſſionem iubetur conferre dotem, & donationem propter nuptias,aliaſque donationes,quæ proceſſerunt ex bonis eius,de cuius hæreditate agitur.Et verba illa. *y las otras donaciones.* adiecta.

cta eſſe, vt comprehenderent etiam donationes ſimplices. Et eam interpretationem videri neceſſariam: cum vltra dotem, & donationem propter nuptias, quæ ibi exprimuntur, vix reperiatur alia donatio ab cauſam, in qua verba illa pluralis numeri verificentur. Quæ abſolutè, & intrepidè prolata maiorem, & longiorem donationum numerum videbantur comprehendere. Eo maximè, quia donatio propter nuptias, quæ ibi exprimitur, vſu ſit iam abrogata, & vix poſsit exemplificari, vt diximus in. l. precedenti. Et ſecundum hunc intellectũ dicebam, quancumque donationem, etiam ſimplicem, factam filio eſſe conferendam: niſi contrarium eſſet expreſſum. Neq; iis obſtare hunc noſtrum text. in quantum ſimplices donationes loco meliorationis haberi præcipit, & in tertium & quintum computari. Quia hoc non præcipitur ad hunc finem, vt donationes non eſſent in legitimam computandæ, ſed ad finẽ quem lex ipſa exprimit, ne, ſcilicet, liceat patri, eundem vel alium filium meliorare in integro tertio & quinto bonorum omnium computata donatione. Sed eo caſu, melioratio ſequẽs ſolum intelligatur de tertio & quinto bonorum remanẽtium iuxta. l. 7. & 9. ſupra. In quibus quemadmodum data prius dote, ad quam pater poteſt compelli, melioratio tertij & quinti ſequens ſolum refertur, ad bona reſtantia: eodem modo referatur, præcedente donatione ſimplici, quæ fuit voluntaria, & in legitimam etiam eſt accipienda.

Cæterum quamuis iure Regio Partitarum poſſet opinio iſta defendi. In contrarium tamen eſt euidens deciſio noſtri text. vt donatio ſimplex non conferatur, cum cenſeatur data in rationem tertij & quinti. Per quẽ tex. iſta eſt cõmunis opinio omnium, vt dictum eſt, prout etiam erat magis communis opinio de iure cõmuni. Neque ad hunc text. ſatisfacit ſupra aſsignata ſolutio. Nam ſi illa fuiſſet mẽs legis, ſatius dixiſſet, donationem ſimplicem (etiam ſi id dictum non ſit) eſſe intelligendam datam pro legitima, vt melioratio tertij & quinti ſequens fit deducenda ex bonis reſtantibus, non diminuta, nec accumulata donatione, etiam collata. Prout in dote & donatione ob cauſam, diſpoſuerat. l. 9. Vult autem tx. donationem ſimplicem intelligi datam pro tertio & quinto, & imputandã in tertium & quintum: & meliorationem ſequentem tertij & quinti, ſolum intelligi in eo, quod deducta donatione ſupererit.

rerit, iuxta ea quę dicebamus in.l.9.ſupra gl.2.nu.20. Et tunc eam donationem non pro legitima, ſed pro melioratione accipiendam. Vt ſignificant verba tex. *entiendaſe que le mejoran.* Quę verba omnino excludunt acceptionē pro legitima: ſunt enim ea diuerſa, aut contraria.

5 Et quamuis verba huius tex. *para que ni a el, ni a otro.* Videantur inducere rationem finalem, quæ reſtringat deciſionem: vt tunc demū donatio ſimplex loco meliorationis habeatur, quādo pater eundem, vel alium in tertio & quinto meliorauit: vt ſic, hoc ceſſante, quod pater neque hūc, neque aliū in tertio & quinto meliorauit, donatio ſimplex non ſit in tertiū & quintum, ſed in legitimam cōputanda: Verius tamen eſt verba illa non eſſe accipienda in vim rationis finalis, aut impulſiuæ, ſed in vim illationis, quæ ex deciſione deducitur: in hunc ſenſum, vt donatio ſimplex iudicetur melioratio, & quod inde ſequitur, quod non licebit patri, niſi in reſiduo tertij & quinti meliorare. Nā licet tx. videatur loqui in caſu, quando eſt facta melioratio tertij & quinti, vt donatio ſimplex, quæ præceſſit, in eam computetur: ex eadem, & maiori ratione, idem futurum eſt, quando melioratio non eſt facta. Nam cum finis collationis ſit æqualitas inter filios.l. vt liberis. C. de collatio. l.4.tit.15.part.6.& late tradit Gomez.in.l.29.Tauri. num.2. Quominus hæc æqualitas læditur: eo minor erit ratio collationis. Sed quando pater fecit donationem ſimplicem, non autem meliorationem de reſiduo tertij & quinti in hunc, vel aliū, nō tā lędiť ęqualitas inter filios, q̄ cū poſt factā donationē, eūdē, vel aliū meliorat: cū id eſſet inter fratres diuidendū: ſi melioratio facta nō fuiſſet. Facta autē melioratione, donatio ſimplex nō refertur ad rationem legitimæ, ſed iudicatur melioratio, & in tertium & quintum computatur, vt in hoc tex. Ergo à fortiori, quando melioratio facta non eſt, debet idem ius eſſe: cū tunc minus lædatur æqualitas inter fratres, & per cōſequēs ſit minor ratio collationis. Itaq; donatio ſimplex in diſtincte nō confertur, ſed in tertium & quintū cōputatur.

Et ſecundum hoc erit reſpondendum ad.d.l.3.tit.8. infra. quod illa verba. *Las otras donaciones.* ſint intelligenda de ſimilibus expreſsis, & ſic de donationibus ob cauſam. Et quamuis illis verbis Tello ibi dicat comprehendi plures donationes, de quibus per Doctores in.l. in quartam.ff. ad. l. Falcid. quæ ſibi non

non licet recenſere, ne librum de libris in infinitum componat: ipſe vtique gauderem, quod aliquas exprimeret. Quia credo, quod non facile feciſſet: cum & verba præcedentia donationis propter nuptias ſine exemplo reliquerit. Et quidem cum in materia collationis, donatio ob cauſam ſit illa, ad quam parentes poſſunt compelli, vt tradunt Paulus. numer. 10. Alexander. numero. 5. Decius. numer. 26. in. l. vt liberis. C. de collation. dos, & donatio propter nuptias non habent in hoc donationem ſimilem. Vnde verba illa. *Y las otras donaciones*, intelligentur de ſimilibus, quo ad collationem. Cum inter donationes ob cauſam præciſſas, quæ conferuntur, annumerentur etiam & aliæ, quæ licet præciſſę non ſint, expreſſum tamen ſit in iure, quod conferantur. Et huc poteſt referri exemplum Telli de militia empta ex pecunijs patris, quæ cum in legitimam imputetur. l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſ. teſtamen. per conſequens, debet conferri, ex regul. text. in. l. illud. C. de collation. Et hinc acerbe nimis inuehitur in ementes officia publica, quæ tamen vendi ſolent, hyppotecæ, & executioni ſubijci: & inter bona quæſita diuidi inter coniuges, prout eſſe communem & receptã ſententiam, idem Tello ibi fatetur. nu. 11.

6 Poteſt etiam text. ille in dict. l. 3. nouo ſenſu accipi, vt verba illa. *Y las otras donaciones*, intelligantur etiam de ſimplicibus, in quibus habent locum, & verificantur reliqua præcepta legis. Sed quatenus dicit conferendas, non intellexiſſe, nec tractaſſe de ea collatione ordinaria, qua ſignificatur eſſe habẽdas pro legitima. Sed conferri debere, vt videatur, vtrum excedant valorẽ tertij, & quinti bonorum temporis mortis: vt exceſſus imputetur in legitimam: qui videtur finis legis, prout etiam continetur in. l. 7. ſupra. Et eſt illa deciſsio generalis in omnibus donationibus, tam ſimplicibus, quam ob cauſam. Licet enim quo ad collationem propriam, ſeu acceptionem pro legitima, diuerſa ſit earum natura: quo ad computum tamen generale bonorum, omnes vtũtur eodẽ genere reductionis ad bona relicta tempore mortis. Vt tam ſimplices, quæ ſunt datæ pro tertio & quinto: quam ob cauſam, quæ ſunt datæ pro legitima, coaptentur cũ bonis relictis tempore mortis: vt vel per collationem, vel per querelam non excedant legitimum modum, in damnum

aliorum

aliorum filiorum. Et iſte videtur verus legis ſenſus iuxta tx. in auth.de immenſis dona. vnde ſumpta eſt. auth. vnde ſi patens.C.de inoffi.teſt.

Quibus etiam conſequitur, vt & donatio ſimplex facta vni
7 ex pluribus filijs non ſit in legitimam imputanda, ad euitandam querelam inofficioſi teſtamenti, aut ius agendi ad ſuplementum. Cum enim nõ conferatur, vt dictum eſt, neque etiã debet imputari, vt arguit text.in.l.quoniã nouella. C.de inof. teſta.& in.l.illud.C.de colla. Et quamuis donatio ſimplex facta filio in poteſtate iure communi, licet non eſſe conferenda, imputabatur tamen, ſecundum glo.verbo.omnia. in.d.l.illud. communiter recepta ſecundum Alexan.ibi.num.4. Cum habeat vim relicti.l.in donationibus.C.ad.l.Falcid. & relicta imputentur.l.omnimodo.§.imputari.C.de inofficioſ. teſta. licet non conferãtur. l. à patre. C.de collatio. iure tamen Regio, cum donatio in vita valeat mero Iure, nec pendeat à morte, nec habeat vim relicti, prout facta filio emancipato. vt in.l.1.ſupra.vbi diximus gloſſ. 1. num. 31. rectè valet argumentum, vt cum non conferatur, nec etiam imputetur. Vt in donatione facta emancipato, vel aliàs in vita valida, tradit Bart.num.10.in.l.in quartam.ff.ad.l.Falc. Quem ſequuntur omnes ibi per tex.in.l.ſi quando.§.& generaliter. C.de inof. teſt. Vbi etiam ſequuntur omnes. Et probatur efficacius in litera huius text. quatenus ſimplicem donationem factam vni ex pluribus filijs refert ad tertium & quintum. Vnde ſi pater habens in bonis. 15. donaret irreuocabiliter vni ex duobus filijs.7.& ſic tertium & quintum: deinde hunc eundem inſtituiſſet in re minima, alium in reliquo: Non impediretur filius donatarius agere ad ſuplementum legitimæ. Quæ ſunt. 4.ſuper re minima, in qua fuit inſtitutus, non imputata donatio-
8 ne recepta, vt in.d.§.& generaliter.& hoc eſt ſine dubio.

Et per conſequens neque ea donatio ſimplex imputaretur filio in legitimam ad excludendam querelam inofficioſæ donationis factę alteri fratri. Nam quãuis ea opinio in filio primo aſpectu iniqua viſſa ſit Socin. conſ.18.lib.4.nu.3.& in fine. Quia ſecundum eam poſſet euenire, quod pater videretur inofficioſus erga filium, cui plus dedit: vt ſi primo donaſſet beſſem, ſecundo trientem eſſet abſurdum, quod primus vltra donationem, reuocaret amplius dimidium trientis à ſecundo.

Et

Et ex ea ratione, & vt ſeruetur æqualitas.l.vt liberis.C.de col lat. eam opinionem amplexus ſit Fabi. in authen.nouiſsima. num.94.C.de inoffi.teſt.& Rube.in.l.Titia Seio.§.Imperator num.90.de lega.2.Maximè per text.in.l.ſi mater.C.de inoffi. dona.ibi.*donationibus elargita eſt*. Vbi filius, qui in donationibus habet legitimam, excluditur à querela inofficioſæ donationis aduerſus alterum fratrem donatarium, prout & generaliter etiam aduerſus extraneum ſignificant Bald.& Ange.in.l.cum donationibus.eod.tit. Adhuc ea opinio veriſsima eſt, ex ratione de qua in gloſſ.præceden.num.8.Quam licet ibi. num.9.Iure Regio non admiſsimus in filio vnico aduerſus extraneum: Quia tamen text. iſte refert donationem factam vni ex pluribus filijs ad tertium & quintum: conſequens eſt, vt intra eam quantitatem non imputetur in legitimam. Pro qua, quę adhuc ſibi debetur, poſsit filius donatarius querelare ſeruandam donationem factam alteri fratri. Quæ opinio iure etiam communi vera eſt, ex text.in.d.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inofficioſ.teſta. vt dicebamus in gloſ. præceden. num.8.& eam etiã ſequitur Socin.vbi ſupra.& Ioa.Bap.de.S.Seue.in conſ.19.ibi ſeq. Non obſtat abſurdum, quod conſiderauit Socin. & ratio æqualitatis ſeruandæ, qua mouetur Rubeus. Nam ea militat etiam in querela inofficioſi teſtamenti: & in vtraque (prout dicit Ioa.Bap.) non debemus nos ęquiores facere quam ipſa lex vult, authen.de iudi.§.oportet. Quę á legitima ſupra conceſsit parenti liberam facultatem diſponendi, ſpreta æqualitate filiorum, prout etiam reſpondet Socin. Non obſtat text. in.d.l.ſi mater. Quoniam quamuis communiter intelligatur, quod donationes illæ fuerunt ob cauſam, vt inducit Socin. vbi ſupra. num.6.& dicit eſſe communem intellectum in Ioan. Bap.nu.3. Quia tamen eſt nimia reſtrictio, & diuinatio: melius fortè dici poteſt, vt intelligatur ſimpliciter. Et quod ideo filius imputat donationem ſimplicem, quia fuit ſecunda donatio facta poſt priorem irreuocabilem, & matri non ſuperfuerant alia bona, ex quibus poſſet ſolui legitima. Neque filius habebat aduerſarium debiliorem ſe, á quo exigeret. Et ita neceſsitatur imputare, quamuis donatio aliàs ſui natura non eſſet imputanda.

In quantum autem text. iſte noſter dicit ex ſimplici dona-
9 tione intelligi filium melioratum in tertio & quinto, intelligendus eſt: vt tali donatione prius conſumatur tertium: & ſi

maior

maior ſit donatio,perueniatur etiam ad conſumptionem quinti,& non aliâs. Secundum Caſtillo hic num.2.& Anto.Gom. in.l.29.Tauri.nu.30.in tertio argumento.*Ex ratione.l. 214.
10 Styli,quæ præcipit prius eſſe deducendum quintum, quam tertium,vt maiorem ſummam contineat, quod vſu forenſi receptum eſt.Ex eadem ratione in propoſito filius prius cenſebitur melioratus in tertio,quã in quinto:vt quintũ pro anima relinquatur.Prout etiam tenet Ayo.parti.2.p.q.4.

Quam concluſionem primo intellige,vt procedat nõ ſolũ in donatione ſimplici rei,vel quantitatis certæ: ſed etiam in donatione quotæ bonorum. Imo etiam ſi vni filiorum ſit facta donatio ſimplex ſub expreſſo nomine quinti,nec cõſtaret, quod pater ſenſerit de illo quinto vltimo,& libero:in dubio donatio ad tertium referenda eſſet,reſeruato ſemper vltimo quinto.Ex rationibus quas adduximus ſupra gloſſ. 2. ex num. 3. ad hoc vt donatio quinti facta filio vnico intelligatur pro legitima, Si tamen eſſet iam donatum tertium irreuocabiliter huic, vel alteri filio:tunc donatio quinti neceſſario intelligeretur de vltimo.Et ſi obijcias debere eo caſu(in dubio)donationem referri ad legitimam,ex illiſmet rationibus.Reſpondeo illas verſari in donatione facta filio vnico,in quo ceſſat ratio huius legis, vt ibi dicebamus.Sed in donatione ſimplici facta vni filiorum, cum non ſit imputanda,nec in rationem legitimæ accipienda, ante cõſumptum tertium & quintum: quemadmodum ſi poſt donatum tertium fieret eidem, vel alteri filio donatio rei , vel quantitatis certæ,eſſet in dubio referenda ad quintum,& non ad legitimam,niſi in exceſſu,vt in hoc text.à fortiori, donatio facta ſub nomine quinti. Et idem erit in prælegato quinti, facto vni filiorum in teſtamento.Quia ſi pater non diſpoſuiſſet de tertio:& vltra prælegatum quinti , feciſſet extraneis aliqua legata particularia:valerẽt in rationem veri quinti:prælegatum autem quinti valeret integre in rationem tertij, vt dicemus in.l.fin.infra.gloſ.3 .numero.9. nec minueretur per legata particularia.

Secundo,dictã concluſionẽ intellige,vt procedat etiam ſi pater expreſſerit facere ſe donationem ſimplicem filio in rationem tertij & quinti.Quia adhuc,donatio non conſumet vtrãque quotam pro rata:ſed prius conſumet tertium, quam quintum,ex eadem ratione legis Styli.Niſi eſſet euidentior volun-

tas ad hoc, quam quæ ex tali ordinaria forma donandi colligitur. Vnde, ſi facta hac donatione, alium poſtea in cõtractu, vel teſtamento in reſiduo tertij & quinti melioraſſet: computatio facienda eſt, vt prima donatio ſoluatur ex tertio: & ſi ſit amplior, repleatur ex quinto: & quod ſupererit debeatur ſecundo donatario. Quod eſt neceſſum pro impenſa neceſſaria funeris. Quia cum ſit ſoluenda ex quinto, iuxta ea quæ dicemus in l.fin. ſoluetur vel à priori, vel à poſteriori donatario, vel ab vtroq; pro rata, in quantum quilibet reportauerit ex quinto. Quod tradit Rojas de ſucce.c.9.num.24. Quod etiam eſt neceſſum propter legata gratuita, caſu quo quintum, ex quo ſunt ſoluenda, non ſit prius irreuocabiliter datum.

11 Vltimo aduertendum eſt, quod quamuis donatio ſimplex, facta filio iudicetur melioratio, & referatur ad tertiũ, & quintum, & ſic donatio in totum meliorationis nomine nuncupetur: & id ſit verum pro partibus aliorum fratrum: Pro parte tamen virili, quæ ex tertio & quinto tangit meliorato, donatio ad eam relata, licet largo modo poſsit dici melioratio (in quantum poterat ſibi adimi, & alij dari. Argumento. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres. ff. de donatio. inter virum.) propriè tamen in ea parte non eſt melioratus. Prout neceſſet in parte hæreditaria tertij, & quinti, ſi melioratio fuiſſet facta de quotis tertij & quinti. Cum ea pars hæreditaria ad ſe eſſet peruentura, ſi pater nullum melioraſſet. Argumento prælegati, cuius pars hæreditaria, quam prælegatarius caperet iure ſuo, non dicitur, nec eſt prælegatum. l. miles ad ſororem. §. pro parte. de legatis. 2. & notatur in. l. qui filiabus. §. fi. de leg. 1. Et quamuis hoc propriè procedat in melioratione teſtamento relicta, non minus verum eſt in data per contractum. Quod eſt vtile ad ea quæ dicebamus in. l. 6. gl. 1. nu. 12.

GLOSSA QVARTA.

QVod queuis donatio ſimplex facta filio refertur ad tertium, deinde ad quintum, deinde ad legitimam & ſi excedat eſt inofficioſa. Facta vero extraneo refertur ad quintũ. Idem in donatione promiſſa Et etiam in tradita conſumpta ſine culpa. Et quod impenſa facta in re maioratus extrahetur ex tertio & quinto. Et vtrum remiſsio vſuſfructus bonorum aduentitiorum referatur ad tertium & quintum.

Dona

1 *Donatio quęuis, etiam caſtrenſis peculij, facta meliorato, vel alteri, eſt imputanda in tertium, & quintum.*
2 *Lex hæc reſpexit ad augendas legitimas, & reſtringendam meliorationē.*
3 *Quæ conferuntur, ſeu imputantur, ad legitimam referuntur. Quæ vero non, ea omnia ad tertium & quintum referenda ſunt.*
4 *Donatio ſimplex facta vni filiorum refertur ad tertium, & exceſſus ad quintum, & ſi ſuperſit ad legitimam, & exceſſus eſt inofficioſus.*
5 *Donatio facta extraneo ad quītū refertur, & in exceſſu eſt inofficioſa.*
6 *Donatio ſimplex promiſſa in tertium & quintum imputatur.*
7 *Donatio ſimplex, etiam conſumpta ſine culpa, imputatur in tertium & quintum.*
8 *Expēſa facta in re maioratus, indubio intelligitur facta de tertio & quinto bonorum liberorum,*
9 *Vſus fructus bonorum aduentitiorum remiſſus filio, an ſit intra tertium, & quintum bonorum patris imputandus.*
10 *Diſtinguitur inter patrem remittentem vſum fructum, antequā acceptet, vel donantem acceptatum.*
11 *Remiſsio, ſeu repudiatio vſusfructus iam acquiſiti donatio eſt.*
12 *Donatio vſus fructus delati præſupponit acceptationem.*
13 *Quid ſi pater nec acceptauit, nec repudiauit, nec donauit, ſed filius collegit fructus vſque ad mortem patris, eo ſciente.*
14 *Vſus fructus aduentitiorum non acquiritur patri ipſo iure, ſed per acceptationem.*
15 *Quando vſusfructus remiſſus filio videtur donatus, fructus etiam conſumpti, & ex quibus filius non fuit factus locupletior, computantur in tertium & quintum bonorum patris.*
16 *Donatio reuocabilis extrahitur pro metiendo tertio & quinto.*

1 Y *Que la tal donacion ſe quente en el dicho tercio e quinto.* Habes hîc expreſſum, quod filius melioratus in tertio & quinto tenetur in rationem dictæ meliorationis accipere & imputare quamcunque donationem ſimplicem, quā ipſe, vel alius filius recepit ex bonis eius, de cuius ſucceſsione tractatur. Et intellige regulam hanc generalem eſſe comprehendētem quamcunq; donationem ſimplicem, quocunque titulo, & cauſa, fit facta: etiamſi tranſierit in peculiū caſtrenſe, vel quaſi: vt in equo, & armis datis filio militi, & libris donatis docto ri, vel aduocato. Et ratio eſt manifeſta. Quia cum omnia bona patris ſint legitima filiorū, excepto quinto, quo ad extraneos,

&

& tertio quo ad deſcendentes.l.9.tit.5.lib.3.fori,& pater non póſsit diſponere in vita,vel in morte,niſi de vno tertio, & vno quinto,vt hîc & in.l.12.infra:in hoc tertio & quinto ſunt neceſſario imputãda omnia,quæ in vita,& in morte pater donauerit: ne aliorum legitima per donationes lædatur. Et in hoc deciſsio eſt conformis iuri communi,& Partitarum. Secundum quod legitima filiorum erat triens, vel ſemis,iuxta eorum numerum.auth.nouiſsima, & in corpore vnde ſumitur. C.de inoffic. teſt.l.17.tit.1.par.6. De reliquo poterat pater diſponere in vita & in morte.l.Papi.§.quarta.ff eo.l. cum quæritur.auth.vnde ſi parens.l.parẽtibus.C.eo.l.1.&.2. & per totum.C.de inof.dona.Et quemadmodum donationes ob cauſam,vel pro legitima,referebantur ad trientem,vel ſemiſſem: ſimiliter reliqua omnia,quæ in vita & in morte de bonis patris procedebant,referebantur ad beſſem, vel ſemiſſem. Pro quibus commenſurandis, fiebat omnium cumulus, vt dixi in. l.præcedenti.gl.2.num.18.ne aliàs triens,vel ſemis,& ſic filiorum legitima,per donationes læderetur,vt in dict.auth.vnde ſi parens.Hodie(ex iſta lege)omnia iſta intra tertium & quintum computanda ſunt,vt cætera bona pro legitima filiorum reſeruentur. Et idem eſt in quinto,quo ad extraneos.l. fin.infra,& dicam in.l.12.nu.15.

2 Ex quibus inferes,quod licet in collatione, & imputatione, quæ fit pro ratione legitimæ,iudicium legis fuit metiri, & æquare filiorum legitimas.l.vt liberis.C.de colla.l.4.tit.15.par. 6.In imputatione tamen huius legis(quatenus donatio ſimplex imputatur in tertium & quintum)lex reſpexit ad conſeruandas & augendas filiorum legitimas:vt facultas patri cõceſſa diſponendi de tertio & quinto,quo magis poſſet,reſtringeretur: & per conſequens, quantitas legitimæ ampliaretur. Prout eundẽ finẽ habuere leges.7.&.9.ſupra,quatenus tertiũ & quintum reſtringunt ad bona relicta tempore mortis: nec debere deduci ex donationibus præcedentibus,etiam quæ ſint ad collationẽ allatæ. Indeq; deduces ius hoc meliorãdi ab his legibus,tanquam odioſum reputari.Quod & nos ſupra tenuimus in rubr.num.39.

3 Inferes etiã reſolutionẽ collationis, & imputationis. Quia omnia quæ iubentur cõferri ſeu imputari,intelligẽdum eſt,ꝙ ſunt accipienda in rationẽ legitimæ. Quæ vero nõ iubẽtur cõ

Nn ferri,

ferri, ſeu imputari, intelligendum eſt, ꝙ non recipiuntur in rationem legitimæ: computantur vero in tertium & quintum, & intra eos limites præcipua habentur: extra eos autē neceſſario ſunt cōferēda & imputāda, quęcūq; illa ſint. Quia ſi exceſſus pręcipuus etiā haberetur, reſultaret inofficioſitas, cū per eū lædatur legitima aliorū, cui tx. iſte proſpexit in ſua deciſione.

4 Intelliges etiam genus hoc imputationis. de quo in hac lege, referendum eſſe ad tertium & quintū, ſecundùm genus donationis, quæ præceſsit. Nam ſi quidem fuit donatio ſimplex facta filio huic, vel alio, indiſtinctè ad tertium referenda eſt: & ſi maioris ſit quantitatis, ſuplenda ex quinto, ſiue quintum ſit

5 relictum eidem, cui tertium, ſiue alij. * Si autem præceſsit donatio facta extraneo, tunc in quintum omnino imputāda eſt, quia ſi exceſſerit eſt inofficioſa, de quo agemus in. l. 12. infra.

6 Procedit autem deciſsio noſtri text. nō ſolum in donatione data, verum etiam in donatione promiſſa. Idē eſt enim vtriuſquè iuditium. l. ſi quis argentum. §. ſi autem. C. de dona. Queadmodum enim in donationibus datis pro legitima, non ſolum habetur conſideratio dati, ſed etiā promiſsi. l. vt liberis, ibi. *Dederit, vel promiſſerit.* C. de collat. vbi notat Deci. nu. 7. & tunc fit collatio eo modo, quo poteſt, liberando, ſcilicèt, vel de indemnitate cauendo. l. ſi pater. C. de collat. Eodem modo donationes ſimplices, quæ in rationem tertij & quinti accipiendæ ſunt, vt hîc: nedum traditæ, ſed etiam irreuocabiliter promiſſæ tātum in eundem tertium & quintum computandæ ſunt, vt de reliquo ſolum liceat patri diſponere vt hîc.

7 Procedit etiam deciſsio noſtri text. non ſolū ſi donatio ſimplex facta filio extet, ſed etiam ſi conſumpta ſit. Nam licet in materia collationis, diſtinguatur inter extans, & cōſumptum: vt ſi quidem culpa filij conſumptum ſit, adhuc eius ſit in collatione habenda ratio, aliâs nō: vt in auth. quod locum. C. de collat. quæ in dote loquitur, & eadem ratione, idē eſt in omni donatione pro legitima, vel quæ in rationem legitimę computanda, & conferenda eſt: Vt tradit Bar. in. l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolut. matrim. cōmuniter receptus ſecundū Alex. ibi. num. 9. & Iaſ. in d. auth. quod locum. nu. 7. & vtrobiq; plures alij ſequuntur, & eſt cōmunis opinio ſecundū Camp. de dote. 1. p. q. 15. Hæc tamē diſtinctio nō procedit in donationibus ſimplicibus, quæ meliorationes iudicantur, & in rationē tertij

& quinti

& quinti computantur,ex hoc text. Nam quocūq; modo conſumptæ ſint,etiam ſine culpa filij,computandæ ſunt in dictum tertium & quintum, vt patri non liceat, niſi de reſiduo eundem,vel alium meliorare,vt hic. In ijs enim donationibus, ad effectum huius text.militat diuerſa ratio,imò contraria,quam in donationibus pro legitima. In quibus pater cogitur ſupplere, & reſarcire dotem,ſeu legitimam caſu,& ſine culpa perditam. Quia eius obligatio non ſolum pertinet ad dotandum, ſed ad conſeruandum dotem,ſeu legitimam datam.l. fin.C. de dotis promiſ.auth.ſed quamuis.C.de rei vxor.actio.ſecundùm Campe.vbi ſupra. Quę ratio conſeruandi legitimas filiorū vrget per contrarium,vt donatio ſimplex(etiam ſine culpa conſumpta) adhuc computetur,& extenuet tertium & quintum, vt conſeruentur reliqua bona pro legitima filiorum:prout etiā diximus in.l.7. ſupra gloſ.1.num.35.

8 Poteſt etiam in propoſito huius text.noue inferri, ꝙ quamuis Regia.l.6. tit.7.infra.diſpoſitum ſit expenſas, ſeu melioramenta facta in re maioratus, tranſire in ſequentem ſucceſſorem, nec poſſe per alios filios expendentis quidquam ex eis recuperari: & ea lex magis communiter intelligatur, vt procedat etiam in præiuditium legitimæ filiorum. Quia tamē id aliquibus asperū viſum eſt,prout retulimus in.l.1. ſupr.gl. 9.nu.24. Non incongrue intelligemus,vt talis poſſeſſor prius videatur expēdere de tertio & quinto bonorū ſuorum liberorum. Ita,vt in eam rationem (ſi ſufficiat)expenſa videatur in dubio prius facta, quam de alijs bonis,quæ ſunt neceſſaria pro filiorum legitimis. Nec poſsit eundem filium ſibi in maioratu ſucceſſorem,ſeu alium in tertio & quinto meliorare, niſi in reſiduo,ſi quid forte ſuperſit, poſt deductas dictas expenſas. Hac enim via molitur durities illius legis,& dictæ opiniones aliquo modo reducuntur ad concordiam noſtræ legis ratione ſuffultam.

9 Huic etiam loco non videtur aliena quęſtio, an vſusfructus bonorum aduentitiorum remiſſus filio ſit intra tertium & quintum bonorum patris imputandus: vt remiſsio in reliquo ſit inofficioſa,& reuocanda:an vero,tanquam res filij,non in-
10 tret in cūmulo bonorū patris. * Et quidem, ſi pater ante acquiſitum ſibi vſumfructum repudiet delatum: acquiretur filio.l. final. verſiculo ſiue è contrario.C. de bonis quæ liber.

Nec pater dicetur quidquam donare.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus. ff.de donat.inter virum. Nec intrabit in cũmulo bonorum patris. Quod tenet Tello in.l.17.Tauri.num.61. Et facit quod tradunt Chriſt.num.10.& Riminal.num.92.in.§.1.inſti.per quas perſon. nob. acqui. quòd iſta repudiatio poteſt fieri in damnum creditorum. Atquè ita non imputabitur intra tertium & quintum bonorum: vt expreſſe tenet Gomez in l.48. Tauri.num.10. Si autem pater prius acceptet, de inde donet filio expreſſe, vel etiam tacite, permittendo vſq; ad mortẽ colligere fructus, quo caſu cenſetur donare. l. cum oportet. §. ſin autem.C.de bonis quæ liber. cenſebitur etiam meliorare, ex præſumptione huius legis. Et ſic talis donatio imputabitur in tertium & quintum: & ſi forte excedat, imputabitur in legitimam: in reliquo, reuocabitur tanquam inofficioſa. Quod tradit Tello vbi ſupra.num.58.& num.64.ad finem. Diſtinguetur autem remiſsio, ſeu donatio vſus fructus expreſſa, à tacita. Quia illa erit irreuocabilis: iſta non, vt dixi in.l.1.ſupra gloſ.5.num.18.&.19. Vtraquè tamen donatio eſt, & per con-
11 ſequens melioratio. * Et idem erit, ſi pater poſt acquiſitum vſumfructum, repudiauerit, vel remiſſerit. Quia licet in hoc caſu Decius in authen.ex teſtamento.C.de collat.num.1: verſic. & eodem modo. teneat, quòd vſus fructus cõſolidatur, vt filius habeat ex cauſa aduentitia, quemadmodum proprietatem: cõtrarium verius eſt, vt licet conſolidetur quidem, illum tamen habeat ex donatione parentis, qui remittendo acquiſitum, videtur donare ad effectus, de quibus hîc agimus. Et hoc videtur eſſe conforme ijs, quæ traduntur per Fulgoſ. & Corne.in dict.§.ſin autem, vt donatio, & repudiatio, ſeu remiſsio non diſtinguatur, quando præceſsit acceptatio: ſed vno, & altero modo inducatur donatio, & per conſequens melioratio, de qua
12 agimus.* Idem erit ſi pater prius non acceptauit: donauit tamen expreſſe filio vſumfructum. Quia per donationem videbitur prius acceptaſſe.l.ſi auia. C.de iure deliber.vt vel ſic videatur de re ſua diſponere, & ſic meliorare.

13 Cęterũ ſi pater nec acceptauit, nec repudiauit, nec donauit filio expreſſe: ſed filius collegit fructus, ſciente patre, & ſic durauit negotiũ vſq; ad mortem patris. Manifeſtũ quidem eſt fructus ad filiũ pertinere: ſed quoad noſtrã quæſtionẽ multũ intereſt, an pertineãt quaſi pater repudiauerit vſumfructũ,

an

an quaſi donauerit. Quoniam ſi ex repudiatione, non intrabũt in cummulo bonorũ patris, iuxta ea quę ſupra dicta ſunt, quando pater repudiauit expreſſe, antequam ſibi acquireretur. Si autem ex donatione, cenſebitur filius melioratus, ex noſtro tex. Iſte caſus non fuit comprehenſus per DD. in d. §. fin autẽ, nec per Gom. in d. l. 29. Tau. nu. 29. nec per Tello vbi ſupra. Qui licet. num. 62. dicat hanc tacitam remiſsionem eſſe donationem morte confirmatã: loquitur caſu, quo pater prius acceptauit: vt colligitur ex num. præcedenti, in quo excluſsit caſum patris à principio repudiantis. Sed nec text. in d. §. fin autem. hanc quæſtionem decidit: cum loquatur in eiſdem terminis patris prius acceptantis: vt colligitur ex verb. *acquiſitas,* & verb. *retinere.* & verb. *reliquerit.* Quibus pręſupponit loqui ſe caſu, quo vſusfructus fuerit patri prius quæſitus, & acceptatus. Et ſic ſunt intelligendi DD. omnes ibi, qui dicunt ex illa permiſsione colligi tacitam donationem.

14 Quæſtio inde pendet, vtrum vſus fructus aduentitiorum acquiratur patri ipſo iure, an per acceptationem. Et arbitror neceſſariam eſſe acceptationem. Nam licet iure Digeſtorum, quidquid acquirebat filius pleno iure, & ipſo iure, in inſtanti, acquirebatur patri, ita, vt nec per momentum reſideret in perſona filij. l. placet. ff. de acquiren. hæred. Hoc non eſt hodie ſolum correctum, quo ad proprietatem, vt ea reſideat in perſona filij, in aduentitijs, quaſi vſusfructus ſit relictus in diſpoſitione iuris antiqui. Sed totum pleno iure reſidet in perſona filij: conceſſo tamen patri, vt ſi velit, poſsit habere vſumfructũ. Iſtud videtur colligi ex. l. fin. C. de bonis quæ liber. incipiendo ex verſi. Sancimus, ibi. *Sed vſusfructus tantummodo patri offertur.* & infra verſi. ſiue è contrario. Vbi, quando pater non vult acceptare hęreditatem delatam filio, etiam ſi filius acceptet, patri nõ acquiritur vſusfructus: ſed nec offertur, ibi. *Nec vſumfructum patri offerri.* Et eſt deciſsio generalis in omni re acquirenda filio, ex quocumq; contractu, ſeu vltima voluntate, vt ibi dicitur. Quibus conſequens videtur, vt non acceptato expreſſe, vel tacite vſufructu. filius, qui ſciente patre, ſemper habuit rem pleno iure, & collegit fructus vſquè ad mortem patris, ipſos habeat, tanquam ex repudiatione patris, non tanquam ex donatione. Et ſic non intrent, nec computentur inter bona patris, quemadmodum ſupra dictum eſt, quando expreſſe pater à

principio repudiauit. Et iſtud ex illa eadem deciſione colligitur. Nam quemadmodũ patri à principio licet vſumfructum repudiare, etiam in damnum creditorum (quod non poſſet, ſi acceptatio non requireretur, cũ ius plenè quęſitum alienaret in fraudem) eodem modo licebit, & tacitè repudiare non acceptando, & permittendo filium vti frui. Et licet iſta non ſit vera repudiatio, ex quo poteſt pœnitere, cum non ſit requiſitus, nec conſtitutus in mora: ſi tamen iſtud duret vſq; ad mortem: ceſſat variatio, & inducitur clara repudiatio retrotracta ad tempus oblati vſusfructus. Vt vel ſic, filius intelligatur habuiſſe vſumfructum eodem iure, quo habet proprietatem: & non ex donatione, vel melioratione parentis. Quod eſt vtile ad deciſionem huius legis.

15 Erunt tamen circa ſuperiora duo aduertenda. * Primum, ꝙ in caſibus, in quibus pater videtur donare vſumfructum, & per conſequens meliorare, & ſic donatio eſt imputanda in tertium & quintum: iſtud intelligendum eſt nõ ſolum ſi fructus extent, ſed etiã ſi conſumpti ſint, etiam ex quibus filius nõ ſit factus locupletior. Quãuis enim ſi fructus eſſent in legitimã imputãdi, attenderẽtur ſolum extãtes, vel ex quibus filius ſit factus locupletior, vt in materia collationis, notat Bart. nu. 5. in. l. pater filium. ff. de collat. dotis, & ſequuntur Paul. Alex. & Iaſ. in. l. fin. C. de collat. per tex. in. l. ea demũ. eod. tit. in melioratione tamen, quæ ad tertium & quintum referenda eſt, attẽduntur etiam conſumpta, vt diximus ſupr. nu. 7. & latius in. l. 7. gl. 1. num. 36. * Secundũ, ꝙ quando diximus donationẽ vſus
16 fructus eſſe reuocabilem, vt in caſu tex. in d. §. ſin autem, iũctis quæ diximus in. l. 1. ſupra gloſ. 5. num. 18. &. 19. adhuc promettendo tertio & quinto poſteriori eſt extrahenda prius donatio, maximè ſi præceſsiſſent etiã donationes ob cauſam. Prout aduertimus in. l. 9. ſupra gloſ. 2. num. 27. &. 36. &. 39.

GLOSSA QVINTA.

VTrum pater, qui donauit filio vltra tertium & quintum, & legitimam: Vel dedit filiæ dotem vltra legitimam, poſſit ſtatim exceſſum reuocare. Et quid de fructibus.

Donatio

1 *Donatio ſimplex facta filio excedens tertium & quintum, & legitimam in exceſſu eſt nulla.*
2 *Dos excedens legitimam non valet in exceſſu.*
3 *Legitima (vltra quam filia non poteſt dotari) intelligi debet deducta ex omnibus bonis æqualiter, non ſeparato tertio & quinto.*
4 *Pater qui donauit filio vltra tertium, & quintum, & legitimam, vel dedit filiæ dotem, vltra legitimam, an poſsit ſtatim exceſſum reuocare.*
5 *Verbum (non valet) nullitatem importat.*
6 *Pater peccat mortaliter dotando, vel donando immodice.*
7 *Querela inofficioſæ donationis, aut dotis, non datur viuo donatore, & nu mero.9.*
8 *Maritus, qui recepit dotem, habet electionem, vtro tempore velit conſiderari eius inofficioſitatem, an tempore datæ dotis, an tẽpore mortis ſoceri.*
10 *Dos conſtituta contra prohibitionem. l. 1. tit. 2. ſupra, an poſsit ſtatim reuocari, vel an ſit expectanda mors ſoceri. & nu. 12.*
11 *Dos exceſsiua, an ſit reſtituenda cum fructibus.*

1 Y *No en mas.* Si ergo donatio exceſſerit valorẽ tertij & quinti & legitimæ, exceſſus non valet. Et quamuis, attenta hac lege, idem eſſet in dote: ſed cum ex. l. 1. tit. 2. ſupra
2 filia non poſsit dotis ratione meliorari:* ſi dos excederet eius legitimam, quæ ſibi tangeret eo tempore, ſi bona patris diuiderentur, exceſſus ille vltra legitimam, quæ in meliorationẽ cõ-
3 putandus erat, nõ valet, vt ibi, & diximus in gl. 1. ſupra.*Quod ſane intelligendum eſt, iuxta ea quæ diximus in. l. 6. ſupra glo 1. Scilicet, non vetari conſtitutionem dotis filiæ, iuxta eius legitimam, quæ ſit computanda ex omnibus bonis patris, non ſeparato tertio & quinto, & in ea quantitate poſſe conſtitui. Quoniam, quamuis ipſa non poſsit meliorari, non ex hoc prohibetur æqualem partem, cum alijs accipere, & impedire ex pacto alterius meliorationem, vt ibi diximus.
4 Cæterùm ſi donatio facta filio excederet tertium, & quintũ & legitimã: vel dos data filiæ excederet eius legitimã: dubiũ eſt, an exceſſus poſsit per patrem donantem ſtatim reuocari. Et videtur, ꝙ ſic. Eſt enim tã in donatione, quã dote exceſſus nullus. Prout in donatione probat iſte text. his verbis. *Y ſi de mayor valor fuere vala faſta en la cantidad del tercio e quinto, e legitima, y no en mas.* In dote vero probatur in dict. l. 1. illis verbis. *So pena que todo lo que mas de lo alli contenido, diere y prometiere*

rerit,iuxta ea quę dicebamus in.l.9.ſupra gl.2.nu.20. Et tunc eam donationem non pro legitima, ſed pro melioratione accipiendam. Vt ſignificant verba tex. *entiendaſe que le mejoran.* Quę verba omnino excludunt acceptionē pro legitima: ſunt enim ea diuerſa,aut contraria.

5 Et quamuis verba huius tex. *para que ni a el,ni a otro.* Videantur inducere rationem finalem,quæ reſtringat deciſionem: vt tunc demū donatio ſimplex loco meliorationis habeatur,quādo pater eundem,vel alium in tertio & quinto meliorauit: vt ſic,hoc ceſſante,quod pater neque hūc,neque aliū in tertio & quinto meliorauit,donatio ſimplex non ſit in tertiū & quintum,ſed in legitimam cōputanda: Verius tamen eſt verba illa non eſſe accipienda in vim rationis finalis, aut impulſiuæ, ſed in vim illationis,quæ ex deciſione deducitur: in hunc ſenſum,vt donatio ſimplex iudicetur melioratio,& quod inde ſequitur,quod non licebit patri, niſi in reſiduo tertij & quinti meliorare. Nā licet tx. videatur loqui in caſu,quando eſt facta melioratio tertij & quinti, vt donatio ſimplex,quæ præceſſit,in eam computetur: ex eadem, & maiori ratione,idem futurum eſt,quando melioratio non eſt facta. Nam cum finis collationis ſit æqualitas inter filios.l.vt liberis. C.de collatio. l.4.tit.15.part.6.& late tradit Gomez.in.l.29.Tauri. num.2. Quominus hæc æqualitas læditur: eo minor erit ratio collationis. Sed quando pater fecit donationem ſimplicem, non autem meliorationem de reſiduo tertij & quinti in hunc, vel aliū,nō tā lędit̄ ęqualitas inter filios, q̄ cū poſt factā donationē,eūdē,vel aliū meliorat: cū id eſſet inter fratres diuidendū: ſi melioratio facta nō fuiſſet. Facta autē melioratione,donatio ſimplex nō refertur ad rationem legitimæ,ſed iudicatur melioratio,& in tertium & quintum computatur,vt in hoc tex. Ergo â fortiori,quando melioratio facta non eſt, debet idem ius eſſe: cū tunc minus lædatur æqualitas inter fratres,& per cōſequēs ſit minor ratio collationis. Itaq; donatio ſimplex in diſtincte nō confertur, ſed in tertium & quintū cōputatur.

Et ſecundum hoc erit reſpondendum ad.d.l.3.tit. 8. infra. quod illa verba. *Las otras donaciones.* ſint intelligenda de ſimilibus expreſsis,& ſic de donationibus ob cauſam. Et quamuis illis verbis Tello ibi dicat comprehendi plures donationes,de quibus per Doctores in.l.in quartam.ff ad.l. Falcid. quæ ſibi

non

non licet recenſere, ne librum de libris in infinitum componat: ipſe vtiquè gauderem, quod aliquas exprimeret. Quia credo, quod non facile feciſſet: cum & verba præcedentia donationis propter nuptias ſine exemplo reliquerit. Et quidem cum in materia collationis, donatio ob cauſam ſit illa, ad quam parentes poſſunt compelli, vt tradunt Paulus. numer. 10. Alexander. numero. 5. Decius. numer. 26. in. l. vt liberis. C. de collation. dos, & donatio propter nuptias non habent in hoc donationem ſimilem. Vnde verba illa. *Y las otras donaciones*, intelligentur de ſimilibus, quo ad collationem. Cum inter donationes ob cauſam præciſſas, quæ conferuntur, annumerentur etiam & aliæ, quæ licet præciſſę non ſint, expreſſum tamen ſit in iure, quod conferantur. Et huc poteſt referri exemplum Telli de militia empta ex pecunijs patris, quæ cum in legitimam imputetur. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffícioſ. teſtamen. per conſequens, debet conferri, ex regul. text. in. l. illud. C. de collation. Et hinc acerbe nimis inuehitur in ementes officia publica, quæ tamen vendi ſolent, hyppotecæ, & executioni ſubijci: & inter bona quæſita diuidi inter coniuges, prout eſſe communem & receptã ſententiam, idem Tello ibi fatetur. nu. 11.

6 Poteſt etiam text. ille in dict. l. 3. nouo ſenſu accipi, vt verba illa. *Y las otras donaciones*, intelligantur etiam de ſimplicibus, in quibus habent locum, & verificantur reliqua præcepta legis. Sed quatenus dicit conferendas, non intellexiſſe, nec tractaſſe de ea collatione ordinaria, qua ſignificatur eſſe habẽdas pro legitima. Sed conferri debere, vt videatur, vtrum excedant valorẽ tertij, & quinti bonorum temporis mortis: vt exceſſus imputetur in legitimam: qui videtur finis legis, prout etiam continetur in. l. 7. ſupra. Et eſt illa decíſsio generalis in omnibus donationibus, tam ſimplicibus, quam ob cauſam. Licet enim quo ad collationem propriam, ſeu acceptionem pro legitima, diuerſa ſit earum natura: quo ad computum tamen generale bonorum, omnes vtũtur eodẽ genere reductionis ad bona relicta tempore mortis. Vt tam ſimplices, quæ ſunt datæ pro tertio & quinto: quam ob cauſam, quæ ſunt datæ pro legitima, coaptentur cũ bonis relictis tempore mortis: vt vel per collationem, vel per querelam non excedant legitimum modum, in damnum aliorum

Et ex ea ratione, & vt ſeruetur æqualitas.l. vt liberis. C. de col-lat. eam opinionem amplexus ſit Fabi. in authen. nouiſsima. num. 94. C. de inoffi teſt. & Rube. in. l. Titia Seio. §. Imperator num. 90. de lega. 2. Maximè per text. in. l. ſi mater. C. de inoffi. dona. ibi. *donationibus elargita eſt.* Vbi filius, qui in donationibus habet legitimam, excluditur à querela inofficioſæ donationis aduerſus alterum fratrem donatarium, prout & generaliter etiam aduerſus extraneum ſignificant Bald. & Ange. in. l. cum donationibus. eod. tit. Adhuc ea opinio veriſsima eſt, ex ratione de qua in gloſſ. præceden. num. 8. Quam licet ibi. num. 9. Iure Regio non admiſsimus in filio vnico aduerſus extraneum: Quia tamen text. iſte refert donationem factam vni ex pluribus filijs ad tertium & quintum: conſequens eſt, vt intra eam quantitatem non imputetur in legitimam. Pro qua, quę adhuc ſibi debetur, poſsit filius donatarius querelare ſeruandam donationem factam alteri fratri. Quæ opinio iure etiam communi vera eſt, ex text. in. d. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficioſ. teſta. vt dicebamus in gloſ. præceden. num. 8. & eam etiã ſequitur Socin. vbi ſupra. & Ioa. Bap. de. S. Seue. in conſ. 19. ibi ſeq. Non obſtat abſurdum, quod conſiderauit Socin. & ratio æqualitatis ſeruandæ, qua mouetur Rubeus. Nam ea militat etiam in querela inofficioſi teſtamenti: & in vtraque (prout dicit Ioa. Bap.) non debemus nos ęquiores facere quam ipſa lex vult, authen. de iudi. §. oportet. Quę á legitima ſupra conceſsit parenti liberam facultatem diſponendi, ſpreta æqualitate filiorum, prout etiam reſpondet Socin. Non obſtat text. in. d. l. ſi mater. Quoniam quamuis communiter intelligatur, quod donationes illæ fuerunt ob cauſam, vt inducit Socin. vbi ſupra. num. 6. & dicit eſſe communem intellectum Ioan. Bap. nu. 3. Quia tamen eſt nimia reſtrictio, & diuinatio: melius fortè dici poteſt, vt intelligatur ſimpliciter. Et quod ideo filius imputat donationem ſimplicem, quia fuit ſecunda donatio facta poſt priorem irreuocabilem, & matri non ſuperfuerant alia bona, ex quibus poſſet ſolui legitima. Neque filius habebat aduerſarium debiliorem ſe, à quo exigeret. Et ita neceſsitatur imputare, quamuis donatio aliàs ſui natura non eſſet imputanda.

In quantum autem text. iſte noſter dicit ex ſimplici dona-
9 tione intelligi filium melioratum in tertio & quinto, intelligendus eſt: vt tali donatione prius conſumatur tertium: & ſi

maior

maior ſit donatio,perueniatur etiam ad conſumptionem quin
ti,& non aliàs. Secundum Caſtillo hîc num.2.& Anto.Gom.
in.l.29.Tauri.nu.30.in tertio argumento.*Ex ratione.l. 214.
10 Styli,quæ præcipit prius eſſe deducendum quintum, quam ter
tium,vt maiorem ſummam contineat, quod vſu forenſi recep
tum eſt.Ex eadem ratione in propoſito filius prius cenſebitur
melioratus in tertio,quã in quinto: vt quintũ pro anima relin
quatur.Prout etiam tenet Ayo.parti.2.p.q.4.

Quam concluſionem primo intellige,vt procedat nõ ſolũ in donatione ſimplici rei,vel quantitatis certæ: ſed etiam in donatione quotæ bonorum. Imo etiam ſi vni filiorum ſit facta donatio ſimplex ſub expreſſo nomine quinti,nec cõſtaret, quod pater ſenſerit de illo quinto vltimo,& libero:in dubio donatio ad tertium referenda eſſet,reſeruato ſemper vltimo quinto. Ex rationibus quas adduximus ſupra gloſſ. 2. ex num. 3. ad hoc vt donatio quinti facta filio vnico intelligatur pro legitima, Si tamen eſſet iam donatum tertium irreuocabiliter huic, vel alteri filio:tunc donatio quinti neceſſario intelligeretur de vltimo.Et ſi obijcias debere eo caſu(in dubio)donationem referri ad legitimam,ex illiſmet rationibus.Reſpondeo illas verſari in donatione facta filio vnico,in quo ceſſat ratio huius legis, vt ibi dicebamus.Sed in donatione ſimplici facta vni filiorum, cum non ſit imputanda,nec in rationem legitimæ accipienda, ante cõſumptum tertium & quintum: quemadmodum ſi poſt donatum tertium fieret eidem, vel alteri filio donatio rei, vel quantitatis certæ,eſſet in dubio referenda ad quintum,& non ad legitimam,niſi in exceſſu,vt in hoc text.à fortiori, donatio facta ſub nomine quinti. Et idem erit in prælegato quinti, facto vni filiorum in teſtamento.Quia ſi pater non diſpoſuiſſet de tertio:& vltra prælegatum quinti, feciſſet extraneis aliqua legata particularia:valerẽt in rationem veri quinti:prælegatum autem quinti valeret integre in rationem tertij, vt dicemus in.l.fin.infra.gloſ.3.numero.9. nec minueretur per legata particularia.

Secundo,dictã concluſionẽ intellige,vt procedat etiam ſi pater expreſſerit facere ſe donationem ſimplicem filio in rationem tertij & quinti.Quia adhuc,donatio non conſumet vtrãque quotam pro rata:ſed prius conſumet tertium, quàm quintum,ex eadem ratione legis Styli.Niſi eſſet euidentior volun-

tas ad hoc, quam quæ ex tali ordinaria forma donandi colligitur. Vnde, ſi facta hac donatione, alium poſtea in cõtractu, vel teſtamento in reſiduo tertij & quinti melioraſſet: computatio facienda eſt, vt prima donatio ſoluatur ex tertio: & ſi ſit amplior, repleatur ex quinto: & quod ſupererit debeatur ſecundo donatario. Quod eſt neceſſum pro impenſa neceſſaria funeris. Quia cum ſit ſoluenda ex quinto, iuxta ea quæ dicemus in l. fin. ſoluetur vel à priori, vel à poſteriori donatario, vel ab vtroq; pro rata, in quantum quilibet reportauerit ex quinto. Quod tradit Rojas de ſucce. c. 9. num. 24. Quod etiam eſt neceſſum propter legata gratuita, caſu quo quintum, ex quo ſunt ſoluenda, non ſit prius irreuocabiliter datum.

11 Vltimo aduertendum eſt, quod quamuis donatio ſimplex, facta filio iudicetur melioratio, & referatur ad tertiũ, & quintum, & ſic donatio in totum meliorationis nomine nuncupetur: & id ſit verum pro partibus aliorum fratrum: Pro parte tamen virili, quæ ex tertio & quinto tangit meliorato, donatio ad eam relata, licet largo modo poſsit dici melioratio: (in quantum poterat ſibi adimi, & alij dari. Argumento. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres. ff. de donatio. inter virum.) propriè tamen in ea parte non eſt melioratus. Prout neceſſet in parte hæreditaria tertij, & quinti, ſi melioratio fuiſſet facta de quotis tertij & quinti. Cum ea pars hæreditaria ad ſe eſſet peruentura, ſi pater nullum melioraſſet. Argumento prælegati, cuius pars hæreditaria, quam prælegatarius caperet iure ſuo, non dicitur, nec eſt prælegatum. l. miles ad ſororem. §. pro parte. de legatis. 2. & notatur in. l. qui filiabus. §. fi. de leg. 1. Et quamuis hoc propriè procedat in melioratione teſtamento relicta, non minus verum eſt in data per contractum. Quod eſt vtile ad ea quæ dicebamus in. l. 6. gl. 1. nu. 12.

GLOSSA QVARTA.

QVod quæuis donatio ſimplex facta filio refertur ad tertium, deinde ad quintum, deinde ad legitimam & ſi excedat eſt inofficioſa. Facta vero extraneo refertur ad quintũ. Idem in donatione promiſſa Et etiam in tradita conſumpta ſine culpa. Et quod impenſa facta in re maioratus extrahetur ex tertio & quinto. Et vtrum remiſsio vſuſfructus bonorum aduentitiorum referatur ad tertium & quintum.

Dona

1 *Donatio quæuis, etiam caſtrenſis peculij, facta meliorato, vel alteri, eſt imputanda in tertium, & quintum.*

2 *Lex hæc reſpexit ad augendas legitimas, & reſtringendam meliorationē.*

3 *Quæ conferuntur, ſeu imputantur, ad legitimam referuntur. Quæ vero non, ea omnia ad tertium & quintum referenda ſunt.*

4 *Donatio ſimplex facta vni filiorum refertur ad tertium, & exceſſus ad quintum, & ſi ſuperſit ad legitimam, & exceſſus eſt inoſficioſus.*

5 *Donatio facta extraneo ad quīutū refertur, & in exceſſu eſt inoſficioſa.*

6 *Donatio ſimplex promiſſa in tertium & quintum imputatur.*

7 *Donatio ſimplex, etiam conſumpta ſine culpa, imputatur in tertium & quintum.*

8 *Expēſa facta in re maioratus, in dubio intelligitur facta de tertio & quinto bonorum liberorum,*

9 *Vſus fructus bonorum aduentitiorum remiſſus filio, an ſit intra tertium, & quintum bonorum patris imputandus.*

10 *Diſtinguitur inter patrem remittentem vſum fructum, antequā acceptet, vel donantem acceptatum.*

11 *Remiſsio, ſeu repudiatio vſusfructus iam acquiſiti donatio eſt.*

12 *Donatio vſus fructus delati præſupponit acceptationem.*

13 *Quid ſi pater nec acceptauit, nec repudiauit, nec donauit, ſed filius collegit fructus vſque ad mortem patris, eo ſciente.*

14 *Vſus fructus aduentitiorum non acquiritur patri ipſo iure, ſed per acceptationem.*

15 *Quando vſusfructus remiſſus filio videtur donatus, fructus etiam conſumpti, & ex quibus filius non fuit factus locupletior, computantur in tertium & quintum bonorum patris.*

16 *Donatio reuocabilis extrahitur pro metiendo tertio & quinto.*

1 Y *Que la tal donacion ſe quente en el dicho tercio e quinto.* Habes hîc expreſſum, quod filius melioratus in tertio & quinto tenetur in rationem dictæ meliorationis accipere & imputare quamcunque donationem ſimplicem, quā ipſe, vel alius filius recepit ex bonis eius, de cuius ſucceſsione tractatur. Et intellige regulam hanc generalem eſſe comprehendētem quamcunq; donationem ſimplicem, quocunque titulo, & cauſa, ſit facta: etiamſi tranſierit in peculiū caſtrenſe, vel quaſi: vt in equo, & armis datis filio militi, & libris donatis docto ri, vel aduocato. Et ratio eſt manifeſta. Quia cum omnia bona patris ſint legitima filiorū, excepto quinto, quo ad extraneos,

&

& tertio quo ad deſcendentes.l.9.tit.5.lib.3.fori,& pater non poſsit diſponere in vita,vel in morte,niſi de vno tertio, & vno quinto,vt hîc & in.l.12.infra:in hoc tertio & quinto ſunt neceſſario imputāda omnia,quæ in vita,& in morte pater donauerit: ne aliorum legitima per donationes lædatur. Et in hoc deciſsio eſt conformis iuri communi,& Partitarum. Secundum quod legitima filiorum erat triens, vel ſemis,iuxta eorum numerum.auth.nouiſsima, & in corpore vnde ſumitur. C.de inoffic. teſt.l.17.tit.1.par.6. De reliquo poterat pater diſponere in vita & in morte.l.Papi.§.quarta.ff eo.l. cum quæritur.auth.vnde ſi parens.l.parētibus.C.eo.l.1.&.2. & per totum.C.de inof.dona.Et quemadmodum donationes ob cauſam,vel pro legitima,referebantur ad trientem,vel ſemiſſem: ſimiliter reliqua omnia,quæ in vita & in morte de bonis patris procedebant,referebantur ad beſſem, vel ſemiſſem. Pro quibus commenſurandis,fiebat omnium cumulus, vt dixi in. l.præcedenti.gl.2.num.18.ne aliâs triens,vel ſemis,& ſic filiorum legitima,per donationes læderetur,vt in dict.auth.vnde ſi parens.Hodie(ex iſta lege)omnia iſta intra tertium & quintum computanda ſunt,vt cætera bona pro legitima filiorum reſeruentur. Et idem eſt in quinto,quo ad extraneos.l. fin.infra,& dicam in.l.12.nu.15.

2 Ex quibus inferes,quod licet in collatione, & imputatione, quæ fit pro ratione legitimæ,iudicium legis fuit metiri, & æquare filiorum legitimas.l.vt liberis.C.de colla.l.4.tit.15.par. 6.In imputatione tamen huius legis(quatenus donatio ſimplex imputatur in tertium & quintum)lex reſpexit ad conſeruandas & augeudas filiorum legitimas:vt facultas patri cōceſſa diſponendi de tertio & quinto,quo magis poſſet,reſtringeretur: & per conſequens, quantitas legitimæ ampliaretur. Prout eundē finē habuere leges.7.&.9.ſupra,quatenus tertiū & quintnm reſtringunt ad bona relicta tempore mortis: nec debere deduci ex donationibus præcedentibus,etiam quæ ſint ad collationē allatæ. Indeq; deduces ius hoc melior ādi ab his legibus,tanquam odioſum reputari.Quod & nos ſupra tenuimus in rubr.num.39.

3 Inferes etiā reſolutionē collationis, & imputationis. Quia omnia quæ iubentur cōferri ſeu imputari,intelligēdum eſt,ꝙ ſunt accipienda in rationē legitimæ. Quæ vero nō iubētur cōferri,

Nn

ferri, ſeu imputari, intelligendum eſt, quod non recipiuntur in rationem legitimæ: computantur vero in tertium & quintum, & intra eos limites præcipua habentur: extra eos autẽ neceſſario ſunt cõferẽda & imputãda, quęcũq; illa ſint. Quia ſi exceſſus pręcipuus etiã haberetur, reſultaret inofficioſitas, cũ per eũ læde datur legitima aliorũ, cui tx. iſte proſpexit in ſua deciſione.

4 Intelliges etiam genus hoc imputationis, de quo in hac lege, referendum eſſe ad tertium & quintũ, ſecundùm genus donationis, quæ præceſsit. Nam ſi quidem fuit donatio ſimplex facta filio huic, vel alio, indiſtinctè ad tertium referenda eſt: & ſi maioris ſit quantitatis, ſuplenda ex quinto, ſiue quintum ſit

5 relictum eidem, cui tertium, ſiue alij. * Si autem præceſsit donatio facta extraneo, tunc in quintum omnino imputãda eſt, quia ſi exceſſerit eſt inofficioſa, de quo agemus in. l. 12. infra.

6 Procedit autem deciſsio noſtri text. nõ ſolum in donatione data, verum etiam in donatione promiſſa. Idẽ eſt enim vtriuſquè iuditium. l. ſi quis argentum. §. ſi autem. C. de dona. Queadmodum enim in donationibus datis pro legitima, non ſolum habetur conſideratio dati, ſed etiã promiſsi. l. vt liberis, ibi. *Dederit, vel promiſſerit.* C. de collat. vbi notat Deci. nu. 7. & tunc fit collatio eo modo, quo poteſt, liberando, ſcilicèt, vel de indemnitate cauendo. l. ſi pater. C. de collat. Eodem modo donationes ſimplices, quæ in rationem tertij & quinti accipiendæ ſunt, vt hîc: nedum traditæ, ſed etiam irreuocabiliter promiſſæ tãtum in eundem tertium & quintum computandæ ſunt, vt de reliquo ſolum liceat patri diſponere vt hîc.

7 Procedit etiam deciſio noſtri text. non ſolũ ſi donatio ſimplex facta filio extet, ſed etiam ſi conſumpta ſit. Nam licet in materia collationis, diſtinguatur inter extans, & cõſumptum: vt ſi quidem culpa filij conſumptum ſit, adhuc eius ſit in collatione habenda ratio, aliâs nõ: vt in auth. quod locum. C. de collat. quæ in dote loquitur, & eadem ratione, idẽ eſt in omni donatione pro legitima, vel quæ in rationem legitimę computanda, & conferenda eſt: Vt tradit Bar. in. l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolut. matrim. cõmuniter receptus ſecundũ Alex. ibi. num. 9. & Iaſ. in d. auth. quod locum. nu. 7. & vtrobiq; plures alij ſequuntur, & eſt cõmunis opinio ſecundũ Camp. de dote. 1. p. q. 15. Hæc tamẽ diſtinctio nõ procedit in donationibus ſimplicibus, quæ meliorationes iudicantur, & in rationẽ tertij & quinti

& quinti computantur,ex hoc text. Nam quocũq; modo conſumptæ ſint,etiam ſine culpa filij,computandæ ſunt in dictum tertium & quintum, vt patri non liceat, niſi de reſiduo eundem,vel alium meliorare,vt hic. In ijs enim donationibus, ad effectum huius text.militat diuerſa ratio,imò contraria,quam in donationibus pro legitima. In quibus pater cogitur ſupplere, & reſarcire dotem,ſeu legitimam caſu,& ſine culpa perditam. Quia eius obligatio non ſolum pertinet ad dotandum, ſed ad conſeruandum dotem,ſeu legitimam datam.l. fin.C. de dotis promiſ.auth.ſed quamuis.C.de rei vxor.actio.ſecundùm Campe.vbi ſupra. Quę ratio conſeruandi legitimas filiorũ vrget per contrarium,vt donatio ſimplex(etiam ſine culpa conſumpta) adhuc computetur,& extenuet tertium & quintum, vt conſeruentur reliqua bona pro legitima filiorum:prout etiã diximus in.l.7. ſupra gloſ.1.num.35.

8 Poteſt etiam in propoſito huius text.noue inferri, ꝙ quamuis Regia.l.6. tit.7. infra. diſpoſitum ſit expenſas, ſeu melioramenta facta in re maioratus, tranſire in ſequentem ſucceſſorem, nec poſſe per alios filios expendentis quidquam ex eis recuperari: & ea lex magis communiter intelligatur, vt procedat etiam in præiuditium legitimæ filiorum. Quia tamẽ id aliquibus aſperũ viſum eſt,prout retulimus in.l.1. ſupr.gl. 9.nu.24. Non incongrue intelligemus,vt talis poſſeſſor prius videatur expẽdere de tertio & quinto bonorũ ſuorum liberorum. Ita,vt in eam rationem (ſi ſufficiat)expenſa videatur in dubio prius facta, quam de alijs bonis,quæ ſunt neceſſaria pro filiorum legitimis. Nec poſsit eundem filium ſibi in maioratu ſucceſſorem,ſeu alium in tertio & quinto meliorare, niſi in reſiduo,ſi quid forte ſuperſit, poſt deductas dictas expenſas. Hac enim via molitur durities illius legis,& dictæ opiniones aliquo modo reducuntur ad concordiam noſtræ legis ratione ſuffultam.

9 Huic etiam loco non videtur aliena quęſtio,an vſusfructus bonorum aduentitiorum remiſſus filio ſit intra tertium & quintum bonorum patris imputandus:vt remiſsio in reliquo ſit inofficioſa,& reuocanda:an vero,tanquam res filij,non intret in cũmulo bonorũ patris. * Et quidem, ſi pater ante ac-
10 quiſitum ſibi vſumfructum repudiet delatum: acquiretur filio.l. final. verſiculo ſiue è contrario.C. de bonis quæ liber.

Nec pater dicetur quidquam donare.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus. ff.de donat.inter virum. Nec intrabit in cũmulo bonorum patris. Quod tenet Tello in.l.17.Tauri.num.61. Et facit quod tradunt Chriſt.num.10.& Riminal.num.92.in.§.1.inſti.per quas perſon. nob.acqui. quòd iſta repudiatio poteſt fieri in damnum creditorum. Atquè ita non imputabitur intra tertium & quintum bonorum: vt expreſſe tenet Gomez in l.48. Tauri.num.10. Si autem pater prius acceptet, de inde donet filio expreſſe, vel etiam tacite, permittendo vſq; ad mortẽ colligere fructus, quo caſu cenſetur donare. l. cum oportet. §. ſi autem.C.de bonis quæ liber. cenſebitur etiam meliorare, ex præſumptione huius legis. Et ſic talis donatio imputabitur in tertium & quintum: & ſi forte excedat, imputabitur in legitimam: in reliquo, reuocabitur tanquam inofficioſa. Quod tradit Tello vbi ſupra.num.58.& num.64.ad finem. Diſtinguetur autem remiſsio, ſeu donatio vſus fructus expreſſa, â tacita. Quia illa erit irreuocabilis: iſta non, vt dixi in.l.1.ſupra gloſ.5.num.18.&.19. Vtraquè tamen donatio eſt, & per con-
11 ſequens melioratio. * Et idem erit, ſi pater poſt acquiſitum vſumfructum, repudiauerit, vel remiſſerit. Quia licet in hoc caſu Decius in authen.ex teſtamento.C.de collat.num.1: verſic. & eodem modo. teneat, quòd vſus fructus cõſolidatur, vt filius habeat ex cauſa aduentitia, quemadmodum proprietatem: cõtrarium verius eſt, vt licet conſolidetur quidem, illum tamen habeat ex donatione parentis, qui remittendo acquiſitum, videtur donare ad effectus, de quibus hîc agimus. Et hoc videtur eſſe conforme ijs, quæ traduntur per Fulgoſ. & Corne.in dict.§.ſi autem, vt donatio, & repudiatio, ſeu remiſsio non diſtinguatur, quando præceſsit acceptatio: ſed vno, & altero modo inducatur donatio, & per conſequens melioratio, de qua
12 agimus. * Idem erit ſi pater prius non acceptauit: donauit tamen expreſſe filio vſumfructum. Quia per donationem videbitur prius acceptaſſe.l.ſi auia. C.de iure deliber.vt vel ſic videatur de re ſua diſponere, & ſic meliorare.

13 Cęterũ ſi pater nec acceptauit, nec repudiauit, nec donauit filio expreſſe: ſed filius collegit fructus, ſciente patre, & ſic durauit negotiũ vſq; ad mortem patris. Manifeſtũ quidem eſt fructus ad filiũ pertinere: ſed quoad noſtrã quæſtionẽ multũ intereſt, an pertineãt quaſi pater repudiauerit vſumfructũ,

an

an quaſi donauerit. Quoniam ſi ex repudiatione, non intrabũt in cummulo bonorũ patris, iuxta ea quę ſupra dicta ſunt, quando pater repudiauit expreſſe, antequam ſibi acquireretur. Si autem ex donatione, cenſebitur filius melioratus, ex noſtro tex. Iſte caſus non fuit comprehenſus per DD. in d. §. ſin autē, nec per Gom. in d. l. 29. Tau. nu. 29. nec per Tello vbi ſupra. Qui licet. num. 62. dicat hanc tacitam remiſsionem eſſe donationem morte confirmatã: loquitur caſu, quo pater prius acceptauit: vt colligitur ex num. præcedenti, in quo excluſsit caſum patris à principio repudiantis. Sed nec text. in d. §. ſin autem. hanc quæſtionem decidit: cum loquatur in eiſdem terminis patris prius acceptantis: vt colligitur ex verb. *acquiſitas*, & verb. *retinere*. & verb. *reliquerit*. Quibus prçſupponit loqui ſe caſu, quo vſusfructus fuerit patri prius quæſitus, & acceptatus. Et ſic ſunt intelligendi DD. omnes ibi, qui dicunt ex illa permiſsione colligi tacitam donationem.

14 Quæſtio inde pendet, vtrum vſus fructus aduentitiorum acquiratur patri ipſo iure, an per acceptationem. Et arbitror neceſſariam eſſe acceptationem. Nam licet iure Digeſtorum, quidquid acquirebat filius pleno iure, & ipſo iure, in inſtanti, acquirebatur patri, ita, vt nec per momentum reſideret in perſona filij. l. placet. ff. de acquiren. hæred. Hoc non eſt hodie ſolum correctum, quo ad proprietatem, vt ea reſideat in perſona filij, in aduentitijs, quaſi vſusfructus ſit relictus in diſpoſitione iuris antiqui. Sed totum pleno iure reſidet in perſona filij: conceſſo tamen patri, vt ſi velit, poſsit habere vſumfructũ. Iſtud videtur colligi ex. l. fin. C. de bonis quæ liber. incipiendo ex verſi. Sancimus, ibi. *Sed vſusfructus tantummodo patri offertur.* & infra verſi. ſiue è contrario. Vbi, quando pater non vult acceptare hęreditatem delatam filio, etiam ſi filius acceptet, patri nõ acquiritur vſusfructus: ſed nec offertur, ibi. *Nec vſumfructum patri offerri.* Et eſt deciſio generalis in omni re acquirenda filio, ex quocumq; contractu, ſeu vltima voluntate, vt ibi dicitur. Quibus conſequens videtur, vt non acceptato expreſſe, vel tacite vſufructu. filius, qui ſciente patre, ſemper habuit rem pleno iure, & collegit fructus vſquè ad mortem patris, ipſos habeat, tanquam ex repudiatione patris, non tanquam ex donatione. Et ſic non intrent, nec computentur inter bona patris, quemadmodum ſupra dictum eſt, quando expreſſe pater à

 principio

principio repudiauit. Et iſtud ex illa eadem deciſioné colligitur. Nam quemadmodũ patri à principio licet vſumfructum repudiare, etiam in damnum creditorum (quod non poſſet, ſi acceptatio non requireretur, cũ ius plenè quęſitum alienaret in fraudem) eodem modo licebit, & tacitè repudiare non acceptando, & permittendo filium vti frui. Et licet iſta non ſit vera repudiatio, ex quo poteſt pœnitere, cum non ſit requiſitus, nec conſtitutus in mora: ſi tamen iſtud duret vſq; ad mortem: ceſſat variatio, & inducitur clara repudiatio retrotracta ad tempus oblati vſusfructus. Vt vel ſic, filius intelligatur habuiſſe vſumfructum eodem iure, quo habet proprietatem: & non ex donatione, vel melioratione parentis. Quod eſt vtile ad deciſionem huius legis.

Erunt tamen circa ſuperiora duo aduertenda. * Primum,
15 ꝙ in caſibus, in quibus pater videtur donare vſumfructum, & per conſequens meliorare, & ſic donatio eſt imputanda in tertium & quintum: iſtud intelligendum eſt nõ ſolum ſi fructus extent, ſed etiã ſi conſumpti ſint, etiam ex quibus filius nõ ſit factus locupletior. Quãuis enim ſi fructus eſſent in legitimã imputãdi, attenderẽtur ſolum extãtes, vel ex quibus filius ſit factus locupletior, vt in materia collationis, notat Bart. nu. 5. in. l. pater filium. ff. de collat. dotis, & ſequuntur Paul. Alex. & Iaſ. in. l. fin. C. de collat. per tex. in. l. ea demũ. eod. tit. in melioratione tamen, quæ ad tertium & quintum referenda eſt, attẽduntur etiam conſumpta, vt diximus ſupr. nu. 7. & latius in. l. 7. gl. 1. num. 36. * Secundũ, ꝙ quando diximus donationẽ vſus
16 fructus eſſe reuocabilem, vt in caſu tex. in d. §. ſin autem, iũctis quæ diximus in. l. 1. ſupra gloſ. 5. num. 18. & 19. adhuc promiendo tertio & quinto poſteriori eſt extrahenda prius donatio, maximè ſi præceſsiſſent etiã donationes ob cauſam. Prout aduertimus in. l. 9. ſupra gloſ. 2. num. 27. & 36. & 39.

GLOSSA QVINTA.

Vtrum pater, qui donauit filio vltra tertium & quintum, & legitimam: Vel dedit filiæ dotem vltra legitimam, poſsit ſtatim exceſſum reuocare. Et quid de fructibus.

Donatio

1 *Donatio ſimplex facta filio excedens tertium & quintum, & legitimam in exceſſu eſt nulla.*
2 *Dos excedens legitimam non valet in exceſſu.*
3 *Legitima (vltra quam filia non poteſt dotari) intelligi debet deducta ex omnibus bonis æqualiter, non ſeparato tertio & quinto.*
4 *Pater qui donauit filio vltra tertium, & quintum, & legitimam, vel dedit filiæ dotem, vltra legitimam, an poſſit ſtatim exceſſum reuocare.*
5 *Verbum (non valet) nullitatem importat.*
6 *Pater peccat mortaliter dotando, vel donando immodice.*
7 *Querela inofficioſæ donationis, aut dotis, non datur viuo donatore, & nú mero. 9.*
8 *Maritus, qui recepit dotem, habet electionem, vtro tempore velit conſiderari eius inofficioſitatem, an tempore datæ dotis, an tẽpore mortis ſoceri.*
10 *Dos conſtituta contra prohibitionem. l. 1. tit. 2. ſupra, an poſſit ſtatim reuocari, vel an ſit expectanda mors ſoceri. & nu. 12.*
11 *Dos exceſsiua, an ſit reſtituenda cum fructibus.*

1 Y*No en mas*. Si ergo donatio exceſſerit valorẽ tertij & quinti & legitimæ, exceſſus non valet. Et quamuis, attenta hac lege, idem eſſet in dote: ſed cum ex. l. 1. tit. 2. ſupra
2 filia non poſsit dotis ratione meliorari:* ſi dos excederet eius legitimam quæ ſibi tangeret eo tempore, ſi bona patris diuiderentur, exceſſus ille vltra legitimam, quæ in melioratione cõ-
3 putandus erat, nõ valet, vt ibi, & diximus in gl. 1. ſupra.*Quod ſane intelligendum eſt, iuxta ea quæ diximus in. l. 6. ſupra glo 1. Scilicet, non vetari conſtitutionem dotis filiæ, iuxta eius legitimam, quæ ſit computanda ex omnibus bonis patris, non ſeparato tertio & quinto, & in ea quantitate poſſe conſtitui. Quoniam, quamuis ipſa non poſsit meliorari, non ex hoc prohibetur æqualem partem, cum alijs accipere, & impedire ex pacto alterius meliorationem, vt ibi diximus.
4 Cæterùm ſi donatio facta filio excederet tertium, & quintũ & legitimã: vel dos data filiæ excederet eius legitimã: dubiũ eſt, an exceſſus poſsit per patrem donantem ſtatim reuocari. Et videtur, ꝙ ſic. Eſt enim tã in donatione, quã dote exceſſus nullus. Prout in donatione probat iſte text. his verbis. *Y ſi de mayor valor fuere vala faſta en la cantidad del tercio e quinto, e legitima, y no en mas.* In dote vero probatur in dict. l. 1. illis verbis. *So pena que todo lo que mas de lo alli contenido, diere y prometiere*

lo aya perdido y pierda. Quæ verba denotant exceſſum donationis, vel dotis eſſe nullum. Argumento eorum, quæ tradũt Bartol. & alij in. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, & in authen. qui ſemel. C. quomo. & quando iudex. l. ſi quid. & ibi Bart. C. de canno. frum. lib. 11. Et per conſequens poterit per patrem ipſum, qui donauit exceſſus ille reuocari. Quoniam licet quis nõ poſſit venire contrafactum ſuum. l. cum à matre. C. de rei vend. l. poſt mortem. ff. de adopt. ſi tamen actus nullus ſit, bene poteſt illum annullare, ex traditis à Bart. & alijs in d. l. poſt mortem. Prout in propoſito tenuit Minchac. de ſucceſ. creat. §. 10. num. 248. Et in dote tradit Baeça in commen. illius legis Regiæ. c. 34. * Quim & Mincha. vbi ſupra. §. 2. nu. 1 tenet patrem pec-
6 care mortaliter donando ita immodice. Quod etiam in patre dotante vltra legitimam contra prohibitionem illius legis Regiæ, tenet Baeça vbi ſupra. c. 29. Quod etiam ſequitur Tello hîc, in fine: quamuis in patre donante filio vltra legitimam, & tertium & quintum, tunc demum fateatur peccare, ſi faceret animo fraudandi alios. Ceſſante autem fraude, cum legitima, & melioratio pendeant à valore bonorum tempore mortis: ante illud tempus non poteſt iudicari inofficioſitas, nec peccatum. Quim & Baeça vbi ſupra, non ſolum tenet peccare patrem dotando contra prohibitionem illius legis: ſed nec filiam, nec generum eſſe tutos in conſcientia: teneriq; reſtituere, non expectata ſentẽtia, cum lex annullet datum: ex doctrina Abb. in c. 1. col. 3. de conſtit. communiter recepta ſecundùm Felin. ibi. Imo, & in dicto tractatu. c. 33. defendit reſtitutionem eſſe faciendam cum fructibus.

7 Per contrarium videtur exceſſum non poſſe ſtatim reuocari. Nam cum annulletur tanquam inofficioſus: ea querela inofficioſæ donationis, aut dotis, non datur patri donanti, ſed alijs filijs. l. 1. & per totum. C. de inoffic. donat. & de inoffi. doti. Et eis non competit viuo donatore. Nam cum detur propter læſionem legitimæ, & ea non debeatur viuo patre. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonor. nõ poteſt interim donatio ea occaſione impediri: prout diximus in. l. 7. ſupra gloſ. 1. num. 7. Præterea in dote concurrit alia ratio, per quam (etiam ſi excedat legitimam ſecundùm bona preſentia) non poteſt ante mor-
8 tem reuocari. * Nam pro iudicanda inofficioſitate dotis, eſt conceſſa electio marito, vtrum velit conſiderari tempus mortis ſoceri,

ſoceri, an tempus datæ dotis.l.3.tit.8.infra. Quæ lex, quamuis in quantum non iudicabat dotem inofficioſam, quæ vltra legitimam continebat tertium & quintum, ſit correcta ex d.l. 1.ſecundùm Baeça de dote.c.5.num.29. in fine. In electione tamen conceſſa marito, non eſt correcta. Atquè ita etiam ſi dos ſecundùm bona præſentia excederet legitimā filiæ, ſocer adhuc teneretur dotem tradere, nec viuus poſſet reuocare in damnum dictę electionis: cum, forſam iunctis medio tempore quęſitis facultatibus, poſſit dos, attento tempore mortis ſoceri, ſuſtineri, iuxta ea quæ dicebamus in d.l.7.gl.1. num. 23.

9 Quod attinet ad donationem, negotium eſt facile, quòd etiā ſi excedat legitimam, & tertium & quintum, ſi aliâs ſit irreuocabilis, non poſſit reuocari, ex capite inofficioſæ, per ea quæ

10 dicta ſunt.* In dote videtur idem, per dictas rationes. Prout etiam poſt huius operis primam ædictionem tenet Ayora parti.part.2.q.20.num.55. Vbi refert ſic fuiſſe in Granateñ. prætorio deciſſum in facti contingentia, & pater fuit coactus tradere dotem promiſſam: non obſtante, quòd allegabatur eſſe exceſsiuam ſecundùm bona præſentia: reſeruato tamen hæredibus iure opponendi querelā poſt mortem patris. Mihi in priori ęditione contrarium viſſum fuit, diſtare, ſcilicet in hoc dotem, ab alijs donationibus: idquè propter illam legem Regiam, cuius remedium longe diſtat â querela inofficioſæ dotis. Fuit enim lex condita cauſa moderandarum dotium, quæ res executionem de præſenti expoſcit, non autem dilationē. Prout colligitur ex ſuplica, quæ in antiquis Pragmaticis reperitur, ibi. *Suplicamos a vueſtra Mageſtad, que las dotes no puedan ſer mas de la legitima que le vendria a la dotada, ſi entonces ſe partieſſen los bienes del dotador.* Quibus reſpōdetur. *Atenta vueſtra ſuplicacion, &c. Ninguno pueda dar, &c.* Aliâs lex facile fruſtraretur, ſi taxa dotium ibi præfixa poſſet excedi, reſeruato remedio poſt mortem patris. Per qd nō bene videtur alijs filijs prouiſſum, qui ſaltim fructibus, medio tēpore â genero perceptis, priuantur: cum querela non reuocet fructus, prout diximus in l.1.ſupra gloſ.9.num.

11 14.* Nam quamuis Baeça vbi ſupra.c.33.dicat exceſſum dotis eſſe reſtituendum cum fructibus: Mouetur ex eo, quòd ſit nullus. Quæ ratio militat etiā quātum adhoc, vt poſsit ſtatim reuocari, per iam dicta. Quod ſi non poteſt ſtatim reuocari: nec etiam venient fructus, facta reuocatione poſt mortem.

Atquè ita, aut concedendũ eſt exceſſum poſſe ſtatim reuocari: aut patrem fraudari fructibus, per quos poſſent augeri bona, & alijs filijs ſuccuri. Et pro hac differẽtia inter dotem, & alias donationes inofficioſas, facit opinio illa Tellij ſupra relata, circa peccantum dotantis. Cuius obligationẽ arctiorem intellexit (propter legem Regiam) quam illius, qui donat filio vltra modum. Et ſecundũ hoc non obſtat, quòd legitima, ſecundùm quam debet dos metiri, non debeatur niſi poſt mortem, vt in d. §. ſi impuberi, vt vel ſic, id tempus expectemus, pro iudicanda inofficioſitate dotis. Quoniam quoties executio de præſenti facienda eſt, non impeditur, quim etiam legitima ſecundùm bona præſentia iudicetur. l. ſi totas. C. de inoffic. dona. vbi notat Salicet. num. 1. in fin. prout lex illa Regia videtur diſponere.
12 *Non obſtat electio cõceſſa marito. Quia quamuis aliàs ſit in correcta in alijs caſibus, qui poſſunt conſiderari, quos expræſſimus in dict. l. 7. ſupra gloſ. 1. ex num. 23. In hoc autem vno neceſſario corrigitur, quantum adhoc, vt maritus, cui conſtituta eſt dos exceſsiua (vltra legitimam, ſcilicèt, filiæ, ſecundùm bona præſentia) non poſsit ſe tueri volendo expectare tempus mortis ſoceri, & an interim alia bona ſuperlucratus fuerit, quorum reſpectu dos non excedat legitimam. Idquè propter dictam legem Regiam, quæ pro conſtituenda dote conſiderat bona præſentia, vetatquè vltra legitimam filiam quidquam poſſe recipere. Et hanc opinionem tenet Mexia in pragmatica taxę panis. 6. concl. num. 72. Et refert in facti contingentia ita fuiſſe in Hiſpalenſi prætorio iudicatum. Et eandem, poſt huius operis primam ædictionem, ſequitur etiam Azeb. in dict. l. 1. tit. 2. ſupra num. 21.

(.?.)

LEX VNDECIMA.

MANDAMOS, Que quando el padre, ò la madre mejoraren à alguno de ſus hijos, ò decēdiētes legitimos enel tercio de ſus bienes,[1] en teſtamento, ò en otra qualquier vltima voluntad, ò por contrato entre biuos, que le puedan poner el grauamen que quiſierē,[2] anſi de reſtituciō, como de fideicomiſſo: y hazer en el dicho tercio los vinculos, ſumiſsiones, y ſubſtituciones[3] que quiſieren. Con tāto[4] que los hagā entre ſus decēdientes[5] legitimos. Y à falta dellos,[6] que lo puedan hazer entre ſus decendientes ilēgitimos,[7] que ayā derecho de los poder heredar. Y à falta de los dichos decendientes, que lo puedan hazer entre ſus aſcendientes.[8] Y à falta de los ſuſo dichos, puedan hazer las dichas ſumiſsiones entre ſus parientes:[9] Y a falta de parientes entre los eſtraños.[10] Y que de otra manera, no puedan poner grauamen alguno, ni condicion en el dicho tercio. Los quales dichos vinculos y ſumiſsiones, ora ſe hagan en el dicho tercio de mejoria, ora en el quinto, mandamos que valgan para ſiempre, ò por el tiēpo,[11] que el teſtador declarare, ſin hazer diferencia de quarta, ni de quinta generacion.

GLOSSA PRIMA.

VTrum filius inſtitutus in maiori portione quam ſit ſua legitima poßit grauari in exceſſu, circa intellectum legis. 11. tit. 4. part. 6. Et de condetione caſuali, vel mixta an reijciatur de tali exceſſu.

Tertium

1 *TErtium recipit grauamina fauore deſcendentium, aſcendentium, collateralium, &c.*
2 *Quintum omnia grauamina recipit indiſtinctè.*
3 *Inſtitutus in maiori parte, quã ſit ſua legitima, an poſsit grauari in exceſſu*
4 *Compendioſa facta impuberi per verbum commune, an omni tempore valeat vt fideicommiſſaria in exceſſu legitimæ, remiſiue.*
5 *Pupillaris facta à matre valet in vim fideicommiſsi, in exceſſu legitimæ.*
6 *Fideicommiſſum reciprocum non valet in legitima, ſed bene in exceſſu.*
7 *Conditio caſualis, vel mixta, an reijciatur de exceſſu legitimæ.*
L.11.tit.4.par.6. exorbitans eſt, & varie intelligitur.
8 *Conditio poteſtatiua, an reijciatur de legitima.*
9 *Fideicommiſſarius vniuerſalis eſt quaſi hæres.*

1 PArentes poſſunt apponere grauamina temporalia, vel perpetua filio meliorato in tertio & quinto. Dummodo quo ad tertium gradatim fiat, prælatis inprimis deſcendentibus. Secundo aſcendentibus. Tertio collateralibus. Et in omniũ defectum, poſſunt admitti extranei. Et eſt lex quondam. 27. Tauri,

En el tercio de ſus bienes. Non loquitur in quinto: quia iſtud
2 quæcunque grauamina recipit indiſtinctè, etiam in fauorem extraneorum. Secundum Tello hîc num.3. & Matien. gloſ.2. & Arias in l. 25. Taur. num.18. Quod ſignificauit tex. circa finem, illis verbis, *ora en el quinto*, Quibus reſpexit ad vincula, & ſubmiſsiones in genere, quæ prius in tertio diſpoſuerat apponenda gradatim. In quo lex effecit tertij naturam, quaſi anomalam, vt eſſet quidem filiorum omnium legitima: poſſet tamen vni ex filijs dari arbitrio patris, alijs excluſis, qui tamẽ in ſubſtitutionibus eſſent prius vocandi, deinde reliqui ſecundùm formam tex.

3 Quod autem tertium recipiat grauamina inter filios, & deſcendentes, iuxta ordinem legis, intelligendum eſt, non ſolum ſi tertium ſit relictum titulo particulari, tanquam diſtinctũ à legitima: ſed etiã ſi quis ſit inſtitutus in maiori parte, quam ſit ſua legitima. Nam poterit ei apponi fideicommiſſum, ſeu grauamem, ſecundum formam huius tex. in eo quod relinquitur plus legitima. Vnde ſi ex duobus filijs alter ſit inſtitutus in legitima tantum, alter in reliquo (qui in effectu reportat meliorationem, vt dixi in l. 2. ſupra gloſſa final.) & ſint adiecta

adiecta grauamina, etiam omni inſtitutioni: licet non valeant quo ad legitimam: ſuſtinebuntur in exceſſu: ſi quantum ad tertium ſeruetur ordo huius legis. l. ſcimus. §. cum autem. C. de inof. teſt. Notāt Paul. nu. 3. & Salic. nu. 2. verſic. ſed contra hāc gloſ. & Iaſ. in fin. in. l. ex tribus. C. de inoffi. teſtam. In illa quæſtione, vtrum compendioſa facta impuberi per verbum commune, valeat omni tempore vt fideicōmiſſaria, an ſaltim poſt pubertatem: declarant quæſtionem non poſſe intelligi, quando filius eſſet inſtitutus in ſola legitima, à qua fideicommiſſum tanquam onus erat reijciendum, ex. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. & ſic quæſtionem eſſe intelligendam, quando filius eſſet inſtitutus in maiori parte, quam eſſet ſua legitima. Quo caſu, cum in exceſſu valeat fideicommiſſum, intra quæſtio, vtrum illa ſuſtitutio valeat in illo exceſſu in vim fideicommiſſariæ, ſaltim poſt pubertatem. Et eādem opinionem, quòd fideicommiſſum valeat in exceſſu legitimæ, tenet
5 Roder. in d. l. quoniam in prioribus, limit. 1. num. 14.* Vbi dicit, quòd pupillaris facta à matre valet in vim fideicommiſsi in exceſſu legitimæ. Idem tenet Minchac. de ſucceſ. creat. §. 10.
6 nu. 181.* vbi dicit, quòd licet fideicommiſſum reciprocum nō valeat in legitima, ſuſtinetur in eo, quod relinquitur vltra legitimam, per text. in d. §. cum autem, per quem omne grauamē ſuſtinetur in exceſſu legitimæ.

7 Conditio autem caſualis, vel mixta non ſolum reijcitur de legitima, ſed etiam de exceſſu. Hæc eſt notabilis deciſio tex. in l. 11. tit. 4. par. 6. Per quem hoc in terminis huius legis tenuerunt Peral. in. l. 1. de legat. 2. num. 12. & Moli. lib. 2. primog. c. 1. nu. 36. poſt Grego. ibidem, gl. fin. verſi. oportet ergo patrem. Circa cuius intellectū noſtri hucuſq; multū elaborarunt. Eſt enim deciſio exorbitans, & contra regulas iuris communis, cui leges Partitarum ſolent adhærere. Et in contrarium eſt text. in d. l. ſcimus. §. cum autem. Et eſt iuri & rationi conſonum, vt licet omne grauamen. & quæuis conditio tollatur de legitima: non tamen tollatur de ea parte, quam liberum fuit patri relinquere. Et ſic eam legem duram, & contra omnem iuris ſaporem, & rationem appellat Coſta. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthu. nu. 105. & circa eam multum inſudauit Peral. vbi ſupra. Roderic. in dict. l. quoniam in prioribus. 2. ampliat. intellexit illum text. in caſu, quo filio non erat datus

datus cohæres, vel ſubſtitutus. Quo caſu etiamſi deficeret conditio, totum debebat accreſcere filio inſtituto. l. 1. §. ſi ex fundo. l. ſi alterius. l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de hæred. inſtit. Qui intellectus in ſe veriſsimus eſt, ſed alienus à mente legis, quæ intelligenda eſt, quando eſſet datus cohæres, vel ſubſtitutus, cũ alias careat omni dubitatione, prout optime conuincit & probat Greg. ibi, qui alterũ intellectũ ſubdit.

Ex cuius dictis, & ex traditis à Minch. de ſucceſ. creat. §. 10. num. 218. & num. 345. & à Peral. vbi ſupra. latius reaſſumit Ludouic. Moli. vbi ſupra ex num. 31. Vbi contendit deciſsionem illius tex. non eſſe tam aſperam, quantum anterioribus, viſſa eſt, quimpotius eſſe æquiſsimam, & iuri communi multũ conſonam. Pro cuius rei fundamento, ſuppoſitis prius deciſsionibus iurium Digeſtorum, quibus filius in poteſtate poterat inſtitui ſub conditione poteſtatiua, non autem ſub caſuali, vel mixta, quia tũc, niſi in defectum exhæredaretur, inſtitutio erat nulla. l. ſuus quoq;. in prin. &. §. puto. l. Cornelius. l. iam dubitari. ff. de hæred. inſtit. l. cũ pater. C. de inſtit. & ſubſtitut. l. filius à patre. ff. de liber. & poſth. Suppoſita etiam deciſsione. d. l. quoniam in prioribus. reijcientis omne grauamẽ cuiuſcunq; conditionis de legitima. Et tx. in d. l. ſcimus. §. cum autẽ. tollerãtis dictũ grauamẽ in reſiduo legitimæ. Dicit, poſt illas leges fuiſſe multũ cõtrouerſum, vtrũ inſtitutio filij in poteſtate ſub conditione caſuali, vel mixta, eſſet nulla, quẽadmodum erat de iure Digeſtorũ, non obſtante. d. l. quoniã in prioribus. & d. §. cũ autem. an vero ex iſtis legibus valeret, reiecta conditione: & refert vtriuſque partis authores. Prout ante eũ examinarunt DD. omnes. in. d. l. cum pater. C. de inſt. & ſubſt. prout videri poteſt per Iaſ. ibi. num. 18. &. 19. & Decium. col. penul. & Minchac. dict. §. 10. num. 196. cum ſequent. Iuliũ Clarum. §. teſtamentũ. quæſt. 39. verſ. fin.* Quibus ſuppoſitis
8 infert ad intellectũ d. l. Partitæ. q quantũ ad ibi diſpoſita in conditione poteſtatiua concordat cũ iure cõmuni. Secundũ qd in iſta cõditione non verſabatur difficultas ſupra propoſita: cũ iſta non annullaret inſtitutionẽ. vt in. d. l. ſuus quoq;. cum alijs. Ac proinde lex illa Regia reijcit iſtam conditionẽ quantũ ad legitimã, & admiſsit in exceſſu. Prout & de iure cõmuni fiebat, vt eſt opinio recepta cõmuniter ſecũdũ Minch. vbi ſup. nu. 224. Licẽt ipſe cõtrariũ defendat ibi. Et in eodẽ. §. 10. nu-

177. cũ

117.cũ ſeqq.cuius opinio attenta d.l. Partitæ ſuſtineri nõ poteſt,quæ conditionẽ poteſtatiuam ſolũ admittit in exceſſu legitimę. Vnde ſi eſſet conditio poteſtatiua dandi maiorẽ ſummã,quam eſſet exceſſus legitimæ omnino reijceretur,in quantum tangeret legitimã,ſecundũ cõmunem opinionem,quã lex illa Partitæ approbat. Licet ipſe Minch.contrarium defendat ibi.& in.§.30.nu.122. Volẽs cõditionẽ dandi omnino implẽdam eſſe,licet per eius implementũ diminuatur legitima , quæ tunc ex alijs bonis ſupplenda erit,ex.l.omnimodo. C.de inof. teſt.Quo ad cõditionẽ vero caſualem vel mixtã, dicit Moli.legẽ duram nõ eſſe,nec diſcordare à Iure cõi.Cũ ille caſus inſtitutionis ſub cõditione in plus quã legitima,nõ eſſet Iure cõmuni vnquã deciſſus. Cũ tex.in d.§.cũ autẽ.loquatur in fideicõmiſſo.Ac ꝓinde legis illius cõditores (ſuppoſitis ſupra iactis fundamẽtis,& opinionũ varietate)mediã viã elegerũt,ſuſtinẽtes inſtitutionẽ ſub conditione caſuali, vel mixta,reiectis cõditionibus,ex d.l.quoniã in priorib⁹.Et adiecerũt eaſdẽ cõditiones eſſe etiã ex reſiduo legitimę reijciendas, quando inſtitutio fuit facta ſimul.Quoniã cum in reſiduo(attento Iure cõmuni) eſſet futura nulla:ſatius viſſum fuit,ꝙ valeret,reiecta cõditione, ne vna inſtitutio ſcinderetur,vt eſſet pro parte valida,pro parte nulla,& diuerſo iure cenſeretur. Prout ipſe latius vberiori apparatu proſequitur. Profecto in rebus difficilimis & neceſſarijs boni cõſilij eſt,ita negotia diſponere, vt ſi nõ poſsit vere,apparenter tamen inducatur animus,vt quieſcat.

Cæterum aſperitas illius legis non videtur per iſta ceſſare. Hęc enim procedunt in filio in poteſtate,non autẽ procedũt in filio emãcipato, aut in inſtitutione facta à matre,aut auo materno.Nam talis inſtitutio,etiã ſub conditione caſuali vel mixta,non erat nulla,etiã ſi in defectũ nõ eſſet facta exhæredatio. vt declarant omnes in d.l.ſi pater , & eſſe cõmunem opinionẽ teſtatur Moli.vbi ſupr.n.37.& ſic ex d.l.quoniã in prioribus, reijciebatur conditio,remanente valida inſtitutione, & ex d.§. cum autem.ſuſtinebatur conditio in exceſſu legitimę. Et tamẽ tx.in d.l.11.generalis eſt in omni filio,cui debetur legitima,& ſic nõ excludit filiũ emancipatũ,vt ex legis contextu patet , & fatetur Moli.vbi ſupra,& tamẽ caſum maturiori deliberationi reſeruat.Præterea,in filio in poteſtate,quãuis iure Digeſtorũ eſſe data forma à lege,vt ei⁹ inſtitutio ſub cõditione caſuali,

vel

vel mixta, non valeret, niſi in defectum eſſet exhæredatus, vt in dictis iuribus: illa forma iam ſublata erat ex d. l. quoniam in prioribus, & d.l.omnimodo, vt inſtitutio quidem valeret, reiecta conditione quantum ad legitimam. Secundùm veriorem opinionem gloſ.in d.l.ſuus.quoq; verb.conſtat.& in d.l.ſi pater, verb.erat. Quas ſequitur Bart. vtrobiq;. Cuius opinio eſt magis cõmuniter recepta ſecundũ Alex.Iaſ.& Dec.in d.l.ſi pater. Bern. Diaz regul.727.Iuli.Clarum.§.teſtamentum.q. 39. & alios quos refert Molin.vbi ſupra.nu.32. Et hæc opinio lege etiam Regia approbata erat in.l.9.eiuſdẽ tituli.4.part.6.vbi notat Greg.verb. *valdria el teſtamento.* Vnde durum videtur, ꝙ cum ex prouiſione legis filius tam in poteſtate, quam emanci patus poſsit conſequi ſuam legitimã liberam, reiecta omni conditione, eandem etiam reijciat de exceſſu legitimæ, contra voluntatem teſtatoris, pro cuius conſeruatione dict.l. omnimodo, & dict.l.quoniam in prioribus.quaſi principalius proſpexerũt, quam ad libertatem legitimæ: prout colligitur ex d. l. *Omnimodo teſtatorum voluntatibus proſpicientes, &c.* Prout ibi aduertũt Paul.Ang.& Iaſ.& Minch.de ſucceſ.creat.§.30.nu.74. & ſeq. Nam cum liberũ fuerit à principio patri relinquere eã partem, quam dedit vltra legitimã, & potuerit non dare, à fortiori potuit dare ſub conditione caſuali, vel mixta. Et quemadmodum, ſi reliquiſſet diuiſim, non reijceretur conditio de exceſſu, vt omnes fatentur: eodem modo, nõ debet reijci de exceſſu, etiam relicto iunctim. Cum in dubio diſpoſitio debeat ſaltim in quatũ poſsit ſuſtineri.argum.l.quoties.ff. de rebus dub. cum alijs. Prout accideret in conditione poteſtatiua dandi maiorem ſummam, quam ſit illud, quod relinquitur vltra legitimam, quæ cum ſuſtineatur, & valeat, quantum ad ſolum exceſſum, prout in illa lege continetur, & ſic filius priuatur illo relicto per appoſitionem illius conditionis, ſeruata in hoc voluntate defuncti: minus graue erat, vt pro conſeruanda eadem voluntate ſuſtineretur etiam conditio caſualis & mixta in illo exceſſu: cum ſit poſsibile, quòd forte non eueniat, & filius remaneat cum illo exceſſu. Quibus conſonat, & multum conducit deciſio text.in d.§.cum autem, in quantum conditio adiecta fideicommiſſo vniuerſali relicto filio, reijcitur ſtatim quãtum ad legitimã, & ſuſtinetur & expectatur quoàd exceſſum. Cuius text. deciſio non poteſt reijci, aut ſubterfugi, quaſi

loquatur

loquatur in fideicōmiſſo,& ſit ſecus in inſtitutione. Quia poſt ſublatam formam, quæ iure Digeſtorum data erat in inſtitutione filij in poteſtate, vt dictum eſt: inter vtrumque caſum ſolum hodie poteſt aſsignari differentia, quod legitima non poteſt dari titulo fideicommiſsi, vt in authentic. vt cum de appe.cogn. §. aliud quoque capitulum,& diximus in.l.8. ſupra gloſ.2. num.25. In reliquo non eſt incongruum argumentum, quod quemadmodum illo iure (quo ſufficiebat legitimam relinqui titulo fideicommiſsi) ſolum reijciebatur cōditio quo ad legitimam, & valebat in reliquo: eodem modo fiat in inſtitutione. Cū vtrūq; pendeat ab eadē voluntate diſponentis, & non ſit maior inconueniens (ſecundum iura nouiſſima) in vno quam in alio.* Cum & de vno ad alterum valeat
9 argumentum, & fideicommiſſarius (maxime vniuerſalis) ſit quaſi hæres.l.1.§. de illo.l. poſtulante.§.final.&.l. ſi hæres, in princ. ff. ad Trebel.l. ſi filius. §. ſi filio. ff. quod cum eo. & vtrobique notat Bart. Ex quibus omnibus ſatis patet diſcurſum Ludouici non eſſe ita planum, nec rationes tam fortes, & efficaces, vt poſsint molire duritiem & aſperitatem illius legis reijcientis conditionem caſualem, vel mixtam, etiam de exceſſu legitimæ.

Mihi non licet in eo tex. aliquid immorari, qui per tot doctiſsimorum virorum manus tranſiens nihil profecit. Quo circa ſequutus conſilium Rode. vbi ſupra. Illam legem intelligo ſtrictè, in terminis, quibus loquitur, ſcilicet, quando filius fuit inſtitutus in maiori parte, quam eſſet ſua legitima, & conditio caſualis, vel mixta eſſet toti inſtitutioni adiecta. Cæterum ſi filius fuit inſtitutus in legitima, & exceſſus fuit relictus diuiſim titulo particulari, bene poterit conditio in eo apponi, dummodo quo ad tertium ſeruetur ordo huius legis. Rurſus idem erit ſi inſtitutio fuit vnica complectens legitimam & exceſſum, & conditio fuit particulariter adiecta ſoli exceſſui, valebit enim, eadem ratione. Ijs enim caſibus lex illa non loquitur, nec tanquam exorbitans eſt extendenda. Sed quando conditio caſualis vel mixta fuit appoſita omni inſtitutioni facta de omni ſumma, quæ eſſet maior legitima, etiamſi ſeruaretur ordo huius legis, conditio in totum tolleretur, nec expectaretur etiam in exceſſu. Et hic eſt caſus illius legis, quæ non video qualiter tunc poſsit ſubterfugi.

GLOSSA SECVNDA.

Tertio non poteſt apponi grauamen, quod ad patrem non pertineat vſusfructus. Et ex tertio & quinto poteſt fieri verus maioratus. Et an ſit firmior, quã ex regia facultate. Et an vinculata vno & altero modo poſſint regia facultate alienari, aut ex delicto confiſcari.

1 *Tertio, an poſſit apponi grauamen, quod ad patrem non pertineat vſus fructus, & an quod pertineat?*
2 *Grauamen apponendum eſt in ipſo contractu donationis tertij.*
3 *Donatio tertij reuocabilis admittet grauamina ex poſt facto.*
4 *Non ſeruato grauamine donationis poſſunt repeti etiam fructus.*
5 *Conditiones maioratus poſſunt apponi in tertio.*
6 *Leges regiæ maioratuum habent locum in tertio & quinto vinculatis.*
7 *Maioratus ex tertio & quinto firmior eſt, cum fiat ſecundũ ius commune.*
8 *Cautela pro faciente maioratum, vt non vtatur regia facultate, quo ad tertium & quintum.*
9 *Princeps difficilius cõcedit facultatem alienandi ea, quæ iure cõmuni ſunt vinculata. & nu. 12.*
10 *Vinculata ſecundum ius commune non confiſcantur, & nu. 13.*
11 *Vinculata ex regia facultate confiſcantur ex delictis in ea exceptis.*
14 *Clauſula, quod bona tranſeant in ſequentem, non prodeſt in delictis exceptuatis in regia facultate. Proderit tamen in vinculo tertij & quinti.*

1 EL *Grauamen que quiſieren.* Inter reliqua grauamina, quæ tertio adijci poſſunt. In eo poteſt difficultas conſiderari, vtrũ poſſit præcipi, ne ad patrem pertineat vſusfructus, Et videtur, ꝙ ſic. Nã ea conditio etiã in legitima adijci poteſt, prout tenuit gl. verb. participiũ. in auth. vt liceat matri & auiæ in princ. Quam ibi ſequitur Ang. Sequitur etiam Bald. in l. filiæ cuius. C. fam. hærc. ad fin. Et Salicet. in l. filijs matrẽ. C. de inoffi. teſt. Dicens ſic ita ſuos maiores tenuiſſe. Et Boer. deciſ. 194. nu. 4. Pro quibus facit tex. in auth excipitur. C. de bonis quæ liber. & tx. in d. l. filijs matrẽ. in quantũ permittit poſſe apponi in legitima cõditionẽ, quæ ſit filio fauorabilis, qualis eſt iſta de qua agimus. Eo argumento videtur idem ſtatuendum in tertio, quod non eſt ita proprie legitima. ex quo vni adimi, & alteri dari poteſt.

Sed quod ad legitimã attinet verius eſt, nõ poſſe in ea apponi cõ-

ni conditionē, per quā pater priuetur vſufructu. Quod tenuit Bar. in. d. auth. excipitur, nu. 1. vbi ſequūtur Fulg. Pau. Corn. Et Alex. in. l. cū ex filio. in fi. ff. de vulg. Et eſt cōmunis opinio ſecundū eūdē Alex. in. l. mulier. n. 3. verſi. ſed aduerte. ff. ad Trebel. Et ſm̄ Gom. in. l. 47. Tauri. n. 11. Et Coſtā in. l. Gallꝰ. §. & quid ſi tātū. de libe. & poſth. 5. p. n. 90. Et Rod. in. l. qm̄. in prioribus. limi. 1. n. 11. Pro quibus eſt tx. in. d. auth. vt liceat matri, & auię. in prin. ibi. *poſtquā reliquerint filijs partē quæ lege debetur.* Et in rub. illius tituli. ibi. *poſt legitimā partē liberis derelictā.* Et ſic eſt intelligēdus tx. in. d. auth. excipitur, ſcilicet, in bonis extra legitimā. Nec obſtat tx. in. d. l. filijs matrē. Quāuis. n. cōditio ſit fauorabilis filio, nō tn̄ poteſt apponi in legitima in preiudiciū patris, cui â lege in honorē patriæ poteſtatis côceditur, ſm̄ Rode.

Quod vero attinet ad tertium. quāuis non ſit legitima vniuſcuiuſque filij, ſatis eſt, quod ſit legitima inter filios, & extraneo dari non poſsit, ad hoc, vt nec admittat ſimilem conditionē. Pro quo eſt tx. in. d. auth. vt liceat matri, & auię in prin. ibi. *Hoc. n. & extraneis relinquere poterant, vnde nulla parentibus vtilitas naſceretur.* Quę ratio excludit nō ſolum legitimā, ſed etiā tertiū. Quod cū extraneo dari nō poſsit, licet vni filio dari, & alteri adimi permittatur, cuicunq; tamē detur, ſemper parēti vtilitas vſusfructus naſcitur, & nō adimitur. Et hāc opinionē tenuit Gom. vbi ſup. Poſſet tn̄ vno caſu tā in legitima, quā in tertio apponi dicta cōditio, ſi pater (ſcilicet) eſſet diſsipator, & mater vel teſtator de eiꝰ bonis moribꝰ dubitaret. Tūc. n. ꝓuiſsio omnino eſt fauorabilis filio, & ex malis moribꝰ pater fit incapax. ſm̄ Alex. in. d. l. cū ex filio, & eſt de mēte Iaſ. in. d. l. filijs matrē. n. 3. verſi. ſecūdo limi. & tradunt Rode. & Boerius vbi ſupra.

Ex quibus quamuis à contrario videatur deduci, quod ſi mater melioraſſet filium in tertio, & adieciſſet grauamen, vt pater potiretur vſufructu, valeret grauamen: id tamen non eſt indiſtincte verū. Nā valeret quidē, in quantū iura permittūt patrē potiri vſufructu bonorū aduētitiorum filij. Hęc. n. eſt ratio, ex qua in prędedētibus diximꝰ nō valere conditionē, ne ad patrē perueniat vſusfructus. Quia, ſcilicet, à lege hoc ſibi cōcedit. Vnde ſi ex aliqua cauſa ceſſaret in patre vſusfructꝰ, nō ſolū valeret cōditio eo caſu legi cōformis: ſed etiā nec valeret cōtraria. Tūc. n. reperiretur filius contra legē grauatus, qd eſſe non debet, vt in. dict. l. quoniam in prioribus. Quo fit, vt per contractum

matrimonij filij, ceſſaret in patre vſuſfructus tertij, non obſtante grauamine, quod pater potiretur vſufructu. Cum eo caſu ex lege pater priuetur vſufructu. l. 9. titul. 1. ſupra hoc libro. Nec proſit grauamen adiectum, cum ſit contra ordinem huius text. qui non permittit in tertio grauari filium fauore patris, niſi in defectum deſcendentium. Quod grauamen, non ſolum in proprietate, ſed etiam in vſufructu, verificatur. Argum. legitimæ, de qua in auth. nouiſsima. & in corpore vnde ſumitur. C. de inof. teſt. & per Rod. in d. l. q̃m in prioribus. ampli. 3.

2 Ad hoc autem: vt grauamina impoſita tertio, iuxta formam huius tex. valeant. neceſſum eſt, quod in ipſo donationis contractu apponantur. Quia ſi ex interuallo apponerentur non valerent. Cum donatio perfecta, & irreuocabilis conditiones poſtea, ſeu grauamina non recipiat. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mod. Secundum Gomez. in. l. 17. Tauri. nu. 22. Cyfuen. & Mati. glo. 3. hic. Quod ſignificat text. in verbis prioribus. *Quando el padre o la madre mejoraren.* Quæ intelligenda ſunt, vel in ipſo contractu, vel ſaltim poſt eum: ſucceſsiue tamē, nullo medio temporis interuallo. Quæ enim incontinenti fiunt, ineſſe videntur. l. lecta. ff. ſi cer. pet. not. glo. magna. in fine. in. l. ſi quidem. C. de exceptio. & Soci. conf. 66. col. fin. vol. 1. & Couarr. lib. 1. varia. c. 14. num. 1. Si autem donatio fuit reuocabi

3 lis: etiam ex interuallo reciperet conditiones, & grauamina huius text. Cum & in totum poſsit reuocari: argumento text. in l. ſi Titio. §. fin. cum lege ſequente. de legat. 1. & in. l. conficiuntur. de iure codi. Secundum eoſdem Gomez. Cyfuen. & Mati. Bonus text. in. l. iuris gentium. §. adeo. ff. de pactis. ibi. *Nam ſi poteſt tota res tolli, cur non & reformari.*

4 Modificatur autem donatio per appoſitionem grauaminis, ſeu conditionis. ita vt ea non ſeruata, poſsint repeti etiam fructus. Secūdū Bar. nu. 16. in. l. quibus diebus. §. Termillius. ff. de cōd. & dem. & Minch. in auth. vnde ſi parens. nu. 20. C. de inof. teſt. & in. c. 38. cōtro. illuſtr. nu. 2. Per tx. in. l. videamus. la. 2. in princ. & in. 2. reſpon. ff. de vſuris. & per alia fundamenta, quæ ibi recenſet. Quæ omnia eo tendunt, vt fructus etiam ante percepti reuocentur. Quæ opinio in his terminis vera eſt. Cum modus, ſeu conditio erat temporalis: ita, quod vnico actu erat implēda: do tibi, vt talem vxorem ducas, vel quid facias. Nan per tranſcurſum tempori, ſeu morā, nō impleta cōditione fructus,

etiam

etiam percepti repetuntur. Sed quoties modus eſſet perpetuus, toties implendus, quoties accideret caſus, vt ſunt omnes conditiones maioratus, & poſſeſſor eſſet priuandus maioratu propter non impletum modum: verius eſt, vt fructus ante percepti non reuocentur. Argumento donationis, quæ reuocatur propter ingratitudinem. Cuius fructus ſolum reuocantur à die commiſsæ ingratitudinis, vt diximus in. l. 1. ſupra glo. 9. nu. 13. Ex generali regula glo. in. l. generaliter. §. proinde. verbo. ex aliqua cauſa ff. de fideic. liber. prout in ſpecie tenet Segura in. l. 1. §. ſi vir vxori. nu. 75. ff. de acqui. poſſeſ.

5 Poſſunt autem huic tertio & quinto vinculatis addi omnes conditiones, & grauamina maioratus: tam ea, quæ cõcernunt eiuſdem vinculi perpetuitatem: quam voluntaria inſtituentis, circa delationem nominis, armorum, dotiũ, alimentorũ præſtationẽ, & matrimonia ſucceſſorum. Solent enim bona hæc colligari, vt inalienabilia ſint, indiuiſsibilia, inpræſcriptibilia: nec poſsint cedi, renuntiari, permutari, cẽſui, vel hypothecę ſubijci, nec per longum tempus locari: Et quod in eis vnus ſolus ſuccedat, ita quod etiam ſint incommunicabilia. Et ex bonis ſic colligatis fit verus, & realis maioratus, ſecundum omnes hic, quos citat Matien. glo. 11. in prin. Quia ad eſſentiam maioratus non requiritur, quod Regia licentia interueniat, ſi ea neceſſaria non ſit, prout neceſſaria non eſt in eo, qui fundatur ſecundũ ius, & diſpoſitionẽ huius legis. Cũ fruſtra precibus impetra

6 retur quod à iure cõmuni cõceditur. l. vnica. C. de teſau.* Et in eo maioratu obſeruabuntur leges Regiæ, quæ in titulo ſequẽti de maioratibus tractãt. Tã quoad remedium poſſeſſoriũ. l. 45. Tauri. quæ eſt. l. 8. tituli ſeq. quam quoad ædificia facta in rebus maioratus, de quibus in. l. 6. tituli ſequen. & omnes aliæ. Vt ex aliorum opinione reſoluit Couar. libr. 3. variar. cap. 5. num. 6. Mincha. de ſucceſ. crea. §. 26. num. 95. & Peral. in rubrica. de hæredi. inſti. nu. 123. & Moli. libro. 1. cap. 1. num. 25. & Matien. hic. gloſſ. 11. qui latius proſequitur. Et poſt huius operis primam æditionem Velaſquius in. l. 27. Tauri. gloſſ. 1. num. 1. & Azeb. hic. nu. 32.

7 Quim & maioratus ex tertio & quinto iuxta hanc legem fundatus firmior eſt, qua qui Regia facultate fulcitur: cum iſte ex gratia, ille ex iure pendeat. Argum. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de mili. teſt. l. aſsiduis. iũct. gl. magna. C. qui p t'o

Oo 3 in

in pigno. Atque ità omnium concors ſententia eſt, vt qui primogenium inſtituit virtute Regiæ facultatis, ea non vtatur quoad tertium & quintũ, de quo ipſe ex hac lege diſponere po
8 terat.* Erit tamen dicta clauſula caute apponenda, vt quoad quintum libere reijciatur Regia facultas: Quoad tertium autẽ ita demum, ſi ad maiorem primogenij conſeruationem, graua minũq; appoſitorũ valorẽ neceſſaria nõ ſit. Prout cõſuluit Molin. lib. 2. primog. c. 2. nu. 11. & Gregor. in l. 6. tit. 11. p. 6. verbo. *que no la pudieſſe vender.* col. 3. ad finem.

9 Huius rei duplex vtilitas conſideratur. Altera, quia difficilius cõcedi poteſt facultas ad alienãda, vel hypothecæ ſubijciẽda bona iure communi vinculata, quam ex priuilegio, vel Regia facultate. Vt in ſpecie tenuerunt Couar. libr. 3. c. 6. num. 1. &. 9. & Burgos in proœmio legũ Tauri. nu. 325. &. 327. Quaſi princeps libere poſſit reuocare priuilegium, ſeu facultatem à ſe conceſſam ad bona vinculãda. l. qui fundos. & ibi notatur. C. de omni agro. deſer. lib. 10. Cum nihil ſit tam naturale, quam vt per quas cauſas res fundatur, per eaſdem diſſoluatur. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. Et ſublato fundamento (ideſt Regia facultate) omnia, quæ inde pendebant, corruant. Non ſic poſſit reuocare teſtantium, vel contrahentium liberam diſpoſitionem. l. ſi teſtamentum. C. de teſtam. vbi cõmuniter DD. tradunt. Et alij quos referunt Couar. & Burgos vbi ſupra. Fortu. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 137. Mincha. de ſucceſ. creatio. §. 1. numero. 29. & Molin. libro. 1. cap. 8. numero. 31. Et poſt huius operis primam æditionem Velaſquius in l. 27. gloſ. 1. num. 5.

10 Altera vtilitas conſideratur, circa confiſcationem ex delictis. Bona enim prohibita alienari ſubiecta reſtitutioni ex cõtractu vel teſtamento ſecundum ius, & diſpoſitionem huius legis, non poterunt confiſcari ob delictum poſſeſſoris in preiudiciũ ſubſtituti. Cũ hoc ſit regulare in omnibus iuribus, quæ ad hæredẽ extraneũ trãſire non poſſunt. l. eorũ. ad. l. Iuli. Maieſt. l. iura libertorũ. ff. de iure patro. c. Imperialẽ. §. illud quoq; de prohib. feu. alie. per Fede. c. ſi vaſſallus. ſi de feudo fue. contro. inter dominũ & agna. Secundũ Bar. per text. ibi. in l. 3. ff. de in terd. & in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. nu. 3. ff. de damno infect. cõmuniter receptus ſecundũ Alex. ibi. nu. 30. & in cõſ. 23. nu. 3. lib. 1. Id ipſum probatur in l. Imperator. ff. de fideic. libe.

& in

& in.l. Statius Florus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fiſc. Et in materia maioratus hoc tenent.DD.in cap.licet.de voto.Gom. in.l.40.Taur.nu.92.Gregor.in.l.6.tit.11.par.6.verb. *que la no pudieſſe.* Et eſſe communem opinionem teſtatur Moli. lib. 4. primog.cap.11.nu.1.& Gute.q.66.nu.1.Quod procedit etiã ſi crimina grauiſsima ſint,nefanda,ſcilicet,vel læſę maieſtatis diuinæ,vel humanæ. Nec enim in eis differentiæ ratio aſsignari poteſt,vt contrarium ſtatuatur. Quim & in his criminibus loquuntur aliqua ex ſupra citatis iuribus,ſcilicet,tx. in.d. l.eorum.& in dict.l.iura libertorum. Probatur etiam in.c.fælicis.§.ſi qua vero feuda.de pœnis.in.6. Et à contrario ſenſu id probat.l.3.tit.2.par.7. ibi.*Y ſi ſu heredero,* Et hanc opinionem ſequuti ſunt ex noſtris Segur.in.l.cohæredi.§.cũ filię.n.75.ff. de vulg.Gomez.& Greg. vbi ſupra.Tello hîc,& Molin.vbi ſupra.nu.34.Sarmi.lib.3.ſelectarum.cap.4.nu.5. Ex quorum dictis conſtat hanc eſſe communem opinionem.Quicquid contrarium defendant Lupus de Regno. Nauar.5.pari.§.7.& Si

11 manc.de hæreticis.tit.9.nu.257.* Si autem bona eſſent vinculata ex priuilegio, & Regia facultate,in qua prædicta maiora crimina excepta eſſent(prout quotidie excipiuntur) deberent, & poſſent ex dictis delictis confiſcari.Cum aut licentia vtendum non eſſet, aut cum eius conditionibus ſtatuendum.ſecundum Molin. ſupra proxime. num.63.licet ſi prædicta crimina excepta non eſſent,idem quod in præcedenti caſu dicendum eſſet,ſecundum eundẽ.nu.65.

Cæterum,ſi ad ſuperiora aduertas,deducto hoc vnico caſu (quando in Regia facultate ſint excepta aliqua crimina, ex quibus bona maioratus poſsint confiſcari) in reliquo parum refert,quod ex Regia facultate,aut iure communi maioratus

12 ſit factus.* Nam quoad alienationem, quæ ex Regia facultate ad id impetrata,poſſet fieri: idem ius & eadem difficultas, & Principis potentia, in vno & altero caſu verſatur:ſiue maioratus ſit fundatus ſecundum ius commune, ſiue ex priuilegio. Nam ſiquidem cauſa publica interueniat,aut maioratus, vtilitas, ſeu neceſsitas: cauſa cognita,& citato primo ſucceſſore, Princeps poteſt facultatem dare, vt bona alienentur, vel hypothecæ ſubijciantur: non ſolum in maioratu facultate Regia inſtituto, ſed etiam in eo,qui ſecundum ius,& diſpoſitionẽ huius legis fundatus fuerit.Quod ſi prædicta iuſta cauſa

 non

non interueniat, in vno & altero caſu principem non decet, nec licet maioratuum ſucceſsionem, iuſque ex eis in ſpe ſaltim alteri delatum, ſubuertere, vel immutare. Vt late comprobat Molin. lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 4. c. 3. per totum.

Quo ad confiſcationem vero, ex nullo crimine bona ſubiecta reſtitutioni confiſcantur: ſiue ſint vinculata ſecũdum ius, ſiue ex priuilegio, niſi in eo ſint aliqua crimina excepta, vt di-
14 ctum eſt. † Quo caſu confiſcatio ex criminibus exceptis impediri non poterit, etiam per clauſulam, quod ſtatim, quod poſſeſſor maioratus tractauerit, vel etiam cogitauerit, de dictis criminibus perpetrandis, bona in ſequentem tranſeant. Id enim eſſet facultatem Regiam, iuſque ex ea fiſco quæſitum eludere. Argumento text. in l. filiusfami. §. diui. ibi. *nec fiſco fraudi eſſe*. de legat. 1. & ibi not. Ripa num. 42. & Molin. lib. 2. c. 12. num. 57. Si tamen maioratus eſſet factus ſecũdum ius, prędicta clauſula operaretur, vt commoditas & vſusfructus (qui pro vita delinquentis poſſet aliàs confiſcari. vt in d. §. Cornelio Felici) non confiſcaretur. Quod tradit Gomez. in l. 40. Tauri. nu. 91. & Molin. lib. 4. primoge. cap. 11. num. 16. de quo late Sarmien. vbi ſupra.

GLOSSA TERTIA.

Subſtitutio fit etiam in contractibus. Et vtrum in ſubſtitutione pupillari, quoad tertium, ſit ſeruandus ordo huius legis. Et quid in ſubſtitutione vulgari, & iure accreſcendi. Et quid in fideicommiſſaria. Filij tamen grauanti etiam iam nati, & quorũ non eſt facta mentio, excludunt ſubſtitutum.

1 *Subſtitutio poteſt fieri in contractu.*
2 *Dominium & poſſeſsio tranſeunt in ſubſtitutum, adueniente tempore, vel conditione.*
3 *Subſtitutio perpetua cõtinet tot donationes, quot ſunt perſonæ ſubſtitutæ.*
4 *In ſubſtitutione pupillari quoad tertium, an ſit ſeruãdus ordo huius legis. Quod ſic. nu 7. 10. & 11.*
5 *Hæreditas adita efficitur patrimonium hæredis.*
6 *Pupillaris ſubſtitutio comprehendit prælegata. & nu 9.*
8 *Appellatione ſubſtitutionis, pupillaris etiam comprehenditur.*

Legi-

12 *Legitima patitur ſubſtitutionem vulgarem extranei, ſed tertium non. n. 13.*
14 *Prælegata non veniunt in ſubſtitutione vulgari.*
15 *Prælegata non veniunt in ſubſtitutione tacita iuris accreſcendi.*
16 *Inſtitutus in quinto bonorum, datis cohæredibus, legatarius eſt.*
17 *Prohibito expreſſo cenſetur etiam prohibitum tacitum.*
18 *Expreſſa pupillaris excludit matrem, ſed non tacita.*
19 *Extraneo inſtituto in quinto hæreditatis accreſcit pars portionis tertij prælegati, quæ capitur iure hæreditario.*
Prælagatum, quando, & pro qua parte capiatur iure hæreditario.
20 *In ſubſtitutione fidei commiſſaria ſeruandus eſt ordo huius tex.*
21 *Filij vel deſcendentes primo vocati, etiam extantes, & quorum mentio facta non eſt, excludunt ſubſtitutum, & nu. 25.*
22 *L. cum auus. & l. cum acutiſsimi. procedunt etiam in ſubſtitutionibus factis in contractu.*
23 *L. cũ auus, & l. cũ acutiſsimi, non præſtant faborẽ poſteritati extraneorũ.*
24 *L. cum auus. & l. cum acutiſsimi. procedunt contra deſcendentes teſtatoris, & proximiores grauato.*
26 *Quando reſtitutio eſt facienda in vita grauati, eius deſcendentes non excludunt ſubſtitutum.*
27 *Quando reſtitutio eſt facienda in vita grauati ex tacita voluntate, ex facto grauati, eius poſteritas excludit ſubſtitutum.*

1 SVſtituciones. Quas non ſolum in vltimis diſpoſitionibus, vt in l. vt hæredibus, de legat. ſed etiam in contractibus poſſe fieri, hîc declaratur. Et de iure cõmuni. in l. quoties. C. de dona. quæ ſub mo. & in l. 7. tit. 4. p. 5. * Qui tx. in eo multum
2 nota. eſt, in quantũ adueniente tempore, vel conditione, vt admittatur ſequens vocatus, ſtatim in eum dicit transferri dominium & poſſeſsionem. Et licet de iure communi id etiam tenuerit Dec. conſ. 239. col. pen. & in l. traditionibus. nu. 14. C. de pact. Aym. conſ. 19. nu. 9. Caſſan. conſ. 53. nu. 52. per tx. in dict. l. quoties. id tamẽ clarius probatur in dict. l. partitæ. Quç licet loquatur in ſubſtitutione temporali, idem eſt in ſubſtitutione perpetua maioratus. * In qua cum vnuſquiſq; vocatus
3 conſtituat ſuum gradum, & diſtinctam donationẽ ex ſua propria perſona, & non ex iure á prædeceſſore tranſmiſſo, ſecundum Pau. in l. ſi pecuniam nu. 11. ff. de condit. ob cauſam. & in conſ. 164. nu. 19. cum ſequent. lib. 2. & Tello. hîc, & Moline. libro. 1. cap. 1. num. 17. vbi alios referunt: in vnumquẽq; eorũ

tranſit dominium, & poſſeſsio, adueniente tempore ſuæ ſucceſſionis: prout declarant Decius & Caſſa. vbi ſupra. Et idem fit fauore naſciturorum. l. diui. §. pactorum. C. de natu. libe. & tradunt Guido. deciſ. 267. Bellam. conſi. 17. Bertran. conſ. 138. volumine. 2. Tello & Matien. gloſſ. 11. num. 5. hic, & Molin. vbi ſupra. Quod & particulari lege in maioratibus hodie ſtatutum eſt, per quam ciuilis & naturalis poſſeſsio transfertur in ſequentem vocatum, qui ſecundum clauſulas debet ſuccedere, ſine aliquo actu apprehenſionis, etiamſi alius intrauerit poſſeſsionem, etiam de voluntate vltimi poſſeſſoris. l. 45. Tauri. quæ eſt. l. 8. tit. ſeq. Quam examinant ordinarij ibi. & Couarru. lib. 3. c. 5. nu. 6. & Moli. lib. 3. c. 12. & 13.

4 Procedit autem hæc lex in ſubſtitutionibus, per quas ſucceditur diſponenti, in quibus debet ſeruari ordo hic poſitus. Cæterum in ſubſtitutione pupillari, quæ fit per patrem filio impuberi, quæ eſt teſtamentũ & prouiſsio ipſius filij, cui per eam ſucceditur. l. patris & filij. ff. de vulga. & in prin. inſti. de pupi. l. Papi. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſta. Ordo huius legis non eſt præciſſus in prælegato meliorationis tertij, cum non ſit etiam præciſſus in legitima, nec in alijs bonis filij. In quibus cum poſsit dari ſubſtitutus extraneus, excluſſa matre, ne dum fratribus. l. ex tribus. C. de inoffi. teſt. l. precibus. C. de impube. c. ſi pater. de teſtament. in. 6. eodem modo poſsit dari in tertio,

5 * quod per aditionem filius effecit propriũ patrimonium. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulga. l. 1. §. præterea. ff. de ſepa. bonorum. §. 1. inſtit. de hæred. quali. ibi *potius eius hæredis bona*. Et notat gloſ. in. l. hæres per ſeruum. ff. de acquirend. hæredit. & in. l. 1. §. veteres. de acquirend. poſſeſsio. Et quemadmodum ipſe filius poſſet de eo diſponere libere, ſine ordine huius tex. ita poſſit pater, qui pro eo teſtatur.

6 * Cum & pupillaris ſubſtitutio cõprehendat prælegata, qualis eſt melioratio. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulga. l. cum pater. in princi. ad. l. Falci. Notat Bart. num. 3. in. l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Trebel. quem ſequuntur omnes ſecundum Socin. ibi, num. 6. Quo argumento hanc opinionem in propoſito tenuit Segura. in. l. vnum ex fami. §. ſed ſi fundum. num. 207. de lega. 2. & in. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 111. de vulga. Quem hic ſequitur Cyfue. num. 3. Idem tenet Gome. in tomo. 1. c. 3. nu. 22. Et Coſta. in. d. c. ſi pater. verb. debitæ. nu. 5. & Mati. hic glo. 9. nu. 4

Sed

7 Sed contrarium videtur verius ex lege noſtra, quę nullam ſubſtitutionem admittit in tertio, niſi fauore deſcendētium, aſcendentium, collateralium. &c. Diuerſum eſt in legitima, vel in alijs bonis, quę pupillo aliunde obuenerant. In quibus lex vtitur illo genere fruſtrationis, ſeu deluſionis, vt arbitretur tabulas pupillares eſſe teſtamentum patris, quoad excludendam matrem: & eſſe ſimiliter teſtamentum filij, quoad excludendum fratrem impuberis, vel etiam patris, ſubſtituta turpi perſona, vt in dict. §. ſed nec impuberis. Melioratio autem tertij, habet in hoc ius ſingulare. Quia cum ſit legitima inter filios, licèt vnus cęteris pręferri poſsit: aut libere huic relinquendum eſt, aut ſi grauamen, vel ſubſtitutio adijciatur, fratribus, aſcendentibus, & conſanguineis, ſuus locus tolli non debet: cum lædi non poſsint in iure hoc ſibi ex hac lege competenti. Non obſtat, quod pupillaris ſubſtitutio ſit teſtamentum filij, qui ſi teſtaretur, poſſet excludere fratres. Quia quoad ordinationem pater vere teſtatur, ſecundum Bartolum, Paulum, & alios in dict. §. ſed nec impuris. Alexand. & alios in dicta. l. patris & filij. Cui patri, licet, lex aliàs permiſſerit ſic teſtando pro filio excludere matrem ipſius, fratres & patruos: ſed in tertio, expreſſe prohibitus eſt excludere fratres

8 impuberis, & matrem à loco ſibi ex hac lege competenti.* Quia dum lex iſta in ſubſtitutione requirit hunc ordinem, ex proprietate vocabuli pupillarem etiam, comprehendit. Prout aliàs in ſtatuto loquentes declarant Pau. Sali. & Cor: in rub. C.

9 de impuber.* Non obſtat, ꝙ prælegata veniāt in ſubſtitutione pupillari. Quia contrarium hic diſponitur in tertio, in cuius ſubſtitutionibus generaliter pręcipitur ſeruari ordo huius legis. Et eſt optima limitatio ad illam legem. Quod etiam poſt huius operis primam æditionem (me forte non viſſo) tenuit Ayora. parti. 2. p. q. 42. & me non relato, ſequūtur etiam Velaſqui. in. l. 27. Tauri. gloſ. 2. nu. 13. & Azeb. hic. nu. 35.

10 Quod procedit non ſolum quando melioratio fuit facta in eodem teſtamento, quo & ſubſtitutio pupillaris: ſed etiā ſi pręceſsit melioratio facta pupillo, dum tamen eſſet reuocabilis. Quia tanquam donatio nōdū perfecta recipiet conditiones. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo. à cōtrario, & ſic in ea

11 erit etiā ſeruandus ordo huius tx.* Sed ſi pręceſsit melioratio irreuocabilis tertij: cū tanquam perfecta donatio ex poſt facto-

non.

non recipiat conditiones, vt in.d.l.perfecta.de ea eſſet iudicandum, ſicut de alijs bonis pupilli, in quibus pater ſubſtituit etiã extraneum. Et in his terminis forte eſſent intelligendi ſupra citati authores: quia negotium poſſet facilius fundari. Niſi & in hoc etiam caſu vellis defendere, quod quantuncumque præceſſit melioratio tertij irreuocabilis, ex quo facta ex pupillo, nõ poſſit adhuc haberi pro perfecta: cũ hæc via ſubſtitutionis pupillaris relicta ſit, per quã ex lege poſsit ſubſtitutionem admittere, in qua debeat etiam ſeruari ordo huius text.

12 In ſubſtitutione autem vulgari, quamuis extraneus poſsit ſubſtitui filio in legitima, prout tenuerunt Paul. Alex. Aret. & Iaſ.in.l.ſi poſthumus.§.quod vulgo.de libe.& poſthum.per text.ibi.Bald.col.2.in.l.ſi arrogator. ff.de adoptio. Segura in.l. cohæredi.§.cum filiæ.num.97.de vulga.& in.l.vnum ex fam. §.ſed ſi fundum.num.197.de legat. 2. Rode. in. l. quoniam in prioribus.3.limi.& dicit eſſe communem opinionem Minch. de ſucceſ.crea.§.10.num.421.

13 *Non tamen poterit dari in tertio, niſi ſeruato ordine huius text. Secundum Gomez.tomo. 1.c.3.num.22.& Coſtam in.d.c.ſi pater.verbo.debitæ. num.5. & Matien.hic.gloſ.9.num.2.&.3. & poſt huius operis primã æditionem Azeb.hic num.35. Quamuis contrarium ante hãc legem tenuerit Segura.in.d.§.ſed ſi fundum.nu.196. Et á fortiori, ſubſtitutus vulgaris extraneus datus in legitima non extendetur ad meliorationem tertij. Cum vltra prohibitionem

14 huius tex.*etiam de iure communi, quodlibet prælegatum non veniat in ſubſtitutione vulgari.l.Sextiliam.de legat.3.vbi not. gloſ.Bart.& alij. Et in.l.miles ad ſororem.§.pro parte.de lega. 2.Not.Bart.nu.2.in.l.Marcellus.§.quidam liberis. ad Trebell. Quem ibi ſequuntur Ange.Imo.Alexan.& Socin. & ordinarij etiam in.l.cum virum.C.de fideicom.

Et á fortiori etiam, nec prælegatum tertij veniet in ſubſtitu

15 tione tacita per ius accreſcendi, dato cohærede extraneo. Finge extraneum inſtitutum in quinto bonorũ (quod poteſt) inſtitutos etiam duos, vel plures filios teſtatoris, & vni fuiſſet prælegatum tertium, qui repudiauit hæreditatem & prælegatum. Quamuis quidem hæreditas accreſcat huic inſtituto in quinto, ex ſubſtitutione tacita, ſeu iure accreſcendi.l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulianus.de lega.2. pro rata ſuæ inſtitutionis. l.Mæuia. de lega.2.l.liber homo.§.cum quis.de hæred.inſt. Ex prælegato

tamen

tamen tertij ei quidquam non accreſcet. Vt voluit Segura in d.l.cohæredi.§.cum filiæ.nu.199.cum ſeqq. licet poſuerit exẽplum in nepote, quem ipſe reputabat incapacem tertij. In quo non bene dicit, vt aduertimus in.l.2.ſupra.gl.fi.Ideo nos poſuimus exemplum in extraneo, in quo rectius militat ſua ratio.Mouetur itaque ex eo.Quia cum legata repudiata maneãt apud eos, â quibus relicta ſunt.l.vnica.§.in primo.&. §.pro ſecundo.C.de cad.toll. non poteſt prælegatum tertij accreſcere, ſeu remanere, apud inſtitutum in quinto, â quo non potuit cẽſeri relictum tertium, cuius ipſe erat incapax: & quem non po
16 tui honorare, nec intelligo grauare.l.ab eo.C. de fideic.*In quo exemplo in eo reprehendi debet Segura, quod hunc inſtitutũ in quinto bonorum dixerit eſſe cohæredem, vt ex iure accreſcendi poſsit ad eum peruenire portio ab vno filiorum hæredũ repudiata. Taliter enim inſtitutus loco legatarij eſt, nõ cohære dis, tanquam inſtitutus, in re certa .l. quoties. C. de hæred. inſt.Quota enim bonorum, cum non ſit nomen iuris, ſed refera tur ad corpora deducto ære alieno.l.cum autem pars bonorum de legat.2.res certa eſt, ſecundum Bart.nu.4.in. §. fin. legis ibi præcedentis, & diximus in.l.5.ſupra gloſ.3.nu.3. Vnde quamuis omnibus filijs repudiantibus, ipſe eſſet hęres, & ei accreſceret omnis hæreditas, ex ratione text.in.d.l.quoties, vt diximus in.l.8.ſupra gl.2. num.9. Alijs tamen hęredibus remanẽtibus, ei quidquam non accreſcet, ex dicta ratione. Sed ſi extraneus eſſet inſtitutus in quinto hæreditatis (quod poteſt, ex quo eadẽ quota poteſt dari iure legati, vt ex Peral.diximus in.d.l.5.gl.5. num.4.) procedit opinio Seguræ. Vt quamuis ei accreſcat portio hæreditatis repudiatæ, non tamen accreſcat quidquam ex prælegato tertij. Et vltra ſuam rationem, eſt melior ratio, quæ deducitur ex noſtro text. Quia cum non potuerit extraneus ſubſtitui expreſſe propter fratres, ſeu alios coniunctos: ita nec
17 tacitè,*Cum prohibito expreſſo, cenſeatur etiam prohibitum tacitum.l.1.C.de ſerui.& aqua. Et ne plus operetur ſubſtitutio tacita quam expreſſa, quæ ſemper eſt maioris efficaciæ.l.Papi. §.ſed nec impuberis.ff.de inoffi. teſta. l.precibus. C.de impub.
18 *vbi per expreſſam pupillarem excluditur mater, & tamen non excluditur per tacitam.l.fin.C.de inſti.& ſubſti.

19 Addit tamen Segura vbi ſupra, quod nõ ſolum huic inſtituto in quinto non accreſcet pars prælegati tertij, ex ijs videlicet

quæ

quæ capiuntur iure legati: ſed nec ex ea, quam prælegatarius caperet iure hæreditario, ſi adijſſet. Mouetur ex eo. Quia nunquam fit iſta diuiſio prælegati, niſi quando prælegatarius acceptat hæreditatem. Tunc enim confunditur portio hæreditaria prælegati, cum portione hæreditatis, cum à ſe ipſo non potuerit ſibi legari. l. legatum. §. 1. de leg. 1. Sed quando repudiat hæreditatem, tunc nihil ex prælegato conſiſtit in iure hæreditario. Prelegatum enim pro parte hæreditaria eſt conditionale, vt tunc valeat iure legati, ſi repudietur hæreditas: aliâs prę legatum pro parte hæreditaria confundatur cum hæreditate, ne à ſe ipſo videatur legatum: ſecundũ omnes in. l. qui filiabus. §. fin. de lega. 1. prout ſupra explicuimus. l. 5. glo. 1. num. 4. Sed adhuc verius eſt, vt huic extraneo inſtituto in quinto hæreditatis in propoſita ſpecie, quemadmodũ accreſcit portio hęreditatis repudiatæ: eodẽ modo accreſcat portio portionis hæreditarię, quam in prælegato habuiſſet prælegatarius iure hæreditario, ſi acceptaſſet hæreditatem. Etenim illa cõmunis opinio doctorũ. in. d. l. qui filiabus. §. fin. non bene allegatur, nec inducitur. Potius enim dicunt, quod portio hęreditaria prælegati nũquam valet iure legati, niſi vno caſu, quãdo repudiatur hęreditas, & acceptatur prælegatũ. Tunc enim verũ eſt integrũ prælegatum pertinere ad prælegatariũ iure legati, & fuiſſe verificatam conditionem, ſub qua DD. ibi dicunt fuiſſe datũ prælegatũ. Sed excepto iſto caſu, ſi pręlegatũ repudietur, ſiue adeatur hæreditas, ſiue etiam repudietur: ſemper pars hęreditaria prælegati eſt inefficax: Cum à principio nõ potuerit heredi à ſe ipſo prælegati, vt in. d. l. legatum. §. 1. nec extiterit cõditio, ſub qua potuit ſuſtineri ea pars iure legati.

20 In ſubſtitutione autẽ fideicõmiſſaria planè ſeruãdus eſt ordo huius tx. Neq; enim valebit grauamẽ, ſeu fideicõmiſſum iniunctũ meliorato de reſtituẽdo tertio, niſi fiat ſecundũ ordinẽ huius tx.* In quo caſu prę oculis tenẽda eſt deciſsio. l. cũ auus. ff. de

21 cõd. & dem. & . l. cũ acutiſsimi. C. de fideic. Vt fideicommiſſarius ſemper excludatur per filios, & deſcendentes grauati: non ſolũ ſi ij fuere expreſſe vocati. ſed etiã ſi eorũ mentio facta nõ fuerit, vt ibi & in. l. 10. ti. 4. p. 6.* Quę deciſio nõ ſolũ procedit in fi

22 deicõmiſſo, ſeu grauamine de reſtituendo iniũcto in vltima volũtate: ſed etiã in cõtractu donationis. l. generaliter. §. cũ autẽ ibi. *reliquerit vel dederit*. C. de inſti. & ſubſti. Quę ad hoc ponderauit

derauit Soci.in.d.l.cũ auus.nu.97.Verbũ enim *reliquerit*,ad vlti mas voluntates refertur,iuxta notata per glo. in.l.his verbis.ff. de hęred.inſt.Verbum autem,*Dederit*.ad donationẽ,quę eſt do ni datio.l.Senatus.§.donatio.ff.de dona. cauſa mor.Idẽ tenet Coua.c.38.practi.nu.12.& Grego.in.d.l. 10. verb.*algun teſtador*.Coſta.in.c.ſi pater.1.p.verb.ſi abſque liberis.nu.15.Tello hic.nu.8.& Mati.gl.4.nu.7.qui alios referunt.

Adduntq; idẽ eſſe quãdo melioratus nõ fuit de exiſtẽtibus in primo gradu,ſed nepos vel pnepos.Quia licet iſti(extãtibus filijs)nõ ſint hæredes neceſſarij,ſed extranei,&ſic corũ poſteritas(tãquã extraneorũ)nõ deberet excludere filios primigrad⁹

23 ſubſtitutos:* Cũ.d.l.cũ acutiſsimi.non prębeat fauorem poſteritati extraneorũ ex gl.ibi.ver.deinceps.& in.l.1. verb.actio. C.de dona.cauſ.mor.cõmuniter receptis ſecundũ Tiraq.in.l.ſi vnquã.verb.ſuſceperit liberos.nu.218.C.de reuo.dona.& alios quos refert & ſequitur Tello vbi ſup. Tamẽ re vera extranei nõ ſunt reſpectu tertij,cũ ex.l.2.ſupra,eodẽ iure poſsit eis relin qui.Et cum ipſi ſint deſcendentes teſtatoris, & in eorũ poſteritate ſeruetur etiam,&ipſius meliorantis poſteritas,ea cẽſetur

24 prędilecta alijs filijs,ex ratione dictorũ iurium.* Etenim præſumptio d.l.cũ auus.& fauor filiorũ grauati.militat etiam contra deſcendentes ipſius teſtatoris,fratres,vel patruos grauati,licet ſint proximiores teſtatori,quam ipſe grauatus. Prout accidit in caſu,d.l.cũ au⁹.vbi hoc not.Soci.n.39.poſt Cum.ibi.Bal. Pau.& Salic.in.d.l.cũ acutiſsimi. Dec.in.d.l.generaliter.§.cũ autem.nu.7.& alij plures,quos refert Coua.vbi ſupr. nu.11.& Tiraq.nu.294.& de primoge.q.40.nu.91.Bene.in.c.Raynuntius.verb.ſi abſque liberis.el.1.nu.3.Coſta. in.d.c. ſi pater.1.p. verb.ſi abſque liberis.nu.1.vbi reprobat Arch.Alex. Guid.& alios,qui contrarium falſo probarunt.

25 Et procedit præſumptio iſta,& fauor filiorũ grauati,etiam ſi ipſi eſſent iam nati,& extarent tempore iniuncti grauaminis.Quia licet contrarium videatur deduci ex.d.§.cum autem. ibi.*liberorum ex eis procreandorũ*.&ibi.*liberos ſubſtulerit*. & ibi.*ſi de nepotibus cogitauerit* prout ibi notat Decius.num.11.& in conſ. 581.col.2.Pau.in.d.l.cum acutiſsimi.num.6.Roma.conſ.370. & alij,quos refert Tiraq.in.d.l.ſi vnquam.verbo.filios non habens.nu.18.& hęc verior, & magis communis opinio viſſa ſic Coſtę vbi ſup.n.9.Iure tñ Regio expſsior eſt in cõtrariũ.d.l.10.

vbi.

vbi filij grauati nedum futuri, ſed etiam extantes intelliguntur ſemper tacite prælati ſubſtitute. Prout ibi bene inducit Greg. verbo. *dexaſſe*. col. 2. in medio. verſiculo. procedit etiam hæc lex. Et de iure communi idem tenuerunt Cuma. in. d. l. cum auus. Corne. & Ioan. Bapt. de S. Seuerino. in dict. §. cum autem. & alij quos refert Tiraquel. vbi ſupra. num. 19. Et in ſpecie noſtri text. (maximè ſi melioratio eſſet vinculata) eſt opinio ſine dubio.

26 Quod tamen limitabis, niſi reſtitutio eſſet facienda in vita meliorati. Tunc enim eius filij non excluderent ſubſtitutum. Si enim ſubſtitutus fuit prælatus meliorato, à fortiori eius poſteritati. Argumento. l. ſi viua matre. C. de bonis maternis. Vt tradit gloſſ. verbo. vita. in dict. l. cum acutiſsimi. communiter recepta, ſecundum Decium, in dicta. l. generaliter. num. 12. Ruynum conſilio. 190. volumine. 2. per totum. & Tello hic. numero. 9. Socin. conſ. 28. & in dict. l. cum auus. num. 32. Gregor. in dict. l. 10. verb. *quę murieſſe*. col. 1. Coſta, vbi ſupra. nu. 12. & Matien. hic. glo. 4. num. 9.

27 Quod ſublimita, quando reſtitutio eſſet facienda in vita meliorati, ex expreſſa voluntate teſtatoris: ſecus ſi ex tacita, ex facto meliorati contrario diſpoſitioni meliorantis. Vt qui a præcepit non alienare, aliàs vocauit fratrem, aut conſanguineum. Nam ſequuta alienatione, filij alienantis præferentur ſubſtituto. Secundum Iſer. in ca. 1. col. 3. de ſucceſ. feudi. Afflict. c. 1. §. hoc quoque. num. 17. eod. titu. Gratum conſi. 2. numero. 14. Et ſequitur Tello hic. vol. 1. num. 10. & Matien. gloſ. 1. nu. fin. poſt Pariſ. conſ. 70. nu. 8. cum ſeqq. volum. 3.

GLOSSA QVARTA.

QVod ordo huius legis requiritur pro forma: nec valent vocationes (etiam tacitæ) in contrarium: reducuntur tamen ad ordinẽ legis, ſi poſſunt. Et quid ſi filius conſentiat.

1 *GRauamina iniuncta meliorato in tertio, ita demum valent, ſi ſeruetur ordo text.*

2 *Quando lex dat ordinem per prius & poſterius, eius obſeruantia intelligitur requiſita pro forma.*

Execu-

3 *Executio eſt nulla,ſi non ſeruetur ordo. l.à Diuo Pio. §. in venditione, de re iud ic.*

4 Dummodo,*dictio inducit modum requiſitum pro forma.*

5 *Quando lex procedit annullando, ſignificat inducere ſe formam.*

6 *Excluſiones tacitæ deſcendentis propinquioris non valent contra ordinem huius tex.*

7 *Quod non poteſt præcipi per viam diſpoſitionis,nec poterit per viam conditionis.*

Clauſula generalis non extenditur ad caſum, qui in ſpecie non poterat includi.

8 *Conditio de matrimonio certo modo contrahendo valet.*

9 *Fœmina, clericus,aut monachus non poſſunt excludi à tertio bonorum per tranſuerſalem.*

10 *Tranſuerſalis in propoſito huius tex.conſideratur reſpectu teſtatoris,& non vltimi poſſeſſoris.*

11 *Electus ex commiſsione teſtatoris,vel legis,nō poteſt grauari per eligētē.*

12 *In maioratu facto regia facultate,non eſt ſeruandus ordo huius tex.*

13 *Diſpoſitio teſtatoris contraria diſpoſitioni huius legis reducitur ad eius ordinem.& num.17.18.&.19.*

14 *In quinto non eſt ſeruandus ordo ſubſtitutionum huius tex.*

15 *Quælibet perſona,vel gradus vocatus in ſpecie, vel in genere, conſtituit diuerſam ſubſtitutionem de perſe.*

16 *Omiſsio formæ modalis non reſoluit in totum,ſed obligat ad obſeruantiā.*

19 *Gradus non vocatus non ſuppletur ex eo quod ſint vocati vlteriores.*

20 *Conditio impoſsibilis præcepta obſeruari, non reijcitur,ſed annullat.*

21 *Forma requiſita, an poſsit à partibus renuntiari.remiſsiue.*

22 *Legitima de conſenſu filij recipit grauamen.*

23 *Tertium de conſenſu filij non recipit grauamen contra ordinem huius tex. Et limita.*

1 C*On tanto.* Hic igitur ordo ſubſtantialis eſt, & præuerti nō
2 poterit.Quod colligitur ex multis.* Primò,quia lex dat ordinē per prius & poſterius:& ſic eius obſeruantia intelligitur requiſita pro forma.Secūdū Feli .in.c.cū dilecta.n.6. verſ.ſextū ſignū.de reſcrip.Tradunt Imol.Alex.n.38. & Iaſ. nu.19.in.l.à Diuo Pio.§.in vēditione.ff.de reiud.* Vbi in ter-
3 minis illius legis decidunt executionē non poſſe fieri, niſi ſeruato ordine ibi præfixo, quod prius fiat in mobilibus,quam in immobilibus,&c. Et quod aliâs erit nulla, & vitiabitur, tan-
4 quam facta ommiſſa forma.* Secūdo,idem colligitur ex verb.

 cen

con tanto, quod latine ſonat. *dummodo*, & inducit modum. l. cum ab eo. ff. de contrahend. emption. notat Bartol. num. 5. in. l. quibus diebus. §. Termillius. ff. de condit. & demonſtr. Qui legis modus neceſſario eſt à teſtatore obſeruandus. quia quantum ad hoc habetur loco conditionis. l. 1. ff. de ijs quę ſub modo. l. licet, & ibi notat Bartol. ff. vt legat. nomi. cauc. Ex quibus ſolet colligi forma ſubſtantialis. l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de condit. & demonſtr. Notat gloſ. in. l. prætor. in principio. ff. de collation. bonor. & Bart. in. l. 2. §. final. colum. 1. ff. de donation. Bald. in authent. matri, & auiæ. C. quando mulier tut. offic. fungi. Iaſ. in. l. vniuerſa colum. 3. C. de precibus Imper. offer. Decius conſ. 11. num. 9. Pariſ. conſ. 19. nu. 183. lib. 2. Feli. vbi ſupra. n. 6. verſ. ſecũdum ſignũ. Peral. in. l. ſi quis in princ. teſtamẽti. n. 206. de leg. 3. & tanquam cõmunẽ, refert Minch. de ſuc. crea. §. 4. n. 26. * Tertio idẽ colligitur ex verbis
5 ſequent. *Y que de otra manera.* Quibus cũ lex procedat annullando, ſatis oſtendit ordinẽ præfixũ requiſitũ pro forma. l. nõ dubiũ. C. de legi. l. cũ ij. §. ſi prętor. ff. de trãſact. l. nemo poteſt. l. ſi quis inquilinos. §. fin. de leg. 1. l. iuriſgẽtiũ. §. ſi paciſcar. l. ſi vnus. §. illud nulla. §. pacta quæ turpem. ff. de pact. cum multis alijs, & notat Bart. num. 20. Bald. nota. 4. Fulgoſ. nota. 4. Iaſ. nu. 17. in dict. l. non dubium. Bald. Paul. Alex. Iaſ. Deci. & cæteri omnes. in. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſſunt. Felin. vbi ſupra. nu. 6. verſi. quintum ſignum. & eſt cõmunis opinio, ſecundũ Minch. vbi ſupra. §. 4. nu. 14. Et in hunc ſenſum noſtri omnes intelligunt iſtum text. vt ordo vocationum in eo expreſſus præuerti non poſſit. Secundùm Lupum. num. 50. Arias. num. 18. Caſtillo. num. 36. Tello. num. 2. in. fin. Moli. lib. 2. c. 11. num. 12.

Conſiſtit autem ſubſtantialis ordo legis in his vocationibus tertij, vt primo meliorato ſint ſubſtituendi eius fratres, aut alij deſcendentes legitimi meliorantis: & in eorum defectu, deſcendentes illegitimi, qui habeant ius ſuccedendi: & eis deficientibus, ſint vocandi aſcendentes: & poſt eos, collaterales conſanguinei: & in eorum defectu, poſſint vocari extranei: vt in tex. continetur.

6 Non ſolum autem non poterunt fieri vocationes expreſſæ ſucceſſorum contra hunc ordinem, ſed nec valebunt conditiones, ex quibus tacitè veniant excludendi ij, qui ex diſpoſi-

tione

7 tione huius legis ſunt vocandi.*Neque enim poteſt præcipi in modum conditionis quod non poteſt per viam diſpoſitionis. l. Seius, & Augerius. ff.ad. l. Falcid. vbi notāt Bart. Paul. & Alexand. Nequè generalis diſpoſitio, aut etiam conditio poteſt plus operari aut extendi, quam extenderetur expreſſa. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Nec præceptum generale poteſt extendi ad caſum, qui in ſpecie non poſſet præcipi. argum. l. obligatione generali. ff. de pignor. Vnde ſi à ſucceſsione excluderentur ignobiles, vel qui deſcenderent à genere non vndequaq; claro: & ſubſtituens haberet filios alterius coniungij aliqua generis macula aſperſos: ij, quemadmodum expreſſe, ita nec tacitè per dictam conditionem excludi poſſent per collaterales, aut extraneos.

Idem eſſet, ſi apponeretur conditio de non contrahendo matrimonio cum muliere dicti generis obſcuri, aut ignobilis.

8 *Nam licet conditio de matrimonio certo modo contrahendo de perſe valeat, & ſit obſeruanda: vt notāt Bart. & communiter Doctores per text. ibi in. l. Titio centum. §. Titio centum, el. 1. de condit. & dem. Felin. in. c. 1. nu. 23. de ſponſa. Roderic. in. l. 1. tit. *De los caſamientos*. num. 11. Couarru. in. 4. 2. par. c. 3. §. 3. num. 6. Coſta in. l. cum tale. §. ſi arbitratu. limitat. 6. Alciat. in l. Titia. in principio. de verborum, & alij quos refert, & ſequitur Molin. lib. 2. primog. c. 13. num. 3. Tamen, qui poſthabita conditione, ſic contraheret, non poſſet excludi, niſi per eum, qui ſecundùm ordinem huius text. à teſtatore potuit expreſſe præferri.

9 Similiter ſi apponeretur conditio, quòd in tali vinculo ordinato ſecundùm vocationes huius legis, non ſuccedat fœmina, clericus, aut monachus: non valeret cōditio, niſi in fauorē eius, qui à teſtatore potuit expreſſe præferri: prout explicat Tello hic. numer. 16. & Molin. libr. 2. c. 12. numer. 53. & 55. Et quamuis videatur, quòd iſta planè procedant, quando dictæ conditiones eſſent appoſitæ ad excludendum tacitè eum, qui non poſſet excludi expreſſe, quiquè tempore appoſitæ conditionis, in ea includebatur, quia in eo erat iam verificata de præterito, cum ratione fraudatæ legis ſit conditio reijcienda, argumento. l. ſi quis. ff. de condit. inſtit. Non tamen procedant, quando ceſſante fraude, conditiones fuere appoſitæ in genere: ita, quòd ſucceſſor, qui ſecundùm ordinem

huius legis fuit vocatus, potuit præcauere, conditionemquè adimplere: Quo caſu videtur non ſtetiſſe per teſtatorem, qui obſeruauit ordinem legis, & vſus eſt facultate ſibi conceſſa apponendi quaslibet conditiones: ſed ſtetiſſe per ſucceſſorem, qui non obſeruando conditionem videtur renunciaſſe vocationi, & ſpei ſucceſsionis. argumento.l.recuſari. de acquiren. hæredit. Ac proinde ſibi imputari debere qui ſe inhabilem fecit, argumento à contrario.c.imputari. de regul. iur. in.6. Adhuc verius videtur conditiones non obeſſe ei, qui ſecundùm ordinem legis non potuit expreſſe excludi: nec eo prætermiſſo, vinculum poſſe ad collaterales, aut extraneos tranſire. Sed iſtud legis prohibitione compræhendi, cum ſtantibus deſcendentibus, nulla ratione tacitè, vel expreſſe poſsit deueniri ad tranſuerſalem.

10 Appellamus autem in hoc propoſito trãſuerſalem cognatum teſtatoris, eiquè per lineam tranſuerſam coniunctum. Quia licet in hac materia appelletur etiam tranſuerſalis, ille qui licet à fundatore deſcendat, ab vltimo tamen poſſeſſore non deſcendit, ſed ei per lineam traſuerſam coniungitur: vt probat Molin.lib.3.c.7.num.8.&.9. vbi agit de repræſentationem tranſuerſalium ad ſucceſsionem maioratus. Quo ad vocationes tamen huius legis, non dicitur tranſuerſalis, qui à fundatore deſcendit, licet non ab vltimo poſſeſſore. Atquè ita quilibet ex deſcendentibus teſtatoris bene poterit excludi, quauis ratione, in fauorem alterius, qui licet ei ſit tranſuerſalis à fundatore tamen deſcendat, licet non poſsit excludi propter agnatum, vel tranſuerſalem teſtatoris. Vnde ſi teſtator præcipiat, quòd in tali vinculo ordinato ſecundùm vocationes huius legis, nõ ſuccedat fœmina, clericus, aut monachus, debeatquè ſuccedere ſequens in gradu: iſtud bene valebit, ſi ponatur in fauorem alterius ex deſcendentibus teſtatoris, licet ſit trãſuerſalis vltimo poſſeſſori. Sed ſi non extet alius ex deſcendẽtibus fundatoris: niſi iſta fœmina, clericus, aut monachus, aut is quem aliàs teſtator voluit excludere, ſecundùm conditiones vinculi: non poterit quauis ratione excludi propter tranſuerſalem teſtatoris, cum præuerteretur ordo huius legis, quę non aliàs admittit vocationes.

Et idem obſeruabitur inter tranſuerſales teſtatoris vocatos reſpectu extraneorum. Quia non poterunt iſtis tranſuerſalibus

ſalibus

talibus apponi grauamina, aut conditiones, niſi fauore aliorum tranſuerſalium. Nam ordo & forma legis omnia iſta æqualiter comprehendit. In quo lex eſt ſatis fauorabilis conſanguineis, qui cum in hac ſucceſsione eſſent omnino alieni, ſunt effecti ſucceſſores neceſſarij ſuo loco in ijs vinculis tertij. Vnde ſi teſtator præcipiat, quòd finitis ſuis deſcendentibus, tertium hoc vinculatum perueniat ad ipſius conſanguineum, & ad vlteriores poſt eum, cum grauamine, vt quotannis expendant tot aureos pro alimentis aliorum conſanguineorum pauperũ, valebit quidem grauamen. Sed ſi iuſiſſet expendi in extraneos pauperes, miſsis, feſtiuitatibus, aut redemptione captiuorum, aut aliàs: non valeret, extantibus alijs conſanguineis. Cum non valeat grauamen quod non ſit eorum fauore prius iniunctum, quam deueniatur ad extraneos. Pro quo facit elegans doctrina Bald. in. l. vnum ex famil. §. ſed ſi fundum. de legat. 2. vbi dicit, quòd ſi cui ſit commiſſa diſtributio inter pauperes poterit grauare electum de dando, vel reſtituendo aliquid alteri pauperi: ſed non poterit grauare de dando, vel reſtituendo extraneo, quem ipſe prius non poſſet nominare, & ſic non incluſo in ſua prima commiſsione. Cuius dictum ſequuntur omnes, ſecundùm Caſtillo hìc numer. 10. Et idem erit inter deſcendentes teſtatoris: quia poterunt grauari de dando, vel reſtituendo, vel diſtribuendo aliquid inter alios deſcendentes: non inter tranſuerſales, aut extraneos, etiam ſi ſint opera pia. Et licet hoc videatur durum quo ad tranſuerſalem vocatũ, cui nihil debebatur in tertio, & tanquam honoratus (ſaltim in eo quòd poterat alius vocari, & ſibi præferri, quod eſt genus manifeſtæ donationis iuris quod poterat reuocari. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres. ff. de donat. inter virum) debebat poſſe grauari. l. ab eo. C. de fideic. adhuc lex non admittit huiuſmodi grauamen. Nam cum tertium fuerit à principio legitima, vel habuerit eius effectus, non poterat admittere grauamen. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. niſi ex diſpenſatione huius legis. Quæ tanquam priuilegium derogans, ita eſt ſeruanda in omnibus ſuis requiſitis, vt ex eorum defectu, nihil agatur: prout ſolet vitiare omiſsio formæ. Secundùm Bartol. & reliquos in. l. 1. §. ſi quis ita. de verbo. oblig. Non obſtat, quòd iſte collateralis vocatus, tanquam honoratus, videbatur poſſe grauari.

11 uari.* Quoniã honor iſte, qui reſultat ex ſimili vocatione ſeu electione non eſt conſiderabilis ad grauamen. argum. l. vnum. ex famil, §. ſed ſi fundum. deleg. 2. Arguendo de electione com miſſa hæredi per teſtatorem, de qua ibi, ad electionem cõmiſſam teſtatori per legẽ, de qua hic. Vt valeat argumẽtum de teſtatore ad legem. l. ſi ita fuerit ſeruis duobus. in fin. ff. de manu miſ. teſt. l. ſi quis legauerit Titio. deleg. 1. l. cum quidam. verſ. quemadmodum. C. de verb. ſig.

12 Illud in propoſito huius tex. aduertendum eſt, quod ſi maio ratus fieret Regia facultate, pater non tenetur pręciſſe ſeruare ordinem huius tex. Sed ſat erit ſeruare formam facultatis, per quam & bona deſinunt eſſe filiorum legitima: & admittunt quęcunque grauamina, & filij quo ad ea extranei reputãtur, abrogatis, quoad eum effectum, omnibus legibus, quæ poſſunt in contrarium obſtare, & inter eas iſto text. vt ex alijs probat Molin. lib. 2. cap. 11. ex nu. 11.

13 Sed videamus, vtrum vocationes teſtatoris contrarię ordini huius legis debeant in totum vitiari, vel ad ordinem legis

14 reduci. Et quidem, ſi vinculũ fieret ex tertio & quinto:* quod ad quintum attinet, omnino ſeruaretur diſpoſitio teſtatoris, etiam contraria huic tex. cum is non procedat in quinto, quod omnino liberum eſt, vt diximus glo. 1. Quo ad tertium autem aduertẽdum eſt in tex. ſignari quinque ſubſtitutionum gradus, deſcendentium, ſcilicet, legitimorũ, & illegitimorum, aſcẽdentium, collateralium, & extraneorum. Et quamuis quilibet iſtorum graduum diſtinguatur in alios plures gradus, & perſonas: inter eos autem non attenditur aliquis ordo proximitatis, ſed id arbitrio diſponẽtis relictum eſt, vt ſuis locis explicabimus. Hoc vno obſeruato, quod non deueniatur ad alium gradum ex expreſsis in lege, extantibus perſonis gradus pręcedẽtis. In hoc enim conſiſtit totus ordo legis. Quo prætermiſſo, licet textus iſte in illis verbis. *Y que de otra manera*, videatur omnia ſubertere, intelligendus eſt ſecuudum iuris regulas: vt vtile per inutile, in quantum de iure poſit, non vitietur. c. vtile. de regul. iur. in. 6. Maximè, cum vtrunque poſsit ſeparari, ſe

15 cundum Dynum ibi. Prout in noſtro caſu.* Eſt enim vniuſcuiuſque perſonę vocatæ diuerſa ſubſtitutio, ſeu diuerſa donatio aut prælegatum, ſecundum Paul. in. l. ſi pecuniam. numero. 11. ff. de conditione ob cauſam. & conſ. 164. num. 19. & ſeqq.

Iſer.

Iſer.in.c.Imperialē.§.prçterea ducatus.nu.4.de prohibita ferẽ alie.per Fede. Roder.in.l.quoniā in prioribus, in declaratione legis Regni.q.8.nu.6.Dec.conſ.498.nu.19.Pariſ.conſ.65.nu. 17.lib.3.Alciat.lib.8.parergon.c.15.ad fin.Tiraq. de primog. q.40.num.108.cum ſeqq.Molin.lib.1.c.1.num.17.Non ſolū ſi vocatio fuit ſpecifica,ſed etiā ſi generalis per primogenij in ſtitutionem.argum.l.cohæredi.§.qui diſcretas.ff.de vulga.vbi poſt Aret.notat Iaſ. nu.5. & retulit Molin. lib.1.c.4.num.15. Atq; ita contrarius ordo teſtatoris in ſubſtitutionibus tertij, non annullabitur in totum,ſed in quantum ordinem huius legis exceſſerit.Quod potius videntur ſignificare verba legis. *Y que de otra manera*, quibus ſolū annullatur exceſſus.Et ſic omiſſio formę ſolum vitiat in parte omiſſa,non in totum,vt declarat Minchac. de ſucceſ.creat.§.4.nu.5. & tradit Feli.in.c.cum

16 dilecta.de reſcript.nu.14.verſic.& inter alia. *Pro quo etiam facit,quia licet ordo vocationum ſit requiſitus pro forma, ex quo eſt requiſitus per dictionem *dummodo, con tanto*, eſt forma modalis,quæ non reſoluit in totum, ſed obligat ad obſeruantiam.Secundùm Bald.in.c.dudum,el.2.de electio.num.6.& ex alijs reſoluit Molilib.2.c.15.num.28. Vt vel ſic ſolum annulletur,quod contra ordinem fuerit attentatum.

17 Quo circa, ſi quidem teſtator deſcendit ad omnes gradus & vocationes, quæ ſunt expræſſę in lege:præpoſterauit autem ordinem, vt quia primo vocauit aſcendentes, quam deſcendentes, vel primo collaterales, quam aſcendentes. Tunc, quia omnes ſunt vocati,& teſtator voluit fideicommiſſum eſſe perpetuum:præpoſteratio reducetur ad ordinem legis, & ſecundùm eum omnes admittentur ex rationibus ſupra dictis. Et per ea quæ tradit Felin. vbi ſupra. Vbi tradit,quòd præpoſteratio ordinis ſubſtantialis ſemper reducitur ad ordinem legitimum. Ordo autem contrarius teſtatoris reijcietur tanquā impoſsibilis de iure. argum.l. obtinuit.de condit. & demonſt. Vel,prout,ſolet grauamen reijci de legitima.l.quoniā in prioribus.C.de inoffic.teſtam.

Sim autem teſtator vocauit per ſaltum vlteriores, omiſsis inter medijs:vt quia vocatis deſcendētibus, vocauit conſanguineos,cū haberet aſcendētes: vel vocauit extraneum, cum ha-

18 beret, conſanguineos. * Tunc,ſi quidem excluſio fuit expreſſa,vt quia dixit nolle ſe in eo vinculo ſuccedere aſcendentes,

vel conſanguineos, ſed ſtatim poſt filios, & eorum deſcendentes, deueniret ad extraneum. Quamuis quo ad priores vocationes, in quibus ſit legis forma obſeruata, planum ſit non vitiari, ſed ſuſtineri, ex rationibus ſupra dictis. Quo ad vlteriores tamen, licet ſi tempore, quo ſuccedere debeant vocati vltimo loco, non extarent, & deceſiſſent inter medij, qui fuerunt excluſsi, valeret & ſuſtineretur vocatio vltimorum: cum eo tempore quo ſuccedunt, ſit eorum habilitas cōſideranda. l. mea res. l. cum qui. ff. de condit. & demonſt. l. interuenit. de legat. præſt. l. cætera. §. 1. de legat. 1. tanquam vocati poſt mortem prædeceſſorum, quæ vocatio eſt conditionalis. l. dies in certus. ff. de condit. & demonſt. l. huiuſmodi, quando dies lega. cœdat. Si tamen extarent inter medij: neque ij admitterētur, quia excluſſi: neque vltimo vocati, propter prohibitionem legis: ita, vt illis obſtaret nolluntas, iſtis impoſsibilitas. Cum nemo poſsit facere quim leges in ſuo teſtamento locum habeāt. l. nemo poteſt. de legat. 1. Et cum verum ſit patrem in vinculo tertij non teneri deſcendere ad omnes gradus, qui ſunt expreſsi in lege, vt dicemus infra gloſ. fin. vinculum finietur in vltimo iuxta huius legis formam vocato, & in eo bona remanebunt libera; vt ibi dicemus. Et quamuis ex ijs rationibus videatur idem futurum eſſe, quando aliqua perſona, quæ excludi non poterat, excluderetur propter conditionem, iuxta ea quæ dicebamus, ſupra num. 10. cum datum ſub conditione, ſub cōtraria videatur ademptum. l. aliquando. ff. de cond. & dem. l. ſi quis ita hæres. ff. de condit. inſtit. vt eo etiā caſu, nec ille, nec reliqui admitterentur, ſed vinculum finiretur in vltimo iuxta formam legis vocato. Eſt tamē caſus diſsimilis. Nam ibi ſuponimus eam perſonam nominatim, vel per æquipolens fuiſſe expreſſe vocatā. Et eam vocationem ſuſtinemus, non obſtante tacita ademptione ex defectu cōditionis, quam, tanquam grauamen, & impoſsibilē de iure reijcimus, remanente in reliquo diſpoſitione, & vocatione valida. l. obtinuit. de cond. & demonſt. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.

19 Si tamen inter medius gradus non fuit expreſſe excluſſus, nec expreſſe vocatus: ſed fuit tacitus, quia eius non fuit facta mentio: poſſet non ſine iuſta ratione dubitari, vtrum perſonę eius gradus ſint ſuplendæ, an vero tam illæ, quam etiam vltimo expreſſe vocati ſint excludendi, iuxta ſupra dicta? Et

videtur

videtur perſonas inter medias, quæ non fuere expreſſe excluſæ, ſupiendas & admittendas: cum ſine eis, non poſsit deueniri ad vlteriores vocatos. Vt teſtator, qui voluit vlteriora, cenſeatur etiam voluiſſe intermedia: prout qui vult conſequens videtur velle neceſſarium antecedēs. l. 2. ff. de iuriſ. omnium iud. Sed cōtrarium videtur verius, vt iſto caſu ſit idem, quod in ſuperiori, quando intermedij fuere expreſſe excluſi, ex illis rationibus, quas referemus infra gloſ. fin. in illa quæſtione, vtrū maioratus extendatur vltra perſonas expreſſas.

Quod ſi teſtator proceſſerit annullando vinculum, ſi ſuus ordo contrarius huic textui non poſsit ſubſiſtere, aut obſeruari.

20 * Tūc omnis diſpoſitio reddetur inutilis, cum nec teſtator acquieſcat legi, nec lex teſtatori. Argum. conditionis impoſibilis, quæ cum reijciatur remanēte diſpoſitione valida. l. obtinuit. de cond. & dem. l. repræhendenda. C. de inſt. & ſubſti. Si tamē teſtator, eo non obſtāte, præcipiat obſeruari, annullabitur diſpoſitio, argu. l. ſeruo manumiſſo. ff. de cōd. indeb. Vbi hoc ipſum operatur conditio impoſibilis, quam teſtator falſo putabat poſibilem, prout omnes ibi intelligunt. A fortiori, idem operabitur expreſſa voluntas diſponentis. arg. l. cū ex filio. §. 1. de vulgari: tradit Minch. de ſucceſ. creat. §. 10. nu. 168. cum ſeq.

21 Sed vtrū cōſenſus filij meliorati proſit adhoc, vt ordo iſtius legis poſsit præuerti? Quo ad vocationes quidē, non proderit. Nam ex quo ſunt requiſitæ pro forma: licet ſit valde controuerſum, vtrum forma requiſita poſsit à partibus renuntiari, vt poteſt videri per Mincha. de ſucceſ. creat. §. 4. num. 29. etiam ſi poſſet, non ſufficiet conſenſus filij meliorati. Quia non tam fauore ipſius, quā cęterorum etiam naſciturorū hoc ſtatutū eſt, ſecundū Tello hîc. num. 2. & 15. Quo ad grauamina tamē, quę aliâs à lege non permitterentur. Quęſtio videtur magis dubia,

22 propter argumentum legitimæ, * quæ de conſenſu filij recipit quodcumq; grauamen, ſecundū gl. verb. iuditium. in. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoſ. teſt. quam ſequuntur ibi Bar. Sali. Iaſ. & eſt communiter recepta, vt conſtat ex lōga allegatione Molin. lib. 2. primog. c. 3. num. 7.

23 Sed adhuc videtur cōſenſum filij nō ſufficere. Nā cū forma legis pariformiter militet in vocationibus, ſicut in grauaminibus, vt dictū eſt, & vtrūq; reſpiciat fauorē omnium deſcēdentiū, non poteſt renūtiari per filium primo vocatum. Nō obſtat

 æquipa-

æquiparatio legitimæ. Quia in ea tanquã in re ſua poteſt filius conſentire. Quod non videtur in tertio, quod vel libere relinquendũ eſt, aut ſi ſunt adijciẽda grauamina, debet ſeruari ordo legis, ex qua ſequentibus acquiritur ius, quod nõ poteſt per primo vocatum remitti. l. ius noſtrum, de reg. iur. Poſſet tamen fraudari ordo legis, ſi melioratio eſſet facta in contractu pure, ſine aliqua conditione. Nã licet poſtmodum conditiones nõ recipiat, vt dixi ſupra gl. 2. nu. 2. Tamen conſentiente filio, reciperet quaſcũq; conditiones. Cum de re aliena poſsit quis de voluntate domini diſponere. l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſolui. Quã diſpoſitionem filius nõ pater feciſſe videtur. l. in ædibus. §. ſi filius famil. ff. de donat. Qui filius non eſt obligatus ſeruare ordinẽ huius tex. ſecundũ Tello hìc. num. 15. de quo tamen erit altius conſiderandũ. Et conducit quod ex hac eadẽ ratione in alio propoſito volebat Segura in l. cohęredi. §. cum filiæ. num. 167. & ſeqq. ff. de vulgari.

GLOSSA QVINTA.

Legatum relictum fratribus an debeatur vtrinque tantum coniunctis, an etiam vterinis, & conſanguineis.

1 DEſcendentes poſſunt ſubſtitui in tertio, etiam prælati proximioribus.
2 Frater vterinus vel conſanguineus poteſt præferri vtrinq; coniuncto in ſubſtitutione exemplari.
3 Frater ex vno latere coniunctus poteſt vocari in ſubſtitutionibus tertij, excluſo vtrinq; coniuncto.
4 Fratribus inſtitutis, vel vocatis, vtrum cenſeantur vocati vtrinq; tantum coniuncti. Quòd omnes. num. 9.
5 Fratres vtrinq; coniũcti preferũtur abinteſtato vterinis, & cõſanguineis.
6 Si filio ſint in tertio ſubſtituti fratres, non poteſt extendi vocatio, niſi ad eos, qui eſſent deſcendentes teſtatoris.
7 Fratris appellatio ex propria ſignificatione comprehendit etiam vterinos, & conſanguineos.
Legatum relictum fratribus, debetur omnibus, etiam vterinis & conſanguineis.
10 Vocati copulatiue, licet inter eos cadat ordo charitatis, ſi nõ concurrit neceſsitas inſtituendi, non cenſentur vocati ordine ſucceſsiuo, ſed omnes ſimul. Secus in vocatis per nomen collectiuum. num. 11.

Ordo

12 *Ordo ſucceſſiuus non datur inter exiſtentes in eodem gradu, in vocatione ex teſtamento.*

13 *In fideicommiſſo relicto familiæ nepos admittitur cum patruo.*

14 *In fideicommiſſo relicto familiæ, & delato ſecundo gradui, omnibus fratribus delatum cenſetur.*

15 *In fideicommiſſo relicto familiæ vocati prius admittuntur ſimul, licet ſint in diuerſis gradibus.*

16 *Teſtator in ſua diſpoſitione quando videatur ſe conformare cum diſpoſitione legis.*

17 *Vocato vno gradu, non cenſentur vocati, qui aliàs cum illo ſuccederent ſimul abinteſtato.*

18 *Ordo ſucceſſiuus datus in vocatis per nomen collectiuum, an intelligatur per fideicommiſſum, an per vulgarem, num. 19.*

L. cum auus, & l. cum acutiſſimi, non habent locum in collateralibus, etiam ſi ſint fratres.

20 *Vocatus ex vulgari expreſſa præfertur vocato ex vulgari tacita.*

21 *Fratres vocati ad ſucceſsionem pupilli ex pupillari ſubſtitutione contenta in reciproca, ſimul admittuntur omnes etiam vterini, & conſanguinei.*

22 *Vocatis ſobrinis omnes admittentur, etiam filij fratruum vterinorum, vel conſanguineorum, licet non admitterentur abinteſtato.*

23 *Vocatis omnibus fratribus nemo cenſetur excluſſus.*

24 *Pluralis loquutio non poteſt verificari in vno.*

1 ENtre ſus decendientes. Poterit ergo ſubſtituere quos voluerit, non habita ratione maioris proximitatis: cum nec in ipſo meliorato hæc proximitas conſideretur. l. 2. ſupra. Et notat hîc Caſtillo, verb. *Decendientes* in fine. & Tello. numer. 4. & Matien. gloſſ. 4. numer. 2. Et intellige vnum, vel plures poſſe ſubſtitui. argumento dict. l. 2. &. 3. ſupra vbi dixi gloſſ. 4. Et idem diſponitur in l. humanitatis. C. de impub. in ſubſtitione exemplari, cuius ordinem ſequuta eſt hæc lex.

2 Et quamuis in ſubſtitutione exemplari ſit controuerſum, vtrum filio mentecapto ſit ſubſtituendus frater vtrinq; coniunctus, & præferendus vterino, vel conſanguineo: vel poſſit ſubſtitui quicumq; frater. Vt poteſt videri per Bart. in l. ex facto. num. 32. de vulgari. Alexand. numer. 44. & Ripam. numer. 88. ibi. Et per Bartol. Salicet. Corne. & Curtium in dict. l. humanita-

humanitatis. Et per Bene. in cap. Raynuntius. verb. ſi abſque
3 liberis el. 2. in materia exemplaris. n. 31.* In propoſito tamen & terminis noſtræ legis amplectenda eſt diſtinct. Bart. vt poſſit ſubſtitui frater melioratus, qui ſit filius meliorantis, licet ex altera matre, vel patre, licet melioratus habeat fratrē vtrinq; coniunctum Quæ opinio etiam in ſubſtitutione exemplari videtur eſſe magis cōmuniter recepta, vt conſtat ex Bened. vbi ſupra. & in praxi ſequenda ſecundum Corn. nu. 36. Quā in propoſito meliorationis ſequitur Tello hic. nu. 6. Et licet ipſe multa inuoluat, eſt opinio manifeſta ex noſtro tex. qui prius iubet vocari deſcendentes. Quæ qualitas reſpectu meliorantis attendenda eſt, vt ex Curtio. conſ. 5. col. 2. & Ripa in. l. filius famil. §. Diui. nu. 31. de leg. 1. reſoluit Tell. nu. 7. Cui qualitati ſatiſfit ſubſtituendo alterum filium meliorantis, quem conſtat eſſe eius deſcendentem, licet non ſit frater vtrinque coniunctus cum meliorato. Quod probatur eu dentius. Quoniam ſi patri licuit primo loco meliorare illum, quem ſubſtituit, & ille in melioratione eſſet pręferendus cæteris: a fortiori, in ſubſtitutione ex voluntate patris eſt præferendus alteri filio vtrinque cō iuncto cum meliorato. Quod etiam ſequitur Matien. hic gloſſa. 4. numer. 4.

4 Sed hoc videtur procedere quoties iſte eſſet nominatim ſubſtitutus. Cæterum ſi pater ſubſtituiſſet fratres nomine appellatiuo: adeſſentque meliorato tres fratres, duo vtrinque coniuncti, alter vero ex vno tantum latere. vocatio ad vtrumque tantum coniunctos referenda eſſet. Argumento eius doctrinę, quam tradunt Paul. Corn. Iaſ. & alij in. l. fin. C. de verbor. ſig. quod in relicto fratribus ſolum veniunt vtrinque coniuncti, ſi extent, alijs excluſis. Quod tenuit etiā Paul. conſ. 346. Alex. conſ. 166. nu. 4. lib. 5. Socin. conſ. 49. nu. 1. & conſ. 113. colu. 4. lib. 1. Dec. conſ. 53. & 155. num. 4. & 299. num. 7. Pari. cōſ. 49. nu. 18. lib. 2. Portius. conſ. 10. nu. 11. Ruin. conſ. 92. nu. 7. & conſ. 165. nu. 9. vol. 2. & conſ. 28. nu. 8. vol. 3. Menoc. conſ. 187. nu. 40. Gomez. nu. 9. in. l. 8. Taur. Vbi Tell. nu. fin. dicit ſe ita vidiſſe iudicatum in Granatenſ. prætorio. Idem tenet Rojas de ſucceſſ. cap. 32. nu. 12. & cap. 6. num. 11. & 12. & Mier. 2. par. quæſtione. 7. num. 4. Cæterum communis hæc doctrina diuerſo caſu loquitur. Procedit enim in fratre teſtante, qui inſtitutis, vel vocatis fratribus, videtur ſequi ordinem legis abin-

5 ab inteſtato,& præferre vtrinquè cõiunctos,* qui abinteſtato excludunt vterinos & conſanguineos authen.ceſſante, & authen.poſt fratres.C.de legi.hæc red.authen.itaq;.C. cõmunia de ſucceſ.authentico de hæred.ab inteſtat.§.ſi igitur defunctus el.2.& authentico de cõſangui.& vte.fratri.§.quia vero. verſi. vul autem.Cum quo legis ordine abinteſtato videtur ſe frater conformare in ſua diſpoſitione. Secundùm Bart.in.l. hæredes mei.§.cum ita.num.4.ad Trebel.Quem ibi ſequuntur Angel. Alex.Imol.& alij. Idem Bart. per text.ibi in.l. ſi ita fuerit. de manumi.teſtam.Bald.in.l.præcibus. num.44. C. de impub. & in.l.quidam elogio.num.3.in fin.C.de iure deliber.Alex.conſil.55.num.17.vol.4.Deci.conſil. 205.

6 In noſtro autem propoſito, quamuis generalis ſubſtitutio fratruum non compræhenderet fratres meliorati,qui non deſcenderent à meliorante, cum ij etiam expreſſe non potuerint ſubſtitui, ex noſtro text. ſine dubio tamen includeret omnes fratres meliorati,qui eſſent filij meliorantis,licet ex altera ma-
7 tre,aut patre. Cum lex omnes permittat vocari, & teſtatoris charitas neminem repellat,* & verborum proprietas omnes comprehendat.l. Iuris conſultus.§.ſecundo gradu.ff.de gradibus,explicat Socin.conſil.25.lib.3.& Alciat.lib. 2. de verborũ ſignific.in princip. Quod expreſſe tenet Bar.in.l.lutius.§.quæ-
8 ſitum.de legat.3. * quod legatum, ſeu fideicõmiſſum relictum fratribus pertineat etiam ad vterinos & conſanguineos.Quem ſequitur Paul.in.l.ſi dotali,in fin.ſolu.matr.& ibi Alex. nu.4. idem Paul.nu.2.& Iaſ.nu.18.in.l.tres fratres.ff.de pactis.Roman.conſ.411.incipit Quatuor.Ang.conſ.119. & conſ. 272. Corne.conſ.269.vol.4.Alex.conſ.36.nu.5.& conſ. 114. nu. 2.lib.6.& in.l.ex facto.nu.45.de vulga.vbi id etiam tenet Ripa.num.89. Bened.in.c. Raynuntius,verb. ſi abſq; liberis, el 2.num.52.Iaſ.in.l.1.num.12.C.de ſucceſ.ædi.

9 Et ex ijs redditur etiam ſuſpecta cõmunis illa traditio, ꝙ in relicto à fratre fratribus,vtrinq̃, coniuncti admittãtur,excluſſis vterinis & conſanguineis. Cum enim vocabuli proprietas omnes comprehendat,vt in d.§.ſecundo gradu. & ex præcedẽti Bartoli ſana doctrina: nulla ratio permittit quemquam repelli. Et quãuis hęc ipſum videantur fateri Paul. & ſequaces. Nec illud admittendũ eſt,ꝙ ipſi tradunt,vt licet omnes videãtur vocati:intelligatur tamen ordine ſucceſsiuo,vt ſi tempore mortis

mortis extiterint vtrinq; coniuncti,ij præferãtur, aliàs admit-
10 tantur vterini & cõſanguinei.* Is enim ordo ſucceſsiuus tunc
demum habet locum,quando vltra ordinem charitatis,& affe-
ctionis,concurrit etiam neceſsitas præciſſa,vel cauſatiua inſti-
tuendi:aliàs vocati copulatiue omnes admittuntur.Prout ad-
uerſus Bart.nu.4.tenent Scribẽtes omnes in.l.Gallus.§.quidã
rectè.de liber. & poſth. Vt conſtat ex Alex.col.3.in med.Soc.
nu.8.& Iaſ.nu.24.ibi.Alex.conſi.13.nu.8.& Ant.de Prat.in
conſ.ſeq.nu.2.lib.4.Minch.de ſucceſ.creat.§.20.nu.120.

11 Et ſi obijcias hoc procedere in vocatis copulatiue,diuerſum
eſſe in vocatis per nomen collectiuum. Tunc enim licet nulla
ſit neceſsitas præciſſa,vel cauſatiua inſtituẽdi, vel relinquendi,
cenſentur vocati ordine ſucceſsiuo, vt in fideicõmiſſo relicto
familiæ eſt deciſsio tex.in d.l.fin.C.de verbor.ſignifi.in qua ſe
fundarũt Paul.& aſſeclæ.Et probatur etiam in.l.cum ita.§. in
fideicõmiſſo.de legat.2.Et quòd vocati per nomẽ collectiuum
admittantur ordine ſucceſsiuo,tenet Bart.in d.§.quidam rectè
nu.4.& cum eo concordat omnes ſecundũ Iaſ. ibi. num.25. &
Minch.vbi ſupra.nu.119.& Ant.de Prato inter cõſilia Alex.
12 conſi.14.nu.10.lib.4.* Etenim reſpõdeo iſtud procedere quo-
ties nomen eſſet collectiuum pluriũ perſonarũ exiſtentium in
diuerſis gradibus:non autẽ quando nomen collectiuũ contine
ret plures perſonas exiſtentes in eodẽ gradu:tũc enim omnes
cenſentur pariter inuitati,ſecundũ Soc.nu.9.in d.§. quidã re-
ctè.Et ſi replices opinionẽ veram eſſe,non tamen extinguere
argumentũ. Procedit enim, quãdo nomen collectiuũ cõtinet
plures perſonas exiſtentes in eodem gradu,quia in eis non da-
tur ordo ſucceſsiuus,ex quo ceſſat ratio prædilectionis : ſed ſi
inter exiſtentes in eodem gradu daretur ordo charitatis,& af-
fectionis,qui datur inter exiſtentes in diuerſis gradibus:cenſe-
rentur,prout illi,vocati ordine ſucceſsiuo. Vnde cum ordo hic
ſucceſsiuus (de quo agimus) reguletur ſecundũ ordinatã cha-
ritatẽ teſtatoris,vt in d.§.quidã rectè,& illa ordinata charitas
reguletur ſecundũ ſucceſsionẽ abinteſtato, ſecundũ Bart.ibi.
nu.4.verſ.& appello.cum quo trãſeũt DD.ſecundũ Iaſ.nu.20.
Conſequens videtur,vt etiã detur inter fratres. Quia licet exi-
ſtant in eodẽ gradu:non tamẽ ſuccedunt ſimul abinteſtato:cum
vtrinq; coniuncti præferantur cõſanguineis & vterinis,vt di-
ctum eſt.Et hoc fuit principale motiuum Paul.& aliorum.

Etenim reſpondeo falſum eſſe, ꝙ exiſtentes in eodẽ gradu, licet nõ ſuccedant æqualiter abinteſtato, cenſeãtur ex teſtamẽto vocati ordine ſucceſsiuo. Nam licet verũ ſit, ꝙ lex abinteſta to diuiſſerit fratres, præferendo vtrinq; coniunctos: diuerſum tamen iudicat in vocatione ex teſtamento. Non ſolũ, quando in ſpecie ſunt inſtituti fratres: ſed etiã in fideicõmiſſo relicto familiæ, quod eſt nomẽ generalius, iuxta illa iura in d.l.fi.& d. §.in fideicõmiſſo. Tunc enim lex non diuidit gradũ, ſed quãuis admittat omnes ſecundũ gradus prærrogatiuã: exiſtentes tamen in eodẽ gradu ſimul admittantur. Vt probatur in d.§.in fideicõmiſſo.ibi. *Et qui ex ijs primo gradu procreati ſunt.* Et in d.l.fi. ibi. *Et hoc videlicet gradatim fieri.* Et in l.peto.§.fratre.de legat.2. ibi. *Quid ergo ſi non ſunt eiuſdem gradus? ita res temperari debet, vt proximus quiſq; primo loco inuitatus videatur.* Et in ſimili vocatione idẽ diſponitur in.l.1.C.de ſecun.nup.ibi. *gradibus ſeruatis.*

13 Et licet in terminis illorũ iurium ſit valde controuerſa ſententia gloſſæ in d.§.in fideicõmiſſo, verb. proximo. Vtrum in ſimili vocatione nepos admittatur per repræſentationẽ cum patruo, quibuſdam aſſerentibus gl. tenuiſſe admittendũ: alijs interpretantibus ſignificaſſe contrariũ: vt conatur Deci.in.l.2. num.5.&.6.C.de ſucceſ.ædi. Et vnã & alteram opinionẽ ſequũtur plures quos refert Couar.c.38.practi.ex nu.4.& Ant. Gabr.tit. de fideicommiſsis concluſi.3.& Mantic. lib.8.tit.9. num.2. Tamen nec ipſi, nec alius vnquam dubitauit, quòd gradus integer deberet ſimul admitti. Quo fit, vt in ſimili fideicommiſſo perpetuo relicto familię ab eo, qui relictis liberis, haberet fratres vtrinq; coniunctos, & fratres etiam vterinos, & conſanguineos: nemo vnquam dubitauit, quim delato fideicommiſſo ſecundo gradui, admittantur omnes fratres ſimul: cum id probent ſupra dicta iura, dum ſimilem ſucceſsionẽ gradatim deferunt.

Quod cũ ita ſe habeat in fideicõmiſſo relicto familiæ, quod eſt nomen collectiuum continens plures gradus: à fortiori, idẽ dicendum eſt, quãdo diſpoſitio relata eſt ad certũ, & ſpecificũ gradũ: vt tũc gradus nõ ſcindatur, ſed integer ſimul admitta-
14 tur: * cũ expſſa vocatio teſtatoris ordini charitatis ab inteſtato præferẽda ſit, vt tradit Couar.in.c.Raynũtius.§.2.nu.1.ibi. eſt etiã contra. Quod probatur argum.tex.in d.§.in fideicõmiſſo,
15 ibi. *Ij ad petitionẽ eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt.* * Ex quibus

quamuis

quamuis Bal. ibi exiſtimet nominatos exiſtētes in diuerſis gradibus non eſſe ſimul admittendos, ſed ordine ſucceſsiuo: verius eſt nominatos ſimul admittendos: vt aduertit Couar. vbi ſupr. num. 21. & d. c. 38. num. 4. verſic. ſecundo, dicens hanc eſſe cōmunem opinionem, quæ probatur in ipſo tex. Quo argumētu à fortiori infertur, inſtitutis fratribus, omnes pariter ex expreſſa vocatione teſtatoris, quæ ex vi vocabuli reſultat, admittendos: cū etiam exiſtentes in diuerſo gradu ſimul admittantur ex vi copulæ. Et licet verum ſit vocationem fratrum nō continere omnes nominatim: ſatis eſt, ꝙ eos contineat per æquipolēs, ex vi & proprietate vocabuli, vt in d. §. ſecūdo gradu. Quę vocatio per æquipolens, quæ non poteſt eſſe certior, quam in ducta ex vi vocabuli, non ſolum in materia fauorabili, verū in odioſa ſufficit. l. 2. & 3. ff. de liber. & poſthum.

16 Non obſtat cōmunis illa traditio, ꝙ teſtator in ſua diſpoſitione videtur ſe conformare cū diſpoſitione legis. Quia in hoc ſūme notanda eſt diſtinctio Alex. in d. §. cum ita. num. 11. ex cuius dictis latius proſequitur Alciat. lib. 1. de verbor. ſigni. ex nu. 25. Etenim illud procedit, quoties diſpoſitio tendit ad conſeruandum teſtamentum, ne rumpatur. Tūc licet verborū proprietas repugnet, verba intelliguntur ſecundū diſpoſitionem legis, vt in d. §. quidam recte. Sed quādo in diſpoſitione nō datur neceſsitas conſeruādi teſtamentū: Tunc quāuis ſi proprietas verborū quadret cū diſpoſitione legis, ita ꝙ intelligēdo diſpoſitionē teſtantis iuxta legem, vel ſtatutū, verba in ſua proprietate non violantur, diſpoſitio debeat intelligi iuxta legem vel ſtatutum: vt tradit Bar. in d. §. cum ita. nu. 4. dū dicit neptem, quæ in caſu illius text. admittitur, eſſe excludendā, ſi extaret ſtatutum excludens fœminas ſtantibus maſculis: ſi tamen ad interpretandam diſpoſitionē ſecundum legem vel ſtatutū violaretur proprietas verborum: tunc verbis ſtandū eſt, licet mens alia pręſumatur ex coniectura legis, vel ſtatuti. Verborū enim proprietas præponderat. ſecūdū Alex. & Alci. vbi ſupra. & tanquā præſumptio maior elidit minorē. l. Diuus. de in integr. reſtit. ſecundū Ripā in. l. lutius in fin. ff. de vulg. Nec diſpoſitio legis abinteſtato debet trahi ad limitādam diſpoſitionem teſtatoris. l. quidquid aſtringēdæ. de verbor. tradit Ancha. quē refert & ſequitur Alex. in d. §. cū ita. nu. 10. Cū in teſtamētis amplior ſit interpretatio facienda. l. in teſtamentis, de reg. iu.

Et

Et ſecundum hoc procedit illa cōmunis opinio doctorum, cuius ſupra meminimus aduerſus Bart.in.d. §. quidam recte. quatenus volunt, quod vocati copulatiue pariter admittātur, cū ea ſit verborū proprietas, licet aliâs lex, in caſu neceſſario, conſeruandi teſtamentum, admiſſerit ordine ſucceſsiuo, vt in d.§. quidam recte. Ex eadē ratione procedit quod tradunt Pau. & Soci.in.l.in ijs.ff.de cond. & dem. & ſequitur Alci. vbi ſup. ꝙ ſi pater inſtituit filios, & filias, omnes pariter admittuntur, nō obſtante ſtatuto, ꝙ extantibus maſculis, fœminę ab inteſtato non ſuccedant, cū quo teſtator non videtur ſe conformare, vt fœminæ cenſeantur vocatæ ordine ſucceſsiuo, quia verborum proprietas repugnat, & omnes vocat. Ex eadē ratione & argumento in quæſtione propoſita dicendū eſt, ꝙ cū verbū fratres omnes comprehēdat ex proprietate vocabuli, nō debet ea proprietas reſtringi, aut impropriari, quaſi teſtator voluiſſet ſe cōformare cū diſpoſitione legis, quæ aliter vocat ab inteſtato: cū iſta præſumptio ceſſet ex vi, & proprietate vocabuli. Quod etiā adiuuatur ex alia magiſtrali regula, quam tradit & cōprobat Alci. vbi ſupr. nu. 28. Scilicet, quod verba teſtatoris generaliter concepta, quæ ex proprietate includunt caſum, quem lex, vel ſtatutum aliâs excludit, non regulantur ſecundum legem vel ſtatutum. Vt vel ſic vocatis fratribus, non excludantur ex vno tantum latere coniuncti, quos verbi proprietas comprehendit licet aliâs lex ab inteſtato excluſſerit.

17 Et quod ſimilis vocatio nō poſsit intelligi ſecūdū formā legis ab inteſtato, probatur. Quoniā ex ea ſequeretur, quod cōprehēderet etiā nepotē ex fratre, quē etiā lex ab inteſtato cū fratrib⁹ vocat. vt in.d.auth.ceſſante. Quod tamē eſt falſum, ex opinione eorū oīū, qui reprobarūt gl. in d.§. in fideicōm ſſo. quos refert Coua.d.c.38.pract.n.4.ver. ſic ſane. & Ant.Gab.tit.de fideic.concl.3. & Caro.Moli.ad Alex.conſ.26.nu.13.libr.3. Et cū ipſi loquantur in fideicōmiſſo relicto familiæ, à fortiori idē dicendū eſt in relicto fratribus, quod eſt nomen particularius. Sub quo, quemadmodū non includuntur nepotes ex fratribus, quia id non admittit congrua ſermonis proprietas, licet aliâs ſucceſsiſſent ab inteſtato cum eiſdem fratribus: eadem ratione nec excludantur fratres ex vno latere coniuncti: cum tam incongrue (ſecundum proprietatem vocabuli) excludantur iſti, quam incongrue admitterentur nepotes.

Qq Præte-

Præterea, ſi fratres cenſerentur vocati ordine ſucceſsiuo, ex ea vocatione reſultaret tacita quædam ſubſtitutio fratruum vterinorum, vel conſanguineorũ ad fratres vtrinque coniunctos. Quæ ſubſtitutio non poteſt intelligi ſecundum ordinem ſubſtitionis vulgaris, vt primo adeunte cęteri excludantur. l. poſt aditam. C. de impub: ſed intelligi debet per fideicommiſſum, vt poſt mortem fratruum vtrinque coniunctorum, hæreditas ſit alijs reſtituenda. Quia quoties ordo ſucceſsiuus datur in vocatis per nomen collectiuum, intelligendus eſt per fideicommiſſum, vt in. d. §. in fideicommiſſo. vbi not. Pau. nu. 2. & 3. & in. d. §. quidam recte. nu. 9. Soci. conſ. 12. nu. 14. libr. 3. & conſ. 73. nu. 17. lib. 4. Dec. conſ. 95. col. 2. & cõſ. 236. col. 2. Aymon conſ. 22. col. 2. quorum opinio receptior eſt ſecundũ Couar. in. c. Raynuntius. §. 2. nu. fi. Quod fideicõmiſſum nõ excluderetur etiam ſi grauatus ſuſcipiat liberos. Quoniã præſumptio. l. cũ auus. ff. de cõd. & dem. & l. cũ acutiſsimi. C. de fideic. nõ eſt inducta fauore extraneorũ. vt dicebamus ſup. gl. 3. n. 23. & ſolũ procedit in deſcendẽtibus, nõ in collateralibus, etiã ſi ſint fratres, vt eſt communis opinio ſecundum Socin. in dict. l. cum auus. num. 1. Quod eſſet maximum inconueniens, & abſurdum, ſi opinio Pau. & aliorum eſſet vera.

19 Sed quia ſupra dicta opinio tũc demũ intelligitur vera, quãdo fideicõmiſſum eſſet perpetuum, vt declarat Cum. in. d. §. in fideicõmiſſo. nu. 4. & Soci. in. d. §. quidã recte. n. 8. Aliàs verius ſit vocatos ordine ſucceſsiuo per nomen collectiuũ in dubio intelligi ſubſtitutos vulgariter, & non per fideicõmiſſum. Vt tenet Bar. nu. 10. in. d. §. quidam recte. vbi ſequuntur Soci. verſi. Tertius caſus. poſt Aret. & Cum. Iaſſ. nu. 10. & nu. 45. & Gali. nu. 10. & nu. 31. Alcia. nu. 10. Fortu. nu. 64. Et eſt cõmunis opinio ſecundũ Dec. con. 205. nu. 9. & conſ. 248. nu. 6. & Iuli. Clar. §. teſtamentũ. q. 80. verſi. ſed quæro. & Moli. libr. 1. c. 5. nu. 27. verſi. ſecũdo. Quãuis ille ordo ſucceſsiuus Pauli eſſet intelligendus ad formã ſubſtitutionis vulgaris: quẽadmodũ admittit ex vno latere coniunctos, caſu quo tempore mortis nõ extaſſent vtrinque coniuncti, debebit etiã admittere caſu quo ij extantes repudiaſſent: cũ caſus impotentiæ includat etiã caſum noluntatis. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de libe. & poſth.

20 not. Bart. communiter receptus in. l. 1. num. 14. ff. de vulg. * Et tunc ſequeretur, quod ſi inſtitutis fratribus, teſtator expreſſe

ſubſti-

ſubſtitueret Seium:repudiantibus vtrinque coniunctis, Seius ex vulgari expreſſa excluderet fratres ex vno tantum latere coniunctos,qui ex opinione Paul. & ſequatium veniunt per tacitam.Cum vulgaris expreſſa excludat tacitam. l. cum ex filio.§.filio. vbi not.omnes.ff.de vulgari. Quod etiam eſt maximum abſurdum.& contra voluntatem teſtatoris collectam ex proprietate vocabuli.

61 Tandem pro hac opinione aduerſus Pau.facit, quia quando fratres vocantur ad ſucceſsionem pupilli, ex ſubſtitutione pupillari contenta in reciproca,omnes pariter admittuntur, nec præferuntur vtrinque coniuncti.Vt tenuit Areti.col. fin.in.l. Lutius.ff.de vulga.Cuius opinionẽ aduerſus Bar. ibi ſequũtur Ripa.ibi num.fin.& Crotus in.l.re coniuncti.col.51.de lega.3. & Aymon conſ.43.& Rube.conſ.126. col.fin. & Gomez. in l.8.Tauri.nu.9.Et eſt opinio magis communiter recepta, ſecũdum Couar.c.38.pract.nu.2.verſi. poſteriorem. & ſecundum Mãtic.de coniect. lib. 5.tit.11.nu.3.Et licet inter huius rei rationes quas refert Ripa.illa etiã aſsignetur, quod licet per pupillarem ſuccedatur pupillo, ſucceditur tamen iudicio patris, cui omnes filij æquales ſunt,& cuiꝰ affectio inſpicitur in interpretandi pupillari,ex traditis à Bar.in.l.2.nu.36.ff.de vulga. Verior eſt ratio quam hic defendimus,vt etiam ſi ſucceſsio eſſet iudicanda,prout ſi vocatio ab ipſo pupillo facta eſſet:iudicetur tamen ſecundum naturam vocabuli, omiſſa diſpoſitione legis ab inteſtato. Cum qua licet aliàs teſtator videatur ſe conformare, id ceſſet ex præſumptione maiori collecta ex proprietate vocabuli.l. diuus de in integrum reſtit. ſecundum Ripam.in fine.

Et hæc pars etiam ſi res dubia eſſet, minori ſubeſt periculo. Quia tenendo hanc opinionem minus læditur teſtatoris voluntas, quam ſi ex vno tantum latere coniuncti excluderentur.Quia admiſsis omnibus (caſu quo teſtator forte voluiſſet vocare tantum vtrinque coniunctos) voluntas læditur in parte,quia minuitur quantitas,quæ tangeret vtrinq; coniunctos. Excluſis autẽ ex vno latere cõiunctis(caſu quo teſtator voluiſſet vocare omnes)voluntas læditur quoad iſtos in totũ.Atque ita amplectenda eſt opinio,quæ minus lædat dubiam voluntatem.l.1.vbi Pau.& Alex.ff.ſi quis cautio.quam tamen certam eſſe contendimus vocandi omnes.

22 Et hæc concluſio ex eadem ratione procedet in nepotibus ex fratribus, quia licet ab inteſtato præferantur nepotes ex fratribus vtrinque coniunctis. vt in. d. authen. ceſſante. inſtitutis tamen ſobrinis omnes venient, & cenſebuntur vocati. Cum conſtituant eundem gradum, & comprehendantur ſub eodem
23 vocabulo, & in eis militet eadem ratio, quæ in fratribus.* Procedet etiam à fortiori, quoties eſſent inſtituti fratres, vel ſobrini omnes. Dictio enim illa vniuerſalis omnem dubitationem tollit, & teſtatorem neminem excludere voluiſſe ſignificat. l.
24 à procuratore. C. mãda.* Et multo à fortiori, ſi cum teſtator haberet duos tantum vtrinque coniunctos fratres, inſtituerit fratres ſuos omnes. Nam cum pluralis loquutio duorum numero contenta ſit. l. vbi numerus. ff. de teſti. Vniuerſalis illa (omnes) ſuperflua eſſet, niſi ad eos extenderetur, qui vno tantum latere iunguntur. l. ſi quando. de lega. 1. Et idem eſſet per conſequens quando haberet vnum fratrem vtrinque coniunctum. Quia inſtitutio fratruum non poſſet niſi de omnibus intelligi.

GLOSSA SEXTA.

Filius vnicus an poſſit meliorari, & grauari in tertio. Et quid in nepote. Et tertium quando recipiat grauamina, cum exemplis.

1 *Filius vnicus non poteſt meliorari, nec tertium tunc grauamina recipit.*
2 *Vnus ex pluribus nepotibus ex vnico filio poteſt meliorari.*
3 *Vnicus nepos ex vnico filio poteſt meliorari, tam ipſe, quam filius.*
4 *Tertium ſemper recipit grauamina, quoties non eſt præciſſe relinquendum vni.*
5 *Filius vel nepos poſthumus, extante altero filio vnico, an poſſit meliorari ipſe, vel filius.*
6 *Grauamina poſſunt apponi filio vnico hæredi in tertio, extante altero quamuis rite exhæredato.*
7 *Grauamina impoſita tertio reijciuntur, ſi tempore mortis filius reperiatur vnicus.*
8 *Grauamina impoſita filio vnico in tertio conſeruantur natis alijs.*
9 *Grauamina appoſita conſenſu filij in legitima valent.*
10 *Pactum dotale, vt filius maior naſciturus habeat tertium vinculatum, non nocet filio vnico.*

Y a falta:

1 YA *falta dellos.* Hic videtur tex. expreſſus contra noſtrorum opinionem, qui vnanimes aſſerunt filio vnico non poſſe fieri meliorationem tertij, nec tertium poſſe tunc recipere aliquod grauamen. Quod tenuit Lupus hîc. num. 23. Gomez. in l. 17. Taur. num. 19. Bernar. Diaz. regul. 213. Fallen. 4. Gregor. in l. 8. tit. 4. par. 5. Peralt. in l. Titia. §. Lutius. nu. 16. de legat. 2. Couar. lib. 2. variar. cap. 19. nu. 3. Didacus Perez ad Seguram in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. nu. 88. de legat. 2. Anton. Padilla. in l. cum virum. nu. 2. C. de fidei commiſ. Tello. in l. 18. Taur. nu. 2. Bacç. de non meliorã. filia. cap. 9. num. 7. Molin. lib. 2. primogen. cap. 11. nu. 5. Anton. Lara in l. ſi quis à liberis. §. parens. nu. 43. de liber. agnoſ. Matiẽ. in l. 2. ſupra gloſ. 3. num. 3. & poſt huius operis primam æditionem. Guter. in. lib. 2. practi. quæſt. 54. Mouentur, quia tertium eſt legitima inter filios, nec deſinit eſſe legitima, niſi quando vnus eſt in eo melioratus. Quæ meliorațio cum dicat prælationem, non cadit in filio vnico, qui non habet cui præferatur l. vnum ex familia. l. cum quidam. la. 2. l. cum pater. §. à filia. de legat. 2. l. in fideicommiſſariam. §. ſi legatum. ff. ad Trebellian. l. vtrum. la. 2. de aſsig. liber. §. 2. Inſtit. eo. Cum itaque ſit legitima, nec filius in eo videatur honoratus, ex quo ſuum recipit, quod ſibi adimi non poteſt, non debet poſſe grauari. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamen. l. ab eo. C. de fideicom miſ. & huc tendunt huius opinionis fundamenta, quæ refert Gomez. vbi ſupra.

Contrariam ex noſtris primus omnium tentauit Parla. c. 7. quæſt. quoti. vbi pro poſſe conatur defendere filium vnicũ poſſe grauari in tertio ſecundum formam huius tex. reliquoſque in hanc partem trahere. Quæ etiam poſt huius operis primam æditionem placuit Spino in ſpeculo teſtam. gloſ. 18. nu. 15. Quin & Gomez. in l. 17. Taur. nu. 23. aſſerit diu ſe intellexiſſe, quod ad hoc, vt tertium reciperet ſubſtitutiones huius tex pro forma requirebatur, quod tempore factæ meliorationis non eſſet alter deſcendens, quam ille, qui meliorabatur. Et quod poſtea altius cogitando ſibi viſum eſt contrariũ, vt ſufficiat etiamſi eſſent alij deſcendentes. Tum, quia in vno & altero caſu eſt eadem ratio. Tum, quia eſſet nimia reſtrictio ad hanc legem. Per quæ ſignificat filio vnico poſſe apponi grauamina in tertio, iuxta formam huius legis: imo hunc caſum

pro minus dubitabili ponit: & refert quod ita tenuit maior pars doctorum, in quodam examine. Et pro hac parte inducitur text. iſte. his verbis. *y a falta dellos*. Quibus præcipitur filio meliorato ſubſtitui alterum filium aut deſcendentem, & eo nõ exiſtente, aſcendentes, & conſanguineos, &c. Ergo filio, qui non habet fratrem, ſed eſt vnicus deſcendens patri ſuo, poſſunt in tertio apponi grauamina huius legis in fauorem aliorum, de quibus hic.

Et hæc pars re vera æquitati conſona eſt, cum quo minor eſt numerus filiorum, amplior ſolet à lege parenti de bonis diſponendi facultas concedi, auth. nouiſsima. & in corpore, vnde ſumitur. C. de inoff. teſta. Et facultas conceſſa parenti imponẽdi grauamina in tertio mitius exæquitur in filio vnico, cui reliqua bona libera relinquuntur, quam in vno ex pluribus, cui poſt tertium ablatum, neceſſum eſt reliqua cum fratribus diuidere, Vt vel ſic, maior ratio eandem expoſtulet deciſionem. l. illud. ad. l. Aquiliam. Nec filius poteſt conqueri, cui tertium non adimitur. Solum in eo ex forma legis iuſte grauatur in fauorem eorum, quos lex ad ipſius ſucceſsionẽ ab inteſtato vocat, vt patet ex tx. & quos ipſi dilectos futuros præſumit. l. conficiuntur. de iure cod. Et æquiſsimum eſt eam facultatem parẽti, potius tribui, cui fortuna, labor, induſtria, opes contulerũt, & alios natura filios denegauit in eiuſdem filij vnici amplioré ſucceſsionem, quam eidem filio, qui tertium libere relictum in peius forſan conuerteret. Et huic opinioni iura non contradicunt, quim potius text. iſte iſtis verbis non obſcure aſtipulatur. Et adhuc nunquam audiui pro vna vel altera parte à ſummis iudicibus eſſe pronunciatum, nec caſum in facti contingentia ſucceſsiſſe, nec parentes auſos filio vnico grauamina imponere in tertio, quod non ſine iuxta ratione tentaſſent, vt iudicum ſententiam experiremur.

Interim deſendendo communẽ opinionem poterit huic legi reſponderi, quod ijs verbis non reſpexit ad tempus factę meliorationis in teſtamento, vel contractu. Eo enim tempore neceſſum eſt, ꝙ exiſtãt alij fratres, quorũ reſpectu poſsit hic meliorari, & grauari. Sed reſpexit ad tempus mortis meliorati, vt ſi tunc non extarent prædicti fratres ſuccedant alij, de quibus hic. Qui videtur verus legis intellectus, vt colligitur ex eius. p. incipio, vbi loquitur in melioratione vnius inter plures.

Et

1 Et tenendo hanc opinionem eam primo intellige, vt melio
ratio non valeat quoad hoc, vt tertium recipiat grauamina hu-
ius legis, non autem erit inefficax quoad alia, quæ ſunt vtilia
filio. Qualia ſunt ea, de quibus dixi in.l.1.ſupra gloſ. 10.num.
30.&.l.5.glo.1.nu.6.

2 Secundo limita, quando ex vnico filio extarent plures nepo
tes. Quia vnus eorum poterit meliorari, & grauari in tertio, ſe
cundum Coua. Molin. Matien. Tellium, & Gutie. ſupra relatos.
Quidquid dicat Lupus hic, numero. 23. & Gomez. vbi ſupra.
Quorum opinio confunditur ex.l.2.ſupra. vbi latius proſequi
3 tur Tell. *Sed quid ſi ex vnico filio extaret vnicus nepos? pote
rit ne fieri melioratio tertij alterutro? Supra citati innuunt non
poſſe, ex quo requirunt, quod extent plures nepotes, vt vnus
ex eis poſsit meliorari, vt explicat Gomez. vbi ſupra.num.19.
in fine. Sed credo poſſe fieri, & quod vel filius vnicus, vel ne-
pos vnicus ex eo, poterit meliorari in tertio, & in eo grauari,
ſecundum formam huius legis. Quod deducitur ex.d.l.2.ſupra.
vbi nepos eſt capax meliorationis, etiam ſi pater ſit viuus. Cũ
igitur extent duæ perſonæ capaces meliorationis, iam datur
perſona cuius reſpectu altera præferatur, & cui detur quod
adimi poſſet, cuius reſpectu tanquam honorata poſsit grauari.
d.l.ab eo.C.de fideicommiſſ. Nec enim ad valorem melioratio-
nis requiritur, quod is cui melioratus præfertur extet cum
in eo in eodem gradu. Satis enim eſt, quod ſit capax melio-
rationis. Quæ non ſolum fit inter perſonas eiuſdem gradus,
ſed etiam inter duos gradus. In quibus, quemadmodum extan
tibus pluribus perſonis amborum graduum, poſſunt melioza-
ri omnes perſonæ vnus gradus, & valet melioratio reſpectu
aliorum alterius gradus. eodem modo extantibus duabus per-
ſonis duorum graduum, valebit in alterutra melioratio, cum
ambæ ſint capaces.

4 Ex quo inferes regulam generalem ad videndũ, vtrũ tertium
recipiat grauamina huius legis, vel non. Nam quotieſcũque ter
tiũ eſt legitima vnius, ita ꝙ alteri relinqui non poteſt, non ad
mittit grauamina. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta.
Quando autem alteri relinqui poteſt, licet ſit de ijs, quibus nõ
debetur legitima iure, grauamina recipit. Quia non eſt præciſ-
ſa legitima huius, ex quo alteri dari poteſt. Ad quam regulam
poſſunt reduci omnes puncti huius articuli.

Etenim ex ea infertur, quod ſiue extẽt plures filij: ſiue vnicus filius, & plures nepotes: ſiue vnicus filius, & vnicus nepos ex alio, ſiue etiam ex eo: valebit melioratio in qualibet perſona, vel in quolibet integro gradu: data prælatione, vel ad perſonas, vel ad gradus quod ſufficit.

Inde etiam infertur, quod etiam ſi inter dictas perſonas capaces meliorationis, non reſultet prælatio. Satis eſt, quod poſſit reſultare ad hoc, vt tertium recipiat grauamina huius legis. Finge patrem habentem plures filios feciſſe vinculum ex tertio, & cum in eo poſſet vnũ ex filijs præferre, omnes tamen voluit æqualiter admitti, omnibuſq; extinctis prętulit lineã vnicum grauaminibus huius legis. Valebunt enim grauamina, cũ tertium eo caſu non ſit legitima vnius, ſed omnium, potuiſſetquè à patre cuicumque aſsignari.

5 Inde etiam inferes ſufficere filium: vel nepotem poſthumũ, ad hoc, vt tertiũ recipiat grauemina huius legis. Poterit enim ipſe poſthumus meliorari, cum in numero filiorum computetur. l. ſi quis filiabus. de teſta. tute. §. ſi quis filiabus. & §. fin. inſtitu. qui dari tuto. poſſunt. l. ſi quis operis. de ope. liber. & ſit capax inſtitutionis & legati. vt in principio inſtitu. de bonorum poſſeſ. §. poſthumo. inſti. de legat. l. qui filiabus. de lega. 1. l. poſthumus. de inoffic. teſta. not. in. l. Gallus. §. ille caſus. de liber. & poſthum. Poterit etiam & filius tunc vnicus meliorari, & grauari: cum detur alia perſona capax meliorationis, quæ aperit viã meliorationi alterius, in neceſſariam cõſequentiam, ex regula ſupra poſita. Sed hoc intelligendum eſt ſi poſthumus legitime naſcatur. Ea enim conditio ineſt in poſthumo. l. vxoris abortu. C. de poſthum. hæred. inſti. Vnde ea deficiente. tertium, tanquam legitima filij vnici reciperet grauamen, per ea quæ tradit Tiraquel. in. l. ſi vnquam. verbo. ſuſceperit liberos. num. 121. cum ſeqq. & Coſta in. c. ſi pater. verbo. ſi abſque liberis. num. 33. & 34. Quod lege Regia. 2. tit. 8. infra declaratũ eſt, vt partus legitimus ſit, qui per vigintiquatuor horas vixerit, & non aliàs.

6 Filius etiã quãuis rite & recte exhæredatus ſufficiet ad hoc, vt tertiũ relictũ alteri filio inſtituto recipiat grauamina huius l. in fauorẽ exhęredati. & aliorũ deinceps. Nã cũ ipſe exhæredatus potuerit meliorari, vt diximus in. l. 8. ſupra gl. 2. nu. 24. Imo & inſtitui, non obſtante quãuis iuſta cauſa, auth. nõ licet.

C. de

C.de libe.præt.auth.vt cũ de appe.cog.§.aliud quoq; capitulũ, aperit etiam viam meliorationi alterius. Cum tertium tunc nõ ſit præciſſe relinquendum vni: & ex quo poteſt alteri dari, deſinit eſſe legitima, & recipit grauamina. Et faciunt quæ tradit gloſ. & not. DD. in.l.filius fami.§.cum quis.de lega.1.

7 Infertur etiam, quod ſi tẽpore teſtamenti extabant plures filij, & vnus fuit melioratus & grauatus: tempore autem mortis patris, is ſolus ſupereſt. grauamina impoſita tertio reijcientur, quod tunc conſtat eſſe legitimam. Nam cum legitima debeat regulari ſecundum tempus mortis. l. cum quæritur. C. de inoffi.teſt.l.Papi.§.quoniam autem.&.§.quarta autem. ff. eo. & ante illud tempus non poſsit dici legitima.l.1.§. ſi impuberi.ff.de colla.bo.id tempus attendetur, ad videndum, vtrũ tertium ſit legitima, vel non.

Contrarium eſſet, ſi in contractu irreuocabili melioratio facta eſſet. Nam licet alij filij viuo patre deceſſerint, valebũt tamen grauamina fauore collateralium. Ex quo melioratio ſortita fuit effectum, qui durat, etiam ſi res deuenerit ad caſum, à quo incipere nõ poſset.l.pluribus.§.ſi placeat.ff.de verb.oblig. Imo Peral.in.l.cum pater.§.à filia.num.92.de lega.2. exiſtimauit, quod etiam ſi filio vnico fieret donatio tertij irreuocabilis in vita, cum traditione rerum, ſine reſeruatione vſusfructus, valerent grauamina impoſita, & filius teneretur conſentire, tanquam honoratus in vſufructu, & in eo, quod pater tradidit qd ante mortem non tenebatur. & quod filius præmoriendo poterat non acquirere.ex regul.d.l.ab eo.C.de fideic. Quod etiam ſequitur Molin.lib.2.primoge.cap.11.num.4. ſaltim ſi onus, non excedat honorem.

Sed verius eſt, vtroque caſu gramina non valere. Nam cum tempore mortis patris filius reperiatur vnicus: reperitur ſimiliter in legitima grauatus. Nec poteſt dici, ante id tempus meliorationem, aliàs irreuocabilem effectum plene ſortitam. Cum ex.l.7.ſupra. remaneat ſubiecta reductioni ad tẽpus mortis, propter legitimam, quæ eo tẽpore, & ſecundum id tempus debetur, & metienda eſt.l.cum quæritur.C.de inoffi.teſta.Nõ obſtat, quod filius etiam tempore donationis vnicus videatur honoratus, ex conſideratione Pera. & Moli. Quoniã honor ille non eſt ſufficiens, vt poſsit in legitima grauari. Quæ cum pleno iure in proprietate & vſufructu relinquenda ſit, vt in auth.

 nouiſsima

nouiſsima. C. de inoffi. teſta. & in authen. de triente & ſemi. §. prohibemus. Quemadmodum nõ poteſt filius grauari in vſufructu legitimæ, compẽſato grauamine cum nuda proprietate bonorum, vltra legitimam. vt tenuit gloſſ. in l. vxori meæ. ff. de vſufructu legat. (in quantum reiecto hoc intellectu aſſerit legem illam corrigi per dictam authenticam nouiſsima. prout etiam tenuit gloſſa. in dicta. Authentica. & in dicto. §. prohibemus. & in l. omnium bonorum. ff. de vſufru. quas ſequuntur Scribentes omnes in dictis locis, ſecundum Iaſ. in dict. authentic. nouiſsima. numero. 44. & Roderic. in l. quoniam in prioribus. ampliatione. 3. numero. 2. aduerſus Augelum. in dicto. §. prohibemus. & Cepolam. cautel. 21.) Eodem modo, nec poterit grauari in proprietate, compenſato grauamine cum vſufructu aliorum bonorum, vt in dicto. §. prohibemus. & in l. ſcimus. §. repletionem. C. de inofficioſ. teſtamen. ſecundum Iaſ. vbi ſupra. numero. 45. & Rodericus. numero. 3. Vtroque enim caſu filius non prohibetur petere legitimam pleno iure, non admiſſo grauamine, nec compenſatione, vt in dictis iuribus. Quibus caſibus, ſi melioratio, vltra tertium fuiſſet etiam facta de quinto, in eo valerent, & conſeruarentur grauamina. Cum ſint intelligenda adiecta meliori modo quo poſsint valere, per ea, quæ diximus in l. 1. ſupra gloſſ. fin. numero. 55. nec vtile per inutile vitietur. capite. vtile. de regulis iuris. in. 6. Imo, ſi pater tunc adiecisſet, vt ſi filius non conſentiret grauamina in tertio, priuetur quinto, & tranſeat ad ſequentes ſucceſſores. valeret conditio, ſecundum Baeçam. de dote. capite. 9. numero. 11. & Molina vbi ſupra. numero. 8. Quim, & eo caſu, filius non ſeruato grauamine, teneretur reſtituere fructus etiam tertij in vita patris perceptos, aut computare in ſuam partem, vt ex eis creſcat quintum alteri reſtituendum, per ea, quæ diximus ſupra gloſſam. 2. numero. 4. Sed tunc eſſet ſolum habenda ratio fructuum tantum extantium, aut ex quibus filius eſſet factus locupletior: per ea, quæ diximus in lege præcedenti. gloſſa. 4. numero. 15. Cum ſint accipiendi in rationem legitimæ, quam pater in omnem euentum tenetur conſeruare, per ea, quæ diximus in. l. 7 gloſſ. 1. nu. 35.

8 Ex præcedentibus, etiam inferes, quod ſi tempore teſtamenti ter-

ti tertiū legitima etat, vt quia tātum extabat filius vnicus, cui in eo fuere adiecta grauamina, iuxta formam huius legis: tempore autem mortis legitima non ſit, quia alij filij nati reperiātur: valebūt grauamina, cū etiā valeat prælegatū. Quāuis enim filij, tāquā præteriti rūperēt teſtamētū: cōſeruaretur tamē prælegatū, & grauamina. cū ex eis ſecūdū formā huius tex. adiectis præſumatur factū ſciēter, & habita memoria filiorū futurorū, quos in defectū vocauit, per ea quę diximus in.l.8. ſupr. gl.2.n.19. de prælegato relicto titulo meliorationis. Sed ſi ex grauaminibus adiectis nō poſſet colligi memoria filiorū futurorum, vt quia non ſeruauit ordinem huius text. ſed præcepit reſtitui conſanguineo, aut extraneo: filij ſuperuenientes (tanquam ignoranter præteriti) rumperent etiam prælegatū, vt ibi etiā dicebamus. nu.22. Nō obſtāte, quod prælegatū eſſet factum ſub nomine tertij, per ea quæ diximus in.l. 1. ſupr. gl. fin. num.54. Et idē eſſet ſi datum eſſet filio vnico titulo meliorationis, ſeu donationis irreuocabilis cum grauaminibus huius legis. Quia natis alijs valerent grauamina, vt ibi etiam diximus, nu. 53.

Tertio, communis concluſio ſupra in princ. propoſita non procedit in ijs omnibus caſibus in quibus legitima filij ſolet grauamina recipere, in ijs enim recipiet & tertiū relictū filio
9 vnico. *Inter quos ille eſt principalis, quādo impoſsita ſunt cū ipſius filij cōſenſu. Ex gl. ver b. iuditiū, in.l. ſi quādo. §. & generaliter. C. de inoffi. teſta. Quā ſequūtur ibi Bart. Salicet. & Iaſ. Alex. conſ. fin. n. 10. lib.5. Pariſ. conſ.2. n.23. lib.3. Ruin. cōſ. 56. n.7. lib.2. Guid. deciſ.96. Bened. in cap. Raynuntius. verb. in eodem teſtament. el.2. num.18. Et eſt opinio recepta communiter. vt conſtat ex allegatis à Molin. lib.2. primogen. cap. 3. num.7. Quin & ad idem ſufficiet conſenſus tacitus, puta, quia filius per totum tempus vitæ ſuæ tacuit, & filius eius primogenitus, qui ſucceſsit in tertio vinculato, illud poſſedit iure primogenituræ ſpatio triginta annorum. Deinceps enim grauamina reijci non poterunt, ex gloſſa communiter approbata in.l. licet. C. de iure deliber. Prout tenuerunt Roder. in dict.l. quoniam in prioribus. ampl.10. nu.24. Baeç. vbi ſupra. nu.10. & Mol. lib.2. cap.11. nu.7.

10 Illud hîc prętermittēdū nō eſt, vtrū grauamina hęc vincula

&

& reſtitutiones poſsint apponi in tertio, ex pacto dotali, & valeant ſi vnicus tantum filius naſcatur. Finge in contractu matrimonij coniuges pepigiſſe, vt filius qui primo naſceretur ſuccedere in tertio, & quinto bonorum vtriuſque vinculatis, cum grauaminibus iuxta formam huius legis: deinde natum vnicũ tantum filium: an is teneatur ſtare pacto parentum, conſentireque grauamina impoſita tertio, quod eſt ipſius legitima tẽpore ſucceſsionis, licet natus non eſſet cum fuere appoſita. Et videtur, quod grauamina valeant, ex traditis à Guido, deciſio. 267. Vbi tenet pactum dotale in contractu matrimonij, quod filius maſculus, naſciturus ſuccedat in talibus bonis præcipuis, valet in vim primogenituræ, per text. in. l. Diui. C. de natu. liber. verſic. *pactis, quæ matrimonij tempore, &c.* Imo & in omnibus bonis, retento vſufructu, valere tale pactũ tradit Boer. deciſsione. 172. num. 4. poſt Bellame. deciſio. 17. & ſequitur Bene. in cap. Raynuntius. verbo. duas habens filias. num. 198. & verbo. ſobolem quam geſtabat in vtero. numero. 49. & 50. & Purpu. in. l. fin. numero. 221. C. de pactis. Qui omnes referunt, (quod in Gallia, & partibus vltramontanis: genus hoc primogeniorum eſt in vſu frequenti. Sed quidquid ſit in Gallia apud nos hæc nec in vſu ſunt, nec iure probantur. Cum legitima filiorum nullo pacto parentum infringi, aut grauamina recipere poſsit. d. l. quoniam in prioribus. Quo fit, vt pactum, quod primogenitus ſuccedat in tertio & quinto vinculatis defendatur eo caſu, quo de iure poteſt, ſcilicet, quoad quintum. Quoad tertium tamen ita demum ſi contingat non eſſe legitimam. Quod ſuccedet natis ad minus duobus liberis. Si autem vnicus tantum naſcatur, tertium legitima eſt ipſius, nec grauamina recipit. Pactum autem illud, vt ſuccedatur in omnibus bonis vinculatis nato vnico filio, ab omni iure alienum eſt. Natis autem pluribus ſuſtinebitur in tertio & quinto, vt diſpoſitio ſeruetur meliori modo quo poſsit, per ea quæ diximus ſupra in. l. 1. gloſſ. fin. numero. 34.

GLOSSA SEPTIMA.

Filius illegitimus an ſit vocandus præciſſè in ſubſtitutionibus tertij poſt filios legitimos, excluſsis aſcendẽtibus,

Gra-

1 *Grauamina non poßunt apponi in tertio filio vnico legitimo, in fauorem naturalis.*
2 *Legitimati vocandi ſunt in ſubſtitutionibus tertij, ſtatim poſt legitimos.*
3 *Filius illegitimus an ſit vocandus præciſſe in ſubſtitutionibus tertij, poſt legitimos, excluſis aſcendentibus. Quod non.*
4 *Mater tenetur vocare filios illegitimos in ſubſtitutionibus tertij poſt filios legitimos, excluſis aſcendentibus.*
5 *Illegitimi non admittuntur in ſubſtitutionibus tertij, extantibus deſcendentibus meliorantis.*

1 ENtre ſus deſcendientes ilegitimos. Proſequitur retento eodem themate, quod diximus in gloſ. præcedente, ſcilicet, quod melioratio nõ fuit facta filio vnico: ſed quod tempore mortis meliorati deceſſerant iam alij filij, vel deſcendentes legitimi meliorantis. Nam ſi extarent, deueniri non poſſet ad illegitimos. Vnde ſi vir, vel fœmina haberet filium vnicum legitimum, & alterum illegitimum: non poſſet apponere grauamina filio legitimo in tertio, in fauorem illegitimi. Cum tertium eo caſu legitima ſit, nec alteri quam legitimo relinqui poſsit, & ſic non admittit grauamen. d. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſt.

2 Eſt tamen aduertẽdnm, quod ſi extarent filij legitimati per ſubſequens matrimonium, cum vere legitimi ſint. c. tanta. qui filij ſint legi. l. 1. tit. 13. p. 4. l. 10. tit. 8. infra. neceſſario vocandi eſſent, prius quam illegitimi, aut aſcẽdentes, &c. ſecundum Matien. hic. gloſ. 4. num. 6. Quod ſi extarent filij legitimati reſcripto principis, licet extantibus filijs aut deſcendentibus legitimis, non ſint hæredes, vt in. d. l. 10. Quia tamen eis non exiſtentibus, hæredes neceſſarij ſunt. §. quibus. de hæred. quæ ab inteſt. tradunt Gomez. num. 66. & Tello. num. 2. in. l. 12. Tauri. & Couar. in. 4. 2. p. c. 8. §. 8. num. 2. Vocandi eſſent poſt deſcendẽtes legitimos, in terminis huius legis, prius quam alij naturales, aut conſanguinei.

3 Omnes agnoſcunt in litera huius text. filium illegitimum poſt deſcendentes legitimos, præciſſe & neceſſario vocandũ, eſſe à patre, & præferendum aſcendentibus, & conſanguineis, in hac vocatione, & grauamine tertij: aut quod tertium aliter grauamen non recipiat. Ex verbis legis. *con tanto.* & ibi. *y que de otra manera.* prout eſſe cõmunem opinionem fatetur Mati. gl. 5.

Quod.

4 Quod in matre, quæ habeat filios naturales, vel ſpurios, cuiuſcunq; generis (dũmodo non ſint ex coitu dãnato. pœna mortis) manifeſtum eſt, & deciſsio plane procedit. Cum ſit conſona. l. 7. tit. 8. infra, qua decidit dictos filios ex teſtamẽto, & ab inteſtato eſſe hæredes neceſſarios matri, & aſcendentibus ipſius præferendos. Prout etiam poſt huius operis primam ædi tionem ſequitur Azeb. hic. nu. 8. Ceterũ, quo ad patrem, quãuis omnes filij illegitimi ſint incapaces, niſi ratione alimentorum: quia tamẽ filius naturalis capax eſt: In eo deciſsio aſpera eſt, & cõtra iuris regulas. Quibus filiũ naturalem aſcendentibus præferri nõ poſſe, ſtatuitur, niſi ex ſpontanea & libera volũtate patris. l. 8. tit. 8. infra. Secundũ qd videbatur, vt quãuis patre volẽte, filijs legitimis poſſet ſubſtitui in tertio filius naturalis, & præferri aſcendentibus: pater autẽ inuitus nõ poſſet ad id cogi, prout tx. videtur ſtatuere. Tello hic qui magis rẽ ſcrutatur, poſt obiectas mille difficultates, quib9 deciſsio irrationabilis, & volũtaria ſibi videtur, tandẽ cõmuni intellectui ſucumbit aſſerens ſe veram legis rationem non capere. Quem etiam ſequitur Mati. gl. 5.

Sed in contrarium poſſunt induci verba huius tx. ibi. ꝗ *ayan derecho de los poder heredar*. Quibus licet noſtrates intellexerint ſolũ excludi eos, qui capere nõ poterãt. ideſt, incapaces, vt iſti vocari nõ poſsint: cæteros autẽ illegitimos, qui capere poſsẽt, de quorũ numero eſt filius naturalis, neceſſario eſſe vocãdos, & aſcẽdentibus præferẽdos: proprius tamẽ videtur naturales etiã excludi. Cũ ſit diuerſũ quẽ nõ habere ius ſuccedẽdi (quo termino lex vtitur) & incapacẽ eſſe (quo noſtrates vtũtur) vt apparet in filio naturali (de quo eſt quęſtio) qui licet capax ſit ius tamẽ ſuccedendi contra patris voluntatem nõ habet. Et ſic attento rigore verborũ, nõ ſolũ pręciſſe vocandus non videtur, ſed imo neceſſario excludendus, cum non habeat ius ſuccedendi. Pro quo etiã poteſt induci. l. 1. tit. 8. infra. illis verbis ꝗ *ayan derecho de los heredar*. Quæ ſolum verificantur in illegitimis, caſu quo ſint hęredes neceſſarij, puta, reſpectu matris, nõ extantibus legitimis, vt in. d. l. 7. eiuſdẽ tit. Et tunc obſtat. d. l. 8. qua diſponitur filiũ naturalem ex voluntate patris legitimum eſſe hæredem, aſcendentibuſque poſſe præferri, ne dum in tertio, ſed & in cæteris bonis. Cui poſſet reſponderi, quod procedit non ſtantibus filijs legitimis. Ij enim quemadmodum pręclu-

præcludunt viam ſucedendi naturali, ita etiam & ſubſtituendi in tertio.

Mihi videtur difficultatē verſari in intellectu horū verborū *que hayan derecho de les poder heredar.* Quæ non ſunt omnino ſimilia verbis.d.l.1.Ibi enim ſolum dicitur. *que hayan derecho de los heredar.* vt ſolum comprehēderet illigitimos reſpectu matris, qui etiam matre nolente, & etiam extantibus aſcendentibus ſunt hæredes neceſſarij in defectum legitimorum, vt in.d.l.7. Hæc vero lex aliter loquitur. *que ayan derecho de los poder heredar.* Quibus verbis complexa eſt neceſsitatem vocandi in eo, qui neceſſarius eſſet in verbis. *que ayan derecho.* & complexa eſt etiam poſsibilitatem, in eo qui erat voluntarius, in verbis. *poder heredar.* Vt ſit ſenſus, quod non extantibus legitimis vocētur illigitimi ad ſubſtitutionem tertij, eo modo & ordine, quo ipſis cōpetit ius ſuccedendi. Ad cuius iuris ſuccedendi normā, & equiparationē lex voluit regulari hāc vocationem, ſeu ſubſtitutionē in tertio. Atq; ita filius naturalis vel ſpurius reſpectu matris, neceſſario vocandus eſt. Quia eius ſucceſsio neceſſaria eſt. Filius autē naturalis reſpectu patris volūtariè vocandus eſt, ſcilicet, ſi pater velit, quia eius ſucceſsio voluntaria eſt, vt in.d.l.8. Qui intellectus verbis tex. & iuri conſonus & neceſſarius eſt, cum aliter prædicta iura concordari non poſsint, nec difficultas ſubterfugi. Quamuis diſplicuerit Azeb.hic.nu.44.

5 Illud aduertendum eſt, quod iam dixi, & nunc repeto, hanc vocationem illigitimi in ijs ſubſtitutionibus tertij ſolum habere locum poſt extinctos omnes deſcendentes legitimos meliorantis, prout lex expreſſe dicit. Quod eſt vtile ad id quod notabimus infra gloſſ.9.

GLOSSA OCTAVA.

Aſcendentes quo loco ſint vocandi in ſubſtitutionibus tertij.

1 *STantibus ſolis aſcendentibus, tertium liberum eſt, & recipit quæcumque grauamina.*

2 *Stantibus filijs naturalibus bona recipiunt quæcumque grauamina.*

3 *Inſtitutis filijs naturalibus, extranei aut conſanguinei ſubſtitui non poſſunt in præiudicium aſcendentium teſtatoris, niſi in tertio.*

4 *Aſcendentes ſubſtituti filijs naturalibus, in ſolo tertio poſſunt grauari.*

Aſcen-

A*Scendientes*. Proſequitur retento eodem themate, quod diximus in gloſ. pręcedenti, ſcilicet, quod melioratio fuit facta vni ex filijs vel deſcẽdentibus legitimis. Tũc enim in grauaminibus tertij ſeruandus eſt ordo huius text.
1 Quia tertiũ legitima eſt inter filios.* Si tamen teſtator haberet ſolos aſcendentes: tertium relinqui poterit extraneo, & recipiet quæcunque grauamina. l. 1. tit. 8. infra. Et huc tendunt
2 quæ hic tradit Caſtillo. nu. 38.* Idem erit ſi pater careret filijs, & deſcendentibus legitimis, haberet autem naturales, quibus neceſſario non erant bona relinquenda: ſi vni eorum tertium prælegauerit, adlibitum poterit ponere quęcunque grauamina. Secundum Tello. hic. nu. 14. Cum & in omnibus bonis id poſſit: cũ eorum ſucceſsio ſit voluntaria vt in. l. 8. tit. 8. infra. Si tamen illegitimi eſſent hæredes neceſſarij, vt reſpectu matris, vt in. l. 7. eo. tit. in eis ſeruaretur deciſsio huius tex.
3 Sed quamuis filio naturali hęredi inſtituto poſsint apponi quęcunque grauamina, & ſubſtitutiones: ſi tamen extarent aſcendentes, valerent quidem grauamina, & ſubſtitutiones inter filios naturales, & eorum prolem, etiam naturalem, iuxta tradita per Gomez. nu. 6. in. l. 10. Taur. Poſt eos autem bona (vltra tertium) non reciperent alios ſubſtitutos, excluſsis aſcẽdentibus. Quia ij conſanguineis & extraneis pręferendi eſſent. cum ſublatis de medio naturalibus, per quos aſcendentes poſſunt excludi ex dict. l. 8. eorum iura ſalua remanent, vt ſua legitima ſine vllo grauamine debeatur, excluſis ſubſtitutis. Quamuis enim, ſi bona filio naturali libera relinquerētur, poſſet & ipſe de illis libere diſponere, etiam excluſſo auo, cum nõ ſit hæres neceſſarius (prout nec nepos illi) ex dict. l. 8. ex diſpoſitione tamen parentis, quemadmodum non valeret inſtitutio conſanguineorum, aut extraneorum, in præiuditium aſcendentium ex d. l. 8. ita nec ſubſtitutio facta filio naturali. Eſt enim ſecunda inſtitutio. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de vulg. l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad. l. Falc. Vt qui non poſsit inſtitui, nec etiam ſubſtitui, vt arguit Bart. in. l. 2. num. 2. C. de ijs qui ſunt ſui.
4 Quinimo, etiamſi in propoſita ſpecie eſſent expreſſe ſubſtituti aſcendentes poſt filios naturales, & eorum prolem: poſt aſcendentes autem eſſent ſubſtituti cõſanguinei, vel extranei: extinctis naturalibus ſine prole, legitima deberetur aſcendentibus

tibus libera ab omni grauamine, & ſubſtitutione. Cum enim ſubſtitutio, extinctis naturalibus, deuenerit ad caſum, à quo incipere non poterat, euaneſcit. l. ſi in metallum. ff. de ijs quæ pro non ſcriptis. l. exiſtimo. in fin. principij. l. pluribus. §. ſi placeat. de verborum. Suſtineretur tamen tunc grauamen in tertio, de quo deſcendens poterat diſponere in præiudicium aſcendentium, ex. d. l. 8. iuxta text. in. l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoſ. teſta. & ea quæ diximus ſupra. gloſ. 1. num. 3.

GLOSSA NONA.

Conſanguinei quo loco ſint vocandi in ſubſtitutionibus tertij. Et qui ſint ij conſanguinei.

1 *Vocatio conſanguineorum libera eſt in ſubſtitutionibus tertij, non ſeruata proximitate.*
2 *Linea vltimi poſſeſſoris ſemper attenditur ad inquirendum proximiorem.*
3 *Tranſuerſalis in propoſito huius text. dicitur reſpectu inſtitutoris, non vltimi poſſeſſoris.*
4 *Ad excludendum filium naturalem vltimi poſſeſſoris à vinculo tertij, ſufficit quilibet tranſuerſalis, qui deſcendat à primo inſtitutore.*
5 *Niſi ille tranſuerſalis ſit etiam naturalis, vel deſcendat à naturali.*
6 *Repræſentatio habet etiam locum inter illegitimos.*

1 Entre *ſus parientes.* Quos voluerit. Nam libera eſt hæc vocatio conſanguineorum, quemadmodum & deſcendentium, vt dixi ſupra gl. 5. nu. 1. Atque ita licet finitis deſcendentibus, & aſcendentibus, teneatur vocare conſanguineos vt hic: non tamen tenetur ſeruare ordinē proximitatis in hac vocatione. l. vnum ex fami. §. ſi de falcidia. de lega. 2. l. filius fami. §. cum pater. de legat. 1. Cum late traditis per Tiraq. de retractu. lib. 1. §. 1 1. gloſ. 6. nu. 7. & Moli. lib. 2. primog. c. 5. nu. 5. & Mieres. 1. p. q. 72. & Gute. lib. 2. q. 67. nu. 4. & Azeb. hic nu. 52.* De conſuetudine autem quoties vincula hæc & ſubmiſ-
2 ſiones fiunt, ſemper vocatur proximior, maſculus, maior, prælata ſemper linea vltimi poſſeſſoris. Qui attendendus eſt ad inquirendum proximiorem. c. 1. de natu. ſucceſ. feu. vbi notant communiter Doctores. ſecundum Afflictis num. 77. Socin. in. l. ſi cognati. numero. 40. de rebus dub. Rollan. conſilio. 100.

22 Et hæc concluſio ex eadem ratione procedet in nepotibus ex fratribus, quia licet ab inteſtato præferantur nepotes ex fratribus vtrinque coniunctis. vt in. d. authen. ceſſante. inſtitutis tamen ſobrinis omnes venient, & cenſebuntur vocati. Cum conſtituant eundem gradum, & comprehendantur ſub eodem vocabulo, & in eis militet eadem ratio, quæ in fratribus.*

23 Procedet etiam â fortiori, quoties eſſent inſtituti fratres, vel ſobrini omnes. Dictio enim illa vniuerſalis omnem dubitationem tollit, & teſtatorem neminem excludere voluiſſe ſignificat. l. â procuratore. C. mâda.*

24 Et multo â fortiori, ſi cum teſtator haberet duos tantum vtrinque coniunctos fratres, inſtituerit fratres ſuos omnes. Nam cum pluralis loquutio duorum numero contenta ſit. l. vbi numerus. ff. de teſti. Vniuerſalis illa (omnes) ſuperflua eſſet, niſi ad eos extenderetur, qui vno tantum latere iunguntur. l. ſi quando. de lega. 1. Et idem eſſet per conſequens quando haberet vnum fratrem vtrinque coniunctum. Quia inſtitutio fratruum non poſſet niſi de omnibus intelligi.

GLOSSA SEXTA.

Filius vnicus an poſsit meliorari, & grauari in tertio. Et quid in nepote. Et tertium quando recipiat grauamina, cum exemplis.

1 *Filius vnicus non poteſt meliorari, nec tertium tunc grauamina recipit.*
2 *Vnus ex pluribus nepotibus ex vnico filio poteſt meliorari.*
3 *Vnicus nepos ex vnico filio poteſt meliorari, tam ipſe, quam filius.*
4 *Tertium ſemper recipit grauamina, quoties non eſt præciſſe relinquendum vni.*
5 *Filius vel nepos poſthumus, extante altero filio vnico, an poſsit meliorari ipſe, vel filius.*
6 *Grauamina poſſunt apponi filio vnico heredi in tertio, extante altero quamuis rite exhæredato.*
7 *Grauamina impoſita tertio reijciuntur, ſi tempore mortis filius reperiatur vnicus.*
8 *Grauamina impoſita filio vnico in tertio conſeruantur natis alijs.*
9 *Grauamina appoſita conſenſu filij in legitima valent.*
10 *Pactum dotale, vt filius maior naſciturus habeat tertium vinculatum, non nocet filio vnico.*

Y a falta:

1 YA *falta dellos*. Hic videtur tex. expreſſus contra noſtrorum opinionem, qui vnanimes aſſerunt filio vnico non poſſe fieri meliorationem tertij, nec tertium poſſe tunc recipere aliquod grauamen. Quod tenuit Lupus hìc. num. 23. Gomez. in l. 17. Taur. num. 19. Bernar. Diaz. regul. 213. Fallen. 4. Gregor. in l. 8. tit. 4. par. 5. Peralt. in l. Titia. §. Lutius. nu. 16. de legat. 2. Couar. lib. 2. variar. cap. 19. nu. 3. Didacus Perez ad Seguram in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. nu. 88. de legat. 2. Anton. Padilla. in l. cum virum. nu. 2. C. de fidei commiſ. Tello. in l. 18. Taur. nu. 2. Baeç. de non meliorā. filia. cap. 9. num. 7. Molin. lib. 2. primogen. cap. 11. nu. 3. Anton. Lara in l. ſi quis à liberis. §. parens. nu. 43. de liber. agnoſ. Matiē. in l. 2. ſupra gloſ. 3. num. 3. & poſt huius operis primam æditionem. Guter. in lib. 2. practi. quæſt. 54. Mouentur, quia tertium eſt legitima inter filios, nec deſinit eſſe legitima, niſi quādo vnus eſt in eo melioratus. Quæ melioratio cum dicat prælationem, non cadit in ſilio vnico, qui non habet cui præferatur l. vnum ex familia. l. cum quidam. la. 2. l. cum pater. §. à filia. de legat. 2. l. in fideicommiſſariam. §. ſi legatum. ff. ad Trebellian. l. vtrum. la. 2. de aſsig. liber. §. 2. Inſtit. eo. Cum itaque ſit legitima, nec filius in eo videatur honoratus, ex quo ſuum recipit, quod ſibi adimi non poteſt, non debet poſſe grauari. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamen. l. ab eo. C. de fideicom miſ. & huc tendunt huius opinionis fundamenta, quæ refert Gomez. vbi ſupra.

Contrariam ex noſtris primus omnium tentauit Parla. c. 7. quæſt. quoti. vbi pro poſſe conatur defendere filium vnicū poſſe grauari in tertio ſecundum formam huius tex. reliquoſque in hanc partem trahere. Quæ etiam poſt huius operis primam æditionem placuit Spino in ſpeculo teſtam. gloſ. 18. nu. 15. Quim & Gomez. in l. 17. Taur. nu. 23. aſſerit diu ſe intellexiſſe, quod ad hoc, vt tertium riciperet ſubſtitutiones huius tex pro forma requirebatur, quod tempore factæ meliorationis non eſſet alter deſcendens, quam ille, qui meliorabatur. Et quod poſtea altius cogitando ſibi viſſum eſt contrariū, vt ſufficiat etiamſi eſſent alij deſcendentes. Tum, quia in vno & altero caſu eſt eadem ratio. Tum, quia eſſet nimia reſtrictio ad hanc legem. Per quæ ſignificat filio vnico poſſe apponi grauamina in tertio, iuxta formam huius legis: imo hunc caſum

pro minus dubitabili ponit: & refert quod ita tenuit maior pars doctorum, in quodam examine. Et pro hac parte inducitur text. iſte. his verbis. *y a falta dellos*. Quibus præcipitur filio meliorato ſubſtitui alterum filium aut deſcendentem, & eo nõ exiſtente, aſcendentes, & conſanguineos, &c. Ergo filio, qui non habet fratrem, ſed eſt vnicus deſcendens patri ſuo, poſſunt in tertio apponi grauamina huius legis in fauorem aliorum, de quibus hic.

Et hæc pars re vera æquitati conſona eſt, cum quo minor eſt numerus filiorum, amplior ſolet à lege parenti de bonis diſponendi facultas concedi, auth. nouiſsima. & in corpore, vnde ſumitur. C. de inoff. teſta. Et facultas conceſſa parenti imponẽdi grauamina in tertio. mitius exæquitur in filio vnico, cui reliqua bona libera relinquuntur, quam in vno ex pluribus, cui poſt tertium ablatum, neceſſum eſt reliqua cum fratribus diuidere, Vt vel ſic, maior ratio eandem expoſtulet deciſionem. l. illud. ad. l. Aquiliam. Nec filius poteſt conqueri, cui tertium non adimitur. Solum in eo ex forma legis iuſte grauatur in fauorem eorum, quos lex ad ipſius ſucceſsionẽ ab inteſtato vocat, vt patet ex tx. & quos ipſi dilectos futuros præſumit. l. conficiuntur. de iure cod. Et æquiſsimum eſt eam facultatem parẽti, potius tribui, cui fortuna, labor, induſtria, opes contulerũt, & alios natura filios denegauit in eiuſdem filij vnici ampliorẽ ſucceſsionem, quam eidem filio, qui tertium libere relictum impeius forſam conuertet. Et huic opinioni iura non contradicunt, quin potius text. iſte iſtis verbis non obſcure aſtipulatur. Et adhuc nunquam audiui pro vna vel altera parte à ſummis iudicibus eſſe pronunciatum, nec caſum in facti contingentia ſucceſsiſſe, nec parentes auſos filio vnico grauamina imponere in tertio, quod non ſine iuxta ratione tentaſſent, vt iudicum ſententiam experiremur.

Interim defendendo communẽ opinionem poterit huic legi reſponderi, quod ijs verbis non reſpexit ad tempus factę meliorationis in teſtamento, vel contractu. Eo enim tempore neceſſum eſt, quod exiſtãt alij fratres, quorũ reſpectu poſsit hic meliorari, & grauari. Sed reſpexit ad tempus mortis meliorati, vt ſi tunc non extarent prædicti fratres ſuccedant alij, de quibus hic. Qui videtur verus legis intellectus, vt colligitur ex eius p. inc. pio, vbi loquitur in melioratione vnius inter plures.

Et

1 Et tenendo hanc opinionem eam primo intellige, vt melioratio non valeat quoad hoc, vt tertium recipiat grauamina huius legis, non autem erit inefficax quoad alia, quæ ſunt vtilia filio. Qualia ſunt ea, de quibus dixi in.l.1.ſupra gloſ. 10.num. 30.&.l.5.glo.1.nu.6.

2 Secundo limita, quando ex vnico filio extarent plures nepotes. Quia vnus eorum poterit meliorari, & grauari in tertio, ſecundum Coua. Molin. Matien. Tellium, & Gute. ſupra relatos. Quidquid dicat Lupus hic, numero.23. & Gomez. vbi ſupra. Quorum opinio confunditur ex.l.2.ſupra. vbi latius proſequitur Tell.

3 *Sed quid ſi ex vnico filio extaret vnicus nepos? poterit ne fieri melioratio tertij alterutro? Supra citati inſ.unt non poſſe, ex quo requirunt, quod extent plures nepotes, vt vnus ex eis poſsit meliorari, vt explicat Gomez. vbi ſupra.num.19. in fine. Sed credo poſſe fieri, & quod vel filius vnicus, vel nepos vnicus ex eo, poterit meliorari in tertio, & in eo grauari, ſecundum formam huius legis. Quod deducitur ex.d.l.2.ſupra. vbi nepos eſt capax meliorationis, etiam ſi pater ſit viuus. Cũ igitur extent duæ perſonæ capaces meliorationis, iam datur perſona cuius reſpectu altera præferatur, & cui detur quod adimi poſſet, cuius reſpectu tanquam honorata poſsit grauari. d.l.ab eo.C.de fideicommiſſ. Nec enim ad valorem meliorationis requiritur, quod is cui melioratus præfertur extet cum eo in eodem gradu. Satis enim eſt, quod ſit capax meliorationis. Quæ non ſolum fit inter perſonas eiuſdem gradus, ſed etiam inter duos gradus. In quibus, quemadmodum extantibus pluribus perſonis amborum graduum, poſſunt meliorari omnes perſonæ vnus gradus, & valet melioratio reſpectu aliorum alterius gradus. eodem modo extantibus duabus perſonis duorum graduum, valebit in alterutra melioratio, cum ambæ ſint capaces.

4 Ex quo inferes regulam generalem ad videndũ, vtrũ tertium recipiat grauamina huius legis, vel non. Nam quotieſcũque tertiũ eſt legitima vnius, ita ꝙ alteri relinqui non poteſt, non admittit grauamina. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. Quando autem alteri relinqui poteſt, licet ſit de ijs, quibus nõ debetur legitima: tunc grauamina recipit. Quia non eſt præciſſa legitima huius, ex quo alteri dari poteſt. Ad quam regulam poſſunt reduci omnes puncti huius articuli.

Etenim ex ea infertur, quod ſiue extēt plures filij: ſiue vnicus filius, & plures nepotes: ſiue vnicus filius, & vnicus nepos ex alio, ſiue etiam ex eo: valebit melioratio in qualibet perſona, vel in quolibet integro gradu: data prælatione, vel ad perſonas, vel ad gradus: quod ſufficit.

Inde etiam infertur, quod etiam ſi inter dictas perſonas capaces meliorationis, non reſultet prælatio. Satis eſt, quod poſſit reſultare ad hoc, vt tertium recipiat grauamina huius legis. Finge patrem habentem plures filios feciſſe vinculum ex tertio, & cum in eo poſſet vnū ex filijs præferre, omnes tamen voluit æqualiter admitti, omnibuſq; extinctis prætulit lineā vnicam grauaminibus huius legis. Valebunt enim grauamina, cū tertium eo caſu non ſit legitima vnius, ſed omnium, potuiſſetque à patre cuicumque aſsignari.

5 Inde etiam inferes ſufficere filium: vel nepotem poſthumū, ad hoc, vt tertiū recipiat grauemina huius legis. Poterit enim ipſe poſthumus meliorari, cum in numero filiorum computetur. l. ſi quis filiabus. de teſta. tute. §. ſi quis filiabus. &. §. fin. inſtitu. qui dari tuto. poſſunt. l. ſi quis operis. de ope. liber. & ſit capax inſtitutionis & legati. vt in principio inſtitu. de bonorum poſſeſ. §. poſthumo. inſti. de legat. l. qui filiabus. de lega. 1. l. poſthumus. de inoffic. teſta. not. in. l. Gallus. §. ille caſus. de liber. & poſthum. Poterit etiam & filius tunc vnicus meliorari, & grauari: cum detur alia perſona capax meliorationis, quæ aperit viā meliorarioni alterius, in neceſſariam cōſequentiam, ex regula ſupra poſita. Sed hoc intelligendum eſt ſi poſthumus legitime naſcatur. Ea enim conditio ineſt in poſthumo. l. vxoris abortu. C. de poſthum. hæred. inſti. Vnde ea deficiente. tertium, tanquam legitima filij vnici reciperet grauamen, per ea quæ tradit Tiraquel. in. l. ſi vnquam. verbo. ſuſceperit liberos. num. 121. cum ſeqq. & Coſta in. c. ſi pater. verbo. ſi abſque liberis. num. 33. & 34. Quod lege Regia. 2. tit. 8. infra declaratū eſt, vt partus legitimus ſit, qui per vigintiquatuor horas vixerit, & non aliàs.

6 Filius etiā quāuis rite & recte exhæredatus ſufficiet adhoc, vt tertiū relictū alteri filio inſtituto recipiat grauamina huius l. in fauorē exhęredati, & aliorū deinceps. Nā cū ipſe exhæredatus potuerit meliorari, vt diximus in. l. 8. ſupra gl. 2. nu. 24. Imo & inſtitui, non obſtante quāuis iuſta cauſa, auth. nō licet.

C.de libe.præt.auth.vt cũ de appe.cog.§.aliud quoq; capitulũ. aperit etiam viam meliorationi alterius. Cum tertium tunc nõ ſit præciſſe relinquendum vni: & ex quo poteſt alteri dari, deſinit eſſe legitima, & recipit grauamina. Et faciunt quæ tradit gloſ.& not.DD.in.l.filius fami.§.cum quis.de lega.1.

7 Infertur etiam, quod ſi tẽpore teſtamenti extabant plures filij, & vnus fuit melioratus & grauatus: tempore autem mortis patris, is ſolus ſupereſt. grauamina impoſita tertio reijcientur, quod tunc conſtat eſſe legitimam. Nam cum legitima debeat regulari ſecundum tempus mortis. l. cum quæritur. C. de inoffi.teſt.l.Papi.§.quoniam autem.&.§.quarta autem. ff. co. & ante illud tempus non poſsit dici legitima.l.1.§. ſi impuberi.ff.de colla.bo.id tempus attendetur, ad videndum, vtrũ tertium ſit legitima, vel non.

Contrarium eſſet, ſi in contractu irreuocabili melioratio facta eſſet. Nam licet alij filij viuo patre deceſſerint, valebũt tamen grauamina fauore collateralium. Ex quo melioratio ſortita fuit effectum, qui durat, etiam ſi res deuenerit ad caſum, à quo incipere nõ poſset.l.pluribus.§.ſi placeat.ff.de verb.oblig. Imo Peral.in.l.cum pater.§.à filia.num.92.de lega.2. exiſtimauit, quod etiam ſi filio vnico fieret donatio tertij irreuocabilis in vita, cum traditione rerum, ſine reſeruatione vſusfructus, valerent grauamina impoſita, & filius teneretur conſentire, tanquam honoratus in vſufructu, & in eo, quod pater tradidit qd ante mortem non tenebatur. & quod filius præmoriendo poterat non acquirere.ex regul.d.l.ab eo.C.de fideic. Quod etiam ſequitur Molin.lib.2.primoge.cap.11.num.4. ſaltim ſi onus, non excedat honorem.

Sed verius eſt, vtroque caſu gramina non valere. Nam cum tempore mortis patris filius reperiatur vnicus: reperitur ſimiliter in legitima grauatus. Nec poteſt dici, ante id tempus meliorationem, alias irreuocabilem effectum plene ſortitam. Cum ex.l.7.ſupra remaneat ſubiecta reductioni ad tẽpus mortis, propter legitimam, quæ eo tẽpore, & ſecundum id tempus debetur, & metienda eſt.l.cum quæritur.C.de inoffi.teſta.Nõ obſtat, quod filius etiam tempore donationis vnicus videatur honoratus, ex conſideratione Pera.& Moli. Quoniã honor ille non eſt ſufficiens, vt poſsit in legitima grauari. Quæ cum plenoiure in proprietate & vſufructu relinquenda ſit, vt in auth.

ti tertiũ legitima etat, vt quia tãtum extabat filius vnicus, cui in eo fuere adiecta grauamina, iuxta formam huius legis: tempore autem mortis legitima non ſit, quia alij filij nati reperiãtur: valebũt grauamina, cũ etiã valeat prælegatũ. Quãuis enim filij, tãquã præteriti, rũperẽt teſtamẽtũ: cõſeruaretur tamẽ prælegatũ, & grauamina: cũ ex eis ſecũdũ formã huius tex. adiectis præſumatur factũ ſciẽter, & habita memoria filiorũ futurorũ, quos in defectũ vocauit, per ea quę diximus in.l.8. ſupr. gl.2.n.19. de prælegato relicto titulo meliorationis. Sed ſi ex grauaminibus adiectis nõ poſſet colligi memoria filiorũ futurorum, vt quia non ſeruauit ordinem huius text. ſed præcepit reſtitui conſanguineo, aut extraneo: filij ſuperuenientes (tanquam ignoranter præteriti) rumperent etiam prælegatũ, vt ibi etiã dicebamus. nu.22. Nõ obſtãte, quod prælegatũ eſſet factum ſub nomine tertij, per ea quæ diximus in.l. 1. ſupr. gl. fin. num.54. Et idẽ eſſet ſi datum eſſet filio vnico titulo meliorationis, ſeu donationis irreuocabilis cum grauaminibus huius legis. Quia natis alijs valerent grauamina, vt ibi etiam diximus. nu. 53.

Tertio, communis concluſio ſupra in princ. propoſita non procedit in ijs omnibus caſibus in quibus legitima filij ſolet grauamina recipere, in ijs enim recipiet & tertiũ relictũ filio

9 vnico. *Inter quos ille eſt principalis, quãdo impoſsita ſunt cũ ipſius filij cõſenſu. Ex gl. verb. iuditiũ, in.l. ſi quãdo. §. & generaliter. C. de inoffi. teſta. Quã ſequũtur ibi Bart. Salicet. & Iaſ. Alex. conſ. fin. n. 10. lib.5. Pariſ. conſ.2. n.23. lib.3. Ruin. cõſ. 56. n.7. lib.2. Guid. deciſ.96. Bened. in cap. Raynuntius. verb. in eodem teſtament. el.2. num. 18. Et eſt opinio recepta communiter. vt conſtat ex allegatis à Molin. lib.2. primogen. cap. 3. num.7. Quin & ad idem ſufficiet conſenſus tacitus, puta, quia filius per totum tempus vitæ ſuæ tacuit, & filius eius primogenitus, qui ſucceſsit in tertio vinculato, illud poſſedit iure primogenituræ ſpatio triginta annorum. Deinceps enim grauamina reijci non poterunt, ex gloſſa communiter approbata in.l. licet. C. de iure deliber. Prout tenuerunt Roder. in dict.l. quoniam in prioribus. ampl. 10. nu.24. Baeç. vbi ſupra. nu. 10. & Mol. lib.2. cap. 11. nu.7.

10 Illud hîc prętermittẽdũ nõ eſt, vtrũ grauamina hęc vincula

&

& reſtitutiones poſsint apponi in tertio, ex pacto dotali, & valeant ſi vnicus tantum filius naſcatur. Finge in contractu matrimonij coniuges pepigiſſe, vt filius qui primo naſceretur ſuccedere in tertio, & quinto bonorum vtriuſque vinculatis, cum grauaminibus iuxta formam huius legis: deinde natum vnicũ tantum filium: an is teneatur ſtare pacto parentum, conſentireque grauamina impoſita tertio, quod eſt ipſius legitima tẽpore ſucceſsionis, licet natus non eſſet cum fuere appoſita. Et videtur, quod grauamina valeant, ex traditis à Guido, deciſio. 267. Vbi tenet pactum dotale in contractu matrimonij, quod filius maſculus, naſciturus ſuccedat in talibus bonis præcipuis, valet in vim primogenituræ, per text. in l. Diui. C. de natu. liber. verſic. *pactis, quæ matrimonij tempore, &c.* Imo & in omnibus bonis, retento vſufructu, valere tale pactũ tradit Boer. deciſsione. 172. num. 4. poſt Bellame. deciſio. 17. & ſequitur Bene. in cap. Raynuntius. verbo. duas habens filias. num. 198. & verbo. ſobolem quam geſtabat in vtero. numero. 49. & 50. & Purpu. in. l. fin. numero. 221. C. de pactis. Qui omnes referunt, (quod in Gallia, & partibus vltramontanis: genus hoc primogeniorum eſt in vſu frequenti. Sed quidquid ſit in Gallia apud nos hæc nec in vſu ſunt, nec iure probantur. Cum legitima filiorum nullo pacto parentum infringi, aut grauamina recipere poſsit. d. l. quoniam in prioribus. Quo fit, vt pactum, quod primogenitus ſuccedat in tertio & quinto vinculatis defendatur eo caſu, quo de iure poteſt, ſcilicet; quoad quintum. Quoad tertium tamen ita demum ſi contingat non eſſe legitimam. Quod ſuccedet natis ad minus duobus liberis. Si autem vnicus tantum naſcatur, tertium legitima eſt ipſius, nec grauamina recipit. Pactum autem illud, vt ſuccedatur in omnibus bonis vinculatis nato vnico filio, ab omni iure alienum eſt. Natis autem pluribus ſuſtinebitur in tertio, & quinto, vt diſpoſitio ſeruetur meliori modo quo poſsit, per ea quæ diximus ſupra in. l. 1. gloſſ. fin. numero. 34.

GLOSSA SEPTIMA.

Filius illegitimus an ſit vocandus præciſſè in ſubſtitutionibus tertij poſt filios legitimos, excluſsis aſcendẽtibus,

Gra-

1 *Grauamina non poßunt apponi in tertio filio vnico legitimo, in fauorem naturalis.*
2 *Legitimati vocandi ſunt in ſubſtitutionibus tertij, ſtatim poſt legitimos.*
3 *Filius illegitimus an ſit vocandus præciſſe in ſubſtitutionibus tertij, poſt legitimos, excluſis aſcendentibus. Quod non.*
4 *Mater tenetur vocare filios illegitimos in ſubſtitutionibus tertij poſt filios legitimos, excluſis aſcendentibus.*
5 *Illegitimi non admittuntur in ſubſtitutionibus tertij, extantibus deſcendentibus meliorantis.*

1 ENtre ſus deſcendientes ilegitimos. Proſequitur retento eodem themate, quod diximus in gloſ. præcedente, ſcilicet, quod melioratio nō fuit facta filio vnico: ſed quod tempore mortis meliorati deceſſerant iam alij filij, vel deſcendentes legitimi meliorantis. Nam ſi extarent, deueniri non poſſet ad illegitimos. Vnde ſi vir, vel fœmina haberet filium vnicum legitimum, & alterum illegitimum: non poſſet apponere grauamina filio legitimo in tertio, in fauorem illegitimi. Cum tertium eo caſu legitima ſit, nec alteri quam legitimo relinqui poſsit, & ſic non admittit grauamen. d. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt.

2 Eſt tamen aduertēdnm, quod ſi extarent filij legitimati per ſubſequens matrimonium, cum vere legitimi ſint. c. tanta. qui filij ſint legi. l. 1. tit. 13. p. 4. l. 10. tit. 8. infra. neceſſario vocandi eſſent, prius quam illegitimi, aut aſcēdentes, &c. ſecundum Matien. hic. gloſ. 4. num. 6. Quod ſi extarent filij legitimati reſcripto principis, licet extantibus filijs aut deſcendentibus legitimis, non ſint hæredes, vt in. d. l. 10. Quia tamen eis non exiſtentibus, hæredes neceſſarij ſunt. §. quibus. de hæred. quæ ab inteſt. tradunt Gomez. num. 66. & Tello. num. 2. in. l. 12. Tauri. & Couar. in. 4. 2. p. c. 8. §. 8. num. 2. Vocandi eſſent poſt deſcendē tes legitimos, in terminis huius legis, prius quam alij naturales, aut conſanguinei.

3 Omnes agnoſcunt in litera huius text. filium illegitimum poſt deſcendentes legitimos, præciſſe & neceſſario vocandū, eſſe à patre, & præferendum aſcendentibus, & conſanguineis, in hac vocatione, & grauamine tertij: aut quod tertium aliter grauamen non recipiat. Ex verbis legis. *con tanto.* & ibi. *y que de otra manera.* prout eſſe cōmunem opinionem fatetur Mati. gl. 5.

Quod.

4 Quod in matre, quæ habeat filios naturales, vel ſpurios, cuiuſcunq; generis (dūmodo non ſint ex coitu dānato pœna mortis) manifeſtum eſt, & deciſsio plane procedit. Cum ſit conſona. l. 7. tit. 8. infra, qua decidit dictos filios ex teſtamēto, & ab inteſtato eſſe hæredes neceſſarios matri, & aſcendentibus ipſius præferendos. Prout etiam poſt huius operis primam ædi tionem ſequitur Azeb. hîc. nu. 8. Ceterū, quo ad patrem, quāuis omnes filij illegitimi ſint incapaces, niſi ratione alimentorum: quia tamē filius naturalis capax eſt: In eo deciſsio aſpera eſt, & cōtra iuris regulas. Quibus filiū naturalem aſcendentibus præferri nō poſſe, ſtatuitur, niſi ex ſpontanea & libera volūtate patris. l. 8. tit. 8. infra. Secundū qd videbatur, vt quāuis patre volēte, filijs legitimis poſſet ſubſtitui in tertio filius naturalis, & præferri aſcendentibus: pater autē inuitus nō poſſet ad id cogi, prout tx. videtur ſtatuere. Tello hic qui magis rē ſcrutatur, poſt obiectas mille difficultates, quibꝰ deciſsio irrationabilis, & volūtaria ſibi videtur, tandē cōmuni intellectui ſucumbit aſſerens ſe veram legis rationem non capere. Quem etiam ſequitur Mati. gl. 5.

Sed in contrarium poſſunt induci verba huius tx. ibi. *q̄ ayan derecho de les poder heredar.* Quibus licet noſtrates intellexerint ſolū excludi eos, qui capere nō poterāt. ideſt, incapaces, vt iſti vocari nō poſsint: cęteros autē illegitimos, qui capere poſſēt, de quorū numero eſt filius naturalis, neceſſario eſſe vocādos, & aſcēdentibus præferēdos: proprius tamē videtur naturales etiā excludi. Cū ſit diuerſū quē nō habere ius ſuccedēdi (quo termino lex vtitur) & incapacē eſſe (quo noſtrates vtūtur) vt apparet in filio naturali (de quo eſt quęſtio) qui licet capax ſit ius tamē ſuccedendi contra patris voluntatem nō habet. Et ſic attento rigore verborū, nō ſolū pręciſſe vocandus non videtur, ſed imo neceſſario excludendus, cum non habeat ius ſuccedendi. Pro quo etiā poteſt induci. l. 1. tit. 8. infra. illis verbis *q̄ ayan derecho de les heredar.* Quæ ſolum verificantur in illegitimis, caſu quo ſint heredes neceſſarij, puta, reſpectu matris, nō extantibus legitimis, vt in. d. l. 7. eiuſdē tit. Et tunc obſtat. d. l. 8. qua diſponitur filiū naturalem ex voluntate patris legitimum eſſe hæredem, aſcendentibuſque poſſe præferri, nedum in tertio, ſed & in cæteris bonis. Cui poſſet reſponderi, quod procedit non ſtantibus filijs legitimis. Ij enim quemadmodum

pręclu-

præcludunt viam ſucedendi naturali, ita etiam & ſubſtituendi in tertio.

Mihi videtur difficultatē verſari in intellectu horū verborū *que hayan derecho de les poder heredar.* Quæ non ſunt omnino ſimilia verbis.d.l.1. Ibi enim ſolum dicitur. *que hayan derecho de los heredar.* vt ſolum comprehēderet illigitimos reſpectu matris, qui etiam matre nolente, & etiam extantibus aſcendentibus ſunt hæredes neceſſarij in defectum legitimorum, vt in.d. l.7. Hæc vero lex aliter loquitur. *que ayan derecho de los poder heredar.* Quibus verbis complexa eſt neceſſitatem vocandi in eo, qui neceſſarius eſſet in verbis. *que ayan derecho.* & complexa eſt etiam poſſibilitatem, in eo qui erat voluntarius, in verbis. *poder heredar.* Vt ſit ſenſus, quod non extantibus legitimis vocētur illigitimi ad ſubſtitutionem tertij, eo modo & ordine, quo ipſis cōpetit ius ſuccedendi. Ad cuius iuris ſuccedendi normā, & ęquiparationē lex voluit regulari hāc vocationem, ſeu ſubſtitutionē in tertio. Atq; ita filius naturalis vel ſpurius reſpectu matris, neceſſario vocandus eſt. Quia eius ſucceſſio neceſſaria eſt. Filius autē naturalis reſpectu patris volūtariè vocandus eſt, ſcilicet, ſi pater velit, quia eius ſucceſſio voluntaria eſt, vt in.d.l. 8. Qui intellectus verbis tex. & iuri conſonus & neceſſarius eſt, cum aliter prædicta iura concordari non poſſint, nec difficultas ſubterfugi. Quamuis diſplicuerit Azeb. hic. nu. 44.

5 Illud aduertendum eſt, quod iam dixi, & nunc repeto, hanc vocationem illigitimi in ijs ſubſtitutionibus tertij ſolum habere locum poſt extinctos omnes deſcendentes legitimos meliorantis, prout lex expreſſe dicit. Quod eſt vtile ad id quod notabimus infra gloſſ.9.

GLOSSA OCTAVA.

Aſcendentes quo loco ſint vocandi in ſubſtitutionibus tertij.

1 *STantibus ſolis aſcendentibus, tertium liberum eſt, & recipit quæcumque grauamina.*

2 *Stantibus filijs naturalibus bona recipiunt quæcumque grauamina.*

3 *Inſtitutis filijs naturalibus, extranei aut conſanguinei ſubſtitui non poſſunt in præiudicium aſcendentium teſtatoris, niſi in tertio.*

4 *Aſcendentes ſubſtituti filijs naturalibus, in ſolo tertio poſſunt grauari.*

Aſcen-

tibus libera ab omni grauamine, & ſubſtitutione. Cum enim ſubſtitutio, extinctis naturalibus, deuenerit ad caſum, à quo incipere non poterat, euaneſcit. l. ſi in metallum. ff. de ijs quæ pro non ſcriptis. l. exiſtimo. in fin. principij. l. pluribus. §. ſi placeat. de verborum. Suſtineretur tamen tunc grauamen in tertio, de quo deſcendens poterat diſponere in præiudicium aſcendentium, ex. d. l. 8. iuxta text. in. l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoſ. teſta. & ea quæ diximus ſupra. gloſ. 1. num. 3.

GLOSSA NONA.

Conſanguinei quo loco ſint vocandi in ſubſtitutionibus tertij. Et qui ſint ij conſanguinei.

1 *Vocatio conſanguineorum libera eſt in ſubſtitutionibus tertij, non ſeruata proximitate.*
2 *Linea vltimi poſſeſſoris ſemper attenditur ad inquirendum proximiorem.*
3 *Tranſuerſalis in propoſito huius text. dicitur reſpectu inſtitutoris, non vltimi poſſeſſoris.*
4 *Ad excludendum filium naturalem vltimi poſſeſſoris à vinculo tertij, ſufficit quilibet tranſuerſalis, qui deſcendat à primo inſtitutore.*
5 *Niſi ille tranſuerſalis ſit etiam naturalis, vel deſcendat à naturali.*
6 *Repræſentatio habet etiam locum inter illegitimos.*

1 ENtre ſus parientes. Quos voluerit. Nam libera eſt hæc vocatio conſanguineorum, quemadmodum & deſcendentium, vt dixi ſupra gl. 5. nu. 1. Atque ita licet finitis deſcendentibus, & aſcendentibus, teneatur vocare conſanguineos vt hic: non tamen tenetur ſeruare ordinẽ proximitatis in hac vocatione. l. vnum ex fami. §. ſi de falcidia. de lega. 2. l. filius fami. §. cum pater. de legat. 1. Cum late traditis per Tiraq. de retractu. lib. 1. §. 11. gloſ. 6. nu. 7. & Moli. lib. 2. primog. c. 5. nu. 5. & Mieres. 1. p. q. 72. & Gute. lib. 2. q. 67. nu. 4. & Azeb. hic nu.
2 52.* De conſuetudine autem quoties vincula hæc & ſubmiſſiones fiunt, ſemper vocatur proximior, maſculus, maior, prælata ſemper linea vltimi poſſeſſoris. Qui attendendus eſt ad inquirendum proximiorem. c. 1. de natu. ſucceſ. feu. vbi notant communiter Doctores. ſecundum Afflictis num. 77. Socin. in. l. ſi cognati. numero. 40. de rebus dub. Rollan. conſilio. 100.

num.14. Tiraquel.libr. 1.de retra.§.1i.glo. 1. num. 20. & Mincha.de ſucceſ.progre.§.26.num.11. Et eſt expreſſa.l.2.titu. 15. par.2.vbi not.Gregor.verbo.*el mas propinquo pariente*. &.l.9. titulo. 1.part.2.vbi Gregor.verbo.*de ſu finamiento*. Et eſt hæc verior & receptior opinio ſecundum Couar.ca.38. practi.num. 1.verſiculo.ſecunda concluſio.quam late examinat Molin.lib. 3.primog.c.9.

Illud in propoſito huius legis notandum eſt, quod licet in ſimilibus ſucceſsionibus lex iſta permittat vocare filios & deſcē-
3 centes illegitimos, eoſque præferre collateralibus:* & collaterales non ſolum ſoleant dici illi, qui ipſi inſtitutori trāſuerſales ſunt, ſed & ij etiam, qui licet ab eo deſcendant, ab vltimo tamen poſſeſſore non deſcendunt, ſed ei per lineam tranſuerſam coniunguntur. vt diximus in gloſſ.4.ſupra numer.10. & late
4 probat Molin.lib.3.cap.7.numero.8.* Tamen quoad iſtum finem excludendi deſcendentes naturales, qui ſint vocati, non dicentur tranſuerſales, qui ab inſtitutore deſcendunt, licet vltimo poſſeſſori per lineam tranſuerſam coniungantur. Itaque ſi decedat vltimus poſſeſſor relicto filio naturali, qui in defectum legitimorum ſit capax, & vocatus: iſte excludetur â legitimo proximiori collaterali, reſpectu vltimi poſſeſſoris, dum tamen ab inſtitutore deſcendat. Et eſt ratio, Quia deſcendentes naturales non poſſunt vocari in præiudicium deſcendentium legitimorum, vt præcipit text. Solum poſſunt præferri aſcendentibus & collateralibus inſtitutoris: non tamen collateralibus vltimi poſſeſſoris, qui ab in-
5 ſtitutore deſcendant.* Niſi ij laborent eodem vitio cum filio vltimi poſſeſſoris, vt quia ambo erant naturales, nec extarent alij collaterales legitimi deſcendentes ab ipſo inſtitutore. Tunc enim in pari cauſa, linea vltimi poſſeſſoris eſſet præferenda, ex ſuperioribus. Imo etiam ſi collateralis eſſet legitimus deſcenderet, tamen â naturali, eſſet præferendus naturalis, vltimi poſſeſſoris. Cum alter deſcendat ab infecta radice
6 per repræſentationem,* quæ etiam inter illegitimos locum habet. Vt not.Gomez. in.l.9.Tauri.numero.6. Et verſetur eadem ratio in filio legitimo ex filio naturali, ſicut in ipſomet naturali.

GLOS-

GLOSSA DECIMA.

Extranei quo loco poſſint vocari in ſubſtitutionibus tertij.

1 *Conſanguinei ſunt intra decimum gradum.*

2 *Vocatio conſanguineorum in maioratu perpetua eſt.*

2 **E***Ntre los eſtraños.* Hic iam lata via aperta eſt melioranti.
1 Cæterum extranei vocari non poterunt, niſi poſt vocatos & extinctos omnes conſanguineos. Nec liceret vocar, vnum conſanguineum, & poſt eum, alijs omiſsis, vocare extraneum. Prout nec inter deſcendenentes, liceret vno vocato & alijs omiſsis, deuenire ad conſanguineum. Eſt enim vtraque vocatio pari formis in text. Conſanguinei autem intelliguntur intra decimum gradum, vſque ad quem durat ius hoc agnationis, ſeu cognationis, ex gl. fi. in. §. fi. inſt. de ſucce. cog. & gl. in auth. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. hæred. communiter recepta per omnes ibi. ſecũdũ Oliue. in tract. de gradibus. c. 34. n. 36. Gom. in. l. 8. Tauri. nu. 5. qui in propoſito noſtri text. hoc ſpecialiter notat. ✝ Sed ſi teſtator non reſtrinxiſſet hanc vocatio-
2 nem conſanguineorum ad dictum decimum gradum, ſed vocaſſet indiſtinctè conſanguineos: & poſt eos, extraneum: vocatio conſanguineorum perpetua eſſet vſque ad centeſsimum & milleſsimum gradum: vt in maioratu reſoluit Bald. in. c. 1. de feudo Marchiæ. refert Iaſ. nu. 3. l. fi. C. vnde legi. Rode. in. l. quoniam in prioribus. in decla. l. Regni. 2. dub. n. 19. Couar. lib. 3. varia. c. 5. num. 4. Moli. lib. 1. cap. 3. num. 14.

GLOSSA VNDECIMA.

QVod melioratio poteſt diuidi tempore inter eos, quibus poteſt diuidi re. Et quod in fideicommiſſo relicto familiæ non attenditur quarta vel quinta generatio. Et quod pater nõ tenetur deſcẽdere ad omnes gradus, qui ſunt expreſsi in lege: ſed tertium in vltimo vocato remanet liberum. Et quid ſi relinquatur titulo maioratus.

1 *Melioratio poteſt diuidi tempore inter eos, quibus poteſt diuidi re.*

2 *Argumentum de re ad tempus valet.*

3 *Quarta vel quinta generatio non attenditur in fideicommiſſo, relicto familiæ.*

4 *Subſtitutiones tertij non ſunt præciſè ponendæ in omnibus gradibus expreſsis in lege.*

5 Tertium in vltimo ſubſtituto remanet liberum.
6 Maioratus, an finiatur in vltimo vocato, an in vltimo de familia, & numero. 9.
7 Maioratus natura eſt, vt bona in familia perpetuo conſeruentur.
8 Maioratur fauorabiles ſunt.
10 Diſpoſitio non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonā.
11 Prohibitio alienationis etiam cauſa conſeruādæ familiæ non egreditur perſonas expreſſas. nu. 12.
13 L. cum ita. §. in fideicommiſſo. de leg. 2. declaratur.
14 Dictio (perpetuo) non operatur extenſionem vltra perſonas nominatas.

1. PAra ſiempre, o por el tiempo, &c. Hoc relinquitur arbitrio meliorantis, cui permittitur diuidere meliorationem, reſpectu temporis inter duos, quemadmodum poteſt diuidere res ipſas meliorationis, inter duos, vt valeat argumentum de re ad tempus. Ex Bar. in. l. vnum ex fam. §. ſed ſi fundum. de legat. 2. Quem ſequuntur omnes ſecundum Segur. ibi nu. 158. Per tex. in eadem lege. §. ſi duos. & notat Bald. in. §. rogo. eiuſdem legis. Et Roder. in. l. quoniam in prioribus. in decla. l. Regni. quæſtione. 5. Caſtillo. hic. numero. 10. & 48. & Ciſuent. num. 5. Deducentes in propoſito huius legis, quod pater poterit meliorare pro decem annis, & poſtea quod reſtituat alteri fratri, prout probat text. iſte. Quod ſane intelligendum eſt, dummodo, qui ſubſtituitur poſt tempus exiſtat in eodem gradū, ſeu ordine vocationum huius legis. Alias enim non licebit meliorare vnum ex filijs legitimis ad decennium, vt poſtmodum reſtituat illegitimo, vel conſanguineo.

2 *Sed licebit diuidere tempus inter perſonas, inter quas poſſet diuidi melioratio, vt recte procedat argumentum de re ad tēpus, de quo per Bart. in. l. miles ita. §. & quia diximus de milit. teſta. per tex. ibi vbi notant omnes.

3 Addit præterea tex. in propoſito, in huiuſmodi vinculis non attendi quartam vel quintam generationē. Quod eſt iuxta communem doctrinam Iacob. & bello viſo. Bar. & Angel. in authen. de reſtit. fidei. §. nos igitur. limitantium diſpoſitionem illius tex. Quatenus præcipit, vt ſimile fideicommiſſum, non excedat quartam generationem, vt procedat, niſi teſtator aliud voluerit. Quorum opinio communis eſt ſecundum Iaſ. in. l. filiusfami. §. diui. 2. lectu. num. 155. de lega. 1. Rode. in. l. quoniā

quoniam in prioribus.2.limit.ad.l.Regiam.Segur.in.l. filius. nu.108.de verbor.Couar.lib.3. variar.cap.5.nu.4. Tello hic & Moli.lib.1.cap.4.nu.30.Quorum opinio in hac lege appro batur in omni inſtitutione vinculi,aut maioratus, ſecundum eoſdem Tellum.& Moli.

4 Ex his etiam verbis finalibus huius tex.quibus iſta vincula vel in perpetuum,vel pro tempore, quo pater voluerit,valere diſponitur, colligitur: quod quamuis in ſubſtitutionibus tertij ordo huius text.non poſsit prȩuerti,vt ſupra dicebamus. gloſſ.4. non tamen tenetur pater deſcēdere ad omnes gradus, qui ſunt expreſsi in lege.Cum id ſuo arbitrio relictum ſit, vt quemadmodum poſsit vinculum perpetuum facere, ita etiam temporale, pro tempore quo voluerit. Quibus verbis comprehenduntur etiam gradus & perſonæ, quas teſtator voluerit. Valet enim argumentum de tempore ad perſonas, & è contra.l.qui plures liberos. ff. de vulgar. cum ſit eadem ratio. Quod & ſignificat text. in verbis, *ſin diferencia de*

5 *quarta ni de quinta generacion.** Vnde ſi poſt ſubſtitutos aliquos, vel omnes deſcendentes non procederet vltra:bona nō tranſi rent ad alios deſcendentes,vel tranſuerſales,ſed vinculum fini retur in vltimo vocato,& in eo bona remanerent libera. l. qui ſolidum.§.predium.l.cum pater.§.libertis. deleg. 2.l. pater filium.§.fundum Titianum.deleg.3.l. quoties ab omnibus. C. de fideicom.& ibi notat.& tradit Decius.conſ.182.Nat. cōſ. 470.lib.2 Peralt.in.l.3.§.qui fideicommiſſam.num.55.de hȩred.inſti.Mene.in .l. voluntas.num.27.C.de fideic.Burgos in proemio.num.97.Molin.lib.1.cap.8.num.24.& lib.3.cap.2. numer.24.

6 Sed quid ſi pater adijceret velle ſe eum filium melioratum, eiuſque deſcendentes,habere ea bona iure maioratus, ea forma & ordine,quo ſolet legibus & conſuetudine ſuccedi in maioratibus: & eſſet deuentum ad vltimum deſcendentem huius filij meliorati:an in eo bona remanerent libera, an vero tranſirent eodem iure maioratus ad alios filios teſtatoris,& eorum deſcendentes.vel etiam poſt eos, ad eiuſdem teſtatoris tranſuerſales in infinitum.Quæſtio frequens eſt, & à noſtris late

7 diſcuſſa.* Et videtur,quod ſic.ex natura maioratus,quæ bona perpetuo in familia conſeruat Vt probant Socin. conſ. 47.n. 6. & conſilio.57.numer.3.libro.3.& Par ſ.conſ.72.num.81.

&.85. libro. 4. Quæ perpetuitas tractum ſucceſsiuum plurium ſubſtitutionum denotat. l. in ſubſtitution. ff. de vulgari. l. inter Caſtellianum. ff. de arbitr. Et eo vſque debet durare, quo vſque poſsit, ideſt, vſque ad vltimum de familia vt impleatur integra verbi ſignificatio, quæ ex legibus, & Regni conſuetudine hoc ipſum ſonat. Secundum Paulum. conſilio. 164. numer. 1. libro. 2. & Decium. conſil. 497. numer. 7. Couarruu. lib. 3. variarum. capit. 5. numer. 2. &. 3. & probatur in. l. 2. titulo. 15. part. 2. vbi notat Gregorius. verbo. *mayoria*. col. 3. verſicul. item pone. Cum qua diſpoſitione, & conſuetudine videtur teſtator ſe conformare, ex doctrina Bartol. in. l. hæredes mei. §. cum ita. numer. 4. ad Trebell. & cum bona debeant perpetuo in familia conſeruari, neceſſum eſt, vt ad omnes cognatos, etiam tranſuerſales, extendantur. l. pronuntiatio. §. familiæ. de verborum ſignificat. l. final. C. eo. Qui gradatim cenſentur vocati in fideicommiſſo relicto familiæ. l. cum ita. §. in fideicõmiſſo. l. peto. §. fratre. delegat. 2.

8 * Maximè cũ negotium fauorabile ſit, vt probant Corne. conſil. 229. colum. final. libr. 3. & Decius. conſil. 23. numer. 4. & conſil. 315. colum. 2. & Aymon. conſil. 113. num. 5. lib. 1. & latius Molin. libr. 1. cap. 18. & diximus ſupra, in rubrica. nu. 18. Ac proinde latius interpretandum. not. Bar. per text. ibi in. l. pater filium. §. fundum. delegat. 3. Iaſ. in. l. filiusfamil. §. diui. 1. lectur. numero. 51. delegat. 2. & Pariſ. conſilio. 1. numero. 32. libro. 3. Et ſi teſtator fuiſſet interrogatus, aut aduertiſſet, hoc ipſum reſpondiſſet & declaraſſet, ex gloſſa in. l. tale pactum. §. final. de pactis. Et hanc opinionem defendit Molin. libro. 1. capite. 4. numero. 32. &. 37. & ſequitur Burgos. Iunior. quæſt. 2. nu. 121.

9 Cæterum, quamuis ſi maioratus (nullis nominatis perſonis) indefinite fieret, vt in bonis vinculatis ſuccederetur iure maioratus, ea forma & ordine, quo ſolet legibus, & conſuetudine ſuccedi in maioratibus. poſſet defendi eam diſpoſitionem, tanquam realem, omnes illos ſubſtitutionis gradus continere, de quibus ſupra, prout defendunt idem Molin. vbi ſupra, ex numero. 17. & Burgos ex principio, per fundamenta ſupra dicta: ſi tamen ea diſpoſitio eſſet relata ad certam, & ſpecificam lineam, & perſonas,

perſonas, verius videtur non debere eas egredi. Sed limita tam diſpoſitionem limitatum parere effectum.l. age. C. de de tranſactio. Et latitudinem nominis maioratus ad perſonas expreſſas reſtringi, prout ſolet generalitas ex expecierum enumeratione. l. legat. ſupellectili. de ſupe. legat.* Nec enim diſpoſitio ſolet extendi de caſu, ad caſum, ſed caſus omiſsus remanet in diſpoſitione iuris. l. commodiſsime. de liberis & poſthumis.l. ſi mater. §. fin. de vulgari. vbi notant. Bartol. & Doctores. Etiam ſi in caſu omiſſo eſſet maior ratio diſponendi, vt ex alijs, probant Decius conſilio. 218. numero. 11. & conſilio. 271. nu. 7. & Aymon. conſilio. 161. nu. 10. Et multo fortius, nec extenditur de perſona ad perſonam l. ſi quis ita. §. penultimo. de teſta. tutel. notat gloſſ. communiter recepta in. l. Titius. verbo. oportere. de liberis & poſthumis. & Decius dicto conſilio. 218. numero. 9. & Aymon, dicto conſilio. 161. numero. 11. Tiraquelus in. l. ſi vnquam. verbo. libertis. numero. 23. Anton. Gabriel. qui alios refert titu. de regul. iur. conclu. 10. num. 9.

Et quamuis prima regula limitetur, niſi aliud colligatur ex veriſimili mente teſtatoris. vt tunc fiat extenſio de caſu ad caſum. l. Titius. §. Lutius. ff. de vulgari. vbi notant Bartolus, & cæteri. Et hoc etiam ipſum probet Molin. vbi ſupra. numero. 24. vt ex veriſsimili mente fiat etiam extenſio de perſona ad perſonam: Pro ea tamen extenſione, ea veriſimilitudo proderit, quæ ex verbis concipi poſsit. l. Gallus. §. quidam recte. de liberis & poſthumis. Aliàs nulla ratio expoſcit, vt diuinemus teſtatorem voluiſſe vinculum durare, vltra perſonas expreſſas: cum ſi id voluiſſet, expreſiſſet. l. vnica. §. ſin autem ad defficientis. C. de caducis tollen. l. qui ſoluendo. de hæredibus inſtitut. l. ſi ſeruus. §. non dixit prætor. de acquirenda hæreditate. Notat Decius conſilio. 416. numero. 17. Curtius Senior, conſilio. 29. columna. 4. Aymon dicto conſilio. 161. numero. 8. libro. 1. Pariſius dicto conſilio. 1. numero. 41. libro. 3. Cirier. de primogenijs. libro. 1. quæſtione. 14. columna. 10. Cum tenor inſtrumenti non ſit vltra eius limites protrahendus. l. ſi vnus. §. ante omnia. de pactis. Nec diſponens cenſetur diligere, vocare, & conſiderare, quos non expreſsit. l. Lutius.

§.Lutius Titius.el.1.de legat.2.l. qui habebat. de rebus dub. Not.Pau.in.l.ex duobus.§.fillum.col.1.de vulga. & Alcia.reſpon.134.num.4.

11 Præterea, quod diſpoſitio non egrediatur perſonas expreſſas, probatur in.l.fi.de contra.emp.& in.l.Lutius.de aqua quo. & æſti.& in.l.quæ conditio.de cond.& dem. Et melius in.d.l. pater filium.§.fundum Titianum.de leg.3.Vbi prohibitio alienationis non egreditur perſonas expreſſas, & ſic illis deffici\u0113tibus, deficit prohibitio.l.quoties ab omnibus.C.de fideicommiſ.Quod in propoſito tenuit Bald.in.l.precibus.numero.49. C.de impube.& not.Bartol.in.l.filius famil.§.diui.numer.20. de legat.1.Vbi ſequuntur Iaſ.1.lectu.numero.109.&.2.num. 146.Ripa.num.66.Loazes.num.489.& Pau.num.7.& Iaſ. num.11.in.l.voluntas.C.de fideicom.Pau.conſ.32.numero.3. libro.1.& conſ.401.num.1.libro.2.Par.conſ.72.numero.89. libro4.Decius conſilio.88.numero.5.& conſilio.182.numero.6.& eſt communis opinio ſecundum Couar.libro.3.varia. cap.5.num.4.

12 Imo ratio conſeruandæ familiæ, adiecta reſpectu certarum perſonarum, ſolum comprehendit eos, qui nominati ſunt. Secundum Imolam.in.l.ſi vero.§.de viro.ad finem.ſoluto matrimonio.quem ſequuntur Socinus.Iunior.conſilio.1.numero. 15.libro.1.& conſilio.108.numero.31.&.32.libro.2. Goza. conſilio.59.numero.4.Riminal.conſilio.224.numero. 27.libro.2.Molineus conſilio.1.numero.109.& conſilio.2.nu.31. & alij quos refert Molin.libro.1.capi.5.numero.37.& libro.3. cap.5.num.20.

13 Non obſtat text.in.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.de legatis. 2.vbi fideicommiſſum relictum perſonis nominatis, eis extinctis deuoluitur ad reliquos de familia gradatim. Etenim tex.ille loquitur in fideicommiſſo relicto familiæ. Titio, & Seio, & familiæ. Cum enim omnes de familia vocentur.l. pronuntiatio.§.familiæ.de verborum ſignificatione. aliquorum expreſsio ſolum prodeſt ad præcedentiam, non autem ad aliorum excluſionem. Quo exemplo concedendum eſſet, idem futurum, ſi quis faceret maioratum in perſona Titij filij, & Seij nepotis, & ſuæ familiæ: vel adijceret rationem vel cauſam, quæ totam ſuam familiam comprehendat. Sed ſi fideicommiſſum eſſet relictum aliquibus nominatis de familia

milia, etiam ſi adijceretur, vt bona poſsideant iure fideicommiſsi relicti familiæ: non extenderetur vltra perſonas expreſſas, ex rationibus ſupra adductis: ſed interpretaretur, quod ambo ſuccederent ordine ſucceſsiuo. Et quamuis Molin. dict. libr. 1. cap. 4. numero. 35. verſiculo. in hac autem. intelligat huius rei rationem eſſe, quod familia ſubſtituta in dubio intelligatur vulgariter, vt primo adeunte, cæteri excludantur. Prout diximus ſupra gloſſa. 5. numero. 19. ac proinde fideicommiſſum non extendi: non tamen negari poſſe, quod ſi fideicōmiſſum relinqueretur Titio, & Seio, vt illud poſsiderent iure fideicommiſsi perpetuo familiæ relicti: quod proximiores de familia, poſt nominatos, perpetuo vocarentur, per ea, quæ diximus dict. numero. 19. Vt coaptiori exemplo idem ſit in bonis relictis vni filio, & eius deſcendentibus, addito, vt illa poſsideāt iure maioratus, qui ſua natura perpetuus eſt. Verius tamen videtur, quod cum fateamur (prout etiam Molin. fatetur) in fideicommiſſo illa forma concepto, non cenſeri vocatam totam familiam: illud non euenire ex eo, quod fideicommiſſum ſit momentaneum, & familia ſit ſubſtituta vulgariter, vt volebat Molina. Nam ſi forma illa eſſet apta comprehendere totam familiam: totam vocaret & ſubſtitueret vulgariter gradatim: cum proſit plures habere ſubſtitutionis gradus, cum à pluribus poſsit fideicommiſſum repudiari, vt in principio inſtituta de vulgari. & probatur in. l. fin. C. de verborum ſignificatione. Sed euenire ex eo, quod fideicommiſſum ſit reſtrictum ad certas & limitatas perſonas. Quæ ratio cum in fideicommiſſo momentaneo, coarctet ſubſtitutionem vulgarem familiæ: debebit etiam, & coarctare fideicommiſſariam in eo, quod aliàs eſſet perpetuū. Cum fortior ſit interpretatio, quæ ſumitur ex enumeratione perſonarum ad reſtringendum, ex rationibus ſupra adductis: quam ad ampliandum

14 ex adiectione perpetuitatis.* Dictio enim, *perpetuo*. cum ſecundum ſubiectam materiam varie ſoleat interpretari: nunquam tamen operatur extenſionem vltra perſonas nominatas. Vt probat I.C. in. l. 3. §. liberis. ff. de lega. præſt. iuncta. l. 1. eiuſdem tituli. quas ad propoſitum notat Decius dicto conſilio. 497. Et probant Socin Iunior. conſilio. 108. volumine. 2. & Alci. conſilio. 98. Et quando in hoc exemplo negotium haberet aliquid dubij, propter tam reſtrictam nominationem perſona-

rum: In caſu tamen noſtræ quæſtionis planius concedemus maioratum non tranſire ad alios filios, aut tranſuerſales teſtatoris: ſed contineri intra filium, & eius deſcendentes expreſſe vocatos. Cum quamuis ſit reſtrictus ad certum filium: ex quo per totam eius lineam debet durare, habet ampliorem locum pro implendo ſignificato maioratus, & perpetuitatis: ſine eo quod deueniamus ad non vocatos. Et hæc opinio videtur vera. & pro ea in fortioribus terminis conſuluerunt Socinus. Iunior. & Alciat. in cauſa Ducis Gandiæ in conſilijs proxime citatis. Et conducunt conſilia Pau. conſili. 164. libro. 2. Cur. Senior. conſilio. 29. & conſilio. 45. Socini. conſilio. 217. libro. 2. & conſilio. 104. libro. 3. & Decij conſili. 95. &. 362. &. 465 &. 497. & Pariſ. conſilio. 82. libro. 2. & Aymon. conſilio. 98. &. 161. & Alciat. reſponſo. 134. & Celſi. conſilio. 55. quorum pleraque ſupra in diſcurſu citauimus, & eam tenuit Siman. libro. 1. primoge. c. 25.

Et quamuis ſi maioratus fieret Regia facultate in vnum ex filijs, & eius deſcendentibus, ex omnibus bonis parentis, diminutis, aut forſam ablatis legitimis aliorum filiorum, non facta eorum expreſſa vocatione, dura videatur hæc opinio, vt iſtis prætermiſsis, bona in vltimo ex vocatis intelligantur remanſura libera: cum illis adimatur iuxta compenſatio ablatæ, aut diminutæ legitimæ, quæ poterat ex vocatione, & ſpe ſuccedendi æquiori animo tollerari: vt licet fateamur patrem id poſſe facere ex his quæ diximus ſupra gloſ. 4. num. 12. non tamen intelligamus in dubio fuiſſe factum: Quo ad tranſuerſales tamen iſto caſu, & quo ad eoſdem & alios filios teſtatoris & eorum deſcendentes non vocatos, caſu quo maioratus fieret ex tertio & quinto: opinio nullam habet duritiem, ſed iuribus & rationi, & voluntati diſponentis conformior eſt.

.·.

LEX

LEX DVODECIMA.

LA Ley del Fuero que permite, q̃ el que tuuiere hijo, ò decendiente legitimo, pueda hazer donacion haſta la quinta parte de ſus bienes, y no mas. Y la otra ley del Fuero, que anſi miſmo permite, que puedan mandar teniendo hijos, ò decendientes legitimos, al tiempo de ſu muerte la quinta parte de ſus bienes: ſe entienda y platique, que por virtud de la vna ley, y de la otra, no pueda mandar el padre ni la madre a ninguno de ſus hijos ni decẽdientes, mas de vn quinto de ſus bienes en vida y muerte.

GLOSSA VNICA.

QVod parentibus non licet in præiudicium filiorum diſponere niſi de vno quinto. Et quid ſi diſponatur de pluribus quintis, quale eorum debeatur: Et ad hunc quintum ſunt referenda omnia quæ in vita & in morte de bonis patris titulo lucratiuo in extraneos proceſſerunt. Quid de donatione remuneratoria. De arris datis vxori. De venditione facta minori pretio. Et de donationibus minutis. Vtrum quintum poſſit dari ſecundæ vxori, aut filio illegitimo ab eo, qui habeat plures, quam quinque filios. Et alia de quinto dando filio illegitimo.

1 *PArentibus non licet in vita, nec in morte diſponere niſi de vno quinto in præiudicium filiorum & nu. 2.*

3 *Patri an liceat in præiudicium filij poſthumi diſponere, de quarta parte bonorum.*

4 *Quintum non poteſt dari vni, & alter in tertio & quinto meliorari.*

5 *Si inter extraneos, ſtantibus filijs, ſit diſpoſitum de pluribus quintis, quæ diſpoſitio valebit: & quid inter filios nu. 13.*

Dona-

6 *Donationes irreuocabiles extraneorum computantur in quintum, & illud implent ſuo ordine, & antiquitate, & ſi exceſſerint vltimæ reuocantur, tanquam inofficioſæ.*

7 *Diſpoſitio quinti reuocabilis cenſetur reuocata per alteram ſequentem diſpoſitionem quinti.*

8 *Duo legatarij extranei in quinto ſtantibus filijs erũt in quinto recõiũcti.*

9 *Diſpoſitio certæ ſpeciei aut quantitatis, quæ eſt reducenda ad quintum, minuit legatum quinti per viam quotæ.*

10 *Diſpoſitio generalis extenditur vt comprehendat, quæ aliàs non comprehenderet, ne remaneat fruſtratoria.*

Niſi ſub nomine reſidui relinquatur. nu. 11.

12 *Plures legatarij rei vel quantitatis certæ minuuntur pro rata, vt reducantur ad quintum, & quid in donationibus reuocabilibus.*

14 *Tertium legatum extraneo valet intra quintum.*

15 *In quinto de quo pater poteſt diſponere imputantur omnia quæ in vita & in morte ſunt alienata titulo lucratiuo extra filios.*

16 *Donatio remuneratoria non computatur in quintum, dum ſit facta pro debito obligatorio nu. 17.*

18 *Donatio remuneratoria facta filio ſemper imputatur in tertium & quintũ*

19 *Donatio remuneratoria facta extraneo in tantum eſt loco æris alieni, in quantum æquiualet debito.*

20 *Arræ promiſſæ vxori an computentur intra quintum. & nu. 22.*

21 *Arrarum donatio quæ fit vxori voluntaria eſt.*

23 *Creditores non reuocant alienata ante contractum debitum, niſi fraus probetur.*

24 *Vxor legataria quinti an computet in eo arras ſibi datas.*

25 *Vendens minori pretio nõn præſumittur donare, niſi eo animo ſic vendat.*

26 *Donationes minuatim id vita factæ an imputentur in quintum.*

27 *Pater non poteſt relinquere integrum quintum ſecundæ vxori, quando ex prima habet plures quam quinque filios.*

28 *Pater non poteſt relinquere filio illegitimo integrum quintum, quando haberet plures quam quinque legitimos.*

29 *Pater habens plures quam quinque filios non prohibetur diſponere de integro quinto pro anima & inter extraneos.*

30 *Alimenta debita filio illegitimo ſunt ſoluenda ex quinto, & ſi totum quintum ſit ad hoc neceſſarium, pater de nihilo diſponet, excepta impenſa neceſſaria funeris*

Dona-

31 *Donatio irreuocabilis quinti, reuocatur propter alimenta filij illegitimi poſtea ſuſcepti, & in quantum.*

32 *Pater poteſt dare integrum quintum filio illegitimo, quamuis excedat eius naturalem indigentiam.*

33 *Pater an poſsit dare vltra quintum filio illegitimo, quando illud non ſuffi cit alimentis.*

1 PArentibus non licet neque in vita, neque in morte diſ ponere niſi de vno quinto. Et ſic ſunt intelligendæ duæ leges Fori. altera eſt. l. 7. titut. 12. *de las donaciones.* lib. 3. altera eſt. l. 9. tit. 5. *de las mandas.* eodem libro. Et hæc eſt lex quondam. 28. Tauri.

2 Quãuis autẽ prohibitio legis dirigatur aduerſus filios, à fortiori, idẽ futurũ eſt aduerſus extraneos. Quia pater nõ poteſt in vita neque in morte diſponere etiam niſi de vno quinto inter extraneos, vt ſignificant ll. Fori hic relatæ. Sunt enim omnia bona patris legitima filiorum excepto quinto, cum iure meliorandi alterum ex filijs in tertio, vt ſæpius in diſcurſu dictũ eſt. Et hæc eſt hodie quantitas & forma legitimæ, correcta auth. nouiſsima. & in corpore vnde ſumitur. C. de inof. teſta.

3 Quamuis autem. l. 3. tit. 12. libr. 3. Fori. permittatur patri, qui non habet filios, ſed poſthumum, diſponere in eius præiudicium de quarta parte bonorum, & id per illum text. teneant Rode. in. l. quoniam in prioribus. in decla. legis Regni. limit. 9. & Baeça de dote. cap. 9. num. 62. & Ayora. parti. 2. parte. quæſtione. 1. nunquam audiui legem illã vſu receptam, nec admiſſam, quod pro eius valore requiritur.

4 Prohibetur autem ex hoc tx. non ſolum diſpoſitio duorum quintorum, vt explicat Rode. vbi ſupra. quæſtio. 9. nu. 21. vbi examinat quæſtionem, an is qui donauit quintum in vita, poſ ſit in morte diſponere de alio quinto pro anima, & determinat, quod non: ſed etiam prohibetur dare vnum quintum vni filio in vita, & alterum in morte in tertio & quinto meliorare, qd intelligebat licere Lup. recte à Tell. & Mati. reprehẽſus.

5 Cæterũ ſi, ſtantibus filijs, ſit diſpoſitum de duobus aut pluribus quintis. Quæ diſpoſitio valebit.? Diſtinguendum erit. Aut diſpoſitum eſt inter extraneos, aut inter filios. Si inter extra-

6 neos. *Si quidem præceſsit diſpoſitio irreuocabilis per contractum, illa præfertur & præcludit viam alijs. Cum reuocari non poſsit per ſecundam. gloſſ. in. l. Titia Seio. §. Imperator. de:

de lega.2.Et eſt communis opinio omnium tam ibi, quam in l.1.C.de inofficio.dona.ſecundum Tello.col.2.in.l. 25. Tauri. Quod procedit modo prima donatio ſit facta per viam quotæ, ſiue per viam rei vel quantitatis certæ. Quia cum ſit reducẽda ad quintum, vt hic, vno & altero caſu eſt eadem ratio. Itaque ex pluribus irreuocabilibus donationibus præcedentibus, ſuo ordine & antiquitate implebitur quintum. Et ſi exceſſerint, reuocantur vltimæ, quæ fuerunt inofficioſæ. Argumento.l. ſi libertus.§.fin.de iure patro. Cum ex donatione ſequenti non poſsit fieri præiudicium primæ. Argumento.l.ſi ſuperatus.ff. de pignor. Et tenet Bartol.numero.fin.in.l.1.C. de inofficioſ. donat.quem ibi ſequuntur omnes ita intelligentes gloſſ. in. 7. quæſt.vt diximus in.l.1.ſupra glo.10 nu.5.

Si autem diſpoſitio fuit reuocabilis. Diſtinguendi ſunt tres caſus. Primus, quando vtraque diſpoſitio fuit facta per viam quotæ de quinto. Secundus, quando altera fuit quinti per viã quotæ, reliquæ fuerunt certæ ſpeciei aut quantitatis. Tertius, quando omnes fuerunt æquales, ſcilicet, per viam rei, vel quãtitatis certæ.
7 Primo caſu, diſpoſitio quinti præcedens reuocabilis cenſebitur reuocata per alteram ſequentem diſpoſitionem quinti. Quia cum ſolum liceat diſponere de vno quinto, per ſecundam diſponitur de eo, quod erat diſpoſitum per primam, & ſic inducitur neceſſaria reuocatio.l. rem legatam.ff.de adimen.legat. Et hoc ſiue vtraque diſpoſitio quinti ſit facta in contractu: ſiue prima in contractu, & ſecunda in teſtamento: ſiue è conuerſo prima in teſtamento, & ſecunda
8 in contractu: quia omnium eadem eſt ratio. Si autem vtraque diſpoſitio quinti eſſet facta ſeparatim in eodem teſtamento; tunc cum vtraque non poſsit, niſi in vno quinto verificari, erunt in quinto re coniuncti, & in eis habebit locum ius non decreſcendi, & reliqua quæ in re coniunctis, traduntur in l.re coniuncti.de legatis.3. Niſi appareat diſponentis voluntas in cõtrarium, quod à primo voluerit adimere.l.ſi pluribus. de legatis.1. Et licet in eadem quantitate legata pluribus teſtator videatur multiplicare legatum. Argumento.l.quinquaginta.ff.de proba.iuncta.l.omnes.&.l.ſequitur.de actio.& oblig.l. quid ergo.§.ſi quis duos.de legat.1. & eſt conclu.Bart.in dicta. l.re coniuncti.num.7.communiter recepta, ſecundum Ripam ibi.nu.27.legatum tamen quinti magis adaptatur legato certę ſpeciei.

ſpeciei. Tum, quia ſui natura refertur ad corpora.l. non amplius.§.cum bonorum.de legat. 1. Tum, quia licet aliquando contineat æſtimationem, & poſsit ſolui in pecunia, vt ibi: ex quo teſtator non poteſt diſponere niſi de vno quinto: illa pecunia habetur loco rei certæ, tãquã circũſcripta certo loco. Arg. l.plane.§.1.verſ.ſed hoc ita.l.ſi ſeruus.§.qui quinq;. de leg. 1. prout dicebamus in.l.1.ſupr.gl.4.nu.11.ad fin. Et eſt hæc bona ampliatio ad materiam re coniunctorum, cuius nullus meminit, vt diſpoſita in re coniunctis procedat, quãdo quota bonorum duobus ſeparatim legatur, & teſtator non poterat diſponere, niſi de illa quota, vt hic.

9 Secundo caſu diſpoſitio certæ ſpeciei, aut quãtitatis minuet diſpoſitionem quinti per viam quotæ, prout ſolet diſpoſitio generis minui per diſpoſitionem ſpeciei.l.in toto iure.ff. de reg.iur. Non ſolum quando præceſsit diſpoſitio quinti.l. quæ ſitum.§.fin.de fund.inſtr. l. ſeruis vrbanis in fine. delegat. 3. Sed etiam ſi ſequatur. Quo caſu non ſolum non reuocat præcedentes diſpoſitiones particulares, ſed etiam propter eas minuitur.l.vxorem.§.feliciſsimo.delegat.3.notat Dyn.in reg. generi.nu.4.& Dec.in.d.l.in toto iure.nu.14.

Et hoc, quando in eadem voluntate diſponitur de ſpecie, & genere. Sed ſi in diuerſis: ſiquidem præceſsit diſpoſitio quinti reuocabilis, cenſebitur reuocata, aut diminuta per diſpoſitiones particulares ſequentes, ſiue irreuocabiles, ſiue etiam reuocabiles, quæ ſint in eam rationem computandæ, per ea quæ diximus in.l.1.ſupra gloſsa.4. numero.13. Si autem præceſſerunt diſpoſitiones particulares reuocabiles: recurrendum eſt ad ea, quæ ibi diximus numer.14. & in.l.10. gloſſa.1.numer.5. Vt diſpoſitio quinti irreuocabilis reuocet diſpoſitiones particulares præcedentes in eam rationem datas. Si autem diſpoſitum ſit de quinto in teſtamento, aut donatione reuocabili, intelligatur tantum de reſiduo, & non reuocet legata, vel donationes reuocabiles in eam rationem datas, ex iis quæ ibi diximus.

10 Et procedit hoc, etiam ſi prior diſpoſitio particularis conſumeret totum quintum: adhuc enim diſpoſitio poſterior quinti in teſtamento, aut donatione reuocabili ſcripta non reuocabit legata, aut donationes particulares præcedentes. Quamuis enim diſpoſitio generalis ſoleat extendi,

vt com-

vt compræhendat, quæ aliàs non comprehenderet, ſi poſſet in alijs verificari, ne remaneat inutilis & fruſtratoria. l. pedicu-
11 lis. §. item cum quæreretur. ff. de auro. & arg. lega. *ſed quoties diſpoſitio generalis fit ſub nomine reſidui, ſi nihil reſtet, in quo verificetur, euaneſcit. l. item quod Sabinus. verſic. aliter. ff. de hæred. inſtit. Quæ adiectio reſidui, ſemper ſubintelligitur in quinto ſtantibus filijs, cum ſolum contineat reſiduum, poſt ſoluta legata, vt in. l. ſequente. Quando autem diſpoſitio ſpeciei fuit inualida an deroget diſpoſitioni generis, dixi in. l. 1. ſupra glo. 4. num. 19.

12 Tertio caſu, pro rata minuentur omnia legata, vt redducantur ad valorem quinti, vt tenet gloſſ. in. l. 1. C. de inoffi. dona in. 7. quæſtio. quã in hoc ſequuntur ibi. omnes. & dicam in. l. ſequen. gloſſ. 2. num. 18. Et idem obſeruabitur in donationibus morte confirmatis, ex quo eodem tempore mortis ſortiũtur effectum. Vtuntur enim iure legatorum. l. in donationibus. C. ad. l. Falci. ſecundum Bart. nu. fin. in. d. l. 1. C. de inoffi. dona. & diximus in. l. 1. gloſſ. 10. num. 6. Donationes tamen filiorum quæ ex. l. 1. ſupra ſunt reuocabiles, cũ nõ pẽdeãt à morte, ſed in vita valeant mero iure: Valebunt ſuo ordine, prout irreuocabiles, nec earum fiet contributio cum legatis, vt diximus in. l. 1. ſupra gloſ. 4. num. 10.

13 Secundo caſu principali, quando diſpoſitum eſt de duobus aut pluribus quintis inter filios. Diſtinguendum eſt. Quia aut fuit etiam diſpoſitum de tertio, aut non. Primo caſu, ſi quidem præceſsit donatio tertij irreuocabilis: ſeruanda erunt, quæ diximus in duabus diſpoſitionibus quinti inter extraneos. Si autem diſpoſitio tertij præcedens fuit reuocabilis: cenſebitur reuocata per ſequentes diſpoſitiones, ſiue ſint quotæ, ſiue rei, aut quantitatis certę, in quantum exceſſerint quintum. Quia cum poſt præcedentem diſpoſitionem tertij, ſolum reſtaſſet diſponere de quinto: quod vltra diſpoſitum eſt, neceſſario diminuit tertium prius reuocabiliter donatum: quia in tantum cenſetur reuocatum. d. l. rem legatam. de adi. lega.

Si autem diſpoſitio tertij fuit poſterior: ſi quidem primę diſpoſitiones quinti fuerunt irreuocabiles: quamuis factæ ſub nomine quinti, & quamuis ſubſequatur diſpoſitio de tertio: vna tamen non reuocat aliam: nec ambæ aut quæuis reuocatur per diſpoſitionem tertij: ex regula illius gloſſæ. in dicta. l.

Titia.

Titia Seio. §. Imperator. de legatis. 2. Sed ex omnibus ſuo ordine & antiquitate impletur tertium, & quintum, ex ijs quæ diximus in. l. 10. ſupra gloſ. 2. numer. 3. & gloſ. 4. numer. 6. Si autem primæ diſpoſitiones quinti fuerunt reuocabiles: ſecunda reuocabit primam, ex dicta. l. rem legatam. Quia ex quo poſtea eſt etiam diſpoſitum de tertio, priores tanquam reuocabiles recipiunt interpretationem ex diſpoſitione poſteriori tertij, vt non intelligantur in eam rationem, ſed in rationem ſolius quinti, & ſic vna reuocet aliam. Et hoc ſiuè vtraquè diſpoſitio quinti ſit facta in contractu: ſiuè prima in contractu, & ſecunda in teſtamento: ſiue è conuerſo prima in teſtamento, & ſecunda in contractu. Quia ſi vtraquè diſpoſitio quinti eſſet facta in teſtamento: tunc, cum vtraquè non poſsit niſi in vno quinto verificari, ex quo eſt etiam diſpoſitum de tertio: illi duo erunt in quinto re coniuncti, vt dictum fuit ſupra inter extraneos. Et idem ſeruabitur etiam ſi iſtæ duæ diſpoſitiones quinti factæ duobus filijs in teſtamento à principio valuerint in inſolidum, quia non dum erat diſpoſitum de tertio. Nam ſi. poſt teſtamentum pater ſuperuiuens per contractum donauerit alteri filio tertium: ex tali donatione declarantur duo illa legata quinti, vt valeant tantum ratione vnius quinti, in quo illi duo ſint re coniuncti. Nam quemadmodum ſi in eodem teſtamento eſſet etiam diſpoſitum de tertio, hoc erat planum: idem operatur diſpoſitio ſequens de tertio, per quam declarantur diſpoſitiones teſtamenti, vt verificentur in vno quinto. argum. l. vxori. §. cum Seius. de legat. 3. & quæ ibi notat Bart.

Secundo caſu, quando non eſt diſpoſitum de tertio: planius vtraquè diſpoſitio quinti valet. Et quamuis Arias, & Tello hìc dicant ſecundam ſuſtineri in rationem tertij, de quo non eſt diſpoſitum: proprius dixiſſent priorem referri ad tertium, iuxta ea quæ dicebamus in l. 10. ſupra gloſ. 3. num. 6.

14 * Nec obſtaret, quòd diſponens ſit vſus nomine quinti: prout nec obſtaſſet, ſi legaſſet extraneo tertium, quim legatum valeret vſquè ad quintum. argumento. l. 7. titul. 12. libr. Fori. Quod tenuit Segura in. l. vnum ex famil. §. ſed ſi fundum. fol. 13. de legat. 2. quem ſequitur Cifuent. in. l. 18. Tauri. numero. 7. vt omnia valeant & ſuſtineantur meliori modo quo poſsint. l. ſi quando. de legatis. 1. l. fundus qui locatus. de fundo

SS instr,

inſtr.l.Sācimus.§.ſi quis autem per diuerſa.C.de donat. prout etiam ſequitur Azeb.hîc. num.2

Et iſto caſu, quando eſt deſpoſitum de duobus quintis inter filios,& non de tertio: non refert, quòd prima donatio fuerit reuocabilis: non enim cenſebitur reuocata per ſecundam. Cum vtraquè diſpoſitio non ſit de eadem re, quod requiritur ad reuocationem primæ.dicta.l.rem legatam: iuxta ea,quę dicebamus in.l.1. ſupra gloſſ.4. numer.11. cum prima ſuſtineatur in rationem tertij. Neque ſi vtraquè diſpoſitio quinti eſſet facta in teſtamento, cenſerentur legatarij re coniuncti, vt concurrerent in vno quinto: ex eadem ratione. Ex quibus omnibus poterit etiam inferri ad alia membra, quę noſtra diſtinctio forſam non eſt complexa. Poterit etiam inferri ad aliam quęſtionem huic proximam: ex quo ſcilicèt, quinto ſint ſoluenda funeris impenſa,& legata gratuita. Et ad diſpoſitionem de duobus, aut pluribus tertijs inter filios,mutatis mutandis.

25 In hoc autem quinto,de quo pater poteſt diſponere in præiuditium filiorum, vltra impenſam funeris, & legata gratuita,de quibus agemus in l. ſequent.computanda ſunt etiam omnia, quæ in vita,extra cauſam filiorum legitimorum;ſunt alienata titulo lucratiuo: ita, vt vltima diſpoſitio quinti ſolum intelligatur facta de reſiduo: vel legatarius quinti teneatur omnia iſta ſibi & alijs donata computare. Dixi autem extra cauſam filiorum: quoniam eis donata, vel relicta prius referuntur ad tertiū, quam ad quintum: vt in.l.10.ſupra vbi diximus gloſ.3.num.5.

26 Donatio tamen remuneratoria in rationem huius quinti computanda non eſt: cum ſit potius ſolutio debiti. l. ſed ſi le-
27 ge.§.conſuluit.de peti. hæred.* Dum tamen ſit debitum pro quo donans poſſet in iuditio conueniri. Secundùm gloſ. ibi. verb.obligauerunt,& in l.donari.de regul.iuris,Quas ſequuntur plures quos refert Pincl.in.l.1.de bonis mater.3. part. numer.60.Ripa in.l.ſi vnquam.C.de reuocand.donat. num. 29. & ibi Tiraquel.verb. donatione largitus.num. 106. & Segura in.l.cohærede.§.cum filiæ. numer.181. de vulgar. Couar. in c.cum in officijs.numer.10.de teſtam. Tello hîc. numer.3. Matien.gloſ.1.numer.4.Gute.de iuramen. confirm. c.5. num. 2. Et ſic ſunt intelligenda,quæ tradunt Lupus in rubric. de

donat.

donat.inter virum.§.50.numer.12.& Caſtillo in prohe. legum Tauri, verb.gracia.& Gomez Arias hic.* Vnde ſi dona-
18 tio eſſet facta filio: cum is ad omnia ſeruitia & obſequia parentis, quam maxima excogitari poſsint, teneatur.l.veluti.ff.de iuſt.& iure.l.filia tua.C.de patri.poteſt.nec parenti par vnquam gratia à filio referri poſsit, ſecundùm Ariſto. 8. ethico.ad finem: non eſſet habenda loco æris alieni, neque ex relatione remunerationis, aut ſeruitiorum deſineret eſſe omnino liberalis & ſimplex, & tanquam talis iudicaretur melioratio,& in tertium & quintum imputaretur, ex regul.l.10. ſupra. Finge filium liberaſſe patrem à latronibus, vel etiam ab hoſtibus redemiſſe: quamuis pretium eſſet à patre tanquam debitum refundendum: opus tamen redemptionis non poſſet aliqua donatione remuneratoria, quę (tanquam ęs alienum) eſſet ex bonis extrahenda, remunerari. Cum filius ad id teneatur ſub pœna exhęredationis, authentico, vt cū de appe. cog.§.cauſas.l.7.tit.7.par.6.prout tenuerunt Pinel.vbi ſupra. verſi.infertur vndecimo.& Couar.nu.fi.Et eſt cōformis traditioni Ripæ.nu.30.& Tiraq.nu.20.vbi ſupr.Et quāuis Couar. ex ſentētia Aym.conſ.165.col.2.id limitet, niſi ſeruitia & obſequia eſſent talia, pro quibus in iuditio pater poſſet coueniri:
19 id raro, aut nūquam verificari poſſe ſentit Pinel.* In donatione autem remuneratoria facta extraneo, in tantum eſſet loco æris alieni habenda, in quantum æquiualeret debito & ſeruitijs.c.per tuas.de donat.ibi. *Iuſta ſeruitij meritum* Tradunt Tiraquel.vbi ſupra.num.68.&.69.Lupus d.§.50.num.29. Caſtillo vbi ſupra,& alij ex ſupra citatis. Si tamen excederet, tanquam liberalis, eſſet ex quinto ſoluenda, & impediret ipſius quinti diſpoſitionem, ex eadem ratione.

20 Ex quibus inferes ad bonam quæſtionem, vtrum arræ datæ, vel promiſſæ per maritum vxori, ſint computandæ in hoc quinto, de quo pater poteſt libere diſponere. Et videtur, quòd ſic, ex noſtro textu: ex quo, cum pater non poſsit diſponere, niſi de vno quinto: in eum ſunt computandæ donationes omnes, cui cumquè ſint factæ, extra cauſam filiorum, vt dictum eſt. Ita, vt ſi cui ſit legatum, vel donatum quintum, teneatur ex eo ſoluere dictas arras. Idem probatur argum.l.10.ſupr.In quantum donationem factam filio refert ad tertium & quintum. Quo argumento idem eſt in donatione

extranei quo ad quintum, vt ibi diximus gloſ.4.num.5.

Per contrarium videtur, quòd huius donationis non ſit habenda ratio, ſed q ea inter æs alienũ extrahatur, & ex reliquo corpore hęreditatis deducatur quintum, nec legatarius quinti cõpellatur ſoluere dictas arras ex ſuo quinto ſic extracto. Ex eadẽ ratione, qua in præcedenti quæſtione diximus donationem remuneratoriam (tamquam æs alienum) minuere omnia bona, non autem ſolum quintum. Eſt enim donatio arrarum remuneratoria dotis, & virginitatis, iuxta traditam per Lupũ in rubrica de donat. inter virum. §. 50. num. 12.

21 Quæſtio ab ea videtur pendere, vtrũ donatio arrarũ ſi præciſſa, an voluntaria. Couar. in c. officij. num. 4. de teſtam. tenet eſſe debitum voluntarium. Quia eius obligatio proceſsit à libera promiſsione mariti. Quẽ ſequitur Tello in. l. 16. Tauri. nu. 8. Nã licet arræ ſucceſſerint loco donationis propter nuptias, vt not. in c. & ſi neceſſe. de donat. inter virum, & donatio propter nuptias eſſet neceſſaria & præciſſa, authen. dos data. C. de donat. ante nupt. authen. ſed quæ nihil. C. de pactis conuen. ea tamen neceſsitas deſuetudine abrrogata eſt, vt diximus in. l. 9. ſupra glo. 3. num. 10. Et per conſequens arræ ex neceſsitate nõ dantur, vt experiẽtia docet. Quia earum promiſsio ex vrbanitate potius, quam ex obligatione procedit. Quo fit, vt promiſſio arrarum præcedens debeat tanquã liberalis ex quinto ſolui, vt diſpoſitio poſterior quinti intelligatur tantum de reſiduo, iuxta noſtrum text. Non obſtat æquiparatio donationis remuneratoriæ. Quia illud eſt, quando donatio vere eſſet remuneratoria, pro qua, ſcilicet, poſſet in iuditio dari exactio, vt ibi dicebamus. Alias donatio quamuis remuneratoria ex quinto ſoluetur, vt ibi diximus. Cuiuſmodi eſt donatio arrarum, ex dicta opinione. Prout etiam poſt huius operis primam ęditionem ſequitur Azeb. hîc. num 4.

22 Niſi & quis eo caſu non inmerito forſam vellet diſtingui inter arras conſtitutas tempore, quo promittens habebat hæredes neceſſarios, puta filios ex primo matrimonio, ſeu aliquos aſcendentes, quibus actualiter fit præiuditium per talem promiſsionem arrarum, ſi ea prius extracta, poſſet etiam maritus diſponere de quinto, vel tertio integro. Quia eo caſu ſine dubio erunt arræ computandæ in quintum, quo ad filios, vel in tertium, quo ad aſcendentes: vt remaneat legitima deſcen-

deſcendentibus,vel aſcendentibus integra, non diminuta, vel defraudata. Quod ſi hæredes neceſſarios non habebat tempore quo duxit vxorem,arraſque promiſsit:ſed erat liber, & poterat de ſuis bonis diſponere:defendi eo caſu ſummo iure poſſet,ſuſceptis poſtea liberis,arras non imputari in quintum, ſed tanquam æs alienum deducendas: & eis non obſtantibus, poſſe patrem in vita vel in morte de integro quinto diſponere: Quod eo caſu deducetur ex cũmulo bonorum,ſecundum tẽpus mortis,poſt deductas arras,propter quas non patietur ali-
23 quam diminutionem,nec in tali quinto cõputabũtur.* Quod poteſt fundari argumento creditorum,qui non reuocant alienata ante contractum debitum,niſi fraus & machinatio probetur.l. ſed ſi maritus.verſ.ſed ſi conſtante.ff. qui & à quibus. tenet glo.pen. & fin.in authen.ſed iam neceſſe.C.de donat.ante nup.Quas Bart.ibi dixit ſingulares.gl.verb.reſiduos.in.l.in fraudem creditorum teſtamento datæ.ff. qui & à quibus. Et tradunt Bart.Bald.& Salicet. in dict. authen. Idem Bart.in.l. ait prætor.§.ita demum.ff.de ijs quæ in fraud.cred. & in.l. 1. col.fin. C.de iure fiſc. Angel.num.23.& Iaſ.nu.62.in.§. item ſi quis in fraudem.de actio.Qui fraudandi animus non præſumitur in patre promittente arras. Cum eius mens, & intentio in tali contractu potius dirigatur naturali affectu ſuſcipiẽdorum filiorum,qui tali medio ſunt eſſe naturale conſequuti, quam eorum fraudandi cauſa,quos non habebat, & habere deſiderabat,& intendebat. Et hanc diſtinctionem poſt huius operis primã æditionẽ(me tacito)ſequutus fuit Spino in Spec. teſtam.gloſ.18.num.94.Quamuis reijciatur ab Azeb. hic numer.6.& quamuis Ayora.partit.2.par.qnęſt.44.teneat arras indiſtincte deducendas ex corpore hæreditatis, & nõ ex quinto. Ex eo quod putat eam donationem non tam eſſe voluntariam, quam neceſſariam,ſaltim quæ ſine dedecore (ſecundum conſuetudinem) non poſsit omitti. Argumento.l.cum plures. §. fin. de admin. tutor. & quæ ibi notat Bartol. Ea tamen ratio procederet, ſi maritus non haberet vnde poſſet promittere & ſoluere arras. Sed cum habeat quintum, vel tertium liberum, vnde poſsit dedecori & rubori ſuo ſatisfacere,non debet legitimis filiorum, aut parentum,maxime extantium,nocere.

24 Procedet autem concluſio non ſolum quando fuit quintum

relictum filio, vel extraneo: ſed etiam ſi ipſi vxori relictum eſſet. Quia quo caſu diximus arras eſſe à filio, vel extraneo in quintum ſibi relictum imputandas: eodem caſu erunt ab ipſamet vxore. Quia licet verum ſit, quòd legatum relictum vxori, nunquam cenſetur relictum animo compenſandi cum debito voluntario, ex doctrina Imolæ in.c.officij.num. 10. de teſtament. per text. in l.creditorem. de legat. 2. & in. l. 1. §. ſciendum. C. de rei vxor. action. Quam in propoſito ſequutus fuit Couarru.in dict.c.officij.num.4.verſic.Quòd ſi arræ. Quem ſequitur Tello in.l.16. Tauri.nu. 7. Vbi decidit, quòd legatum factum à marito vxori, non compenſatur cum arris, ſibi promiſsis. Illud tamen verum eſt & procedit, quādo quintum bonorum capit vtrumquè, tam legatum, quam arras. Sed quando quintum integrum legatum eſt, cum omnia quę in vita & in morte poſſunt à patre diſpenſari in præiudicium filiorum dictum quintum excedere non debeant: merito arrę computantur in quintum relictum vxori, ex noſtro text. Et hæc opinio vera eſt, & immerito reprobatur ab Azeb. hîc. num. 9. Et extra hunc caſum ſunt intelligendæ omnes illę quinq; concluſiones, quas ponit Tello vbi ſupra, à num. 2. In quibus omnibus legatum factam à marito non compenſatur cum arris.

25 Donatio autem quæ reſultat ex læſione rei venditæ minori pretio alicui extraneo, non imputabitur in quintū. Non eſt enim propria donatio: cum ex contractu oneroſo, contrahendi potius, quam donandi animus pręſumatur. l. ſi ſponſus. §. circa venditionem. ff. de donat. inter virum, ibi. *Enim vero animum haberet vendendi, &c.* Secundùm Tello hìc. num. 2. ex doctrina Socin. in. l. 1. num. 9. C. de pactis. Si tamen animo donandi vēditio facta eſſet: tunc donatio eſſet, ſaltim in defectu iuſti pretij. l. ſi quis donationis. ff. de contrah. empt. Secundū Soci. conſ. 22. lib. 3. Couar. lib. 2. variar. c. 4. nu. 8. Coſtam in. c. ſi pater. 3. part. verb. priuare non poſsit. num. 25. & imputaretur in quintum. Et ſi venditio eſſet facta filio eo animo donandi imputaretur in tertium & quintum, ex ratione. l. 10. ſupra. Vtrum autem filij poſsint reuocare ſic alienata in fraudem legitimæ, tractat Bart. in. l. non vſq; adeo. ff. ſi quis à parente fue. manu. Roderic. in. l. quoniam in prioribus: 16. ampliat. num. 9. Couar. in. c. Raynuntius. §. 10. num. 9. Pinel. in. l. 1. de bonis mater. 3. part. num. 76.

16 Procedit etiam diſpoſitio text. non ſolum quando donatio quinti fuit facta per viam quotæ, ſed etiã ſi ſit facta minuatim in vita: ita, quòd ex ijs minutis fiat acerbus, qui fortè excedat quintum. Nec enim poterit pater de quinto amplius diſponere, aut poterit tantum de reſiduo, ſi quid ſuperſit. ſecundùm Tello hic. num. 4. Contrarium tenuit Rode. in. l. quoniam in prioribus, in declar. l. Regni. q. 9. in fin. & Greg. in. l. 8. tit. 4. part. 5. verb. *en vida.* & Baeça de dote. c. 27. num. 6. Iſti mouentur ex congruitate, ne parentes ita ſtringantur, vt rei familiaris adminiſtratio eis interdicta videatur. Ille fundatur in hac lege præcipiente, ne pater diſponat niſi de vno quinto in vita, & in morte, ne filij ſua legitima fraudentur. Quibus parum intereſt, quòd per viam quotę, vel minuatim parẽtes donent, ſi vltra quintũ diſponant. Cum in effectu reſultent vltra quintum grauati, quod lex vetat. Quę quamuis dura ſeruanda ſit. l. proſpexit. ff. qui & à quibus.

Mihi videtur huic rei epicheiam accommodari debere, vt ante omnia parentum dolus conſilio, vel re ipſa excludatur: ita, vt nec donatio immodica ſit, vel ad finem defraudandi fiat. In reliquis autem, quæ diligens & cautus pater famil. pro modo ſubſtantiæ & qualitate perſonæ expenderit, rationem haberi, & in quintum imputari, contra omnem rationem, & mentem legis exiſtimo. Quid ſi famulæ extra ſalarium conuentum, pro matrimonio contrahendo aliquid donauerit? Quid ſi colono propter ſterilitatem, quæ non ſufficiebat ad remittendam penſionem, vel quæ renuntiata erat, aliquid remiſerit? Quid ſi moderatas eleemoſynas quotannis dabat? Eſt ne horum habenda ratio, vt in quintum imputet, & de tanto minus diſponat? Cum hoc itaquè moderamine opinioni Roderic. ad hæreo, & eam veriorem puto. Prout etiam poſt huius operis primam æditionem tenet Ayora. 2. part. parti. quæſtione. 35. & tenuit etiam Matienço hic. Id limitans niſi donationes iſtæ minutæ fierent filio poſtea meliorato in tertio & quinto: tunc enim iam deprehenditur in patre fraudandi animus & reliquendi, vltra legis permiſſionem.

17 Illud in propoſito huius tx. prętermittẽdũ nõ eſt, ꝙ licet pater in prędiuditiũ filiorũ poſſit diſponere de quinto in vita, vel in morte, & poſſit libere dare cui voluerit: nõ tamẽ poteſt dare

quintum integrum ſecundæ vxori in præiuditium filiorum prioris matrimonij, quando eſſent plures quam quinq; : cum ſit prohibitus dare ſecundæ vxori maiorẽ partem, quam vni ex filijs prioris matrimonij, cui minus dederit. l. hac ædítali. C.de ſecund.nupt. Quod multis ornat Ant.Gabriel,tit. de ſecund.nupt.concluſ.4. Et idem erit in muliere reſpectu ſecundi mariti: cum pœnæ ſecundo nubentium regulariter ſint æquales, vt dixi in l.2.ſupra glo.1.num.5. Et idem erit ſi filij eſſent pauciores quinq, , & propter factam alicui eorum meliorationem tertij, legitima cuiuslibet alterius fieret minor quinto, ex ratione text.in d.l.hac æditali, quæ hoc etiam caſu viget.

28 Et idem erit in filio naturali, vel ſpurio, cui licet ſtantibus legitimis poſsit pater relinquere quintum.l.7. tit. 8. infra. intelligendum eſt dummodo non habeat plures filios legitimos, quam quinquè. Secundùm Tello in.l.10.Tauri.num.5. cuius opinionem veriſsimam dicit Molin.lib.2.primog.c.15. num. 51. Cum ſit prohibitus dare filio naturali, ſeu ſpurio, maiorẽ partem, quam vni ex filijs legitimis, cui minus dederit. Argumento à fortiori.l.cõmunium.§.fin.C.de natur.libe. Vbi iſtud diſponitur in filio legitimato per oblationem curiæ. Et idem DD. extendũt ad filium legitimatum per reſcriptum, ſecundùm Angel.in authentico quibus mod.natur.effic. ſui.§. quoniam.per text.ibi.& Bald.in c.per tuas,num.2.de maio.& obe. Alexand.num.10.in l.neceſſarijs.de acquirend.hæredit. & in l. ex facto.§.ſi quis rogatus.num.57.ad Trebel.Iaſ.in.l.1. nu. 31.C.quando non peten. partes.& alios plures quos refert & ſequitur Tello,in l.9.Tauri.num.26.& ſeqq. Et eſt cõmunis opinio ſecundùm Decium conſi.393.num.2. Et Coſtam in.§. & quid ſi tantum.2.part.num.137. Vbi idem ſequuntur Socin.num.28. & Iaſ. num. 108. Licet Roderic. in. l. quoniam in prioribus, in declaratione.l. Regni. 10.limitat.diſtinxerint inter filium legitimatum per oblationem curiæ, de quo loquitur text. in dict.l.cõmunium.§.fin.& filium legitimatum per reſcriptum.

29 Et licet ex ſupra dictis videatur inferri, quòd quando pater habet plures quam quinquè filios, non poſsit etiam extraneo legare integrum quintũ, cum nec proprio filio illegitimo poſſit, & per conſequens nec pro anima expendere: adhuc lex illa pœnalis introducta in ſuplitium incontinentiæ parentis, non

eſt

eſt extendenda. Et licet iuſtum videatur, quòd in bonis patris nullus ſit melioris conditionis quam filius: hoc voluit lex relinquere diſpoſitioni parentis, cuius erga filios cũ nullus vincat amorem. l. iſti quidẽ. de eo quod metus cauſa: confidenter potuit lex negotium parenti committere contenta eius diſpoſitionem coarctare pro ea parte pro qua poterat exceſſus timeri, nempe propter ſecundam vxorem, aut filios illegitimos. Et in hanc partem videtur potius inclinare Tello in. l. 9. Tauri. num. 30. licet tandem dubius relinquat cogitãdum. Et quamuis aduerſus ſupra dicta videantur negotium facere verba tex. in d. l. 7. tit. 8. infra, ibi. *De la qual podrian diſponer por ſu anima.* Per quæ videntur æquiparari filius illegitimus, & anima: & per conſequens videtur fatendum, quòd quemadmodum ſtantibus pluribus quã quinquè filijs, poteſt pro anima expẽdi integrum quintum, cum & poſsit dari extraneo, vt dictum eſt: eodem modo poſsit dari filio illegitimo. Adhuc tamen reſpõdeo text. eſſe intelligendum iuxta ſuperiora, quando pater nõ haberet plures quam quinquè filios. Quia ſi eos habeat, licet poſsit pro anima expendere integrum quintum: non tamen poterit dare filio illegitimo. Sed eam demum partem, quæ cõtigerit vni filio, cui minus datum eſt. Et ſic eo caſu tex. ille intelligendus & limitandus eſt, iuxta d. l. communium. §. fin. Et hæc opinio videtur colligi ex traditis à Gregor. in. l. 8. tit. 13. part. 6. verb. *la vna.* vbi poſtquam tenuit, quòd vncia, quę de illo iure poterat relinqui filio illegitimo, nõ poſſet dari, ſi haberet pluſquam duodecim filios, ex ratione text. in d. l. cõmuniũ. §. fin. idem ſignificat futurum in quinto, quando haberet pluſquam quinq;. Cum illa vncia, de qua ibi ſit ampliata vſquè ad quintum: & ſit regulare quòd augmentum ſequitur naturam eius, cui accedit. l. ſi ex toto. in principio. l. quod in rerum. §. ſi quid poſt. de legat. 1. cum latè traditis ab Alexand. ad Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pigno. action. & per Roman. in l. ſi finita. §. item ex hoc edicto. ff. de damno infe. & per Socin. conſil. 153. incipi. Pulchra & ſubtilis. verſi. Reſpondeo quòd minus læd t. lib. 2. Et hæc opinio (vt iam dixi) veriſsima viſſa eſt Molinæ vbi ſupra. vbi refert Roderic. idem tenentem. Et certè eſt opinio iuſta, quamuis contrarium defendat Matien. in dict. l. 7. gloſ. 4. num. 5. & in l. 9. titul. 8. infra. & Guter. quæſt. 107.

30 Illud etiam in propoſito huius legis notandum eſt, quod ſi alimenta ſint debita filio illegitimo, non ſunt extrahenda ex corpore hæreditatis inter æs alienum: ſed ſunt ſoluenda ex hoc quinto, de quo pater poteſt diſponere. Qd probat. d.l. 8. tit. 8. infra, ibi. *De la q̃ podria diſponer por ſu anima.* Vnde ſi totum quintum ſit neceſſarium pro alimentis, pater non poterit diſponere de aliquo amplius, etiam pro anima: licet impenſa neceſſaria funeris in omnem euentum ſit præferenda. Quod tradit Gomez. in. l. 10. Taur. num. 41. Et procedit hoc nonſolum ſi pater voluntarie reliquerit alimenta filio illegitimo intra quintum: ſed etiam ſi inuitus per iudicem fuerit ad id coactus: ex eadem lege & ratione. Debitum enim ex coactione non mutat qualitatem, prout etiam tenet Ayora. parti. 2. p. q. 7.

31 Sed quid ſi pater, qui habeat filios legitimos, poſt donatum irreuocabiliter iſtud quintum vltimum, ſuſceperit filium illegitimum, qui petat alimenta? Reuocabitur donatio quinti, pro quantitate alimentorum. Argumento. l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. arguendo de legitima ad alimenta. Prout ibi tenet Rip. nu. 68. Item cum pater vere ſit alimentorum debitor ex lege. c. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. & non poſſit aliunde ſoluere quam ex quinto ex. d. l. 8. propter legitimas filiorum: alimenta (tamquam onus reale) ſequentur quintum, vbicunque reperiatur. Cum quintum ſit ad talia alimenta à lege deputatum. l. 2. de alimen. lega. vbi notat Bart. & Couar. in. 4. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 14. Maximè cum loquamur in quinto donato, quod in hoc habet inſtar donationis omnium bonorum: cum aliunde non poſsint ſolui alimenta. Conſtat autem donatarium omnium bonorum teneri ad alimenta donatoris. l. fin. iuncta gloſ. C. de reuocand. donat. ergo & filijs eius, ſecundum Rip. vbi ſupra.

Reuocabitur itaque eo caſu donatio quinti, vel in totum, vel pro parte tantum, in quantum ſit neceſſum ad alimenta illegitimi, ſecundum naturalem indigentiam. Nam quamuis pater volens poſsit ratione alimentorum donare integrum quintum filio illegitimo, etiam ſi excedat eius naturalem indigentiam: prout ſibi ab illa. l. 8. cōceditur illis verbis *no pueda mandarle mas de la quinta parte de ſus bienes.* Inuitus tamen non poteſt cogi ad alimenta, vltra naturalem indigentiam filij ſpurij. Eo enim vſque tantum extenditur neceſsitas & obligatio patris,

patris,propter quam(tanquam pro debito ſubſidio filij) poſſit reuocari donatio quinti facta à patre. argum. l. ſi totas. C. de inoffic.donat.

52 Quod autẽ diximus patrẽ volẽtẽ poſſe donare integrũ quintũ filio illegitimo ratione alimẽtorũ, eſt opinio veriſsima, ex illis verbis illius.l.8.Per quæ intra quintũ videtur patri libere cõceſſum.Cũ vltra quid prohibitũ cẽſeatur citra permiſſum. argum.l.ſtatu l berũ.§.Sthicum.de leg.2.l.ſi ita quis.de vulga. Vbi Iaſ.num.4.poſt Bald.d cit,genus hoc arguendi, quamuis videatur à contrario ſenſu,ſufficere,etiam in ſtatutis ad tollẽdum ius cõmune. Et hanc opinionem per illum tex.tenuerunt Lupus in.c.per veſtras.3.notab.§.23.&.24.in fin.Gomez in.l.10.Taur.nu.41. Couar. vbi ſupra.nu.8. Spino in ſpeculo teſtam.gl.16.nu.104.Quãuis contrarium tenuerit Tello in d.l.10.nu.9.Moli.lib.2.c.15.nu.54. Mati. in d.l.8.gl.1.nu.13. & 14.& Gute.lib.2.practi.q.110.Propter priora verba tex.quibus illa facultas videtur limitari iuxta obligationem patris,quę non excedit naturalem indigentiam filij,vt dictum eſt. Recte tamen intuenti facile erit depræhendere illa priora verba legis non tam fuiſſe poſita,vt facultas dandi quintum limitaretur iuxta obligationem parentis,quam vt ea obligatio reſtringeretur vltra quintum.Nec erat ęquum vt pater,cui non licet vltra quintum dare,etiam ſi naturali indigentiæ filij id non ſufficiat, non poſsit integrum quintum dare filio,cui minus ſufficit. Voluit autem lex obligationem patris,quæ quodammodo habet latitudinem , eius voluntati committere, dummodo non excedat quintum.

53 Quod autem dicimus patrem non poſſe dare fillo illegitimo vltra quintum,etiam ſi illud nõ ſufficiat:probatur in d.l.8.ibi. *Y por cauſa de los dichos alimentos,no ſea mas capaz el tal hijo ilegitimo.* & etiã in.l.7.ibi præcedẽti.ibi.*Y no mas,ni aliende.* Qùod procedit in habente filios legitimos. Extra hunc autem caſum,bene poterit pater,imò & inuitus compelletur,dare vltra quintum, ſi illud non ſufficiat,ſecundùm naturalem indigentiã.Quod tradit Gregor.in.l.8.verb.*meneſter.*& in.l.10.verb.*heredar.* tit. 13. part.6.Couar.vbi ſupra.num.8.Bacça de non melior. filiabus. c.8.num.28.Spino vbi ſupra. gloſ. 15. num.122.Molin. vbi ſupra.num.53.Matien.in dict.l.8.gloſ.1.num.8.Gute. libr.2. practic.quæſt.109.

LEX DECIMATERTIA.

LA Cera y miſſas, y gaſtos del enterramiento,[1] ſe ſaquen con las otras mãdas gracioſas,[2] del quinto de la haziẽda[3] del teſtador, y no del cuerpo de la hazienda, aunque el teſtador mande lo contrario.[4]

GLOSSA PRIMA.

QVòd impenſa funeris deducenda eſt ex quinto bonorum. Et quæ ſit iſta impenſa funeris. Quid de veſtibus lugubribus, capella, & monumento, & impenſa infirmitatis.

1 *Impenſa funeris, & legata gratuita deducuntur ex quinto.*
2 *Funeraria actio ſolum comprehendit ſumptus, ſine quibus funus duci non poteſt.*
3 *Funeris ſumptus qui ſint.*
4 *Lex hæc .13. expenditur.*
5 *Relatiuum repetit ſimilia.*
6 *Funeris ſumptus æri alieno æquiparantur.*
7 *Onus ſepeliendi defectum Iure communi hæredi incumbebat.*
8 *Legatum quinti ſemper intelligitur de reſiduo, poſt ſumptus funeris, & legata particularia.*
9 *Hæres, vel legatarius quinti ſolum tenentur ad ſumptus funeris neceſſarios, quando teſtator nihil præcepit.*
10 *Teſtator intra quintum poteſt pro ſua anima libere diſponere.*
11 *Voluntas teſtatoris, vltra iuſtam rationem, non ſeruatur in funeris impenſa.*
12 *Veſtes lugubres, quæ dantur vxori & familiæ defuncti, an deducantur ex quinto?*
13 *Capella præcepta fundari an ex quinto deducatur. remiſſiuè.*
14 *Impenſa facta in infirmitate non deducitur ex quinto.*

Impenſæ

1 IMpenſæ funeris ſimul cum legatis gratuitis & voluntarijs ex quinto bonorum deducuntur, etiam ſi teſtator aliũde ſolui præcipiat. Et eſt lex quondam.30.Tauri.

2 *Gaſtos del enterramiento.* Omnes ferè noſtri exponunt verba iſta iuxta terminos actionis funerariç, de qua in.l. & ſi quis.§. funeris cauſa, & in.l.funeris ſumptus.ff.de reli. & ſump. fune. Vt eos, ſcilicèt, ſumptus ſignificent ſine quibus funus duci nõ

3 poſsit. * Quos Ciſuen.hîc cõnumerat, vt ſolum comprehendatur quod expenſum eſt in pulſatione campanarum, in recomẽdatione clericorum, in ductione corporis ad eccleſiam, in ſepultura, miſsis, cera, & oblationibus illius diei. Cæterum miſſæ, treintannaria, & anniuerſaria, quæ dicũtur ſepulto iam corpore, inter funeris impenſam non cõnumerat. Niſi corpus ſepeliatur de nocte, & poſtea antequam diuertatur ad actus extraneos, die ſequenti efficiantur obſequia: hos enim ſumptus bene cõnumerat inter funeris impenſam. Magis in ſpecie Tello eum ſequutus dicit verba legis huius. *Cera, miſſas, y gaſtos del enterramiento,* omnia eſſe copulatiue intelligenda: & ſic, quòd omnia interuenerunt, & ſunt expenſa antequam corpus humaretur: ſignificans hos ſolos ſumptus ex quinto eſſe ſoluendos. Quod tamen omni ratione caret. Quamuis enim verum ſit eos ſolum ſumptus in actione funeraria contineri, vt in d. iuribus. Quod autem de ijs tantum ſit tex.iſte intelligendus non eſt indiſtincte verum.

4 Pro cuius rei vero intellectu, ſi literæ text. ad hæreas reperies habere duplicem ſenſum. Primus, qui magis literæ quadrat eſt, vt intelligatur de cera, miſsis, & ſumptibus funeris præceptis per teſtatorem. Quod colligitur ex verbis ſequenti-

5 bus, *con las otras mandas,** cum illud relatiuum repetat ſimila, ſecundùm gloſ.fin.in.l.ſi fugitiui.C.de ſeruis fugi. quam ibi notãt Bal. Ang. Paul. & Salic. & tradit latè Iaſ.in.l.fin.C.qui admitti, & Decius in c. Sedes Appoſtolica. num. 8. de reſcript. Item ex verbis finalibus, quatenus reſpuunt voluntatem defuncti præcipientis hos ſumptus deduci ex corpore hæreditatis, & non de quinto. Quibus quaſi pro conſtanti ſupponitur præceſiſſe eiuſdem teſtatoris voluntatem circa erogationem. Poteſt etiam text. intelligi in ſumptibus non præceptis per teſtatorem, vt quia ſui funeris & animæ oblitus in teſtamento nihil circa ea diſpoſuit.

Ru ſus

Rurſus tx.poteſt dupliciter intelligi,aut quando pater diſpoſuit de quinto,prout eſt quota bonorum.legando illud alĩ cui filio, ut extraneo: vel quando de quinto, prout eſt quota, nõ diſpoſuit,ſed fecit legata particularia.Et quãuis vtroq; caſu iã eſſet alijs legibus ſtatutũ patrẽ non poſſe grauare filios, niſi in vno quinto.l.9.tit.5.&.l.7.tit.12.lib.3.Fori.&.l.pręce
6 dẽti.Adhuc impenſa funeris iſta lex fuit vtilis.* Tũ propter leges iuris cõmunis,quæ ſũptus funeris æri alieno ęquiparãt, & ante omnia de corpore hæreditatis deduci pręcipiunt.l. fin.
7 §.in computatione. C. de iure deliber.* Tum etiam propter leges iuris cõmunis,quæ onus hoc ſepeliendi defunctum hæredi,ſeu ſucceſſori vniuerſali iniungebant.l.& ſi quis.in fine.l. Celſus.ff.de religio.Secundum quæ videbatur, quod quãdo pater non diſpoſuit de quinto(prout eſt quota) ſed fecit legata particularia,quæ eſſent reducenda ad quintum: cum illud ſit quota bonorum:quemadmodum ad illud metiendum extrahitur prius æs alienũ.l.ſubſignatũ.§.bona.de verb.ſig.ita etiã extraheretur Impenſa funeris,vt legatis amplior locus remaneret. Vel quãdo diſpoſuit de quinto,illud ante omnia extractũ non minueretur impẽſa funeris,ſed illa hæredi ſeu ſucceſſori vniuerſali iniungeretur.Cuius cõtrariũ in hoc tex. deciditur,vt impenſa non deducatur ex corpore hæreditatis, ſed ex quinto,etiã alicui particulariter legato. Vt legatarius quinti teneatur in quintũ ſibi legatũ computare ſumptus funeris,& alia legata particularia facta extraneis,& reſiduũ ſi quid fuerit ſibi habere:ita quòd legatũ quinti ex diſpoſitione legis ſolum
8 contineat reſiduum.* Et ſic quotidie tabelliones experti,cum ſcribunt legatum quinti,prout eſt quota,non loquuntur indiſtincte,ſed cum adiectione reſidui,vt legata particularia,& funeris ſumptus prius deducendos eſſe ſignificent, quod huic legi & menti teſtantis conforme eſt.

9 Quamuis itaque verum ſit eo caſu, quo teſtator ſui funeris, & animæ oblitus nihil circa ea diſpoſuit,legatarium quinti (ſi de eo diſpoſitum ſit) vel etiam hæredes(ſi de eo diſpoſitum nõ ſit) ad eos ſolum funeris ſumptus teneri, qui intra terminos actionis funerariæ continentur, vt in dictis iuribus:dummodo ex bono & æquo id, prout & ipſa actio funeraria, iudicetur, id eſt,ex bona fide & congruentia,iuxta ſtatum & qualitatem defuncti.dicta .l. & ſi quis. §. hæc actio. ff.de religio.

etiam

etiam ſi poſt humationem contingat erogari , ſecundùm Ma-
ti.hìc.Si tamen tractemus de ſumptibus funeris præceptis à te
10 ſtatore,de quibus videtur lex propriè tractare:*Tunc verũ nõ
eſt funeris impenſam eſſe reſtringendam & limitandam iuxta
ſumptus actionis funerariæ. Poterit namq; teſtator diſpone-
re,vt pro ſua anima intra limites quinti fiant treintanaria ,&
anniuerſaria, & alia ſuffragia,quæ voluerit,etiam poſt ſepul-
11 tum corpus.* Et licet quo ad alios ſumptus,qui pompam con-
cernunt, eius voluntas ſeruanda non eſſet, ſi iuſtam rationem
eggrediatur,vt in d.l.& ſi quis.§. quid ergo. (Quod & hodie
Regia lege in veſtibus lugubribus,cereis,& alijs deciſſum eſt.
l.2.tituli præcedentis.) In illis tamen illius voluntas ſeruanda
erit: non ſolum quando de quinto diſpoſitum non eſt:ſed etiã
ſi quintum alicui legatũ ſit. Tale enim legatũ reſiduum quinti
tãtum cõprehendit,deductis prius dictis ſumptibus. Et hoc etiã
tenet Mati.hìc. Et ſi aduertamus ad ea, quæ tradit Ciſuen.hìc.
nu.3.qui cæteris male intellectus præſtitit ſuperioris erroris
occaſionem,reperiemus ipſum nõdixiſſe id,ad quod allegatur.
Solum enim tractat,ſi quintum non ſufficiat impenſæ & lega
tis, quid prius ſit ſoluendum. Ad quem effectum rectè diſtin-
guit legata quamuis pia,à funeris impenſa neceſſaria:prout &
nos explicabimus,gloſ.ſeq.num. 17. &. 18.
12 Ex quibus poteſt inferri ad eam quæſtionẽ,quæ in hac ma-
teria ſolet ſtudioſe perquiri: vtrum veſtes lugubres,quę dãtur
vxori & familiæ defuncti, ſint ex quinto deducendæ.Et qui-
dem,ſi teſtator præcepit dare eas veſtes,debebuntur à filijs in-
tra quintum: vel à legatario quinti, ſi alicui illud legatum ſit,
iuxta hunc text. Si autem teſtator id non diſpoſuit:Quæſtio
ab ea pendet, vtrum inter ſumptus funeris connumerentur?
Et ſi ad generalem regulam text. in dicta.l. funeris ſump-
tus,& d.§.funeris cauſa.aduertas,is ſumptus ad funus neceſſa-
rius non eſt,cum ſine eo duci poſsit. Quo argumento innixus
Tello hìc defendit veſtes lugubres oneri ſeu potius volunta-
ti hæredum cœdere, non legatarij quinti. Quem ſequitur Ma
tien.hìc.aduerſus Ciſuent..& Gregor. in.l.12.titul. 13.par-
tit.1.verb. *La perſona.* Qui in hoc caſu tenent,has veſtes,quę ſe-
cundum conſuetudinem patriæ dantur vxori & famulis de-
functi , eſſe ex quinto deducendas , ne lædatur legitima filio-
rum. Quam rationem irridet Tello: cum conſuetudo patriæ,
in

in qua fundatur Gregor. potius vrgeat ad hoc, vt tanquam debitum incumbat hæredi, non legatario quinti. Sed cũ ſumptus funeris, non ſint ita ſtricte intelligendi, vt omnia ſine quibus funus duci poſsit, excludantur, ſed id ex bono & æquo iudicetur, vt in dict. §. hæc actio, huius boni & æqui eſt optima interpres conſuetudo patriæ, quam ſummo iure conſiderauit Gregor. Et ante eum glo. Ange. Imol. & Alex. in. l. ſi ex re. §. illud. de ſtipu. ſeruorum. Angel. in. §. fuerat. num. 26. inſtit. de actio. Lup. in Rubr. de donat. inter virum. §. 11. num. 8. Qui ſecundum conſuetudinem patriæ compellebant hæredes, vt darent has veſtes lugubres vxori & famulis defuncti. Qua conſuetudine ſtante, quemadmodum ſecundum eam hæredes extranei poſſent ad id compelli, ex dicta communi opinione: eodem modo filij tenerentur intra quintum, vel legatarius quinti, ſi alicui legatum ſit. Ad quem cum ſumptus funeris ſpectent (licet de neceſſarijs intelligendum ſit) ſatis ad hoc dicuntur neceſſarij, qui ſecundum conſuetudinem patriæ debentur. Si tamen in patria non eſſet dicta conſuetudo: nec hęredes extranei poſſent compelli, ex dict. communi opinione, nec etiam filij, aut legatarius quinti: niſi ex præcepto teſtatoris. Et procedunt iſta ex eadem ratione in tertio reſpectu aſcendentium. Iuxta ea quæ dicemus infra glo. 3. n. 7.

13 De eo autem, quod in capellam ſeu monumentum expenditur, vtrum inter ſumptus funeris numeretur, & ex quinto deducatur, proſequitur Tello hic. & DD. in. l. 1. §. de impenſ. ff. ad. l. Falcid. ad quorum dicta me remitto.

14 Impenſæ autem factæ in informitate, quamuis ſoleant impenſis funeris æquiparari, ſecundum Bald. per tex. ibi. in. l. in reſtituenda. C. de pe. hæred. quem ſequuntur Alexan. & Iaſ. in. l. fin. §. incomputatione. C. de iure deliber. non tamen extrahentur ex quinto. Hic enim tex. ſolum continet ea, quæ poſt mortem in funus expenduntur, quæ vero in vita ſunt expenſa circa perſonam teſtatoris extrahentur ex corpore hæreditatis defuncti, cui dum vixit licuit pro ſua perſona de bonis expendere ſine delectu. Quod tenuit Ayora partit. 2. par. quæſtione. 12. numer. 15. licet contrarium teneat Cifuen. hic. numero. 3. in fin.

GLOSSA

GLOSSA SECVNDA.

AD metiendum quintum vtrum ſint ſeparanda reliqua legata, etiã pia, & ſpeciei. Et quid de ipſa impenſa funeris, & libertatibus, circa intellectum text. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. cum l. ſeq. de legat. 2. Quòd ſi quintum non ſufficiat legatis, qualiter fiat contributio. Et cui incumbat onus probandi, quòd legata excedant quintum. Et à quo ſint exigenda à legatario quinti, an ab hæredibus?

1 *AD metiendum quintum non ſeparantur reliqua legata, quæ ex eo poſt modum ſunt ſoluenda.*

2 *Legatum quotæ bonorum ad omnia bona refertur, non deductis legatis, etiã pijs & ſpeciei, niſi aliud conſtaſſet ex voluntate. num. 6.*

3 *Legatum ſpeciei non cenſetur reuocatum per legatum quotæ bonorum.*

4 *Legatum quotæ bonorum refertur ad ſingularum rerum partes. L. cum quæſtio. C. de legatis, explicatur.*

5 *Legata pia non veniunt in contributionem legis Falcidiæ, ſed bene veniunt in contributionem generalem, quæ fit pro reducendis legatis ad vires hæreditarias.*

7 *Impenſa funeris, & libertates non extrahuntur pro extrahendo quinto.*

8 *Impenſa funeris, & libertates an ſeparentur pro deducendo legato quotæ bonorum inter hæredes extraneos. Quòd non, num. 16.*

9 *Impenſa funeris inter hæredes extraneos deducitur ex corpore hæreditatis.*

10 *L. ſi quis ſeruum. § . fin. cum lege ſeq. de legatis. 2. explicantur. & num. 14. & 15.*

11 *Impenſa funeris & libertates quando ſint loco æris alieni.*

12 *Impenſa funeris eſt onus peculare hæredis, ſeu ſucceſſoris vniuerſalis.*

13 *Impenſa funeris & libertates an minuant legatum quotæ hæreditatis. & num. 14. & . 15.*

17 *Quando teſtator legat vltra dodrantem, vel vltra vires hæreditarias, qualiter fiat contributio.*

18 *Quintum ſi non ſufficiat legatis, & impenſæ, qualiter fiat contributio.*

19 *Legata relicta filijs ſoluuntur ex tertio, & ſi excedant qualiter fiat contributio.*

20 *Cui incumbat onus probandi, quòd legatum deducendum ex quinto excedat quintum.*

21 *Hæres oſtenſo inuentario probat legatum excedere quintum, niſi contrarium probetur. Limita tripliciter.*

22 *Heres ad probandum dotem eſſe inoſſicioſam non ſufficit oſtendere inuentarium.*

23 *Funeris impenſa & legata gratuita quamuis deducenda ex quinto legato, an ſint ſoluenda ab hærede, an à legatario.*

24 *Filij expendentes in funus patris non præſumuntur erogare animo non repetendi, quando quintum eſt legatum alicui.*

1 C*On las otras mandas gracioſas.* Admetiendum autem quintum non ſeparantur prius reliqua legata, quemadmodum non ſeparantur prometiendis legitimis. Quæ cum ſint omnia bona, excepto iſto quinto, non habita conſideratione aliorum legatorum, eodem genere deductionis vtemur, incipiendo ab extractione quinti: vt reliqua legata non extrahantur, licet ex eo ſic extracto ſint ſoluenda, vt in tex. de quo egimus in l. 9. ſupra gloſ. 2. num. 37.

2 Inter hæredes etiam extraneos, ſi cui ſit legata, vel prælegata quota bonorum (quale eſt quintum) eadem computatio pro prius facienda eſt: vt pro extrahendo quinto, non ſeparentur alia legata particularia, cum ea ex quinto, vel alia quota bonorum non ſint ſoluenda, ſed vtrumq; legatum valeat de per ſe inſolidum. Et licet Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. nu. 6. de leg. 2. voluerit, quòd pro extrahendo legato quotæ bonorum ſint prius extrahenda legata ſpeciei: per regulam, quòd generi per ſpeciem derogetur. l. vxorem. §. codicillis. l. ſeruis vrbanis. de legat. 3. Sint etiam deducenda legata pia, quia non veniunt in contributionem legis Falcidiæ, authent. ſimiliter. C. ad l. Falcid. Reliqua autem legata non extrahantur, quia veniunt in contributionem legis Falcidię: Vt ſic, æſtimetur quantum valet illa pars bonorum, non deductis legatis: æſtimentur etiam legata alia, & ſic fiat contributio: vt videatur, an ſit locus legi Falcidię. l. quid quadringenta. l. Marcellus ad Trebelian. vt ibi per eum. Cum quo vidẽtur tranſire reliqui, ita vt hæc viſſa ſit communis opinio Ayoræ partit. 2. part. quæſt. 6. ad finem. Verius eſt, vt pro extrahendo legato quotæ bonorum non extrahantur etiam legata pia, & ſpeciei. In eis enim militat eadem ratio, quę in reliquis, quòd legatum quotę bonorum ad omnia bona referatur, vt cõnumeratis etiam legatis extrahatur. Quòd cum Bart. in reliquis legatis fateatur: in legatis etiam ſpeciei, & pijs concedendum eſt.

Non

3 Non obſtat, quòd generi per ſpeciem derogetur. Illud enim erit quantum adhoc, vt legatum ſpeciei non cenſeatur reuocatum per legatum quotæ bonorum. ex regul. l. cum quæſtio. C.
4 de lega. *Nam cum legatum quotæ bonorum de ſtricto rigore referatur ad ſingula corpora. l. nom amplius. §. cum bonorum. de legat. 1. (prout aduerſus Sabinum & Caſsium, voluerunt Proculus, & Nerua, quorum opinio tanquam vltimo loco relata videtur ibi à I. C. approbari. l. ſi idem cum eo. ff. de iuriſ. omnium iud. prout ibi aſſerunt Scribentes omnes ſecundũ Alex. num. 4. & Iaſ. num. 1. & 2. de quo egimus in. l. 4. ſupr. gl. 3. nu. 2.) Poſſet videri legatum ſpeciei minuendũ, prout reliqua bona hæreditaria pro parte quotæ bonorum legatę minuũtur, Tunc verum eſt genus, id eſt, quotam bonorum legatam non extendi ad reuocandam ſpeciem. Prout in ſimili refert ſe conſuluiſſe Bald. in. l. qnoties. in fine. C. famil. hærciſc. & ſequitur Iaſ. colum. 2. in d. l. cum quæſtio. Quæ lex tunc non procedit, ſed ſolum quoties diſpoſitum eſt de tota ſpecie, & rurſus nominatim de parte eiuſdem ſpeciei. Non quoties diſpoſitio partis veniret virtualiter ſub altero legato generali d. l. qui quadringenta. dicta l. Marcellus. Sed non ex hoc tollitur, quim legatario quotæ bonorum, quemadmodum ſuccurritur per æſtimationem in alijs bonis, quæ commode diuidi non poſſunt: vt in dict. §. cum bonorum, & in. l. 4. ſupra: eodem modo ſuccurratur quo ad hanc ſpeciem alteri particulariter legatam: vt ſic ſua quota bonorum ex omnibus bonis ſoluatur, & nec ſpecies impediat quotam, nec quota ſpeciem. Imò ſi quo caſu vnum alteri debeat derogare, fortius eſt ius quotæ ex dicta. l. cum quæſtio, iuncto dicto. §. cum bonorum, ad derogandam pro parte ſpeciem. Prout poſſet accidere, quando illa ſola ſpecies legata eſſet in bonis, & alteri eſſet legata quota bonorum: quia hæc reuocabit ſpeciem pro parte. l. ſi quis teſtamento. §. 1. de legatis. 1. cum ibi notatis, & ijs quæ dicemus infra. Quo caſu ſiue legatum quotæ continant æſtimationem erit locus dict. §. 1. ſiue contineat partem corporis erit locus dictæ l. cum quæſtio. Cum ſatis ſpecifice videatur diſpoſitum de parte fundi, qui ſolus erat in bonis. l. 2. de liber. & poſthumis. Vt vel ſic pateat legatum ſpeciei non eſſe extrahendum pro deducendo legato quotæ bonorum, nec ei derogare.

5 Quòd attinet ad legata pia non obſtat,quòd non veniant in contributionem legis Falcidiæ. Quoniam ſi quidem legatum quotæ ex tractum ex omnibus bonis non deductis legatis etiã pijs,non efficit,quòd legata excedant dodrantem, omnia ſunt plana. Si autem efficeret,ꝙ excedant dodrantem, tunc legata pia nullum detrimentum patientur. Quia de legato quotæ & alijs Falcidia detrahetur,non de pijs d.authen.ſimiliter. Quod ſi legata excederent vires patrimonij,tunc legata pia nullum habent priuilegium.l.ſi poſt miſsionem.ff.ad.l.Falci. vt ſtatim latius explicabimus. Vt ſic pateat legata pia non eſſe extrahẽda pro deducendo legato quotæ bonorum.

Et quãtum ad hoc,quòd legatum quotæ bonorum extrahatur ex omnibus bonis ante deducta legata etiam pia, vel ſpeciei:non refert,quòd præceſſerint legata particularia, vel legatum quotæ. In teſtamentis enim omnia iudicantur fieri vno contextu.l.hac cõſultiſsima.C.de teſtam. Etiam ſi poſt relictũ legatum quotæ bonorum in teſtamento, relinquerentur alia legata in codicillis,qui tanquam pars teſtamenti ad ipſum referuntur.l.2.§.1.de iure codi.& eodem tempore videntur facti, ſecundùm Cinum in.l.2.C.de teſt.tute. & vnum ſupletur per

6 aliud.l.cum ſeruus.de cond.inſti.l.Caio.de alim.lega.* Si tamẽ conſtaret teſtatorem voluiſſe,vt legatum,vel prælegatum quotæ bonorum extraheretur poſt ſoluta & extracta legata particularia, id eſſet obſeruandum,vt tradit Bart.in.d.l. ſi quis ſeruum.§.fin.in fin.de legatis.2. vt ſi poſt relicta legata dixiſſet, aliorum bonorum meorum tertium lego.

7 Sed an impenſa ſaltim neceſſaria funeris, & libertates ſint prius extrahendę,quam extrahatur quintum,in terminis huius legis? Videtur quòd ſic. Nam cum quintum ſit quota bonorum,vt ſæpius dictum eſt,& pro eo extrahendo ſit prius deducendum æs alienum.l.ſubſignatum.§.bona. de verbor. ſign. videtur inter illud æs alienũ deducẽdam impenſam funeris,& libertates,quæ ſunt loco æris alieni.l.pen.ff.de religio.l.1.§. de impenſa.ff.ad.l.Falcid.l.1.§.in quibuſdam.ff.ſi cui pluſquam per legem Falcid.l.æris alieni.ff.ad l.Falcid. Sed contraria cõputatio ex noſtro text.facienda eſt,vt in gloſ.pręcedenti diximus. Quamuis enim pro extrahendo quinto, ſit deducendum æs alienum,non tamen deducatur impenſa funeris & libertates,quemadmodũ nec reliqua legata,ſed omnibus cõnumeratis

 fiat

fiat extractio quinti. Nam cum tex. præcipiat, vt funeris impenſa ſoluatur ex quinto fauore legitimæ filiorum, quam vltra quintum noluit lædi, etiam per impenſam funeris: conſequens eſt, vt pro extrahendo quinto, non ſeparetur funeris impenſa, aliàs pro rata minuerentur legitimæ, quemadmodum minuũtur ære alieno: quod lex prohibuit. Quod ſi dixeris funeris impenſam ſeparandam, non vt minuat pro parte legitimas, ſed earum maiori fauore, ad metiendum, inquam, quintum, vt minus ſit, & ei poſtmodum ſic extracto aggregandã impenſam. Eſt etiam reproba computatio. Sic enim impenſa duplici via oneraret legatarium quinti, quod eſſe non debet. Bonus tex. in. l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Trebel. ibi. *Et ne dupliciter fideicommiſſarius oneretur, & cũ hæres alienum æs & legatum deducit, & cũ conuenitur à creditoribus, vel legatarijs, &c.* Et cum quintũ ratione impenſæ ſoleat ampliari, cum ea de cauſa extrahatur prius tertio. l. 214. Stylli. non debet eiuſdem occaſione diminui. l. legata inutiliter. de adim. legat. Nec impenſa funeris debet iudicari æs alienum pro extrahendo quinto, quæ non ſic iudicatur in damnum legitimæ, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur. l. eũ qui ædes. de vſucap. Vnde computatio facienda eſt, vt ex corpore hæreditatis, extracto tãtum ære alieno, metiatur quintum: & reliquum liberũ ab omnibus legatis, & impẽſa funeris remaneat pro legitimis: legata autẽ, & impẽſa ſoluantur ex quinto. Et quãuis tex. non tractet de libertatibus in ſpecie, & eæ ſoleant etiam ęri alieno ęquiparari, vt dictum eſt: à fortiori, non ſunt inter ęs alienum ſeparandæ, nõ ſolum in damnum legitimę: quæ hodie per libertates non minuitur, auth. de trien. & ſemi. §. prohibemus. not. gloſ. verb. & nunquid, ad finem. in. l. Papin. §. quarta. de inoffi. teſtam. quã ſequuntur omnes: ſed etiam in damnum quinti: cum maior ſit vis impenſæ funeris, quæ omnia ſuperat. l. pen. ff. de relig. & tamen non deducitur, vt dictum eſt.

8 Quim & inter hæredes extraneos, ſi cui ſit legata vel prælegata quota bonorum, pro ea deducenda eadem computatio
9 facienda eſt. * Nam quamuis inter eos impenſa funeris (prout & reliqua legata & libertates) ſoluatur ex corpore hæreditatis. l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. (quod hodie nõ eſt immutatum ſecundum Gomez. in. l. 30. Tau. verſ. hodie, Greg. in. l. 2. tit. 11. p. 6. gloſ. magna. Rojas de ſucceſ. c. 9. n. 31.

Gut.in.l.nemo poteſt.nu.93.deleg.1.etiamſi alicui eſſet legatum,vel prælegatum quintum.ſecundum Rojas nu.26.)Et ſecundum hoc videretur impenſam & libertates eſſe prius inter æs alienum deducendas,ad extrahendum legatum quotæ bonorum.d.l.ſubſignatum.§.bona. Verius eſt, vt etiam non deducantur.In quo art.licet gl.Bar.& ſcribentes omnes.in.d.l.ſi quis ſeruum.§.fin.deleg.2.circa interpretationē illius tx. qui videtur in contrarium obſtare,voluerint impenſam & libertates eſſe inter æs alienum deducendas,pro extrahendo legato quotæ bonorum:in contrarium tamen fortiter obſtat ip
10 ſe tx.* *Si cui certam*,inquit.*partem hæreditatis legauero Diuus Adrianus reſcripſit,vt neq; pretia manumiſſorū,neq; funeris impenſa deducerentur.* Vbi videmus,quod pro ſoluendo legato certæ partis hæreditatis,non extrahuntur funeris impenſæ & libertates. Atque ita non minuūt legatum quotæ hæreditatis.hoc enim ſignificat ea non deduci, pro extrahendo legato.Quo arg. á fortiori idem ſtatuendum eſt in legato quotæ bonorum.Nam ſi legatum quotæ hæreditatis(quod intelligitur cum oneribus, vt oēs ibi aſſerunt & diximus in.l.5.ſupra gloſ.fin.nu.3.)nō minuitur per impenſam & libertates: nec etiam debet minui legatum quotæ bonorum,quod ab ære alieno liberū eſt.l.ſubſignatum.§.bona.de verb.ſignif.

Gloſſa,& ſcribētes oēs in.d.§.fin. (quibus durū viſū fuit, vt quota pars hæreditatis legata nō minueretur per ſeruos hęreditarios manumiſſos,vel per pecuniā hæreditariā in funus teſtatoris expēſam,exiſtimātes tā iuſtā hæreditatis diminutionē nō debere ſolius hæredis dāno cædere,ſed diminuturā etiā legatū)intellexerūt,ꝙ in caſu illius tex.non tractabatur de hoc art.de quo agimus:ſed de alio, ſcilicet, an in legatariū quotę hæreditatis trāſirēt actiones hęreditarię pro parte. Atq; ita diuinarūt,ꝙ ibi ſerui quos teſtator præceperat manumitti,nō erant hæreditarij,ſed alieni, & fuerūt empti per hæredem habita fide de pretio: & quòd pecunia impenſæ funeris fuit recepta mutuo. Vt ſic illorū verborū.*Neq; pretia manumiſſorū.neq; funeris impenſa deducerentur.* ſit ſenſus, ꝙ ad ſoluēdū legtaū certæ patris hæreditatis, nō debet ex hęreditate deduci ſeu apud hæredem remanere, quod ſufficiat pro ſoluendo ære alieno cauſato ex ſeruis emptis per hæredem habita fide de pretio,& ex præcepto teſtatoris manumiſsis, nec etiam ex

pecunia

pecunia impenſæ funeris recepta mutuo: ſed legatario eſſe reſtituendam integram quotam hæreditatis ſibi legatam ex omnibus bonis hæreditarijs, cum onere ſoluendi dictum æs alienum pro rata, prout fieret in alio quouis ære alieno. Cuius contrarium intellexerunt decidi in.l.cum autem, quæ ſtatim ibi ſequitur, in legato quotæ bonorum. Quia cum bona intelligantur deducto ære alieno, vt in dicto.§.bona, ideò pro deducendo tali legato prius omne æs alienum extrahitur, & inter illud extrahitur etiam æs alienum cauſatum ex funeris impẽſa mutuo recepta, & ex pretij ſeruorum, qui fuerant empti habita fide de pretio, & ex præcepto teſtatoris manumiſſi. Et iſte eſt illorum iurium communis omnium intellectus. Secundùm quem omnes conueniunt iura illa ſingularia eſſe, nec alibi reperiri, quo ad probandam hanc differentiam inter legatum quotæ hæreditatis, & bonorum, prout multoties iura illa allegabimus in hoc communi ſenſu, in.l.5. ſupra.

Qui quidem intellectus quam ſit diuinatorius & abſonus, quam ſit contrarius literæ nemò non videt. In primis, quòd ſerui eſſent alieni, & empti habita fide de pretio, & pecunia impenſæ recepta mutuo: ſomnium videtur, & notoria diuinatio. Rurſus conſideratione dignum eſt, quòd iura illa non tractant de aliquo ære alieno, ſed ſolum de funeris impenſa, & pretijs ſeruorum manumiſſorum: quod non ſine miſterio intelligendum eſt. Et ſuppoſito pro conſtanti, quòd in legatarium partis hæreditatis tranſeunt pro ea parte actiones actiuè & paſsiuè, vt omnes ibi fatentur: ſuppoſito etiam pro verò communi illorum iurium intellectu. Nulla ratio dubitandi, nec aliqua iuris difficultas ex cogitari poterat, quim in legatarium tranſirent actiones pro ære alieno cauſato ex funere & libertatibus, quemadmodum pro reliquo ære alieno: vt in illo caſu particulari, neceſſarium eſſet Diui Adriani reſcriptum, de quo in dicto.§.fin. fit mentio: quod caſum dubitabilem, & maximam negotij energiam denotat.

Præcipue, quia quamuis verum ſit legatarium partis hæreditatis poſſe dicere hæredi, volo, vt integre reſtituas non deducto ære alieno, vt ego pro parte ſoluam, quia pro parte poſſum conueniri.l.fin.C.ad Trebellian. ſecundùm Paul. in dicto.§.final, id tamen non eſt ita preciſſum, quim adhuc hæres poſsit

ſoluere æs alienũ. Cũ etiã ſi de facto fecerit, neceſſario de cumulo deducendũ ſit, ipſiq; imputandum, nec ſit audiendus legatarius qui nollet acceptum ferre, quod ipſe ſoluere debebat. l. do lo. ff. de doli except. notat Bald. in dict. l. fin. & in. l. ſucceſſores. C. ad. l. Falcid. Cum ſoluendo quis pro alio negotium dicatur vtiliter geſtum, & neceſſario ratum habendum. l. ſoluendo. l. cum pecuniam. ff. de negot. geſtis. Itaq; articulus vndequaquè facilis erat, nec imperiali reſcripto indigebat.

Præterea quamuis ea diuinatio eſſet neceſſaria pro intellectu text. in dicto. §. fin. ſuperflua tamen eſt, & inanis quo ad legem ſequentem. Nam ſi verum eſſet funeris impenſam, & pretia ſeruorum manumiſſorum minuere legatum quotæ hæreditatis, prout cõmunis opinio ſupponit: ã fortiori, debebat minuere legatum quotæ bonorum. Prout probat dict. l. cum autem, quæ ſecundùm hoc non indiget ea diuinatione, quam ſumpſit gloſ. ibi.

Vltimo, ſi vtriuſquè text. literam conſideres, videtur potius in illis legibus probari contrarium eius, quod communis opinio intellexit. Nam vtriuſquè deciſionis differentia non videtur conſiſtere, quòd in vno caſu ſit legata pars hæreditatis, in altero pars bonorum: imò iura in ſua ſpecie impenſæ funeris, & pretij ſeruorum manumiſſorum, vtrumquè legatum confundunt, cum inter vtrumquè caſum ſolum conſtituant differentiam in forma legandi. Quod patet. Nam cum text. in. §. fin. vſus fuerit verbo. *hæreditatis.* in. l. ſequent. vtitur verbo. *bonorum.* per aduerſatiuam. *cum autem.* Quæ non aduerſatur legi præcedenti, quo ad nomina, *hæreditatis & bonorum* quibus iura indifferenter vtũtur: ſed quo ad formam legandi, quæ inducitur per illam dictionem. *ita.* l. quibus diebus. §. Termillius. ff. de condition. & demonſtr. In qua forma videtur text. differentiam conſtituere: aliàs ſufficiebat, quòd dixiſſet. *Cum autem pars bonorum legatur, & manumiſſorum prætia de medio deducenda ſunt.* Niſi vis poſita eſſet in verbis *Quæ erunt cum morietur.* Et ſic in reliquo nomina confundit. In quo deciſiones illæ vere ſingulares ſunt, nec alibi reperiuntur. Quod Doctores ibi verum ſenſum non percipientes alio diuerſoquè fine intellexerunt. Quæ rationes ita me vrgent, vt ſatius mihi eſſet arbitrer fateri me ignorare ſolutionem aliarum difficultatum, quę ex literali legum ſenſu oriuntur, quam literæ planum contextum

tum difficultatum ſoluendi cauſa, ſubuertere.

Michi ſemper iura illa viſſa ſunt contrarium diſponere eius quod communis opinio ſupponit. Et quamuis pro intelligẽda vtriuſq; I. C. mente conduceret opus integrum habere, ex quo extractus eſt vterquè tex. vt id ex adiunctis deduceretur: Quia tamen id Iuſtiniano non placuit: ad hęrendo literæ, & ſenſui copilatorum, qui fragmenta illa coniungerunt: arbitror verũ ſenſum eſſe. Quòd ſi legata ſit pars hæreditatis, pro ea metienda non deducuntur excumulo pretia ſeruorum manumiſſorũ, nec funeris impenſa: & per conſequens, hæc non minuunt legatum: ſed parti hæredis accumulantur inſolidum, & legatum integrum in reliquo ſoluitur (hoc enim importat iſta de medio non deduci, prout text. præcipit.) Idem fiet in legato partis bonorum. Sed ſi legatum relictum ſit ſecundùm tempus cũ moriar: tunc prætia manumiſſorum, & impenſa funeris ante omnia de cumulo deducuntur, & per conſequens minuunt legata. Hic intellectus literalis videtur. Prima pars probatur in d. §. fin. Tertia verò in d. l. cum autem. Secunda autem pars, (quatenus legatum partis bonorum ſimpliciter relictum dicimus non minui per funeris impenſam, & pretia ſeruorũ manumiſſorum) per argumentum à fortiori deducitur ex d. §. fi. prout ſupra explicuimus. Et conuincitur ex vtroq; tex. quatenus in differenter vtitur vtroq; vocabulo, conſtituens differentiam in forma legandi. Quaſi neutrum legatum ſimpliciter relictum ex dictis pretijs, & impenſa minuatur: ſecus verò ſit, quando relinquitur, ſecundũ tẽpus cum moriar. Secundũ quẽ intellectum ſunt ibi iura hactenus inaudita, vt pro ſoluẽdo legato quotæ bonorum, vel etiam quotæ hæreditatis, nõ debeant deduci de cumulo impenſa funeris, nec libertates: ſecus vero ſit, quãdo legatum relictum ſit ſecundùm tempus cũ moriar.

Ex quo oriuntur plurimæ difficultates. Primò, ſcilicèt, quòd funeris impenſa & libertates ſunt loco æris alieni: iuribus ſupra citatis: & debebant minuere quotam bonorũ d. l. ſub ſignatum. §. bona. Quemadmodũ minuunt Falcidiã. l. 1. §. de impenſa. l. æris alieni. ff. ad. l. Falci. §. cum autem ratio, inſtit. eo. Quemadmodum etiam minuunt legitimas. l. Papin. §. quarta. de inoffi. teſtam. quæ quota bonorum eſt, vt notant ibi omnes, & in authent. nouiſsima. C. eod.

Secundò abſurdum videtur, vt legatum quotæ hæreditatis

exæquetur in hoc.legato quotę bonorum. Quod cũ intelligatur deductis debitis d.§.bona.poſſet ſubſtineri, quòd pro eo ſoluē do extrahantur impenſę & libertates, prout DD. (licet male) voluerunt: cum iſta ſint loco æris alieni, vt dictum eſt. Legatũ verò quotæ hæreditatis, quod intelligitur cum oneribus, vt omnes fatentur, & in effectu minuitur ære alieno, videbatur etiam minuendum per impenſam & libertates, quæ ſunt loco æris alieni, vt dictum eſt.

Tertiò, non minus difficilis eſt tx. in d.l.cum autē.quatenus dicit, Itale legatũ relictum ex bonis, quę erunt cum moriar, minui per funeris impenſam & libertates. cum iſta ante omnia dicat eſſet deducenda. Videtur enim tali deciſsioni rationem refragari: cum amplior ſit iſta forma legandi. Nam ſi aliquo caſu eſſet ſoluenda quota integra, non diminuta per libertates, & impenſam: tunc futurum erat, quando legata eſſet ex bonis ſecundùm tempus mortis. Quo cum omnia bona ſimul iuncta reperiantur, & nihil adhuc ſit erogatum in impenſa funeris, nec ſerui adhuc ſint manumiſsi: legatum amplius futurum erat, quam cum deducitur, poſt ſeruos manumiſſos, & in funus impenſum.

Ratio decidendi quamuis ſit difficilior, quo ad legatum quotæ hæreditatis: In legato tamen quotæ bonorum, de quo agimus, procedit planius, tam quo ad impenſam, quam quo ad libertates. Ex quo legatum quotæ bonorum ad omnia bona refertur, & pro eo extrahēdo non ſit faciēda ſeparatio aliorum legatorum, cuiuſcumq; generis ſint, etiã ſi ſint pia & ſpeciei, ſed omnibus cōnumeratis deducatur legatum quotæ bonorum, vt ſupra diximus. Non obſtat, quod ſit extrahendum æs alienum, vt in d.§.bona. Quia non inde ſequitur eſſe etiã dedu
11 cēdã impēſam, & libertates.* Etenim iſta non ſunt ſemper loco æris alieni: ſed tunc demum, quando conſtat vires hæreditarias, vel legem Falcidiam ea & alia onera, & legata non pati. Tunc enim quamuis fiat contributio legatorum omnium ad vires hæreditarias, & facta hac prima reductione, ſtatim legata de falcabilia defalcētur. l.ſi poſt miſsionem.ff.ad.l.Falci. vt ſtatim dicemus: In vtraquè tamen defalcatione, fit reſeruatio impenſæ funeris & libertatum, & extrahuntur inter æs alienum. Vt in.l.penult.ff.de religioſ.quæ loquitur in impenſa, quando bona non ſufficiunt: &.l.1.§.de impenſa, ad.l.Falci.

quæ

quæ loquitur in eadem impenſa, quando legatum eſt vltra dodrantem: &.l.1.§.in quibuſdam. ff. ſi cui pluſquam per legem Falcid. quæ loquitur in libertate, quando legatum eſt vltra vires hæreditarias: &.l.æris alieni.ff.ad.l.Falci. quæ loquitur in eadem libertate, quando legatum eſt vltra dodrantem. Sed quando vires hæreditariȩ, & lex Falcidia omnia patiũtur, vel etiam ad videndũ an omnia patiantur: nõ ſolum libertates, ſed etiam impenſa funeris, non differt ab alijs legatis. Imò impẽſam etiam inter legata connumerat Specul. de inſtr. ædi. §. compendioſe. num. 45. vt vel ſic non ſint extrahenda pro deducendo legato quotæ bonorum. Quod ſic extractum, ſi iunctum cum alijs legatis, impenſa, & libertatibus, contigant omnia excedere vires patrimonij, vel dodrantem: ita, ꝙ ſit facienda vtraq;, vel altera ex dictis reſecationibus: tunc in eis reſeruabuntur impenſa funeris, & libertates. Cum ijs tantum caſibus ſint loco æris alieni, non tamen extrahentur pro deducendo legato quotæ bonorum, ex dicta ratione. Vltra quam, in impenſa funeris cõcurrit alia ratio, vt non extrahatur pro de-
12 ducendo legato quotæ bonorum.* Quoniã ſi extraheretur, grauaret pro parte legatarium quotæ, quod eſſe non debet: cũ impenſa funeris ſit ȩs alienum ſolius hȩredis.l.ſi quis ſepulchrum verſi.funus autem.ff.de religioſ.ibi. *Scriptos hæredes ea res contingit.* vel ſucceſſoris vniuerſalis.l.& ſi quis.in fine, eod. tit. qualis non eſt legatarius quotæ bonorum: vt diximus in.l.5. ſupra gloſ.3.num.3. Neq; etiam obſtat, quòd funeris impenſa & libertates, minuant Falcidiam: tunc enim ſunt loco æris alieni, vt dictum eſt. Neque etiam obſtat, quòd minuant legitimam de Iure communi. Prouenit enim ex eadem ratione, qua & Falcidiam: eſt enim legitima inter filios idem quod Falcidiam inter extraneos, authent. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtamento.

13 Quod verò attinet ad legatũ quotæ hæreditatis, ꝙ nõ minuatur per pretia ſeruorum manumiſſorum, & funeris impẽſam. & quòd iſta ad illud ſoluendum non ſint deducenda, eſt expreſior tex. in d.l.ſi quis ſeruum.§.fin. quamuis eius decidendi ratio ſit difficilior. Nam cum legatum quotæ hæreditatis intelligatur cum oneribus, vt omnes aſſerunt, & in effectu minuatur ære alieno, & legatis, argum.l.2.C. ad Trebel. ſiue impenſa funeris & libertates connumerentur inter æs alienum, ſiue

inter

inter legata, eſſent iuſta ratione diminutura legatum: cum etiam ſi hæres de facto expendiſſet, eſſet à legatario ratum habendum, & ſibi imputandum, vt ſupra dicebamus. Eo maximè, quia cum impenſa funeris non ſolum ſit onus hæredis, ſed etiam ſucceſſoris vniuerſalis. dicta. l. & ſi quis, in fine. ff. de religioſ. videbatur etiam tangere legatarium quotæ hæreditatis pro parte. Cum in ea ſit ſucceſſor vniuerſalis, ad quem tranſeant actiones actiuè & paſsiuè: & in quo poſsit habere locum S. C. Trebellianum, vt diximus in l. 5. ſupra gloſ. 4. numer. 3. quemadmodum tangeret fideicommiſſarium partis hæreditatis: argumento dicta. l. & ſi quis, in fine, iuncta dict. l. 2. C. ad Trebellianum, & l. cogi. §. & generaliter, iuncta gloſ. verbo, de vniuerſitate, & §. ſi quis hæres. ff. eod. Adhuc contrarium Diui Adriani reſcripto deciſſum eſt, ex interpretatione voluntatis: eam forſam ratione, quòd teſtator vſus verbo legandi ſic voluiſſe cenſeatur. Cum legata nunquam minuant obligationem hæredis, quo ad impenſam funeris. l. Iulianus cum antecedentibus, & ſequentibus. ff. de religioſ. Secundùm quod erit ibi noua differentia inter fideicommiſſarium, & legatarium quotæ hareditatis, inter alias, quas ad regulam generalem. l. 1. ff. de legat. 1. tradunt DD. ibi. Et ſecundùm hoc deciſio illa dict. fin. procedet etiam in caſu, quem Doctores diuinarunt, ſcilicèt, quando pecunia impenſæ funeris eſſet recepta mutuo. Quia quamuis reliquum æs alienum non deducatur, vt pro parte trãſeat in legatarium partis hæreditatis, iſtud tamen nõ deduceretur, ſed parti hæredis accumularetur in totum, quemadmodum ibi accumulatur impenſa, cum æs alienũ pro ea cauſatum ſortiatur eius naturam.

14 Quod verò attinet ad libertates, nulla ratio excogitari poteſt quare non minuant quotam hæreditatis legatam: cum talis legatarius teneatur pro rata ad onera hæreditaria, & legatorum preſtationem, argum. d. l. 2. C. a Trebe. Nec poſſet intelligi, quòd ratione iuris patronatus remanentis apud hæredem non deducatur æſtimatio ſeruorum. Nam ſecundùm hoc id ſolum procederet in libertate fideicommiſſaria, non autem in directa, ex qua ius patronatus non competit hæredi. §. qui autem. de ſingul. rebus per fideicom. Sed nec ius patronatus recipit ſimilia grauamina. l. planè. §. final. de legatis. 1. Licet poſſet dici ratione iuris patronatus non poſſe hæredem grauari

grauari,vt de ſuo præſtet: cogi tamē æſtimationem ſeruorum non deducere,ex quo percipit ius patronatus : quod iſto caſu recipit non tanquam hæres,ſed tanquam commodum proueniens â ſe ipſo, vt dicit Ripa in d.l.1.de legat. 1. num.28. Vel poſſet tentari, quòd quatenus iura illa tractant de precijs ſeruorum manumiſſorum, ſenſerint de ſeruis pileatis, qui ante cedebant defuncti feretrum,quibus ſtatim competebat libertas,vt in.l.vnica.§.& qui domini.C.de lati.libe.toll. prout interprætata eſt gloſ.in.§.fin.inſtit.de lege Falc.verb. ſeruorum. Vt tunc ea erogatio,tanquam pars impenſæ funeris (quæ ex bono & æquo,ſecundùm conſuetudinem patriæ ſolet æſtimari,vt in gl.præcedenti dicebamus) parti hæredis accumuletur, prout & reliqua impenſa funeris,ex d.ratione.

Quòd vero attinet ad illam differentiam legati quotæ bonorum, quæ erunt cum moriar : vt tunc funeris impenſa cum ſeruis pileatis, tanquam pars ipſius,de medio deducatur,prout probat text.in dict.l.cum autem, diſcriminis ratio videtur eſſe. Nam quando quota legatur ſimpliciter (prout in reliquis legatis) ſemper teſtator habet reſpectum ad tempus aditæ hæreditatis, cum ſine hæredis aditione corruerent.l. eam quam.C.de fideicom. hæres autem adeundo ſuſcipit in ſe omnia onera hæreditaria , & cenſetur quaſi contrahere cum creditoribus & legatarijs.l.apud Iulianum.§.fin.cum.l. ſequē. ff.quibus ex cauſ.in poſſe.ea.§.hæres quādoque.inſtit.de obligat.ex quaſi contra. Inter reliqua autem hæreditatis onera, licet funeris quoquè impenſa tranſeat , ea tamen peculiaris eſt hæredis,& eius perſonam ſolum concernit , vt dictum eſt: & ſic legatum quotæ bonorum,licet alijs debitis teſtatoris minuatur , non tamen minuitur ære alieno hæredis , quale eſt impenſa funeris ſibi annexa. Sed quando teſtator legando quotam retulit ſe ad tempus mortis: Tunc funeris impenſa, tanquam proprium æs alienum, videtur ex cumulo hæreditatis deduci voluiſſe, nec reſpexiſſe ad perſonam hæredis , vel aditam hæreditatem. Et licet aditio hæreditatis retrotrahatur ad tempus mortis, vt ab eo tempore hæres ſucceſiſſe defuncto videatur.l.ſi ex re domini.§.illud.ff. de ſtipul. ſeruor. hæc fictio eſt iuris,& veritati (ſecundùm quam iura voluntatem teſtatoris interprætantur.l.qui hæredi.l. Mæuius. ff. de condit: & demonſtration.) non debet obeſſe. De ijs omnibus videtur

caſus

caſus in.l.3. §. hæc verba. ff. de negoti. geſt. Et ex ea ratione procedit text.in.l.1.ff. de religio.quatenus probat eum, qui in funus aliquid impendit, cum defuncto. & non cum hærede cõtra here. Nam cum teſtatores de ordinario ſepeliantur ante aditam hęreditatem.l. ſcriptus.verſic.plerumque.eo titul.ea erogatio, eo tempore ęs alienum defuncti eſt, quæ non eſſet, ſi hæres iam adijſſet. Quia cum tunc ad eum ſpectet. d.l. ſi quis ſepulchrum. verſic.funus autem.dict.l.& ſi quis.in fine.ff. eo. cum ipſo contractum videretur. l.3.§.final. iuncta gloſſa. & alijs.ff.de negot.geſt.

16 Vt cumque ſit, quod ad noſtram quæſtionem ſupra in principio propoſitam attinet, illud pro certo conſtituendum eſt, quod ad extrahendum legatum quotæ bonorum, non ſunt de cũmulo hęreditatis deducendę impenſæ funeris, nec libertates, ſicut nec alia omnia legata particularia, etiã pia & ſpeciei: ſed ex omni cũmulo deducendum legatũ quotæ bonorum. Vt vel ſic pateat, quod quamuis in ſucceſsione inter filios impenſa funeris, & libertates, & reliqua legata ſoluãtur ex quinto: inter extraneos autem ſoluantur ex corpore hæreditatis, nec minuant quintum, nec aliud legatum: in forma tamen deducendi legatum quotæ bonorum, idem obſeruatur inter filios, & extraneos, vt ſupra viſſum eſt.

17 Nunc videamus, ſi quintum extractum eo modo, quo dictũ eſt, non ſufficiat impenſæ funeris, libertatibus & alijs legatis, pijs & gratioſis, quæ ex hoc textu ſunt inde ſoluenda: quæ eorum præferantur, vel qualiter ſit facienda reductio. Et in primis videamus quid inter hæredes extraneos obſeruetur, quando teſtator legando exceſsit vires patrimonij, vt inde deſcendamus ad ꝓpoſitũ articulũ, qui videtur illi ſimilis: cũ ſatis poſſit dici vltra vires legare, qui filios habens vltra quintũ legat.

Eſt autem ſciendum teſtatorem quandoquè legare intra dodrantem, quandoque vltra dodrantem intra vires tamen hęreditarias, quandoq; vltra vires hæreditarias. Quando legat intra dodrantem, omnia ſunt plana. Quando autẽ legat vltra dodrantẽ, intra vires tamẽ hęreditarias, eſt locus leg. Falcidię. Et tũc impenſa funeris & libertates inter æs alienũ deducuntur.l.1.§.de impenſ.l.æris alieni.ff.ad.l.Falc.legata pia nõ defalcantur, auth.ſimiliter.C.eo.reliqua omnia defalcantur. Si autem falcidia prohibita eſſet, nihil defalcaretur. auth. ſed cũ

teſta-

teſtator.C.eod. Prout hodie regulariter cenſetur prohibita cum ſemper inſtitutio fiat in reſiduo poſt ſoluta legata. De quo tamen vide ad longum. Minchac.de ſucceſ.progre.§. 26. num.29. Mene.in.l.eam quam.C.de fideic. num. 109. Burgos in.l.3. Tauri. num.972. cum ſeqq. Matien.in.l.1.tit.4. ſupra gloſ.19.num. 5.

Quando verò, teſtator legat vltra vires hæreditarias: Tunc fit duplex reſecatio. Prima ex lege duodecim tabularum, qua teſtatori prohibitum eſt vltra vires legare, per quam legata omnia reducuntur ad vires hæreditarias. Et facta hac prima reductione, fit ſecunda, per legem Falcidiam, per quam legata reducuntur ad dodrantē, prout ſupra cœpimus explicare, Et tradunt Bartol.& cæteri omnes in.l. ſi poſt miſsionem. ff.ad l.Falcid. notat Alexand.in rubrica,& Ripa in.l.in quartam.numer.11.eodem titulo, & Socin.in rubrica ad Trebelian. In prima illa reductione, quæ fit ad vires patrimonij, impenſa funeris,& libertates reſeruantur inter æs alienum. l. penult.ff.de religio.l.1.§.in quibuſdam.ff.ſi cui pluſquam per legem Falcid. Aliorum verò omnium fit reductio pro rata. l. ſi quis teſtamento. §. 1. de legatis.1. non ſolum ſi legata ſint quantitatis, ſed etiam ſi ſint certæ ſpeciei. Nam quamuis Bald.in.l.ſi verò compoſita.§.quid ergo.ff.de milit. teſtamen. diſtinxerit inter legata ſpeciei & quantitatis, vt iſtud non procedat in legato ſpeciei, quæ tanquam derogans generi, non patitur defalcationem, quem ſequitur Paul. & videtur magis placere Iaſ. in dicta.l.ſi quis teſtamento. §.1. Contrarium tamen obſeruant Angel. Paul. Cuman. Imol. Alexander in.l.quærebatur.ff.ad l.Falcidiam.per text. ibi.& Gomez tit.de legat.numero.34.& Gregor. in.l.1.titul. 11. partita.6. verbo, mandas. Imò & legata pia patiuntur ſimilem,& æqualem defalcationem, cum alijs: vt reducantur ad vires patrimonij, vt in dicta.l.ſi poſt miſsionem. Vbi legata relicta in militia, quæ non defalcantur,& legata relicta poſt miſsionem, quæ defalcantur, ſi excedant vires hæreditarias, pro rata minuuntur,& reducuntur ad valorem bonorum. Et ibi hoc notant Bart. Angel. Paul.Imol.& Alexand. Idem tenent Ang. & Imol.in.l.in ratione.§.quod vulgo.ff.eod. Ang.in.l.ſi certarum.§.ſi miles.de teſt.mili. Alex.nu.3.in.l. ex aſſe.ff.ad.l.Falc.

poſt

poſt. Bart. in d. auth. ſimiliter. n. 4. C. eo. vbi Salic. nu. 6. Idem tenet Iaſ. nu. 2. in d. l. ſi quis teſtamento. §. 1. poſt. Imol. ibi. & notat Angel. nu. 1. in. §. fin. inſtit. de lege Falcid. Socin. in rub. ad Treb. nu. 2. & 3. Et facta hac prima reductione ad vires patrimonij, fit ſecunda per legem Falcidiam de legatis tantũ defalcabilibus, vt ſupra dictum eſt. Quod ſi Falcidia prohibita eſſet, & teſtator legaſſet vltra vires patrimonij, fieret vna tantũ reductio omnium legatorum, vt dictum eſt.

Ex qua computatione, quæ inter hæredes extraneos obſeruatur, videtur inferendum ad ſucceſsionem inter filios, quando legata excedunt quintum. Vt tunc funeris impenſa & libertates deducantur inter æs alienum, reliqua autem legata etiam pia, & ſpeciei minuãtur pro rata, vt reducãtur ad quintũ: prout fit quãdo inter extraneos, teſtator legãdo exceſsit vires patrimonij. Sed, eo nõ obſtãte, diuerſa cõputatio facienda eſt.

18 Inprimis, quod attinet ad impenſam neceſſariã funeris, inter filios, nunquam deducitur inter æs alienum, in damnũ legitimæ, ex hoc tex. Sed ex quinto ſoluitur. Reputabitur tamen intra quintum loco æris alieni, vt cæteris legatis, etiam pijs præferatur. l. & ſiquis. verſ. ſed & ſi res legatæ. ff. de religio. l. 12. tit. 13. par. 1. & tradit Ciſuent. hic. nu. 2. Si autem quintum huic impenſæ neceſſariæ non ſufficeret, minueret etiam alia bona, etiam legitimam filiorum, & ad hunc effectum eſſet etiam loco æris alieni. l. Papin. §. quarta. de inof. teſtam. & tradit Couar. in cap. Raynaldus. §. 3. num. 2. Si autem vltra quintum eſſet facta melioratio tertij, & quintum non ſufficeret impenſæ: eſſet expendendum ex tertio legato, priuſquam ex legitimis. Capitur enim titulo lucratiuo prælegati. l. Mæuius. §. duorum. de legat. 2. l. apud Celſum. §. ſi quis autem. de doli ex cep. l. ſi hereditatem. ff. mand. §. ſi res aliena. inſtit. de legat. & notat Bart. vtrobique, maxime in d. §. duorum. nu. 15. legitimæ autem capiuntur titulo quaſi oneroſo. l. & quia. ff. pro ſocio. l. fin. §. ſin autem. C. de cura. furi. notat gloſ. in. l. ſi emancipata. C. de iuris & facti. igno. Vt ſit iuſtius tertium, quam legitimas eo caſu grauari. l. fin. C. de codi. Si autem daretur caſus, quod bona non ſufficerent huic impenſæ neceſſariæ funeris, propter alios creditores: tunc impenſa præferretur creditoribus, ſecundum Couarruu. vbi ſupra. cum impenſa omne creditum præcedat. l. penul. ff. de relig.

Simili-

Similiter libertates, inter filios, non ſunt inter æs alienũ extrahendæ in damnũ legitimæ, quæ per eas nõ poteſt lædi, au th. de tri. & ſemi. §. prohibemus. not. gl. verb. & nũquid. in d. §. quarta. quã ſequũtur oẽs ibi, & not. Gre. in. l. 1. verb. *mandas*, tit. 11. p. 6. Soluentur tamen ex quinto, ex hoc tx. & intra illud erunt alijs legatis, etiam pijs, præferendæ. Sunt enim indiuiduæ, & ſic non poſſunt minui. ſecundũ Corn. in auth. ſimiliter. nu. 1. C. ad. l. Falc. & ad hoc ſatis dicentur eſſe loco æris alieni. Si autem quintum nõ ſufficeret ſolis libertatibus, poſſet dici omnes valere, refuſſo tamen exceſſu pretij per ſeruos. arg. l. 1. C. de communi ſeruo manum.

Solutis autẽ ex quinto impẽſis funeris & libertatibus, fiet reductio omnium legatorum, etiã ſpeciei, pro rata ad quintũ. Ita, vt ſi cui ſit legatum vel prælegatum quiniũ, qd ſit abſortũ legatis, nõ poſsit quidquã detrahere ratione falcidię. Ea enim per hęredẽ vniuerſalẽ detrahitur, non per legatariũ. l. lex falcidia ſi interuenerit. §. nunquã. ad. l. Falc. l. ſi patroni. §. qui fidei cõmiſſariam. l. mulier. §. fin. ad Treb. Notat gl. verb. aliquid lucri. in. l. 1. C. cõmunia de leg. quã ibi ſequuntur Bar. Bal. Ang. Iaſ. & alij. Legata tamen pia, quãuis minuantur pro rata, vt reducantur ad vires patrimonij. d. l. ſi poſt miſsionẽ. non tamen minuentur in hac reductione legatorũ ad quintũ, ſed alijs pręferẽtur, queẽadmodũ reſeruãtur in lege Falcidia. d. auth. ſimiliter Inter filios enim, iure Regio, dųęillę defalcationes, quæ fiũt quando legatũ eſt vltra vires patrimonij, reducuntur ad vnã, quæ fit ad quintũ, etiamſi legata non ſolum exceſſerint quintum, ſed etiam vires patrimonij. Et ea reductio ſimilior eſt reſecationi, quę fit per Falcidiã, quã ei, quę fiebat ex lege duodecim tabularũ, pro reducendis legatis ad vires patrimonij. Cũ fiat propter legitimas filiorũ, quę ſimiles ſunt Falcidiæ, ita vt de vna ad alteram liceat arguere, imo & legitima ſolet nomine Falcidiæ ſignificari. auth. vnde ſi parens. C. de inof. teſt. notat Bart. nu. 2. in. l. 1. ad. l. Falc. & ibi Pau. Alex. Soc. & alij. Si tamẽ legata pia excederent quintũ: tunc omnia pro rata minuerentur: cũ priuilegiũ non detur aduerſus pariter priuilegiatũ. l. ſed milites. ff. de excu. tuto. vbi Bart. l. verũ. §. item quęritur ſi minor. ff. de mino. gl. in auth. itẽ ſi inuicẽ. C. de ſacroſ. eccleſ.

19 Procedit autem tex. iſte in legatis, quæ ſunt relicta extraneis: hęc enim ſoluuntur ex quinto. Si autem eſſet prælegatũ

V v relictũ

relictũ vni ex filijs eſſet extrahẽdũ ex tertio, ꝑut dixim⁹ in.l. 10.ſup.gl.1.n.4.&.6. Si tñ excederet valorẽ tertij, exceſſus ſol ueretur ex quinto, vt ibi diximus. Et ſi quintũ eſſet grauatũ legatis extraneorũ, ita, ꝙ legata excederẽt quintũ: Tũc exceſſ⁹ ille tertij, qui ex interpretatione legis. 10.ſupra, intelligitur da tus pro quinto, & ex eo eſt ſoluẽdus, pateretur eandẽ defalcatio nẽ cũ legatis extraneorũ, de qua ſupra. Sũt.n.filij quo ad quin tũ extranei, & illorũ iure vtũtur. Sed finge patrẽ in teſtamẽto duobus, aut tribus ex filijs feciſſe prælegata rei vel quãtitatis certæ, quæ excedũt valorẽ tertij: extraneis autẽ feciſſe legata, quæ excedũt valorẽ quinti: Tũc fiet duplex reductio prælega torũ: altera ad tertium pro rata, & altera exceſſus cum alijs le legatis extranearũ ad quintum argume. ſupradictorum.

20 Sed videamus cui incũbat onus probandi, ꝙ legatũ imputã dũ, ſeu reducendũ ad quintũ, excedat eius valorẽ. Finge teſta torẽ habẽtẽ filios legaſſe extraneo rẽ vel quantitatẽ certã: hære des pro legato cõuẽti excipiũt ſe ſolũ potuiſſe grauari in quin to, & eã rẽ vel quantitatẽ legatam, excedere valorẽ quinti. Vi detur legatariũ, tanquã actorem teneri probare rem illam, vel quantitem contineri intra quintum, ac ſibi potuiſſe legari, ac deberi.l actor quod aſſeuerat. C.de proba. Quod tenuit gl.cele bris.in.l.cum de lege.ff.de proba. quæ voluit hæredẽ obijcien tẽ legatarijs teſtatorẽ immodica legata feciſſe, & locũ eſſe legi Falcidiæ transferre in eos onus probandi contrariũ, etiam ſi ipſe nihil probet. Quam ſequitur Bar.nu.7.in.l.ſi cunſtante.ff. ſolut. matrimo. & ibidem Alexand. nu.7.Iaſ.nu.121.& Ri pa.nu.18.Ange.Imol.Alex.&Iaſ.in.l.cum ex cauſa.de re iud. Guid.deciſ.142.Alci.regu.3.præſump.20. Et eſt cõmunis opi nio ſecundũ Ruyn.cõſ.91.col.2.lib.5.& Crot. in.d.l.ſi cõſtãte. 2.lectu.n.34.& Cou.lib.2.var.c.6.n.3.& Baeça de dote.c.36. nu.13.& Anton. Gabriel.tit.de proba.conclu.7.in principio.

In contrarium facit ipſemet text.in.d.l.cum de lege. expreſ ſe iniungens hæredi eam probationem. Quæ aliàs, quam ex propria aſſertione fulcienda eſt: cũ ea nõ ſit probatio, etiam iu rata.l.cum qui.ff.de iureiu. Aliàs eſſet in poteſtate aſſerentis proferre, quod velet, quod eſſe non debet.l.maritus.§.fin.ad.l. Falci. Et cum hæc ſit hæredis exceptio aduerſus legatarium qui fundatur in ipſo teſtamẽto, & præſumptione iuris, qd quili bet pręſumatur ſoluendo.l.ſi creditores.de priui.cred. Et ꝙ te-

ſtator

ſtator nõ ignorauit vires patrimonij.l.quiſquis.C.de reſciſſ. vend.not.gloſ.in auth.ſed cũ teſtator.C.ad.l.Falc. ipſe hæres debet probare ſuam exceptionem.a:g.d.l.actor. Quæ negatiua ſufficienter eſt probanda.l.in illa.vbi Bart. de verbor. cum probatio debeat cõcludere per neceſſe.l.neq; natales.C. de probat.l.nõ hoc.C.vnde legi.Et hãc opinionẽ aduerſus illã gl.ſequuti ſunt.Imol.Rom.Aret.in.d.l.ſi cõſtãte.Cumã. & Alex. in.l.decẽ.ff.de verb.Paul.in.l.Mæuia.§.fin.ſolut.matr. & alij, quos referunt Anton.Gabr.& Couar.vbi ſupra.

21 Et quidem cum in puncto iuris hæc opinio veriſsima ſit, prout etiam aſſerit Alex.in.d.l.ſi conſtante. & eam probat Couarru.vbi ſupra. Prima tamen tanquam huius exceptio eſt etiam admittenda, in eum ſenſum, qui eſt germanus gl.l. in.d.l. cum de lege. ſcilicèt, quoties hæres legitime confecit inuentarium.Tunc enim eo oſtenſo,ſatisfacit & probat ſuam intentionem,reijciendo in legatarium onus probandi contrarium.per tex.in.l.fin.§.licentiam.C.de iure deliber.quem gl. citauit,& ſecundum quẽ eſt intelligenda,ſecundum Bart.in.l. nõ ſolum.§.ſi liberationis.de liberat.legat. Tunc enim propter authoritatem inuentarij,cuius aliàs nullus pro hærede fabor eſſet,& ne ipſe præſumatur deliquiſſe, reijcitur onus contrariæ probationis in legatarium. Et in hunc ſenſum illa etiã glo.veriſsima eſt.Et ſic interpretãtur,& ſequuntur Alex. & Iaſ.in.dict.l. ſi conſtante. Corne. & Iaſ.in. dict. §. licentia Ruinus.conſil. 42. & conſil. 82. volum.5. Anton. Gabriel. & Couarr. vbi ſupra, qui alios referunt. & Guter .de iuram. confirm.cap.1.num.25.& ſequen.

Et idem erit in alia quauis donatione facta extraneo, quæ cum ſit reducenda ad quintum,vt in lege præcedenti. & illud quintum ſit reducendum ad tempus mortis.vt in. l. 7. ſupra. vbi dixi gloſ.1,num.20.ad probandam eius inofficioſitatem ſufficiet hæredẽ oſtẽdere inuentariũ,vt probet rem donatam nõ contineri intra quintũ, ſed excedere eius valorẽ,vt ſaltim reijciat in donatarium onus probandi contrarium.

Quæ quidem erunt tripliciter limitanda. Primo,ſi inuentarium ſit legitimè confectum,citatis(ſcilicet)citandis, iuxta formam. dict.l. fin. C. de iure deliber.ſecundum Iaſ.in.d.l.ſi conſtante.nu.130.Secundo,quoties ex inuentario conſtaſſet legatum,vel donationem excedere quintum,vtſquia bona ſunt

 apretiata

apretiata, vel hęreditas & legatum ſtaret in quantitate: aliàs inuentarium non ſufficeret, cum non probet concludenter, quod requiritur. d. l. neque natales. * Tertio, quoties ageretur de probanda inofficioſitate dotis, quę probatio cum incumbat hæredi, ex ſuperioribus. & probat Baeça vbi ſupra. non ſufficeret, ſi hæredes oſtenderent inuentarium, etiam apretiatum: cum illud non excludat tempus datæ dotis, quod maritus poteſt eligere ex. l. 3. tit. 8. infra. quod eſt notandum.

22

23 Illud vltimo loco prætermittendũ eſt, quando quintum alicui legatum eſt, cui incumbat erogatio funeris impenſæ, & ſolutio legatorum particularium: hæredi ne, an legatario quinti? Videtur incumbere hæredi, cui etiam de iure communi incumbebat impenſa. vt ſupra diximus, numero. 12. & qui etiam tenebatur ſoluere legata, vtpote qui adeundo contrahebat cum legatarijs. l. apud Iulianum. §. fin. cum lege ſequenti. ff. quibus ex cauſis in poſſe. eatur. §. hæres quandoque. inſti. de obligat. ex quaſi contra. Vt iſta non corrigantur per hunc text. qui ſolum pręcipit, vt legata deducãtur ex quinto: quod poteſt intelligi per hæredes, qui poſsint & debeant conueniri: & per conſequens, poſsint & debeant ſoluere, vel retinere, quæ ſufficiant ad ſoluenda legata legatario autem quinti, tradere reſiduum, quod in effectu continetur in ſuo legato, vt in hoc tex. & diximus in glo. præcedenti.

Per contrarium videtur, quod filius, qui ſolum poteſt grauari in quinto, poſsit legatario ſoluere quintum, exonerando ſe tali ſolutione ab alijs legatis. Argumento. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſt. reijciendo in legatariũ quinti grauamẽ ſoluendi. Quod & coadiuuatur ex eorũ opinione, qui etiã filio permittunt agnita legitima repudiare in reliquo hęreditatem cuius meminimus in. l. 5. ſupra. gl. 1. nu. 12.

Poteſt dici, quod cũ ex hoc tx. funeris impenſa, & legata particularia ſint iniũcta quinto, etiã legato extraneo: filios ſoluẽdo quintũ legatario exoneratos eſſe à ſolutione aliorũ legatorũ, vtpote qui vltra quintũ grauari in alio nõ poſſunt. Interim autẽ dũ poſsidẽt, poſſe ſoluere, & conueniri à legatarijs particularibus, reputaturi legatario quinti, quod eo nomine præſtiterint, argumento. l. in eum. cum duabus ſequentibus. ff. de religioſsis. Poſſe etiam à legatario quinti prius conuenti retinere, quæ ſufficiant ad ſoluenda legata, & reſiduum tradere

lega-

legatario quinti. Cum huic grauamini poſsint aſſentiri, ſi velint. argumen. gloſ. verb. iuditium, in. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoſ. teſtam. Maxime præſtita cautione ab hærede, ſi retineat, vel à legatario, ſi totum recipiat, de ſoluendis alijs legatis. bonus text. in. l. cogi. §. inde quæritur. iuncta gloſ. fin ff. ad Trebell. Imo, quo ad impenſam funeris. ob iuſtam cauſam vitandæ dilationis, poſsent filij ſtatim compelli officio iudicis, vt ſepeliant & expendant. l. qui hæres erat. ff. famil. herciſc. vbi notat Bartol. (prout poſt huius operis primam æditionem tenuit etiã Spino in Specul. teſta. gloſ. de electiõ. ſepulturæ) reputaturi legatario quod ſic erogauerint. l. ſed ſi nõ dum. ff. de religioſ.

13 Et quamuis aliàs expendens in funus non repetat, cum cauſa pietatis expendiſſe videatur, niſi fuiſſet in contrarium interpoſita proteſtatio. l. & ſi quis. §. ſed interdum. ff. eo. l. 12. tit. 13. par. 1. filij tamen, quibus debetur legitima, & à quibus eſt ablatum quintum, & legatum alteri: licet volentes ſepeliãt, & expendant: recuperabunt tamen. ſeu imputabunt legatario quinti, quod ſic erogarunt, nec erit neceſſaria proteſtatio. Imo ad hoc, vt videantur expendere ex proprijs bonis animo non repetendi, ſed cauſa pietatis: eſſet neceſſaria huius voluntatis declaratio: in dubio autem cenſebuntur expendere animo imputandi. Nam cum ex tali erogatione reſultet leſsio legitimę, niſi eſſet imputanda in quintum: filij nunquam videntur cõſentire leſsioni, niſi id expreſſe declarent, etiamſi ſoluãt legata, vel aliquid expendant, per quod poſſet colligi tacitus conſenſus. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficioſ. teſtamẽ. Et ſi poſsideant quintum, et nondum tradiderint legatario, maiori ratione videbuntur expendere animo compenſandi. Argumento text. in. l. Nenſenius. ff. de negot. geſt. & in. l. final. de petit. hæred. & eorum quæ tradit Bart. in. l. 1. §. neque caſtrenſe. numer. 8. de collatio. bonorum. de patre expendente pro filio in ſtudio. Qui licet aliàs videatur facere animo donandi, ſi tamen habeat penes ſe aliqua bona filij, in dubio videtur expendere animo compenſandi. Et hæc opinio eſt communiter recepta, ſecundum Iaſ. in authentic. quod locum. numer. 3. C. de collat.

GLOSSA TERTIA.

Quòd quintum ſit quota bonorum, & extrahendum prius tertio. Et quale ſit iſtud quintum. Et vtrum ex eo in vita irreuocabiliter donato extrahatur impenſa funeris. Et an coniux qui ſuccedit in quarta, teneatur etiam ad impenſam funeris?

1 *Quintum eſt quota bonorum, deducto ære alieno, & quali.*
2 *Ius prælationis, quod habet impenſa funeris præ cætero ære alieno, non eſt hodie correctum.*
3 *Quintum extrahitur prius tertio, etiamſi relinquatur ad opera profana.*
4 *Tertium extrahitur ex bonis reſtantibus, deducto quinto.*
5 *Tertium, an quintum, vtrum prius extrahatur inter hæredes extraneos.*
6 *Impenſa funeris & legata gratuita non excedunt quintum in præiudiciũ deſcendentium.*
7 *Impenſa funeris, & legata gratuita non excedunt tertium in præiuditiũ aſcendentium.*
8 *Impẽſa funeris inter hæredes extraneos deducitur ex corpore hæreditatis.*
9 *Quale quintum ſit iſtud ex quo deducuntur legata gratuita. Et quid ſi ſit diſpoſitum de pluribus quintis.*
10 *Quintum ſi in vita irreuocabiliter donetur, an ad eum impenſa funeris (pertineat.*
11 *Teſtator, qui in vita donauit quintum irreuocabiliter, non poteſt in funus expendere vltra neceſſaria.*
12 *Donatarius quinti irreuocabilis, cui eſt donatio tradita, tenetur ad impenſam neceſſariam funeris.*
13 *Actio funeraria eſt iuris publici.*
14 *Ius publicum priuatorum pactionibus non derogatur.*
15 *Onus ſepeliendi de iure communi incumbebat ſucceſſori vniuerſali, hodie legatario quinti, & nu. 17.*
16 *Funeris impenſa qua ratione creditoribus præferatur.*
18 *Filij non poſſunt grauari in impẽſa funeris, quãdo quintũ eſt alteri datũ.*
19 *Traditio donationis non præſtat ad exonerandũ ab impenſa funeris.*
20 *Actio funeraria fortior eſt, quàm hyppothecaria.*
21 *Impenſa funeris præfertur creditoribus ſub pignore, vel hypotheca etiam expreſſa.*
22 *Alienata in fraudem creditorum reuocantur.*
23 *Reſpublica creditrix eſt vniuſcuiuſque pro impenſa funeris.*
24 *Petens ex cauſa oneroſa præfertur poſsidenti ex cauſa lucratiua.*
25 *Fraus præſumitur in eo, qui ſciẽs bona nõ ſufficere creditoribus, alienat.*

Impen-

26 *Impenſa funeris non extrahitur inter æs alienum, pro metiendis legitimis, & donatione quinti.*

27 *Donatio quinti irreuocabiliter tradita extraneo, regulatur ſecundum bona relicta tempore mortis.*

28 *Coniux qui ſuccedit in quarta, an teneatur ad impenſam funeris.*

29 *Forma extrahendi quintum, & quartam coniugis, & impenſam funeris.*

30 *Quarta coniugis eſt æs alienum potius quam lucrum.*

31 *Quarta coniugis eſt quota bonorum.*

32 *Legitimæ filiorum vltra quintum, & legitima parentum vltra tertium, grauantur in quarta coniugis.*

33 *Filij expendentes in funus recuperant à donatario quinti, nec videntur facere animo non repetendi.*

1 DEl *quinto de la hazienda*. Id eſt, bonorum. Eſt enim quota bonorum, deducto ære alieno, vt ſupra ſæpe dictũ eſt, & probatur in.l.6.tit.4.lib.5.ibi. *La quinta parte de ſus bienes, que pagadas las deudas montare.* Iſtud autem æs alienum debet aliàs conſtare, quam ex confeſsione patris. Nam ſi pater legaret extraneo rẽ vel quantitatẽ certã, aſſerens ſe illi debere, non iudicaretur æs alienum, ſed ſimplex legatum, & valere' intra quintum, vt præcludatur via fraudibus.l.qui teſtamentum.ff.de proba. Et not. Bar.in.l.cum quis decedens.§.Titia.per tx. ibi.de lega.2. Etiam ſi pater iuraſſet debitũ, prout tradit etiam Ayora.de parti.2.p.q.39.

2 In quantum autem tex.iſte præcipit, vt impenſa funeris deducatur ex quinto, poſt huius operis primã æditionẽ collegit Velaſq.in.l.30.Tau.nu.4.eſſe correctũ ius prælationis, qd habet impenſa funeris præ cætero ęre alieno, iuxta.l.pen. ff.de religio. Nam cum ſit deducenda ex quinto. & quintum ſit deducendum poſt deductum æs alienum, cum ſit quota bonorum, vt dictum eſt: videtur ſibi ceſſare prælationem, & ſic facilè lapſum Grego.in.l.30.tit.13.p.5. & nos etiam, qui illum ſimpliciter ſequuti ſumus infra iſta gl. n. 21. Sed certe nõ eſt ita de facili accuſſandus lapſus, nec inducenda correctio eorum, quę expreſſe non mutantur.l.Sancimus.de teſtamen.l. præcipimus.de appe. Quamuis enim in caſu huius tex. quando quintum deducto ære alieno ſufficeret pro impẽſa neceſſaria funeris, verum ſit ius prælationis inutile eſſe: Et idem etiam eſſe, quando defectus iſte quinti poſſet ſupleri ex alijs bonis, etiam cum preiudicio legitimarum, vt diximus in gl.preced.

 n.u.18.

num, 18. ſi tamen daretur caſus, quo æs alienum abſorbeat omnia bona, tunc vtile eſſet ius prælationis, vt ibi etiã diximus. Et poſt huius operis primam æditionem hæc eadem opinio placuit Gutc. lib. 2. practi. q. 72.

3 Iſtud quintum, de quo patri licet diſponere in præiudicium filiorum, extrahitur prius tertio, ex. l. 214. Styli. Quæ licet dicat id fieri ratione animæ: eadem deductio ſeruanda eſt, etiam ſi non relinquatur pro anima, ſed in opera profana. Illa enim ratio relicta eſt voluntati diſponentis.

4 *Poſt deductum autem quintum, deducitur tertium, non ex omni cumulo bonorum, ſed ex reſtantibus, deducto quinto. Quod probat ille text. illis verbis. *e de todo lo al que fincare*. Quod vſu forenſi communiter receptum eſt, fauore legitimæ, vt maior ſit: ſiue tertiũ & quintum ſint relicta vni, ſiue duobus. Si autem teſtator non diſpoſuiſſet de quinto, prout eſt quota: ſed prælegaſſet tertium vni filiorum, feciſſet autem alia legata particularia extraneis: adhuc eſſet prius ſeparandum quintum, vt appareat quantitas tertij legati, & vt legata particularia, & funeris impenſa ſoluãtur ex quinto: cum intra eum tantum valeant, ex illo text. iuncto iſto.

5 Cæterũ inter hæredes extraneos, ſi teſtator diſponat de tertio & quinto (prout multoties accidit) quid prius extrahetur? Videtur prius extrahendum, quod primo legatum, vel nominatum fuit. Argumento. l. quoties. ff. de vſufru. Poſſet tamen defendi nihil referre quid prius extrahatur, ſed à quocumq; incipiatur, reſultare eandem computationem. Et quod quemadmodum pro deducendo legato quotæ bonorum non extrahuntur legata particularia, vt in gloſ. præcedenti diximus: ita non ſint extrehenda legata quotæ. Sed quod vnum quodque legatum quotæ ad omnia bona referatur. Vt puta, ſi vni ſit legatum tertium, alteri quintum, alij ſint facta alia legata, & teſtator relinquat in bonis quindecim: Tertium cõtineat quinque, quintum autem contineat tria, relata vtraque quota ad omnia bona, non deducta altera quota, nec alijs legatis, per ea, quæ in gloſ. præcedenti diximus. Et ſic nihil intererit vtra quota prius extrahatur. Et ſi tunc legata excedant patrimonium, vel dodrantem, fiet reductio, prout in gloſ. præcedenti diximus. Si autem tertium & quintum eſſent legata vni, tunc quamuis nihil etiam referat vtrum prius extrahatur: fatendũ

tamen.

tamē eſſet,extracta priori quota,aliā ſolū debere deduci ex bonis reſtantibus,non aggregata priori.Ita vt in prædicto ſuperiori exemplo. Quamuis tertium & quintum relicta duobus contineant octo,relata vtraque quota ad omnia bona: relicta tamen vni ſolum continebunt ſeptem relata ſecunda quota ad bona reſtantia.Quia illud vnum,in quo cōcurrit vtraque quota,ſeu quod mordet vtraque quota, quod poteſt præſtare duobus in re vel æſtimatione.l.ſi pluribus.de lega.1.quando teſtator vtrique voluit inſolidum dari, prout hic cenſetur velle ex natura legati,quod ad omnia bona refertur,nō extractis legatis,vt dictum eſt.Non tamen poteſt vni, & eidem bis præſtari.propter prohibitum eidem circa eandem rem duplicis cauſæ lucratiuæ concurſum.l.planc.§.ſi eadem.de lega.1.§.ſi res aliena.inſti.de lega.Quod procedit,ſiue illud vnum contineat corpora,prout verius eſt continere.l.non amplius.§.cum bonorum.ſecundum opinionem Proculi,& Neruæ.de lega.1.& diximus in.l.4.ſupra gloſ.3.num.2.& in gl.præcedenti.nu.4.ſiue etiam continuat æſtimationem,vt volebat Cuma.in.d.§.cum bonorum.Quia concurſus duplicis cauſæ lucratiuæ, tam in re,quam in quantitate,ab vno teſtatore, circa eundem legatarium prohibitus eſt,vt in.d.§.ſi eadem.

6 Procedit autem text.iſte in teſtatore,qui habet deſcendentes,prout oſtendūt etiam verba finalia legis, quatenus reijciūt voluntatem teſtatoris in contrarium,quibus fauetur legitimis filiorum.l.quoniam in prioribus.C.de inof.teſt. Quibus quintum tantum adimi poteſt.Addit text.iſte, vt ex tali quinto extrahantur funeris impenſa,& legata gratuita.* Ex eadem
7 tamen ratione idem dicendum erit quo ad tertium, in eo qui non habeat deſcendentes,ſed aſcendentes. In quorum præiudicium cum de tertio tantum poſſit diſponere.l.1.tit.8.infra.in tali tertio ſeruabuntur ea,quæ in quinto. Non ſolum quantu ad hoc,vt ex eo ſoluantur ea quæ hic dicimus ſolui ex quinto prout tenuit Rode.in.d.l.quoniam in prioribus.in declaratione legis Regni.in principio.ante primam limitationem. nu.8. ad finem.Caſtillo.in.l.6.Tauri.verbo *porſu alma.* Gregor.in.l.2.tit.11.p.6.gl.magna.Coua.in.c.Raynaldus.§.3.nu.2. Rojas de ſucce.c.9.nu.31.Gute.in.l.nemo poteſt.nu.93.de leg.1.Sed etiam in forma extrahendi tertium,iuxta ea, quæ diximus in gl.præcedenti circa quintum.

8 In eo autem, qui non haberet hæredes neceſſarios, impenſa funeris, prout & reliqua legata & libertates, ſoluentur ex corpore hæreditatis. l. ſi. 9. in cōputatione. C. de iure delib. Quod hodie non eſt immutatum. Et procedit etiam ſi alicui eſſet legatum, vel prælegatum quintū, vt diximus in gl. præce. nu. 9.

9 Præcipit autem tx. vt legata gratuita, & funeris impenſæ deducantur ex quinto. Quinti autem appellatio in propoſito ad illam bonorum partem refertur, quæ patri libera eſt. de qua (ſcilicet) in præiudicium filiorum poteſt diſponere. Quo circa ſi quintum alicui extraneo legatum ſit, planum eſt ex eo deducēda alia legata extraneorum, & funeris impenſam. Cæterum ſi filio quintum prælegatum eſſet, tunc demum ex eo eſſent extrahenda legata extraneorum, & funeris impenſa, quando pater diſpoſuiſſet de tertio. Aliâs legata valerent in rationem veri quinti liberi, legatum autem quinti in rationem tertij iuxta ea, quæ diximus in lege præcedenti. num. 13. & 14. Sed finge patrem in teſtamento prælegaſſe duobus filijs duo quinta, & non diſpoſuiſſet de tertio, quo caſu vtrunque legatum valet, vt ibi dicebamus: extraneis etiam reliquiſſe legata gratuita: ex quo eorum quinto erunt deducenda legata, & impenſa funeris? Videtur ex vltimo, quaſi primum ſit accipiendum in rationem tertij, iuxta. l. 10. ſupra. vbi diximus gloſſ. 3. numer. 6. ex ratione. l. 214. Styli. vt attendatur ordo ſcripturæ, & primo nominatus cenſeatur magis dilectus. l. quoties. de vſufru. l. ſi ita legatum. de legatis. 1. l. generaliter. §. proinde. verſicul. quid ergo. de fideicommiſ. liber. Sed verius eſt computationem faciendam, vt omnia legata ſuſtineantur, in quantum poſsint, in rationem (ſcilicet) tertij & quinti, de quibus patri licuit diſponere. Vt legata quidem extraneorum, & funeris impenſa deducantur ex quinto bonorum, legata autem facta filijs de duobus quintis valeant in rationem tertij & reſidui illius veri quinti, ex ſupra dictis. argumento huius text. & l. 10. ſupra. & eorum quę diximus in gl. præce. nu. 19.

10 Cæterum cum text. noſter non ſolum procedat quando de quinto diſpoſitum non eſt, ſed etiam ſi de eo diſpoſitum ſit, vt in. 1. gloſſ. explicuimus. Et id ſit planum, quando diſpoſitum eſt de quinto in vltima voluntate: Dubium eſt, ſi per donationem irreuocabilem ſit in vita diſpoſitum de hoc quinto, vltimo libero, per donationem factam filio vel ex-

tranco, in quota, vel in quantitate, aut ſpecie, quæ eſſet reducenda ad quintum: Quamuis per talem diſpoſitionem ſit patri præcluſa via amplius legandi, etiam in pias cauſas, propter legitimas filiorum: Quia tamen impenſa neceſſaria funeris, iuxta terminos actionis funerariæ, de quibus in gloſſa. 1. ſupra. præciſſa eſt: Poteſt dubitari, vnde tunc ſit extrahenda, ex quinto ne in vita irreuocabiliter donato: an ex corpore hæreditatis? Tello hic in principio, tangit quæſtionem, fluctuat, nec ſibi conſtat, tandem relinquit cogitandum. Diſtinguit duos caſus. Aut quintum irreuocabiliter donatum nondum erat traditum, & tunc impenſa funeris deducetur ex eo, & tanto minus tradetur legatario. Aut erat iam traditum, & tunc deducetur ex corpore hæreditatis.

Priorem partem ſic probat. Donatarius, qui agit, vt res ſibi donata tradatur, creditor eſt: ſed impenſa funeris præfertur creditoribus. l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. l. in cum. l. Neratius. l. penultima. ff. de religioſis. ergo debet præferri huic donatario. Et ſi obijcias iura illa procedere, quando defunctus non relinquit bona, quæ ſufficiant creditoribus, & impenſæ: nos autem loqui, quando relinquit bona. Imo impoſsibile eſt, vt in noſtra quæſtione non relinquat bona: Nam ſiue fuerit facta donatio in quota, ſiue in re certa, & fingas poſt factam donationem, donatorem amiſiſſe reliqua bona: cum donatio ſit regulanda ſecundum tempus mortis, ex. l. 3. & 7. ſupra. ſolum donatio valebit quoad quintam eius partem. Quia in confirmationem argumenti reſpondeo, quod cum reliqua bona ſint legitima filiorum, & ea lædi nõ poſsit niſi in quinto, nec læſa in quinto, ſi ſufficiat, poſsit amplius lædi in impẽſa funeris: conſtat defunctum non reliquiſſe alia bona, & impenſam deducendam ex quinto, & donatario præferendam. Quæ concluſio (quæ in ſe vera eſt) fortius corroborabitur ex ijs, quibus probabimus in ſecundo, & ſequenti caſu idem ius futurum eſſe.

Secundam igitur partem ſic probat Tello. Impenſa funeris ex bonis defuncti eroganda eſt. l. & ſi quis. ad finem. verſi. De ſuo enim. ff. de religio. Sed quoties quintum in vita irreuocabiliter donatũ, & traditũ eſt, tranſit in patrimoniũ donatarij,

nec vlterius nomen, nec effectum quinti ſeruat: ergo de eo funeris impenſa ſoluenda nõ eſt. Cũ nulla ratione donatio perfecta præcedens reuocari poſsit. l. perfecta donatio. C. de dona. quę ſub mo. Etiam per funeris impenſam, quæ in hac lege legatis gratuitis æquiparatur: Legata autem manifeſtum eſt non reuocare præcedentem donationem quinti irreuocabilem. l. 9. ſup. & d. l. perfecta donatio. Quim & in propoſita ſpecie arbitratur, non ſolum donationem quinti traditam non poſſe reuocari per funeris impenſam, nec donatarium ad eam teneri: ſed nec donationem minuendam per funeris impenſam, ex regula text. in l. 3. & 7. ſupra. Q. ibus diſpoſitum eſt donationes tertij, ſiue in ſpecie, ſiue in quota regulandas eſſe, iuxta bona relicta tempore mortis. Quarum deciſionem in donatione etiam quinti procedere ibi aſſeruimus. Secundum quas videbatur, quod cum donatio quinti quamuis tradita ſit regulanda ſecundum bona relicta tempore mortis, quod in propoſita ſpecie ſaltim donatio quinti minueretur propter funeris impenſam: vt prius ea deducta cum alio ære alieno, deinde metiatur donatio quinti, & ſic minoretur, tanquam ne ducta ex minori cumulo bonorum. Aſſerit enim dictarum legum diſpoſitionem procedere in filio, vel deſcendenti meliorato, qui venit ad collationem: non tamen procedere in donatione quinti facta extraneo. Sed quod attinet ad intellectum
11 illorum iurium hæc opinio non eſt vera. vt ibi diximus. & infra etiam dicemus.

Quod vero attinet ad articulum de quo agimus prius aduertendũ eſt (quod iam diximus) quæſtionem applicari non poſſe admiſſas, anniuerſaria, eleemoſynas, & opera præcepta à teſtatore. Eius enim diſpoſitio quoad hæc nulla eſt. Ex vna enim parte obſtat donatio facta, ex altera obſtat filiorum legitima, cui præiudicari non poteſt: Cum illæ impenſæ non ſint quas leges æs alienum vocant, vel æri alieno anteponunt. Habebit autem locum quæſtio in impenſa funeris neceſſaria, iuxta terminos actionis funerariæ, de quibus egimus in gloſ. 1. ſupra. in principio. & nu. 9.

Hoc igitur ſuppoſito. Prior caſus ſupra citati authoris omittendus eſt. Quia eius deciſio manifeſta eſt. Non ſolum ex rationibus, quibus ille vtitur: quam ex rationibus, quibus ſuam opinionem improbabimus, quoad ſecũdum caſum, quando quintum

tum traditum eſt. Nam ſi verum eſt, donatarium, qui poſsidet quintum, teneri ad impenſam funeris neceſſariam, prout nũc oſtendemus: verum etiam erit eum teneri accepto ferre, cui nõ
12 dum traditum ſit.* In ſecundo igitur caſu ſupra citati authoris, quando donatio quinti facta in vita irreuocabiliter tradita eſt, in quo exiſtimat donatarium non teneri ad impenſam funeris; Verius eſt contrarium: vt ſiue nondum tradita, ſiue etiam tradita ſit donatio, ſemper impenſa funeris neceſſaria regulata iuxta terminos actionis funerariæ ex bono, & æquo, iuxta congruentiam, & qualitatem defuncti, vt dicebamus in gloſ. 1. ſupra. in principio. & num. 9. ſit deducenda ex quinto. Quod tenuit Mati. hic. Et eſt opinio vera, quamuis ſine iuxta ratione, & falſis ſuppoſitis poſt huius operis primam æditionem reijciatur à Velaſquio. hîc n. 5. app robatur autem ſaniori iudicio à Gute. lib. 2. practi. q. 51. Et ea facile perſuaderi poterit, ſi res à ſuis primordijs, & iuris communis regulis redactis ad noſtram legem deducatur.

13 In primis actio funeraria eſt iuris publici. l. Neratius. ff. de religio. cum publica vtilitas verſetur in eo, ne in ſepulta cadauera iaceant. l. ſunt perſonæ. ff. eo. Adeo, vt controuerti ſoleat an ratione immanitatis delicti poſsint damnatorum corpora in ſepulta relinqui, propter aliorum exemplum, in quo vtilitas etiam publica verſatur, de quo per Couar. lib. 2. variar. c. 1.
14 nu. 11.* Quo præmiſſo iuri conſonum eſt, vt ius publicum priuatorum pactionibus non derogetur. l. ius publicum. ff. de pactis. l. neq; pignus. ff. de regu. iur. Et in ſpecie noſtra tradit text. in d. l. Neratius. ibi. *Quia pacto hoc publicum ius infringi non poſsit.* Cui regulæ neceſſario conſequitur, vt ille, cui ex legis diſ poſitione incumbit funeris impenſa, priuatorum pactionibus
15 exonerari à tali munere non poſsit.* De iure autem communi, impenſa hæc funeris incumbebat hæredi, ſeu bonorum poſ ſeſſori, cæteriſque ſucceſſoribus. l. & ſiquis. §. fin. ff. de religio. Ei etiam, qui licet ſucceſſor vniuerſalis non ſit, ad eum tamen dotis nomine aliquid peruenit. l. in eum. ff. eo. Æquiſsimum enim viſſum eſt veteribus mulieres quaſi de patrimonijs ſuis,
16 ita de dotibus funerari, vt ibi.* Et hæc eſt ratio decidendi, & verus intellectus ad tex. in. l. pen. ff. eo. Quatenus hanc impenſam funeris omni ære alieno anteponit. Ex contractu enim defuncti facto cum creditoribus, quicunque illi ſint, publicum hoc ius

ius ſepulturæ derogari non potuit. Et ex ea ratione procedit etiam tex.in.d.l.Neratius. Priuatorum autem pactiones intelligo quoſcumque contractus, ſeu conuentiones, ex quibus directe, vel indirecte prædictum ius publicum infringatur: & ſic exoneretur ille, cui ex lege onus ſepeliendi defunctum impoſitum eſt.

17 Hæ autem diſpoſitiones iuris communis relatæ ad noſtrũ text.in eo ſolum immutantur, quatenus hoc onus ſepulturæ hæredi, ſuo ſucceſſori vniuerſali incumbebat. Præcipitur enim vt incumbat ſucceſſori in quinto. In reliquo immutatæ manent. Et quemadmodum ius hoc publicum priuatis pactionibus recuſſari ab hærede, ſeu ſucceſſore vniuerſali non poterat:

18 ſic non poſsit recuſſari ab hoc ſucceſſore in quinto. * In hac autem deciſione, huius noſtræ legis mens manifeſta eſt. Prouidet enim legitimæ filiorum. Quæ cum in quinto ſolum lædi poſsit in vita & in morte: voluit amplius lex, vt vltra quintum non læderetur etiam per hanc impenſam funeris, nedum voluntariam, ſedꝗ etiam neceſſariam, in quantum quintum ei ſufficiat, iuxta ea quæ dicebamus in gloſſa. præcedenti. numero. 18. ſed impenſa ex quinto extraheretur. Ex qua deciſione infertur, quod impenſa funeris eſt onus, penſio, ſeu hypotheca cohærens quinto bonorum, exſoluenda â quocumque poſſeſſore quinti. Nam quoad impenſam attinet, creditum neceſſarium eſt iure publico in fauorem reipublicæ introductum. Quod attinet ad filios, quibus quintum per donationem ablatum eſt, ab ipſa lege exonerantur. Cum vltra quintum lædi non poſsint per talem impenſam. Nullus ergo remanet, qui ſoluat, niſi donatarius quinti. Cui cum impenſa hæc funeris adhæreat, nullo pacto, nulla donatione, nulla traditione, ius hoc publicum infringi, aut recuſſari poteſt.

Non obſtatꝗ, quod text.noſterꝗ loquitur in quinto relicto in teſtamento, nos loquimur in donatione irreuocabili quinti. Eſt enim vtriuſque rei eadem ratio, quod vltra quintum, lædi nõ poſsit legitimaꝗ, etiam per neceſſariam impenſam funeris: ea prohibitio non ſolum amplectitur vltimas voluntates, verũ etiã contractus. Quia neqꝫ per vnã viam, neqꝫ per aliam, legitima lædi poteſt vltra quintum, vt in.l.præcedenti.& iſta. Et quemadmodum impenſa funeris adhæret quinto legato: eodem

dem

dem modo debet adhærere quinto donato: cum ſit onus reale. Ex noſtra enim lege impenſa funeris æs alienum quinti eſt, quemadmodum de iure communi dicitur in.l. impenſa enim. ff. de religio.& ſic non poteſt pactis, vel conuentionibus recuſſari.d.l.Neratius.ff.eo.

19 Non obſtat, quod donatio ſit in vita tradita. Nam vltra id, quod dati & promiſſi idem eſt iudicium.l.fin.C.ad.l.Falci.l. cum & ſoluta.l.ea quę.C.de cond.indeb.l.ſi non tranſactio.C.de iuris & facti igno.l.fin.C.de dotis promiſſ.c. 1. de dona.cum ijs quæ diximus in.l.9.ſupra gl.2.nu.23. Parum in hoc refert, quod donatarius ſit creditor, vel poſsideat. Neq; enim traditio, aut poſſeſsio prçſtat ad exonerandum eum, qui ad tale onus ex lege tenetur. Vbicumque enim reperiuntur bona, quibus ex lege hoc iunctum eſt, cum ſuo hoc grauamine poſsidentur. Quod patet in.l.in eum.ff.de religio. *In eum*, inquit, *ad quem dotis nomine aliquid peruenit dat prætor funerariam actionem.* Lex de præterito loquitur actionem funerariam tribuens in eum, in quem dotis nomine aliquid peruenerat. Prout etiam patet in ſecundo caſu legis, vbi maritus, qui morte mulieris dotem lucratur, actione funeraria conuenitur, & tamen non dubitamus, quin dotem poſsideat. Quinimo traditio hçc donationis quinti magis obeſt donatario, vt fortiori ratione teneatur, tanquam poſſeſſor rei, cui onus annexum eſt. Cum aliàs ſi non poſſideret, teneri ſeu conueniri non poſset. Quod patet in.l.ſed ſi non dum. ff.eodem. quæ ſequitur poſt dictam.l.in eum. *Sed ſi nondum.* inquit, *pater dotem recuperauerit, vir ſolus conuenietur, reputaturus patri quod eo nomine præſtiterit.* Et ijs applicatur, & conuenit ratio.l.impenſa.quę ſtatim ibi ſequitur. *Impenſa enim funeris.* inquit lex. *æs alienum dotis eſt.* quaſi dicat nil mirum ſi pater, qui recuperauit dotem teneatur, ſed ſi nundum recuperauerit, cōueniri non poſsit: Quia eſt onus reale annexū bonis, & ſequitur poſſeſſorem. Cuius argumento idē ex noſtro tx.dicendum eſt in quinto, in quod onus hoc translatū eſt, vt quicumque illud poſsideat ad hanc impenſam teneatur. Nam quemadmodum poſſeſſor conuenitur actione hypothecaria pro bonis quę poſsidet hypothecç ſubiectis. l. pignoris.C.de pigno.l.pignoris.ff.eodem.ita poſsidens quintum, cui ex lege hoc onus iniunctum eſt, actione funeraria conuenietur.

20 *Cum fortior ſit actio funeraria, quam hypothecaria. Cum debi-

debitum actionis funerariæ alijs præferatur.l. nec ære alieno.
l.& ſi quis.§.ſi colonus.§.ſed & ſi res legata.l.pen. ff.de religio.
21 *Etiam ſi alia debita ſub pignore ſint vel hypotheca,ne dum ta
cita,prout conſentit glo.in.d.l.pen. ſed etiam expreſſa. Quod
licet gloſ.negauerit,verum tamen eſt, & ipſi textui conforme.
ibi.*omne creditum*.vbi nihil excludit.Et ſimilia verba reperiun-
tur in.l.30.tit.13.partita.5. vbi id expreſſe firmat Gregorius
& bene.

22 Præterea iuri conſonũ eſt,vt alienata in fraudem creditorũ
reuocentur,quantuncumque poſsideantur, ne dum ex cauſa lu
cratiua,in qua ſufficit dolus ex parte dantis.l. qui autem.§. ſi-
mili modo.ff.de ijs quæ in frau.cred. ſed etiam ex cauſa onero
ſa,concurrente fraude vtriuſque.l.1.ff.eo.Imo & in ſubſidium
reuocatur etiam ſolutio facta in fraudem creditorum, vt reſol
uit Ange.conſi.258.excuſſo prius debitore.l.qui autem.§.ſciẽ
23 dum.ff.eo.*Ex ſuperioribus autem conſtat rem publicam pro
ſuo intereſſe creditricem eſſe vniuſcuiuſque pro impenſa fu-
neris:& debitum hoc priuilegiatum eſſe,& omnibus alijs præ
ferendum:& quemlibet nulla alia habere bona, ex quibus poſ
ſit id ſoluere,niſi quintum,propter legitimas filiorum: nil mi-
rum ergo,ſi donatio ratione impenſæ reuocetur. Cum & cre-
ditores ex cauſa oneroſa eidem grauamini ſint obnoxii.* & ta
24 men manifeſtum eſt potiora eſſe iura creditoris, qui petit ex
cauſa oneroſa, quam eius qui poſsidet ex cauſa lucratiua,ſi bo
na vtrique non ſufficiant.Cum petens ex cauſa oneroſa reuo-
cet alienata ex cauſa lucratiua.d.§.ſimili modo. Et cum eo ca-
ſu ſufficiat fraus ex parte donantis,hic reperitur manifeſta ex
præſumptione.l.ſi quis cum haberet.&.l.omnis.§.Lutius.ff.de
25 ijs quæ fraud.cred.*Vbi fraus præſumitur in eo, qui ſcit ſe ha
bere creditorem.& bona ſua non ſufficere, & alienat: de quo
per Iaſ.in.§.item ſi quis in fraudem.de actio.num.48. Iſte au-
tem non debuit ignorare impenſam ſui funeris:Nec etiam vi
res ſui patrimonij.Nam licet quo ad hanc ignorantiam ponat
longam diſtinctionem Bart.in auth. ſed cum teſtator. C. ad.l.
Falci.Tamen cum hoc ſoluendum ſit ex quinto,& omne quin
tum donetur,negari non poteſt bona non ſufficere. Cuius rei
neceſſarius particeps eſt donatarius,ex ipſa rei euidentia. Cũ
itaque impenſa funeris vincat creditores, qui petunt ex cauſa
oneroſa:à fortiori,debet vincere donatarios,qui poſsident ex
cauſa

cauſa lucratiua, ex ordinario argumento.l. de acceſsionibus. ff. de diuer.& tempo.præſcriptio.

Vltimo non obſtat, quod quando quintum eſt in vita irreuocabiliter donotum, debeat deduci impenſa funeris ex corpore hæreditatis: vt hic caſus (tanquam omiſsus in hac lege) iudicetur ſecundum ius commune.l.cõmodiſsimè.de libe.& poſth. Caſus enim iſte non poteſt iudicari omiſſus, ſed qui ex mente legis & ratione deducitur propter legitimas filiorum, quæ eo ipſo, quod quintum eſt ablatum, cenſentur ab impenſa
26 funeris exoneratæ.* Sed neque impenſa funeris deducẽda eſt eo caſu inter æs alienum, vt donatio quinti relata ad bona relicta tempore mortis, ex.l.3.&.7.ſupra.ſit minor, tanquam deducta ex minori cumulo bonorum, propter extractum æs alie
27 num, & impenſam* (Idque non propter rationem Tellij, quod leges illæ non loquãtur in quinto irreuocabiliter donato extraneo: procedũt etenim. Aliàs eſſet melioris cõditionis extraneus quam filius, qui per donationem quantuncumque irreuocabilem, & quæ non ſit ad collationem adducenda non impedit effectum illarum legum, quim ſua donatio referatur ad tẽpus mortis, etiam ſi propter diminutionem bonorum patris medio tempore contingentem, minuenda ſit, vt ibi diximus) ſed ex ea ratione, quod impenſa debeat grauare ſolum quintũ, non autem legitimas. Deducta autem inter æs alienum ad metiendas legitimas, & quintum, ſecundum bona relicta tempore mortis, iam pro rata minueret legitimas. Sed eo caſu computatio facienda eſt, vt quamuis donatio quinti ſit regulanda ſecundum bona relicta tempore mortis. Impẽſa tamen funeris non deducatur, nec minuat patrimonium propter augmẽtum legitimarum: ſed eis ex omni cũmulo extractis, impenſa aggregetur quinto: ita, quod nec grauet nec minuat legitimas: prout ex huius legis deciſione & ratione colligitur.

28 Ex præcedẽtibus poteſt inferri ad eam quæſtionem, quam tãgit Caſtillo hic.nu.16. Vtrum maritus pauper, qui ſuccedit vxori in quarta, per tex.in auth.Præterea.C.vnde vir & vxor. &.l.7.tit.13.p.6.teneatur ad funeris impenſam. In qua quæſtione exiſtimat vxorem ſuperandam ex dicta quarta, & alijs bonis pro rata, per tx.quem ad hoc dicit ſingularem in.l. Celſus.& in.l.in cũ.ff.de religio. Sed iſta iura procedunt ſecundũ ius cõmune, ex quo impenſa funeris erat æs alienũ tã dotis.l.

Xx impenſa·

impenſa.ff.eo.quam ſucceſſoris vniuerſalis.l.& ſi quis.in fin.
ff.eo.ideo pro rata dotis,& hæreditatis mulier funeratur. Et
hoc ipſum hodie ſeruabitur inter hæredes extraneos, inter
quos hoc non eſt immutatum,vt diximus in gl.præced.nu.9.
Inter filios autem impenſa funeris in omnẽ euentum,ex quin
29 to deducenda eſt,ex hoc tx.* Quo ad formam autem compu-
tationis poteſt dubitari,quid ſit prius extrahendum, quarta
ne vxoris,an quintum? Et videtur prius extrahendam quar
tam. Eſt enim æs alienum,& debitum, potius quam lucrum,
prout declarat Bart.in.d auth.præterea.nu.1. & eſt commu-
30 nis opinio ſecundum Curtium ibi.nu.19.* Et pro ea facit ille
tex.in fin.quatenus compenſat legatum factum vxori, cum
dicta quarta. Cuius compenſationis rationem DD. aſſerunt
eam eſſe,quod maritus ſit debitor neceſſarius, qui in dubio vi
detur ſemper legare animo compenſandi.l.huiuſmodi.§.ſi pa
ter.deleg.1.l.Si cum dotem.§.ſi pater.ſolut.matr.& vtrobique
notatur. Vnde cum quintum ſit quota bonorum, vt diximus
in princ.glo.& excludat æs alienum.l.ſubſignatum.§.bona.de
verbor.ſignif.videtur ad eum metiendum, ſeparandam prius
quartam,tanquam æs alienum.

Per contrariũ videtur prius extrahendum quintũ,ex ratio
ne.l.214.Stylli, quæ fauore animæ,vt quintum maius ſit,iu
bet illud prius tertio eſſe deducendũ. Quo argumẽto videtur
etiã extrahẽdũ prius quarta. Nã cũ vtraq; quota bonorũ ſit,
31 tã tertiũ,vt ſæpius dictũ eſt,*quã quarta cõiugis,vt probatur
in d.auth.præterea & in corpore vnde ſumitur. & clarius in
d.l.7.ibi, *Haſta la quarta parte de los bienes del.*. Quẽadmodũ ex illa
lege fori quintum extrahitur prius tertio,ratione impenſę fu
neris, quæ tanquam æs alienũ ſibi cohęrens præfertur tertio
quod eſt quota bonorum: eodẽ modo extrahatur prius quar
ta,quæ ſimiliter eſt quota bonorum. Et nõ obſtat, ꝙ quarta
ſit æs alienum.Quia impẽſa funeris,cuius ratione quintũ prę-
fertur tertio,eſt etiã æs alienũ maioris priuilegij,quã quarta:
cum omni ęre alieno præferatur.l.pen.ff.de religioſ.

Sed adhuc quarta cõiugis erit prius extrahẽda,ex dicta ra-
tione.Quia licet quota bonorum ſit,ęs alienũ eſt: & inter reli
quũ ęs alienũ prius debet deduci,quam menſuretur tertiũ &
quintũ. Et hoc tenuit Segur. in.l.cohæredi.§.cum filię.n.210.
ff.de vulgar.Nõ obſtat,quod impẽſa funeris pręferatur omni

ære alieno.Quia non inde ſequitur, quod quintũ cui impenſa iniuncta eſt,debeat deduci ante ęs alienũ.Illud enim procedit, quoties bona nõ ſufficiũt creditis & impẽſæ; vt diximus in gl. præce.nu.11.Ratione autẽ quartæ,nõ poteſt euenire,vt quintũ abſorbeatur.Nã licet quarta extracta prius diminuat quantitatem quinti,nõ tamen abſorbet:ſed illi ſuus locus reſeruatur, cum ſuo grauamine impenſæ.Imo ſi daretur caſus,quod quintum extractum poſt quartam,non ſufficeret impenſæ neceſſariæ funeris,minueret prius legitimas, quam quartam, ex ijs, quæ diximus in gl.præce.nu.18. Quamuis ſi hoc non ſufficeret,minueret etiam quartam:cum & vincat reliquum æs alienum.d.l.pen,ff.de religio.Non etiam obſtat,quod quintum extrahatur prius tertio,ex illa lege Fori. Quia illud non tam fit fauore animæ,& impenſæ funeris cohęrentis quinto, quã ex eo quod vſu ſic receptum eſt, gratia ampliandi eam bonorum partem,quę teſtatori libera relinquitur, vt diximus ſupra.nu. 3.Quarta autem coniugis, quæ capitur iure crediti, vincit in hoc tam tertium,quã quintũ,quæ ſunt quotæ bonorũ,quẽadmodũ vincũtur à reliquo ære alieno, licet ſic minoret quintũ.

32 Quod autem ex ſuperioribus infertur legitimas filiorũ poſſe vltra quartam grauari in quinto eſt opinio vera:non ſolum quoad quintum,ſed etiam quoad tertium:ita, vt coniux debitor quartæ poſsit etiam meliorare filium in tertio & quinto, prout explicuimus ſupra. l.9.gl.2.nu.56. Vbi idem etiam diximus eſſe quoad tertium reſpectu aſcendentiũ. Quo caſu idẽ cõputandi modus ſeruabitur, vt quarta extrahatur prius tertio,ex eadem ratione,qua idem tenuimus in quinto.

33 Illud vltimo loco aduertendum eſt,cuius meminimus in gl. præce.nu.24.quod quamuis impenſa funeris ſit ſoluenda à donatario quinti,cui in vita tradita eſt donatio: filios tamen interim cauſa vitandæ dilationis teneri, & poſſe compelli erogare.l.qui hæres erat.ff.fam.hærci.Siue autem compulſi faciant, ſiue etiam volentes,recuperabunt à donatario quinti: nec videbuntur expendere animo pietatis,& non repetendi, per ea, quæ ibi dicebamus.

GLOSSA QVARTA.

QVod pro anima non poteſt expendi vltra quintum in præiudicium filiorum. Et vtrum ſuccedentes ab inteſtato teneantur expẽdere quintũ pro anima Et an commiſſarius, qui pro alio teſtatur, poſſit id præcipere.

1 *STatuto poteſt reſtringi facultas diſponendi pro anima.*
2 *Qui non habet hæredes neceſſarios libere expendit pro anima.*
3 *Filij ab inteſtato, an teneantur expendere quintum pro anima, quod non.*
4 *Collaterales ab inteſtato non compelluntur expendere integrum quintum pro anima.*
5 *Quando data eſt commiſſio ad teſtandum, quæ non fuit effectum ſortita, hæredes ab inteſtato, qui non ſint neceſſarij, compelluntur expendere totum quintum pro anima.*
6 *Commiſſarius poteſt grauare hæredes neceſſarios in integro quinto pro (anima.*
7 *Heredibus neceſſarijs fauorabilius eſt, quod commiſſarius non exæquatur commiſſionem, cum ipſi non teneantur tunc integrum quintum expendere. Contrarium eſt in collateralibus.*

AVnque el teſtador mande otra coſa. In quo lex iſta juſta eſt & fauorabilis legitimæ filiorum. Quorum fauore valet
1 ſimile ſtatutum reſtringens poteſtatem relinquendi, etiam pro anima, vt probat Rode. in. l. quoniã in prioribus in decla. l. Regni. §. 1. ante primã limi. n. 7. etiamſi pater ditiſsimus eſſet, licet contrarium tenuerit ibi Rod. in. 1. limi. Cõtra quem additio ibi bene inducit tex. in cap. Apoſtolicæ. verſ. ſi vero in tantum abundet. de donat. Idem tenent Paul. & Iaſ. in. l. maritus. C. vnde vir & vxor. Et alij quos refert & ſequitur Baeç. de dote. cap. 2. num. 13, & cap. 14. nu. 17.
2 Deciſio autem huius legis clara eſt in eo, qui habeat filios, aut deſcendentes, prout oſtendunt dicta verba, *Aunque el teſtador mande otra coſa.* In eo autem qui hæredes neceſſarios non haberet, libera erit ſua diſpoſitio de bonis ſuis ſine aliqua limitatione in miſsis, ſufragijs. &c. * Quando autẽ defunctus
3 decedit nullo cõdito teſtamẽto, relictis hæredibus neceſſarijs, ſiue deſcendẽtes ſint, ſiue aſcendẽtes: ij ſolũ ad expenſas neceſſarias funeris tenebuntur, ex bono, & æquo, ſecundum conſuetudinem patriæ, iuxta ea quæ dicebamus in gl. 1. nu. 9. & 12. Nec tenebuntur integrum quintum expendere. Et idem erit quando

quando condito teſtamento, nihil diſpoſitum eſt circa funus, & animam, vt ibi diximus.

4 Sed & tranſuerſales eodem iure vtentur. Nam quamuis Rojas de ſucceſ.c.3.nu.7. dicat de conſuetudine compelli expendere quintum pro anima: Non videtur id iure probari. Ex lege enim omnia bona defuncti ſunt venientium ab inteſtato.l.3.tit.3.p.6. nec cautum reperitur, quod quintum pro anima expendere teneantur. Quod tenent Caſtillo, Gomez, & alij in l.36.Tauri. Et poſt huius operis primam æditionem ſequitur

5 Gutc.lib.2.practi.q.46.*Intelligentes illam.l.36.præcipientem expendi quintum, vt procedat in caſu tantum quo loquitur, ſcilicet, quando defunctus non condidit teſtamentum, ſed tantum dedit commiſsionem ad teſtandum, quæ non fuit effectum ſortita. Quia eo caſu, ſi ſucceſſores ab inteſtato non erãt neceſſarij, ſed collaterales, tenentur quintum expendere pro anima. Hos enim tantum lex illa in dicto caſu grauat. Et eſt caſus ſingu.nullibi repertus ſecundum Gomez.ibi. Nam ex quo teſtator fecit commiſſarium, lex intelligit animum defuncti fuiſſe, vt anima ſua eſſet prælata venientibus ab inteſtato. Et eam voluntatem (quæ etiã ad omnia bona extendebatur, ex doctrina Innoc.in.c.cum tibi.de teſta.communiter recepta ſecundum Iaſ.in.l.captatorias.num.12.C.de teſta.mili.) lex reſtringit ad quintum. Et quia erat deciſio damnoſa ſucceſſoribus, noluit ad eos extendi, quibus legitima debetur: ij enim quintum expendere non compelluntur, vt ibi.

6 Et hoc extendit Tello ibi, vt procedat non ſolum, quando commiſſarius non fuit executus commiſsionem, vt ibi dicitur: ſed etiam ſi virtute commiſsionis fecit teſtamentum, iuxta.l.6, tit.4.ſupra. Quia ſtantibus deſcendentibus, vel aſcendẽtibus, quibus legitima debetur, ſolum poterit commiſſarius exonerare conſciẽntiam, ſoluere debita, & cætera, de quibus ibi. Nõ tamen poterit expendere quintum pro anima.ex.d.l.36.quæ eſt.l.10.tit.4.ſupra. Per quam in hoc dicit declarari.l.32. quæ eſt.l.6.eo.tit.& libro. & dicit eſſe hoc notandum, & magnæ importantiæ: & quod nullus aperit. Michi tamen nec placet, nec verum eſt. Et contrarium tenet Gomez in.l.37.Tauri.& ſequitur Matien.in.d.l.6.gloſ.4.numero.3.&.4. Nam aliàs deſtrueretur litera text.in.d.l.6.quæ generaliter loquitur, nec diſtinguit, vtrum venientes ab inteſtato ſint filij, vel collatera-

les, & ſic nec nos debemus diſtinguere. l. de precio. ff. de publi. ſed generaliter intelligere, vt quicumque ſint venientes ab inteſtato, poſsit commiſſarius in præiudicium eorum diſponere de quinto, non ſolum in terminis dict. l. 6. ſed etiam in terminis. l. 11. eiuſdem tituli. ſecundum Matien. ibi gloſſ. 2. num. 2. ad finem. Aliâs quem effectum haberet commiſsio? vel quid intereſt, vtrum commiſſarius exæquatur commiſsionem, vel non? ſi vno & altero caſu idem eſſet iudicium. Non ſolum in commiſsione ſpeciali, in qua lex id diſponit, vt in. l. 7. eodem titulo. ſed etiam in generali, prout Tello dicit. In ea enim ſecundum eius opinionem, ſi extant hæredes neceſſarij, ſolum exonerat conſcientiam, quod & ipſi tenentur facere, cum ad debita teneantur. l. vnica. C. vt actio. ab hæred. Si extant collaterales, diſponit de quinto, quod ipſimet tenentur facere, vt in. l. 10. eodem tit. Atque ita nihil referret eſſet executa commiſsio, vel non. Nec obſtant verba finalia. dict. l. 11. ibi. *ſaluo ſi el teſtador le dio poder para mas*. Per quæ videtur, quod lex non loquitur inter hæredes neceſſarios, inter quos non valeret ea commiſsio. vt in hoc noſtro text. Quia cum lex procedat generaliter in omni hærede ſiue neceſſario, ſiue extraneo, referenda ſunt ad caſum habilem, id eſt, extranei.

Verius iſtaque puto, quod ſi commiſsio ſit generalis multum interſit, vtrum commiſſarius exequatur, vel non. Nam licet lex pro conſtanti habuerit, eum qui commiſsionem dedit, eo animo dediſſe, vt anima ſua in aliquo præferretur ſuis hæredibus: Voluit tamen, quod ſis animus & voluntas declaretur per eum, cui id commiſsit. Et ſic eo declarante, lex interpretatur hanc fuiſſe voluntatem teſtatoris, vt venientes ab inteſtato (etiam ſi eſſent filij, vel hæredes neceſſarij) grauarentur in eo, quod commiſſarius declarauit, dummodo quintum non excedat. Si autem non declarauit, tunc licet ea voluntas teſtatoris præſumpta non eſſet exequenda, quia nulla lege id cauetur: illa tamen lex. 10. iuſtis de cauſis eam exequitur in præiudicium collateralium, quos compellit, vt quintum expendant pro anima. Et hæc opinio videtur vera, quamuis poſt huius operis primã æditionem contrarium defendãt Gute. lib. 2. q. 44. & q. 46. & Azebe. in dict. l. 6. nu. 29.

Ex quibus colliges, quod fauorabilius eſt hæredibus neceſſarijs, quod commiſſarius non exequatur commiſsionem:

nem : collateralibus autem fauorabilibus eſt, vt exæquatur. Nam ſi vellet commiſſarius poteſt eos minus quinto grauare: cum dict.l.6.loquatur per verbum (poſsit) quod importat liberam voluntatem, & non ſit compellendus de integro quinto diſponere, ſi nolit. ex doctrina Bartoli in. l. Gallus. in principio. de libe. & poſthum. communiter recepta, ſecundum Alex. num.3. & Iaſ. numero. 26. ibi. Si autem commiſſarius non exequatur, lex grauat dictos collaterales, vt integrum quintum expendant.]

FINIS.

MADRITI.

Apud Ludouicum Sanctium.

Anno. 1592.